


33

Plut. 63. Cod. 33.

I

II

III


EPITOME
DECADVM QVATV
ORDECIM T. LIVII PA
TAVINI HISTORICI
INCENTV
ET QVADRAGINTA
LIBROS DISTINCTA
EX LIBRO
PRIMO



disset: iussisse eum nouacula cotem precidere: idq; protinus factum. Sabinos preterea acie uicit. Vrbem muro circūdedit.

C loacas fecit. Seruius Tullius natus ex captiua Corniculana: cui puero in cunis posito caput arsisse traditum est. Veientes atq; hetruscos prelio fudit: Censum primus omnium egit. Lustrū condidit. Classes Centuriasq; descripsit. Pomerium protulit.

C olles urbi Quirinalem viminalem esquilinumq; adiecit. Tēplū Diane: cum Latinis in Auentino fecit. L. Tarquinius Supbus occiso Seruio eius socero: inuasit regnum Quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum herdoniū fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit: & ex eorum preda templum Ioui in Capitolio fecit. Terminus & iuuentas non addixere: quorum are moueri non potuerunt. Eius filii. Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redegit.

H uius filiis Delphos profectis: & consulentibus quis eorum regnaturus esset Rome: dictum est eum regnaturum qui primum matrem osculatus esset. Quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur: Iunius Brutus qui cum his profectus erat prolapsum se simulauit & terram osculatus est: idq; fcm eius euentum rei comprobauit. Nam cum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium suum adduxisset ad ultimum propter expugnatam nocturna uia Sex. filio eius Lucretie pudicitiam: que uocato patre ad se tricipitino & uiro collatino obtestata: ne inulta mors eius eēt cultro se interemit: Bruti opera maxime expulsus est. Cum cum regrasset annos uigintiquīq; Tunc consules primū creati sunt. L. Iunius Brutus: & L. Tarquinius Collatinus;

EX LIBRO SECVNDO.

BRVTVS iureiurando Populum astrinxit: neminē regnare Rome passurum Tarquinium Collatinū Collegam suum propter affinitatem Tarquiniorum

ſuſpectum coegit Conſulatu ſe abdicare: & ciuitate cedere: r
B ona regum diripi iuſſit. Agrum Marti conſecrauit: qui cā
puſ martius nominatus eſt. Adoleſcentes nobiles in quib
ſuos quoq; & fratriſ filios quia coniurauerant de recipiēdis
regibus ſecuri percuſſit. Seruo indici: cui uindēcius nomen
fuit libertatem dedit: ex cuius nomine uindicta eſt appella
ta. Cum aduerſus reges qui contractis veientium & Tarqui
niorum copiſ bellum intulerant: exercitum duxiſſet: in aciē
cum Arunte filio ſuperbi: cōmortuus eſt. eumq; Matrone
annum luxerunt. L. Valeriuſ conſul legem de prouocandē ad
populum tulit. Capitolium dedicatum eſt. Porſena Rex Clu
ſinorum bello pro Tarquiniſ ſuſcepto: cum ad Ianiculum ue
niſſet: ne Tyberim tranſiret: uirtute Cocliti Oratu prohibitus
eſt qui dum alii pontem ſublitium reſcindunt: ſoluſ hetruſ
cos ſuſtinuit: & ponte rupto armatus ſe in flumen miſit: & ad
ſuos tranauit. Alterum acceſſit uirtutis exemplum a Mutio
qui cum ad feriendum Porſenam caſtra hoſtium intraſſē occi
ſo ſcriba: quem regem eſſe putabat. comprehenſus impoſitam
altaribus manum: in quib ſacrificatum erat: exuri paſſuſ eſt.
D ixitq; taleſ trecentos eſſe coniuratoſ in mortē ipſius Regis.
Quorum admiratione coactus Porſena pacis conditiones fer
re: bellum omiſit. Acceptis obſidibus ex quibus Virgo una
Cocliā deceptis cuſtodibus per Tyberim ad ſuos tranauit: &
cum reddita eſſet a Porſena honorifice remiſſa: equeſtriſ que
ſtatua donata eſt. Aduerſus Tarquinium ſuperbum cum la
tinorum exercitu bellum inferentem. A. Poſtumius Dictator
proſpere pugnauit apud lacum Regillum. Ap. Claudius ex
Sabiniſ Romam tranſfugit. ob hoc Claudia tribuſ adiecta eſt.
N umerus tribuum ampliatus eſt. ut eſſent xxxii. Plebs cum pp
nexos ob eſ alienum in ſacrum montem ſeceſſiſſet: conſilio u
Menenii Agrippe: a ſeditione reuocata eſt. Idem Agrippa cum
deceſſiſſet propter paupertatem publico impendio elatus. Tri.

.Pl. quinq; creati sunt. Oppidum volscorum corioli captum est:
uirtute & opera Cn. Martii: qui ob hoc Coriolanus uocatus est
.T. Latinus uir de plebe cum in uisu admonitus esset: ut de qui
busdam religionibus ad Senatum perferret: & neglexisset: amis
so filio debilis factus: postq̃ delatus ad Senatum lectica: eadẽ
illa indicauerat: usu pedum recepto: domum reuersus est. Cum
Cn. Martius Coriolanus qui in exilium pulsus dux volscorum
factus exercitum hostium vrbi primo admouisset & missi añ
eum primum Legati: postea sacerdotes: frustra deprecati essẽt:
ne bellum patrię inferret: veturia mater: & Volũnia uxor impe
trauerunt ab eo ut recederet. Lex agraria primum lata est: Spu
rius Cassius Consularis Regni crimine damnatus est necatusq;
Illia virgo vestalis ob incestum uiua defossa est. Cum uicini ho
stes veientes incomodi magis: q̃ graues essent: familia Fabiorũ
id bellum gerendum depoposcit: misitq; in id trecentos sex arma
tos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cęsi sunt uno impube
re domi relicto. Ap. Claudius consul cum aduersus volscos con
tumacia exercitus male pugnatum esset: decimum quenq; mi
litum fuste percussit. Res preterea aduersum uolscos & hernicos
& veientes & seditiones inter patres plebemq; continet;

EX LIBRO TERTIO.

DEDITIONES de Agrarus Legibus factę. Capitoliũ
ab exulibus & seruis occupatum. Cęsis us receptũ est.
Census bis actus est: Priore lustro censa sunt ciuiũ
capita octoginta milia. dcc.xiiii. pręter orbos orbasq; Sequenti.
cxvii. milia. cclviii. cum aduersus equos res male gesta eẽt. L. Qu.
Cĩcinatus: dictator fc̃s: cũ rure ĩtent⁹ rustico operi ess&: ad bellũ ge
rẽdũ accersit⁹ ẽ. Is uictos hostes subiugũ misit. Tribunoꝝ pl. nũs ãpliat⁹
ẽ. ut ess& decẽ. xxxvi. ãno a p̃mis Tr. pl. petitis per legato⁹ 7 allatis Atti
cis legibus: ad construendas eas proponendasq; Decem uiri pro
consulibus sine ullis aliis Magistratibus creati: nono & trecẽ
tesimo anno quã Roma condita erat: Et ut a Regibus ad Con

sules ita a consulibus ad decemuiros translatum imperium. Ii decem tabulis legum positis cum modeste se in honore gessissent: & ob id in alterum quoq; annum eundem esse magistratū placuisset. cum complura impotenter fecissent: Magistratum noluerunt deponere: & in tertium annum detinuerunt: donec multo eorum Imperio finem attulit libido. Ap. Claudii: qui cum in amorem Virginis incidisset: summisso. qui eam in seruitutem peteret: necessitatem patri eius Virginio imposuit. rapto ex taberna proxima cultro: ut filiam interimeret: cū aliter eam tueri non posset: ne in potestatem stuprum illaturi ueniret. Hoc tam magnę luxurię exemplo Plebs incitata mōtem auentinum occupauit: coegit q. Decemuiros abdicare se magistratu. ex quibus appius & unus collegarum qui principue poenam meruerant in carcerem coniecti. Ceteri in exilū acti. Res preterea contra Sabinos & Volscos prospere gestas cōtinet. & patrum honestum populi. R.o. iudicium qui iudex inter Ardeates & Aricinos sumptus: agrum de quo ambigebat sibi adiudicauit. EX LIBRO QVARTO.

LEX de connubio Patrum & Plebis contentione magna Patribus repugnantibus perlata est a Tri. Pl. aliquot annis res populi R.o. domi militię q. per hoc genus Magistratus administratę sunt. Item Censo res: tunc primum creati sunt Ager Ardeatinus R.o. Po. iudicio ablatus: missis in eum Colonis restitutus est. Cum fame Populus Romanus laboraret. Sp. Melius eques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est. & ob id factū conciliata sibi plebe regnum affectans. A. C. Seruilio Hala magistro equitum iussu. Q. Cincinati Dictatoris occisus est T. Minutius inde. boue aurata donatus est. Legatis romanis a Fidenatibo occisis quoniam ob rem pu. occubuerat: statuę in rostris positę sunt. Cornelius Cossus Tribunus Militū: occiso Volumnio Rege Veientium: Opima spolia secunda

rettulit. M. Emilius Dictator censurę honore: qui antea per quinquennium gerebatur anni & sex mensium spacio functo: ob eam rem a Censoribus notatus est. Fidene in potestatem re dacte eoq; colom missi sunt. Quibus occisis: Fidenates cum de fecissent a populo ro. A. M: Emilio Dictatore uicti sunt: & fidene captę. Coniuratio seruorum oppressa est. Posthumius Tribunus Militum: propter crudelitatem ab exercitu occi sus est Stipendium ex ærario tum primum militibus datū est. Res preterea gestas aduersum Volscos: Fidenates & fa liscos continet. EX LIBRO QVINTO

IN OBSIDIONE Veiorum tabernacula militibo facta sunt. Earę cum esset noua indignatiōe Tri bunorum Pl. mouit querentium non dari plebi: nec per hyemem militię requiem. Equites tum pri mum equis suis merere ceperunt. Cum inundatio in la cu albano facta esset: Vates qui eam rem interpretaretur: ab ho stibus captus est Furius Camillus Dictator decem annos obsessos Veios cepit: Simulachrum Romam transtulit: deci mam partem prędę Delphos Apollini misit. Idem Tribun' militum cum Faliscos obsideret produtos hostium filios pa rentibus remisit. Statumq; deditione facta Faliscorum uicto riam iustitia consecutus est. Cum alter ex censoribus emi lius decessisset: In locum eius. M. Cornelius suffectus est: u nec id postea factum est: quoniam eo lustro a Gallis Roma capta est. Furius Camillus cum ei dies a L. Apuleio. Tri. pl. dicta esset: in exilium abiit. Cum Senones Galli Clusium ob siderent: & Legati absenatu missi ad componendum inter eos & Clusinos pacem: pugnantes contra Gallos in acie Clu sinorum stetissent. Hoc facto eorum concitati Senones: ur bem infesto exercitu petierunt: fusisq; ad Alliam flumen Ro manis cepere urbem: preter Capitolii: in quod se Iuuenes cō tulerant. Maiores natu cū insignibus honorum: quos quisq; gesserat in uestibulis ędium. sedentes occiderunt: & cum per aduersam partem Capitolii: iam in summum euasissent pro duti clangore anserum. M. Manlii precipue opera deiecti

sunt Coactis deinde propter famem Romanis despondere: ut mille pondo auri darent: & hoc pretio finem obsidionis emerent. Furius Camillus Dictator absens creatus: interpendendum aurum: cum exercitu uenit. & Gallos post sextū mēsem urbe expulit: cecidit q. Dictum est ad veios migrandum esse. propter incensam & dirutam urbem Quod consilium Camillo auctore discussum est. Mouit populum uocis quoque omen ex Centurione audite. qui cum in forum uenisset: manipularis suis dixerat. Sta miles: hic optime manebimus. Edes Ioui Capitoliō facta: quo loco ante Vrbem captam uox audita erat: aduentare Gallos. EX LIBRO SEXTO;

RES ADVERSVS Equos: & volscos: & prenestinos prospere gestas continet. Quattuor tribus addite sunt. Stellatina. Sabbatina. Promentina. Armēsis M. Manlius qui capitolium a Gallis defenderat: cum obstrictos ere alieno liberaret: nexos exolueret: crimine affectati regni damnatus: de saxo deiectus est. In cuius notam Senatus consultum factum est. ne cui de Manlia gēte Marco cognomen esset. C. Licinius & L. Sestius Tri. pl. legē promulgarunt: ut consules etiam ex Plebe fierent: qui ex patribus crebantur. Eam legem cum magna contentione: repugnantibus patribus: cum idem Tri pl. per quinquenniū soli Magistratus fuissent: pertulerunt. Et primus omniū ex plebe consul. L. Sestius creatus est. Lata est altera lex: ne cuiq̄ plus quingentis iugeribꝫ agri liceret possidere;

EX LIBRO SEPTIMO;

DVO NOVI Magistratus adiecti sunt. Preterea & Edilitas Curulis. Pestilentia ciuitas laborauit: eāq; insignem fecit mors furii Camilli cuius remediū & finis cum per nouas religiones quereretur: Ludi Scenici tunc primum facti sunt. Cum dies. L. Manlio dicta esset a M. Pompeio Tri. pl. propter delectum acerbe factum: & ob T.

Manlium filium religatum sine ullo crimine: Adolescēs ipse
cuius religatio patri obiiciebatur: uenit in cubiculum Tribuni.
strictoq; gladio coegit eum in uerba sua iurare: non perseuera
turum se in accusatione. tunc omnia pretiosa omissa sunt. In pa
tentem uoraginem urbis Romę. Curtius armatus equo se pre
cipitauit. eaq; expleta est. Manlius adolescens qui patrē a tri
bunitia uexatione liberauerat contra Gallum prouocantem
aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen: descē
dit: eiq; occiso torquē aureum detraxit quem ipse postea tu
lit & ex eo Torquatus est nuncupatus. Duę tribus addite pō
poniana & Publitia Licinius Solo lege ab ipso lata dānatus ē.
quod plus quingentorum iugerum agri possideret. M. Valeri⁹
Tribunus militum. Gallum ab quo prouocatus erat insidente
galea coruo: & unguibus rostroq; infestante hostem: interemit:
& ex eo Coruini nomen accepit. Consulq; proximo anno cre
atus est ob uirtutem: cum uicesimum tertium haberet annum:
amicitia cum Carthaginensibus iuncta. Campani cum urgerē
tur a Samnitibus bello: auxilio aduersus eos a Senatu petito:
cum id non impetrarent: urbem atq; agros Po. Romano dedi
derunt: ob quam causam ea quę populi Ro. facta essent: defē
di bello aduersus Samnites placuit. Cum ab. A. Cornelio con
sule exercitus in iniquum locum deductus in magno discri
mine esset. D. Muren.e Tribuni Militum opera seruatus est:
qui occupato colle super id iugum in quo Samnites sederant:
occasionem consuli in æquiorem locum euadendi dedit ipse
ab hostibus circūsessus erupit. Milites Ro. qui Capuę in presi
dio erant relicti: cum de ea occupanda urbe conspirassent &
detecto consilio metu supplicii a Po. Ro. defecissent per. Mi.
Valerium Coruinum Dictatorem qui consilio suo eos a furo
reuocauerat. patrię restitutę sunt. Res pręterea contra herni
cos & Gallos: & Tiburtes & priuernates & Tarquinienses. &
Samnites & Volscos: prospere gestas continet; iiii. iiii iiii

EX LIBRO OCTAVO;

LATINI cum campanis defecerunt. & missis Legatis ad Senatum conditionem tulerunt ut si pacem habere uellent: alterum ex Latinis Consulem facerent. Qua legatione perlata pretor eorum aruns de Capitolio ita plapsus est: ut examinaretur. T. Manlius consul filium eius: q contra edictum pugnauerat aduersum latinos: ꝛ quãuis prospere pugnasset: securi percussit. Laborantibus Ro. P. Decius tunc cum Manlio deuouit se pro exercitu: & concitato equo cum in medios hostes se intulisset interfectus. Morte sua Romanis uictoriam restituit. Latini in deditionem uenerunt. T. Manlio in urbem reuerso: nemo ex iuuentute obuiã processit. Minutia uirgo vestalis incesti damnata est. Ausonibus uictis in oppidum Cales Colonia deducta est. Item Fregellę Colonia deductę sunt. Veneficium q̃ plurium Matronaꝝ comprehensum Quarum plurimæ statim epotis medicaminibus perierunt. Lex de ueneficio tunc primum constituta est. Priuernatibꝫ cum rebellassent: uictis ciuitas data est. Neapolitani uicti bello & obsidione: in deditionem uenerunt. Quĩtio Publio qui eos obsederat primum Imperium prolatum. & per consules ei decretus Triumphus. Plebs nexu liberata est ꝑꝑ L. Papyrius Dictator reuersus in urbem ab exercitu esset: ꝑꝑ auspicia repetenda. Quintius Fabius Magister equitum occasione rei benegerendę inuitatus contra edictum eius preliatus est: qui prospere aduersus Samnites pugnauit: ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumptur⁹ uideretur: Fabius Romam profugit: & cum causa parum proficeret: populi precibus donatus est. Res preterea contra Samnites ꝓspere gestas continet;

..lucii Papyrii creditoris libidinẽ: q. c. Publio ẽditori suo stuprũ ĩferre uoluerat: Cũ

EX LIBRO NONO;

VETVRIVS & Sp. Postumius: apud Caudinas furculas: deducto in locum iniquum exercitu: cum nulla spes euadendi esset: fędere cum Samnitibꝫ facto: &

sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis: ita exercitum abduxerunt ut omnes subiugum mitterẽtur. Idemq; auctore SP. Postumio cons. qui in senatu suaserat: ut eorum deditioni quorum culpa tam deforme foedus ictum erat: publica fides liberaretur cum duobus Tri. Pl. & omnib⁹ qui per fœdus spopõderãt dediti Samnitibus non sunt recepti. Nec etiam multo postea fusis a Papyrio Cursore Samnitibus: & subiugum missi⁹ receptisq; sexcentis equitibus Romanis qui obsides dati erant: pudor prioris flagitu abolitus est. Tribus duæ adiectæ sunt Ofentina & Faleria. Suessa & Pontia Coloniæ deductæ sunt. Ap. Claudius Censor aquam perduxit: uiam strauit: quæ Appia uocata est. Libertinorum filios in Senatum legit. Ideoq; q̃m is ordo uidebatur inquinatus indignis sequentis anni Censores in Senatu legendo obseruauerẽt: quemadmodum ante per proximos Censores obseruatum fuerat. Res preterea contra apulos: & Truscos: Vmbros: Marsos: Pelignos: Equos: & Samnites: quibus fœdus erat restitutum: prospere gestas continet. Flauius Scriba libertino patre natus Ædilis Curulis fuit: per forensem factionem creatus. Quæ cum comitia & Campum turbaret & in iis propter numas uires dominaretur a Qu. Fabio Censore in quattuor tribus redacta est. Eaq; res Fabio Maximo nomen dedit. In hoc libro mentionem habet alexandri: qui temporibus his fuit: & estimatis Po.ro uiribus: quæ tũc erãt: colligitur. Si Alexander in Italiam traiecisset: non tam facilem ei uictoriam de Po.ro fore: q̃ de his gentibus: quas ad orientẽ imperio suo subiecerat. EX LIBRO DECIMO;

COLONIÆ deductæ sunt Sora & Alba. Carseoli: Marsi in deditionem accepti sunt. Collegium Augurum Ampliatum est ut essent nouem cum antea quaterni fuissent. Lex de prouocatione ad populum a Murena consule tunc primum lata est. Duæ tribus adiectæ sunt: Arnienem & Tarentina. Samnitibus bellum indictum & aduer



sus eos prospere pugnatum est. Cum aduersus hetruscos. Vmbros. Samnites Gallos. P. Decio & Q. Fabio ducibus pugnaretur: Romanusq; exercitus in maximo esset discrimine. P. Decius sequutus exemplum patris: deuouit se pro exercitu: & morte sua uictoriam eius pugnę Po Ro. dedit. Papyrius cursor Samnitum exercitum: qui in iure iurando astrictus suo: quo maiore constantia uirtutis in aciem descenderet: fudit. Census actus est. Lustrum conditum. Censa sunt ciuiū capita. ducenta septuaginta duo milia & trecenta uiginti;

EX LIBRO VNDECIMO;

CVM FABIVS GVRGES Cons. male aduersum Samnites pugnasset. & Senatus de remouendo eo ab exercitu ageret: Fabius maximus pater deprecatus. hanc filii ignominiam: eo maxime: Senatum mouit: q; iterum se filio Legatum pollicitus est. Idq; prestitit atq; eius consiliis: & opera: filius cons. adiutus: cęsis Samnitibus triumphauit. C. Pontium Imperatorem Sānitum ductum in Triumpho securi percussit. Cum ciuitas pestilentia laboraret: missis Legatis: ut Ęsculapii signum Romam ab Epidauro transferret anguem: qui se in nauem eorum contulerat: in quo ipsum Numen esse constabat: deportauere. Eoq; in insulam Tyberis egresso: eodem loco sedes Ęsculapii constituta est. L. Postumius Consularis quoniam cum exercitui pręesset: opera militum in agro suo usus esset: damnatus est. Samnitibus pacem petentibus fędus quarto renouatum est. Curius dentatus consul. Samnitib; cęsis & Sabinis: qui rebellauerant: uictis: & in deditionem acceptis. bis in eodem magistratu triumphauit. Colonię deductę sunt. Castrum. Sena. Hadria. Tri

uiuuri Capitales tunc primum creati sunt. Censusq; actus est.
Lustrum conditum: Censa sunt ciuium capita. cc lxxii. Plebs pp
es alienum & graues & longas seditiones ad ultimum secessit
in Janiculum: unde a Qu. Hortensio Dictatore deducta est. Isq;
in ipso magistratu decessit. Res preterea contra Volsinienses
gestas continet. Item aduersus Lucanos contra quos auxilium
tyrrhenis ferre placuerat. EX LIBRO DVODECIMO.

CVM LEGATI Romanorum a Gallis Senonibus
interfecti essent: bello ob id Gallis indicto. L. Cecilius
pretor cum legionibus ab iis cesus est. Cum a
Tarentinis classis Romana direpta esset: Duce qui
preerat classi: occiso: Legati ad eos a Senatu ut de iis iniuriis
quererentur: missi: pulsati sunt: ob id bellum iis indictum est.
Samnites defecerunt aduersus eos: & Lucanos & Brutios &
Hetruscos aliquot prelijs a compluribus ducibus bene pugna
tum est. Pyrrhus Epirotarum Rex: ut auxilium ferret Ta
rentinis in Italiam uenit. Cum in presidium Regionorum le
gionum legio Campana cum perfecto Decio Iubelio missa eet.
occisis regijs: Regium occupauit. EX LIBRO XIII;

VALERIVS Leuinus cons. parum prospere ad
uersus Pyrrhum pugnauit: elephantorum maxi
me inusitata facie territis militibus. Post id pre
lium: cum corpora Romanorum qui in acie ceci
derant: Pyrrhus inspiceret: omnia uersa in hostem inuenit.
populabundusq; ad urbem Romam processit. C. Fabritius mis
sus ad eum: ut de redimendis captiuis ageret. frustra ut pa
triam desereret: a rege temptatus est. Captiui sine pretio re
missi sunt: Cyneas Legatus a Pyrrho ad senatum missus: petit:
ut componendæ pacis cā nec in urbe reciperetur: de qua re cū
ad frequentiorem Senatum referri placuisset. Ap. Claudius
qui propter ualitudinem oculorum tam diu a Consulibus
Pub. abstinuerat: uenit in curiam: & sententia sua tenuit: ut

id Pyrrho negaretur. P. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. Censa sunt ciuium capita .ccl.xxviii.mi lia .ccl.xxii. Iterum aduersus Pyrrhum dubio euentu pugna tum est. Cum Carthaginensibus quarto foedus renouatū é. Cum .C. Fabritio consuli: ut qui ad eum a Pyrrho transfugerat: polliceretur se regi uenenum daturum: cum indicio ad rege remissus est Res preterea contra hetruscos: Lucanos & Bru tios & Samnites prospere gestas continet;

EX LIBRO DECIMOQVARTO;

PYRRHVS in Siciliam traiecit: cum inter alia prodigia fulmine delectum esset in capitolio lo uis signum: caput eius per Aruspices inuentū est. Curius dentatus cum delectum haberet: eius qui citatus non responderat: bona uendidit: Pyrrhum iterum ex Sicilia in Ita liam reuersum uicit: & Italia expulit. Fabritius censor: Pu. Cornelium Ruffinum consularem senatu mouit: quod decē argenti pondo facti haberet. Lustro a Censoribus condito censa sunt capita ciuium .ccl.xxi.milia .ccxxiii. Cum Pto lemeo Aegipti rege societas iuncta est. Sextilia uirgo Vesta lis sa dānata incesti: uiua defossa est. Colonie deducte sunt Possidonia: & Consa. Carthaginensium classis auxilio mamerti nis uenit. Quo facto abus foedus uiolatum est. Res preterea contra Lucanos: Sānites & Brutios feliciter gestas: & Pyrrhi mortem continet; EX LIBRO .X.V.

VICTIS Tarentinis pax: & libertas data est. Legio cāpana que Regium occupauerat: obsessa: dedito ne facta: securi percussa est. Cum Legatos Apollo niatium ad Senatum missos quidam iuuenes pul sassent: dedi sunt Apolloniatibus. Picentibus uictis pax da ta. Colonie deducte: Ariminum in Piceno Beneuentum in Sānio. Tunc primum Po. Ro. argento uti cepit. Vmbri & Sa lem uicti in deditionem accepti sunt. Questorum numerus

ampliatus est; EX LIBRO .X.VI

ORIGO Carthaginensium & primordia urbis referuntur: contra quos & Hieronem Regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit Senatus. Cum de ea re inter suadentes ut id fieret: dissuadentesq; contentio fuisset: transgressis tū primum mare equitibus Romanis aduersus hieronem sępius bene pugnatum petenti pax data est. Lustrum a censoribus conditum censa sunt ciuium capita .cccl.xxii. milia .cc.xxiiii. .D. Iunius Brutus munus gladiatorum in honorem defūcti patris edidit primus: Colonia eserna deducta est. Res preterea contra Poenos & volscos prospere gestas continet;

EX LIBRO .XVII.

CN. Cornelius Cos. a classe punica circunuentus: & per fraudem ueluti in colloquium euocatus. captus est. Duilius consul aduersus classem pęnorum prospere pugnauit: primusq; omnium romanorum ducum naualis victorie duxit triumphum. ob quam causā ei perpetuus honos habitus est: ut reuertenti a cęna tibicines canerent: & funale preferretur. L. Cornelius Consul in Sardinia contra sardos & Corsos & hamonem Pœnorū Ducem feliciter pugnauit. Atilius Calatinus cos. cum in locū iniquum a Poenis circūsessum temere duxisset exercitum + .M. Calsurnii Tri. Militum uirtute & opera euasit. Qui cum trecentis militibus eruptione facta: hostes in se conuertit. H annibal Dux pęnorum uicta classe cui prefuerat. a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus cos. uictis nauali plio Pęnis ī Africā traiecit; EX LIBRO .XVIII.

ATTILIVS Regulus in Africa serpentem portentuose magnitudinis cum maxima militum clade occidit: & cum aliquot prelis aduersum Carthaginenses pugnasset: successorq; a Senatu prospere bel

lum gereret non mitteretur: id ipsum per literas ad Senatum missas conquestus est. In quibus inter causas petendi successoris: q; agellus eius a mercenariis deuastaretur. Querente deinde fortuna ut magnum utriusq; casus exemplum in Regulo proderetur: accersito a Carthaginensibus xanthipho Lacedemoniorum Duce: uictus prelio & captus est. Res deinde a ducibus romanis omnibus terra mariq; prospere gestas deformauere naufragia classium. T. Coruncanus primus ex plebe Pontifex Maximus creatus est. M. Sempronius Scop: Valerius Maximus Censores cum senatum legerent. xiii. Senatu mouerunt Lustrum condiderunt quo Censa sunt ciuium capita. ccc xvii. milia. ccxxvii. Regulus missus a Carthaginensibus ad Senatum: ut de pace: & si eam minime impetraret: de captiuis cõmutandis ageret iure iurando astrictus est rediturum se Carthaginem si cõmutari captiuos non placuisset. Vtrunq; negandi auctor senatui fuit: & cum fide custodita reuersus esset, supplicio a Carthaginensibus de eo sumpto periit;

EX LIBRO XVIIII

CECILIVS Metellus: rebus aduersus Poenos prospere gestis: Speciosissimum egit triumphum. xiii. ducibus hostium & cxx. elephantis in eo ductis. Claudius pulcher cons. qui contra auspicia profectus iussit: mergi pullos: qui cibari nolebant: infeliciter aduersus Carthaginenses classe pugnauit: & reuocatus a Senatu iussusq; dictatorem dicere. C. Glauciam dixit sortis ultime hominẽ: qui coactus abdicare se magistratu postea ludos pretextatus spectauit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Poenis captiuorum cõmutatio facta est. Colonie deducte sunt Fregellẽ in agro Salentino Brũdusium. Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sunt ciuũ capita. ccli. milia. ccxxii. Claudia soror P. Claudii qui contemptis auspiciis male pugnauerat: a ludis diuertens: cum

turba premeretur dixit. utinam frater meus uiueret: iterumq; classem duceret: ob eam causam mulctata est. Duo prętores tū primum creati sunt. Cęcilius Metellus Pontifex maximus. A. Posthumium cons. quoniam fidem & flam̄ martialis erat. Cū ille ad bellum gerendum proficisci uellet in urbe tenuit: nec passus est a sacris recedere. Rebus aduersus pęnos pluribus ducibus gestis summam uictorię. C. Luctatius cons. uicta ad ęgades insulas classe Pœnorum finem bello imposuit. Petentibꝫ Carthaginensibus pax data est. Cum templum ueste arderet Cęcilius Metellus Pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. Duę tribus adiectę sunt: velina & esquilina. Falisci cum rebellassent: sexto die domiti in deditionem uenerūt.

EX LIBRO .XX.

SPOLETVM Colonia deducta est. Aduersum Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi cum rebellassent: subacti sunt. Tucia uirgo uestalis incesti damnata est. Bellum Illyricis propter unum ex Legatis: qui ad eos missi erant: occisum: indictum est: subactiq; in deditionem uenerunt. Prętorium numerus ampliatus est: ut essent quattuor. Galli Transalpini: qui in Italiam eruperant cęsi sunt. Eo bello Populus Romanus. sociorum et latiniq; nominis: trecenta milia armatorum habuisse dicit.

Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis: Galli insubres aliquot pręlus in deditionem uenerunt. M. Claudius Marcellus consul occiso Insubrium Gallorum Duce Viridomato: opima spolia rettulit. Histri subacti sunt. Iterum Illyrici cum rebellassent: domiti in deditionem uenerūt. Lustrum a Censoribus conditum est. ex quo censa sunt ciuium capita cclxx. milia. Libertini in quattuor Tribus redacti sūt: cum antea dispersi fuissēt. esquilinam. Palatinam. Suburranā Collinā moniū & Cyrcū Flami. extruxit. Coloniæ deductæ sunt in agro a Gallis capto. Placentia & Cremona;

EX LIBRO XXI

IN ITALIAM BELLI Punici secundi acta narrantur. Et Hannibalis Penorum Ducis contra foedus per hiberum amnem transitus. a quo Saguntus sociorum Po. Ro. ciuitas octauo mense capta est. De quibus iniurijs missi Legati ad Carthaginenses: qui q̄reret & cū satisfacere nollent. bellum ijs indictum est. Hannibal superato Pyreneo saltu: per Gallias fusis: qui obsistere ei conati erant: ad alpes uenit. & laborioso per eas transitu cum montanos quoq; Gallos obuios aliquot prelijs repulisset descendit in Italiam. Et ad ticinum amnem Romanos equestri prelio fudit. In quo uulneratum. P. Cornelium Scipionem protexit filius q affricani postea nomen accepit Iterum q; exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso: Hannibal Appenninum per maximam militum uexationem propter uim tempestatum: transit. Cn. Cornelius Scipio hispania contra Pœnos prospere pugnauit Duce hostium Magone capto. EX LIBRO XXII

HANNIBAL per continuas uigilias in paludibo oculo amisso uenit hetruriam per quas paludes iiii quattriduo. & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius cons. homo temerarius contra auspicia profectus: signis militaribus e fossis: que tolli nō poterant: & ab equo quem conscenderat per caput deuolutus: insidijs ab hannibale circūuentus ad Transimenum lacum cum exercitu cesus est. Sex milia que eruperant: fide ab Maharabale data perfidia hannibalis uincta sunt. Cum ad nuntium cladis nome luctus esset: due matres insperato receptis filijs gaudio mortue sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum uotum. Cum deinde. Qu. Fabius Maximus Dicta

tor aduersus hannibalem missus: nollet acie cum eo confli
gere: ne contra ferocem tot victoriis hostem aduersis prelijs
militem pugne cõmitteret: & opponendo se tantũmodo cona
tus hannibalis impediret. M. Minutius magister equitum fe
rox & temerarius: criminando Dictatorem tanq̃ timidum
& segnem: effecit: ut populi iussu ei imperium cum dictatore
equaretur. Diuisoq; exercitu: cum iniquum locum conflixis
set: & in maximo discrimine legiones eius essent. superueniẽ
te cum exercitu Fabio Maximo ex discrimine liberatus est: o
Quo beneficio victus: castra cum eo iunxit: & patrem cum salu
tauit. Idemq; milites facere cõmilitonibus iussit. hannibal in
stata Campania inter Casilinum oppidum: & Calliculam mon
tem a Fabio clusus: sarmentis ad cornua boum alligatis: & in
censis presidium romanorum. quod Calliculam insidebat fu
gauit: & sic transgressus est saltum. Idemq; Fabii Maximi Dicta
toris: cum circumposita ureret agro pepercit ut illum tanquã
proditorem suspectum faceret. Emilio deinde Paulo. & Terẽtio
varrone consulibo. & ducibus: cum maxima clade aduersus
hannibalem ad Cannas pugnatum est. Cesa quoq; eo prelio ro
manoy quadraginta quinq; milia: cum Paulo Cons: & senatoribo
nonaginta. Consularibus: atq; pretoriis: aut ediliuis triginta.
Postq̃ cladem cum a nobilibus adolescentibus propter desperatio
nem: consilium derelinquenda Italia iniretur. P. Cornelius Sci
pio Tribunus militum qui postea Africanus nuncupatus est:
stricto super capita deliberantium ferro iurauit pro hoste se ha
bituruin eum: qui in uerba sua non iurasset Effecit q; ut omnes
mutine relictum iri a se Italiam iureiurando astringerentur.
Propter paucitatem uero militum seruorum octomilia armata
sunt. Captiui cum potestas esset redimendi redempti non sunt.
Preterea trepidationem urbis: & luctum: & res in hispania melio
re euentu gestas continet. Oppias & florentia Vestales uirgines.
incesti dãnatq; sunt. Varoni obuiam itum est: & gratie actę. q;

de Rep. non desperasset. EX LIBRO ·XXIII·

Campani ad hannibalem defecere: Nuntius cannensis uictorie Mago carthaginem missus annulos et aureos a digitis occisorum Romanorum detractos in uestibulo Curie fudit. quos excessisse modii mensuram traditur. Post quem quidem nuntium hanno ex Poenis uir nobilissimus suadebat Senatui Carthaginensium: ut pacem a po. ro. peterent: nec tenuit obstrepente Bacchina factione: Clau. Marcellus Pretor ad Nolam eruptione aduersus hannibalem ex oppido facta: prospere pugnauit. Casilinum a Poenis obsessum: ita fame uexatum est: ut lora: & pelles scutis detractas: item mures essent: & nucibus per uulturnum amnem a romanis missis uixerunt. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Posthumius Pretor a Gallis: cum exercitu cesus est. Cn. & P. Scipiones in hispania hasdrubalem uicerunt & hispaniam suam fecerunt. Reliquie cannensis exercitus in Siciliam relegate sunt: ne recederent inde: nisi finito bello. Sempronius Gracchus cons. Campanos cecidit. Claudius marcellus pretor hannibalis exercitum ad Nolam prelio fudit & uicit primus q omnium tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. Inter Philippum macedonum Regem & hannibalem societas iuncta e: Preterea in hispania feliciter a Publio & Manlio Pretoribus aduersus poenos res gestas continet. A quibus Hasdrubal Dux: & Mago & Hanno capiti. Exercitus hannibalis per hyberna capue ita luxuriatus e: ut corpor uiribus atq animor eneruaretur.

EX LIBRO VIGESIMO QVARTO

Hieronymus Syracusanorum Rex: cuius pater hiero. amicus Populi Ro. fuerat ad Carthaginenses defecit: & propter crudelitatem superbiamq a suis interfectus est. T. Sempronius Gracchus procon. prospere aduersus Poenos & hannibalem ducem ad Beneuentum pu

gnauit seruorum maxime opera: quos liberos [illegible] iussit Cla.
Marcellus cons. in Sicilia quę prope tota ad Poenos defecerat
S yracusas obsedit Philippo Macedonum Regi bellum indictū
est: qui ad Apolloniam nocturno prelio opp[illegible] fugatusq;
in Macedoniam cum prope inermi exercitu profugit. Ad id
bellum gerendum: Valerius pretor missus est Celtiberi quoq;
in amicitiam recepti sunt: quorum auxiliis accitis tunc pri
mum mercennarium militem Romana castra habuerunt. Res
preterea in hispania a. P. & Cn. Scipionibus aduersus Cartha
ginenses gestas continet. Syphax Rex Numidarum in amici
tiam adscitus contra masanissam Regem massiliorum pro Car
thaginensibus pugnans uictus in hispaniam ad Scipionē cum
maxima manu transiit contra Gades: ubi angusto freto Africa
& hispania dirimuntur; EX LIBRO ·XXV·

PVBLIVS Cornelius Scipio postea Africanus an̄
legitimos annos ędilis factus est. hannibal vrbem
Tarentum preter arcem per Tarentinos iuuenes: q̄
se noctu uenatum ire simulauerant: cepit. Ludi Apol
linares ex Martiis carminibus: quibus Cannensis clades predcā
fuerat: instituti sunt. A Qu. fuluio: & a. P. Claudio consulibꝫ
aduersus hannonē Penorum Ducem prospere pugnatum est
T. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano in in
sidias ductus: a magone interemptus est Centenius Poenula
qui Centurio militauerat: cum petiisset a Senatu ut sibi exer
citus daretur: pollicitusq; esset: si hoc impetrasset: de hannibale
uictoriam: octomilibꝫ acceptis. militum Dux factus: conflixit
acie cum Hannibale: qui cum exercitu eum cecidit. Capua obses
sa est a. Q. Fuluio & a. P. Claudio Consulibꝫ. Cn. Fuluius pretor
male aduersus hannibalem pugnauit. In quo prelio hominū
uiginti milia ceciderunt. ipse cum equitibus ducentis effugit.
C laudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio. & ingē
tem se uirum gessit. In eo tumultu urbis captę Archimedes in-

tentus

tentus formis quas in puluere descripserat. interfectus est. P. & Cn. Scipiones in hispania tot tantarumq; rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus octi anno octauo quam in hispaniam uenerant. Amissaq; eius prouincie possessio foret: nisi. L. Martii equitis Romani uirtute & industria: contractis exercituum reliquiis: eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent: Ad. xxvii. milia cesa ex mille octingentis preda ingens capta. Dux Martius appellatus est.

EX LIBRO. XXVI.

HANNIBAL ad tertium ab urbe Roma lapidem super Amenem castra posuit. Ipse uero cum duobus milibus equitum usq; ad portam Capenam: ut urbis situm exploraret. obequitauit. & cum per triduum in acie in utrinq; exercitus omnis descendisset certamen tempestas diremit. Nam cum in castra redissent: statim serenitas erat. Capua capta est a. Qu. Fuluio & Ap. Claudio consulibus. Principes campani ueneno sibi conscierunt mortem. Cum Senatus Campanorum delegatus esset ad palos: ut securi ferirentur: literas a Senatu missas. Qu. Fuluius consul: quibus iubebatur parcere antequ legeret: in sinu posuit: & lege agi iussit: & supplicium peregit. Cui in comitiis apud populum quereretur: cui mandaretur hispaniarum imperium: nullo id uolente suscipere. P. Scipio. P. F. qui in hispania ceciderat: professus est se iturum: & suffragio populi: consensuq; omnium missus: nouam Carthaginem uno die expugnauit: cum ageret uicesimum quartum annum: uideturq; diuina stirpe creatus. Quoniam & ipse postq; togam acceperat: quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis sepenumero uisus est. Res preterea in Sicilia gestas continet: & amicitiam cum Etolis iunctam. Bellum q; gestum aduersum Acarnanes & Philippum & Macedonum Regem;

EX LIBRO VIGESIMO SEPTIMO;

CN. Fuluius proconsul: cum exercitu ab hannibale cesus est: meliori euentu a Cla. Marcello cons. aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est: inde hannibal noctu recessit: Marcellus insequutus est & subinde cedentem pressit donec effugeret priore pugna: Hannibal superior fuit: Marcellus insequenti. Fa. Maximus pater cons. Tarentinos per deditionem acceperit. C laudius Marcellus. T. Quintius Crispinus consules speculandi causa egressi a castris insidiis ab hannibale circūuenti sūt marcellus occisus fuit. Crispinus fugit. Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita. cxxxvii. milia: & cētum octo. Ex quo numero apparuit quantum hominum tot preliorum aduersa fortuna populo ro. abstulisset. In hispania ad Betuliam Scipio cum hasdrubale & hamilchare conflixit: & uicit inter alia captum puerum Regalem excimie forme ad auunculum Masanissam cum donis misit. Hasdrubal qui cū exercitu nouo transcenderat Alpes: ut se hannibali conūgeret: cum milibus hominum. lvi. cesus est. M. Liuii Consulis ductu: non minore opera Claudii Neronis consulis: qui cum hannibali oppositus esset: relictis castris: ita ut inimicum falleret. cum electa manu profectus hasdrubalem circūuenit. Res preterea a. P. Scipione in hispania: & a. P. Sulpitio Pretore aduersus Philippum & Acheos gestas continet;

EX LIBRO . XXVIII.

RES in hispania prospere gestas a Syllano Scipionis Legato: & a. L. Scipione fratre aduersus Pœnos a Sulpitio proconsule: & ab Attalo Rege asie aduersus Philippum regem macedonum pro Etolis: referuntur. Cū. M. Liuio. & Claudio Neroni consulibus triūphus decretus esset: Liuius qui in prouincia sua rem gesserat: quadrigis inuectus est. Nero qui in collegę prouinciam: ut uictoriam eius adiuuaret: uenerat: equo est secutus: & in hoc habitu plus glorie

reuerentiaeq; habuit. Nam & plus in bello quam Collega fecerat.
Ignis in ede veste negligentia uirginis: quę non custodierat:
extinctus est. uirgo cęsa & flagro Publio Scipio in hispania
cum Poenis bellauit decimo quarto anno eius belli: anno v.
postq̄ uerat: exclusisq; in totum possessione eius hostibus: his-
paniam recepit. Et Tarracone in africam ad Syphacem Regem
Numidarum duobus nauigiis transuectus: foedus iunxit: has-
drubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto cenauit. Munus
gladiatorum in honorem patris patruiq; Carthagini nouę de-
dit. Non ex gladitoribus: sed ex his qui aut in honorem duc-
aut ex prouocatione in certamen descendebant. In quo Regu
li fratres de regno: ferro contenderunt: cum Gythia Vrbs ab
Romanis oppugnaretur: oppidani liberos & coniuges rogo
extructo occiderunt: & se insuper precipitauerunt. Ipse Scipio
dum graui morbo implicitus esset. Seditionem in parte exerci
tus motam confirmatus discussit. Rebellantesq; hispanię po
pulos coegit in deditionem uenire. Et amicitia facta est cum
Masanissa Rege Numidarum: qui illi quidem auxilium si in
Africam traiecisset pollicebatur. Cum Gaditanis quoq; post
discessum inde Magonis cui ex Carthagine scriptum erat: ut
in Italiam trauiceret: Romam reuersus consulq; creatus: Africa
prouiciam petenti: contradicente: Qu. Fabio Maximo Sicilia
data est: permissumq; ut in Africam trauiceret si ex re P. esse
censeret. Mago Hamilcharis filius a minori Baleari insula ubi
hyemarat in Italiā traiecit; EX LIBRO XXVIIII

EX SICILIA. C. Lelius in Africam a Scipione mis
sus ingentem predam reportauit. Et mandata
Masanisse Scipioni exposuit: conquerentis q; nō exer
citum in africam traiecisset. Bellum in hispania fini
tum uictore Romano: quod Indibilis excitauerat ipse in acie
occisus. Mandonius exposcentibus Romanis a suis deditus e
Magoni qui in Galliam & Ligusiam erat: ex Africa & militū

ampla manus missa & pecunię quibus auxilia conduceret: pre
ceptumq; ut se hannibali iungeret. Scipio a Syracusis in Bruti
os traiecit & Locros: pulso punico presidio: fugatoq; hanniba
le: recepit. Pax cum Philippo facta est. Idea mater deportata
est Romam a Pessimũte oppido Phrygię carmine in libris Sy
billinis inuento pelli Italia alienigenam hostem posse: si Ma
ter Idea deportata romam esset. Tradita autem est Romanis
per Attalum regem Asię lapis erat: quem matrem deum Inco
le dicebant. Excepit. P. Scipio Nasica. Cn. filius eius: qui in his
pania perierat uir optimus a Senatu iudicatus: adolescens nõ
dum Questorius. Quoniam ita responsum habebatur ut numen
id ab optimo uiro reciperetur consecrareturq;. Locrenses Lega
tos Romam miserunt: qui de impudentia. P. Pleminii Legati
quererentur: q; pecuniam proserpinę abstulerat: & liberos
eorum: & coniuges stuprauerat. Pleminius in Carcere Romã
perductus in carcere mortuus est. Cum falsus rumor de. P.
Scipione proconsule: qui in Sicilia erat: in urbem perlat' esset:
tanq; luxuriaretur: missis ob hoc Legatis a Senatu: qui explo
rarent: an ea uera essent. Purgatus infamia Scipio: in Africam
traiecit Senatus permissu. Syphace accepta filia in matrimoni
um hasdrubalis Gisgonis: amicitię quam cum Scipione ipe iun
xerat: renuntiauit. Masanissa Rex massiliorum: dum pro Car
thagine in hispania militat: amisso patre Galla de regno exci
derat. Quo per bellum sępe repetito: aliquot prelijs a Syphace
Rege Numidarum uictus: in totum: priuatus est: & cum du
centis equitibus exul Scipionis se iunxit: & cum eo primum
statim bello hannonem hamilcharis filium cum ampla ma
nu interemit. Scipio aduentu Hasdrubalis & Syphacis: qui pro
pe cum centum milibus armatorum uenerant: ab obsidione
urbe depulsus hyberna cõmunuit. Sempronius Consul in agro
Crotoniensi prospere aduersus hannibalem pugnauit interce
sores. M. Liuium: & Claudium Neronem notabilis discordia

fuit. Nam & Claudius Liuio college equum ademit: quod a po
no. damnatus: actusq; in exilium fuerat: & Liuius Claudio q;
falsum in se testimonium dixisset: & q; immune bona fide secum
in gratiam rediisset. Idem omnes tribus extra unam: eramas re
liquit. & q; innocentem se damnassent: & postea consulem cēso
remq; fecissent. Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sūt
ciuium capita. ccxxiii milia. EX LIBRO. XXX.

IN AFRICA Scipio carthaginenses: & eundem
Syphacem Numidarum regem hasdrubalemq; plu
ribus prelijs uicit: adiuuante Masanissa: binaq; hosti
um castra expugnauit. in quibus. xl. milia hominū
ferro igniq; consumpta sunt. Syphacem per C. Lelium cepit: ii
Masanissa Sophonisbam uxorem Syphacis filiam Hasdruba
lis captam statim adamauit: & nuptijs factis uxorem habuit.
C astigatusq; a Scipione: uenenum ei transmisit: quo quidem ii
hausto illa decessit: effectumq; est multis Scipionis uictorijs
ut Carthaginenses in desperationem acti in auxilium publice sa
lutis Hannibalem ex Italia reuocarent. Isq; anno decimo sexto
Italiam descendens: in africam traiecit: temptauitq; per collo
quium pacem cum Scipione componere: & cum de conditionu
bus pacis non conuenisset: acie uictus est. Pax Carthaginensi
bus data est: petentibus. hannibal Gisgonem pacem dissuaden
tem manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti: ipē
pacem suasit. Reuersus in urbem Scipio amplissimum nobilis
simumq; egit Triumphum: quem. Qu. Terentius Culeo senator
Pileatus sequutus est. Scipio Africanus incertum militari pri
fauore: an populari aura: ita cognominatus sit: primus certe
hic Imperator uocite a se nomine gentis nobilitatus est. Mago
bello: quo in agro Insubrium cum romanis conflixerat: uul
neratus dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur:
ex uulnere mortuus est;

EX LIBRO TRIGESIMO PRIMO.

BELLI ADVERSVS Philippū macedonię Regem: quod uer missū erat: repetūt cause feruntur hę. Tempore initiorum duo iuuenes Acarnanes qui non initiati erant Athenas uenerunt: & in sacrarum cereris cū aliis pluribus suis intrauerunt. ob hoc tāq̄ nephas summum cōmissent: ab athenensibus cęsi sunt. Acarnanes Mortibus suorum commoti: ad uindicandum illos auxilium a Philippo petierunt. Post pacem Carthaginensibus datam quingentesimo anno ab urbe condita: paucis mensibus porta iam clausa. Ceptum est autē anno quingentesimo quinto. Cum Athenienſium: qui obsidebantur a Philippo Legati auxilium a Senatu petissent: & Senatus id censuisset ferendum: plebe: quod tot bellorum continuus labor grauis erat: dissentiente tenuit auctoritas Patrū ut socię ciuitati ferre quoq̄ opem Populus iuberet. bellum id P. Sulpitio cons. mandatum est: qui exercitu in Macedoniā educto equestribus prelis cum Philippo prospere pugnauit. u
A bydeni a Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum suos seq̄ occiderunt. L. Furius pretor gallos Insubres rebellātes: & hamilcharem Poenum bellum in ea parte molientem acie uicit: Hamilchar eo in bello occisus est. & milia hominū xxxvi. Preterea expeditiones Philippi regis: & Sulpitii Consulis expugnationes q̄ urbium ab utroq̄ factas continet. Sulpitius cons. adiuuantibus Rege Attalo & Rhodiis bellū gerebat. Triūphauit de gall. L. Furius pretor. EX LIBRO XXXII.

COmplura prodigia ex diuersis regionibus nūtiata referuntur. Inter quę in Macedonia in puppe longe nauis Lauream esse natam. T. Quintius Flaminius Consul aduersus Philippum feliciter pugn

uit in faucibus Epiri: fugatumq; coegit in regnum reuerti.
I pse Thessaliam que est uicina Macedonię socius ętolis & Acarnanibus uexauit. L. Quintius Flaminius Consulis frater naual prelio Attalo rege & Rhodiis adiuuantibus: euboeam: & maritimam oram cepit. Achei in amicitiam recepti sunt pretorium numerus ampliatus est: ut seni crearentur. Coniuratio seruorum facta desoluendis Carthaginensibus obsidibus: oppressa est. Duo milia necati sunt. Cornelius cons. Gallos insubres prelio fudit Cum lacedemonijs & tyranno eorum Nabide amicitia iuncta est. Preterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur;

EX LIBRO .XXXIII.

ITVS Quintius flaminius Proconsul cū Philippo ad Cynocephalas in Thessalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flamininus frater proconsulis Acarnanes Leucade urbe: que caput est Acarnanię expugnata: in deditionem accepit. Pax petenti Philippo: Grecię libertas data est: Attalus a Thebis obsubitam mutalitudinē translatus: decessit. C. Sempronius Tuditanus Pretor a Celtiberis cum exercitu cesus est. L. Furius & Clau. Marcellus Consules Boios & Insubres gallos subegerunt. Marcellus triumphauit.
H annibal frustra in Africa bellum molitus: & obhoc Romanis per epistolas aduerse factionis principum delatus: propter metum Romanorum qui legatos ad carthaginensium Senatum de eo miserant: profugus ad Antiochum Regem Syrię se contulit bellum contra Romanos parantem;

EX LIBRO .XXXIIII.

LEx oppia quam. Cn. Oppius. Tri. pl. bello punico destringendis cultibus Matronarum tulerat: cū maxima contentione abrogata est: cum Portius Cato auctor fuisset: ne ea lex aboleretur. Is in hispaniam profectus: bello quod emporius orsus est: citeriorem hispa

niam pacauit. T. Quintius Flaminus bellum aduersus Lacede-
monios & tyrannum eorum Nabiden prospere gestum: data
iis pace: qualem ipse uoluit: liberatis q; agris: qui subditione ty-
ranni erant: finiuit. Res preterea in hispania atq; aduersus Bo
os & insubres Gallos feliciter geste referuntur. Senatus tunc
primum secretus a populo ludos spectauit: ut id fierent. Sex
Aelius Petus & L. Cornelius Cethegus censores interuenerunt.
cum indignatione plebis. Colonie plereq; deducte sunt. M
Portius Cato de hispania triumphauit. T. Quintius flaminus:
qui Philippum macedonum Regem & Nabidem Lacedemoni
orum tyrannum uicerat Greciam q; omnem liberauerat: ob hac
rerum factarum multitudinem: triduo triumphauit. Legati Car
thaginensium nuntiauerunt hannibalem: qui ad Antiochum
confugerat: bellum cum eo moliri. Temptauerat autem per Ari
stonem Tyrium sine litteris Carthaginensem missum: ad rebel
landum Pœnos cogitare. P. Scipio Africanus Legatus missus
ad Antiochum Ephesis cum hannibale qui se Antiocho iunxe
rat: colloquutus est: ut si fieri posset: metum iuxta: quem ex po
pulo ro. conceperat: exueret. Inter alia cū quereret ab han
nibale: quem fuisse maximum Imperatorem hannibal crederet:
respondit. Alexandrum Regem macedonum: q; parua manu
innumerabiles exercitus fudisset. Quodq; ultimas oras quas ui
sere supra fidem humanam esset: peragrasset. Querenti deinde
quem secundum poneret inquit Pyrrhum: eo quod castramen
tari docuisset ad hec neminem elegantius loca cepisse: presidia
disposuisse: Excequenti quem tertium diceret: semet ipm dixit.
Ridens Scipio quidnā tu diceres: si me inquit uicisses? Tunc uero
inquit me & ante Alexandrum & ante Pyrrhū 7 aī alios posuisse;

EX LIBRO XXXV.

INter ea prodigia: que plurima fuisse traduntur: Bo
uem. Cn. Domitio cons. loquutum Roma caue tibi:
refertur. Nabis Lacedemoniorum Tyrannus meta

tus ab Etolis qui & Philippum & Antiochum ad inferendū bel
lum populo ro. sollicitabant: a po. ro. defciuit. Et bello aduer
sus Philopomenem Acheorum prętorem gesto: ab Aetolis inter
fectus est. Etoli quoq; ab amicitia populi ro. defecerunt. Cū qui
bus societate iuncta Antiochus Syrie rex: cum bellum Grecie
intulisset complures urbes occupauit. Inter quas Chalcidem & to
tam Euboeam. Res preterea in Liguribus gestas: & apparatū bel
li: ab Antiocho continet. EX LIBRO .XXXVI.

Lucius Attilius glabrio cons. Antiochum apud Termo
pylas Philippo rege adiuuante victum grecia expu
lit. Idemq; Etolis subegit. P. Cornelius Scipio Nasi
ca cons. ędem matris deum quā ipse in palatiū in
tulerat uir optimus a Senatu iudicatus dedicauit. Idemq; Bo
ios & Gallos victos in dedicionem accepit: & de iis triumphauit.
Preterea naualia certamina prospera aduersus prefectos Antiochi
regis referuntur. EX LIBRO .XXXVII.

Lucius Cornelius Scipio cons. Legato. P. Scipione
Africano: qui se fratris Legatum futurum dixerat
si ei grecia & Asia prouincia decerneretur: cum. C.
Lelio qui multum in Senatu poterat ea prouincia dari uidere
tur: profectus ad bellum aduersus Antiochum gerendum in Asia
primus omnium romanorum ducum traiecit. Emilius Regill'
aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myo
nesum: Rhodius adiuuantibus. Filius Africani ab Antiocho cap
tus patri remissus est. Victo deinde Antiocho a L. Cornelio Sci
pione adiuuante Eumene rege Attali Pergameni filio: pax da
ta: ea conditione: ut omnib; prouinciis citra Taurum monte
cederet. Lu. Cornelius Scipio qui cum Antiocho bellauerat: co
gnomine fratri coequatus. Asiaticus appellatus est. Colonia de
ducta Bononia: Eumeni: quo iuuante: Antiochus victus erat:
regnum ampliatum. Rhodus quoq; qui & ipsi iuuerant quedā
ciuitates concesse. Aemilius Regillus qui prefectos Antiochi ma

uali certamine uicerat: nauale triumphum duxit. M. Aemilius Glabrio de Antiocho quem Grecia expulerat. & de Etolis triumphauit. EX LIBRO XXXVIII.

MArcus Fuluius cons. in Epiro Ambracienses ob sessos per deditionem accepit Cephalaniam sub egit. Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manli' cons. collega eius Gallo grecos Etolos regios Tolo sagios & Trocmos q. Breno duce in Asiam transierant: cum soli citra Taurum montem minime parerent: uicit. eorum o origo & cum ea loca que tenent: occupauerunt q. referuntur. Exemplum quoq. uirtutis & pudicitie in femina traditur: que cum Regis Gallogrecorum uxor fuerat capta: Centurionem qui ei uim intulerat: occidit. Lustrum a censoribus conditū est. Censa sunt ciuium capita. ccl viii. & cccxxx. Cum Ariarathe Rege Cappadocie amicitia iuncta est. Cn. Manlius con tradicentibus decem legatis. ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat. de Gallogrecis acta per se causa: in Senatu triumphauit. Scipio Africanus dicti ei dicta: ut quidam aiunt: a Petilio Aeteio Tri. Pl. ut quidam a Nevio: q. preda cū Antiocho capta erarium fraudasset: postq̄ is dies uenit: euocatus in rostra: hac die inquit Quirites Carthaginem uici: & prosequente populo capitolium ascendit inde ne amplius Tribunitiis iniuriis uexaretur: in uoluntarium exilium Interamnum concessit. Incertum ibi: an Rome defunctus: nam eius monumentum utrobiq. fuit. L. Scipio Asiaticus frater Africani: eodem peculatus crimine accusatus: damnatus q. cum in uincula & carcerem duceretur. Ti. Sempronius Gracchus Tribunus plebis qui antea Scipionibus inimicus erat: intercessit. & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum populi' Quæstores in bona eius publice possidenda misisset: nō modo in iis ullum uestigium pecunie Regie apparuit: sed nequaq̄ tantum in erarium redactum: quante summe erat damnatus

Collatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam acci
pere noluit: q̃ necessitati ei erant ad cultum retenta

EX LIBRO . XXXVIIII.

Emilius cons. liguribus subactis: uiam a Placẽtia
usq; Ariminum perductam Flamine iunxit. Initia
luxurię introducta ab exercitu asiatico referun
tur. Ligures: quicunq; citra Appeninum erant: subacti sunt:
Bacchanalia sacrum Grecum & quidem nocturnum: scelerũ
omnium maximum seminaꝝ: cum ad ingentis turbę coniura
tionem peruenisset: a cons. inuestigatum: & multorum pęna
sublatum est. A censoribus. M. Valerio Flacco: & M. Portio Ca
Catone: & belli & pacis artibus maximo: motus est Senatu. Lu.
Quintius Flaminius. T. Quintii frater: eo q; cum Galliam Pro
uinciam consul obtinuerat: rogatus a Penio Philippo quem
amabat scorto nobili: Gallum quendam sua manu occiderat:
siue ut quidam tradiderunt unum damnatorum securi per
cusserat: rogatus a meretrice Placentina: cuius amore deperi
bat. Extat in eum. M. Catonis oratio. Scipio Linterni decessit:
& tanq̃ iungente fortuna: circa id tempus duo funera maxi
moꝝ uirorum. hannibal a Perusa Bithyniæ rege: ad quem
uicto antiocho confugerat: cum dederetur Romanis. qui ad
exposcendum. T. Quintium Flaminium miserant: ueneno ꝛ
mortem sibi consciuit. Philopomenes quoq; dux acheorũ uir
maximus est a Messeniis interemptus ueneno: cum ab iis bel
lo captus esset. Coloniæ Polentia & Pisaurum & Mutina &
parma deductę sunt. Preterea res aduersum Celtiberos pros
pere gestas & initia causas q; belli macedonici continet cu
ius origo inde uenit q; Philippus egreferebat Regnum suum
minui a romanis. eo q; cogeretur a Tracibus aliisq; locis pręsi
dia deducere;

EX LIBRO. XL.

Cvm Philippus liberos eoꝝ: quos in uinculis nobilissi
morum quidē hominum habebat: conquiri ad
mortem iussisset: Theoxena pro liberis suis & so
roris uerita admodum pueris: regis libidinem:
prolatis in medium gladiis & poculo in quo erat uenenum: su
asit iis: ut imminens ludibrium morte effugerent: & cum per
suasisset: ipsa etiam se interemit. Certamina inter Philippi Ma
cedonię Regis liberos: Perseum: & Demetrium referuntur: &
ut fraude fratris sui demetrius confictis criminibus inter
quę accusationem paracidii & affectionem regni: primum fer
ro petitus: ad ultimum quoniam populi ro. amicus erat: uene
no necatus est. Regnumq; macedonię mortuo Philippo ad per
seum deuenit. Item res in Liguribus: & hispania contra Celti
beros a q̄ pluribus feliciter gestas: continet. Colonia Aquileia
deducta est. Libri Numę pompilii in agro. L. Petilii Scribę sub
laniculo a cultoribus agri in arca lapidea clausi: & Gręci & la
tini inuenti sunt: in quibus plura: que dissoluendarum reli
gionum erant Prętor ad quem delati erant: cum legisset: iu
rauit Senatui contra rem publicā esse ut legent: seruarēturq;
7 ex Se. C. īcomitio exusti sūt. Philippus egritudiē animi cōfectus:
quod Demetriū filiū falsis alterius filii in eundem delationibus
impulsis: ueneno sustulisset: & de pena Persei cogitauit: uolu
itq; Antigonum potius amicum suū successorem regni sui re
linquere: Sz ī hac cogitatōe morte raptꝰ ē. Regnū Perseus accepit,

EX LIBRO . XLI.

IGNIS IN ĘDE VESTE extīctus
est. T. Sempronius Gracchus procō. Cel
tiberos uictos in deditionem accepit mo
numentumq; operum suorum Gracchoꝝ
oppidum in hispania constituit. Et a Posthu
mio albino procons. Vaccei ac Lusitani
subacti sunt: de utrisq; triumphauit. an

tiochus Antiochi filius obses Romanis a patre datus: mortuo ꝛ fratre Seleuco: qui patri defuncto successerat in regnum Syrię ab vrbe dimissus. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sūt ciuium capita. cclxiii. milia. ccxciiii. Q. Volumnius Saxa Tri pl. legem tulit: ne quis hęredem mulierum instituerat. Suasit legē. M. Cato. Extat oratio eius. Pręterea res contra Ligures histros: Sardos & Celtiberos compluribus ducibus gestas continet. Et initia belli macedonici quod Perseus Philippi filius moliebatur.

M iserat ad Carthaginenses legationem: & ab his nocte audita erat.

S ed alias grecię ciuitates sollicitabat. Qui pręter religionem q̄ q̄ multa templa magnifica multis locis erexit: Athenis Iouis Olimpii: & Antiochię uilissimum Regem egit;

EX LIBRO. XLII.

Fvluius Flaccus censor templum Iunonis Lacinię tegulis marmoreis spoliauit: ut edem: quam dedicauerat tegeret. Tegulę ex. S. C. reportatę Eumenes Asię Rex in senatu de Perseo Macedoniæ rege quæstus est. Cui iniuriæ in populum ro. referuntur. Ob quas bello ei indicto. P. Licinius Crassus cons. cui Macedonia decreta erat: In macedoniam transiit leuibusq; expeditionibus equestribus pręliis in Thessalia cum Perseo felici euentu pugnauit. Inter masanissam & Carthaginenses de agro fuit dies ad disceptandum a Senatu datus.

L egati missi ad ciuitates socias & reges rogandos: ut in fide permanerent: dubitantibus Rhodiis. Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sunt Ciuium capita. cclvii. milia. ccxxxi. Res pręterea aduersus Corsos: & Ligures prospere gestas continet;

EX LIBRO. XLIII.

PRętores nonnulli eoq; auare & crudeliter Prouincias administrassent: dānati sunt. P. Licinius Crassus procons. q̄ plures in grecia vrbes expugnauit: & crudeliter diripuit. Ob id captiui qui ab eo uenierant: ex. S. C. postā restituti sunt a pręfectis classium Romanarum multa impotēt

in socios facta. Res preterea a Perseo rege in Thracia prospere gestas continet. Et uictis dardanis & Illyrico cuius rex erat gentius. Motus qui in hispania ab Olonico factus erat: ipso interempto consedit. M. Emilius Lepidus a censoribus Princeps in Senatu lectus. EX LIBRO. XLIII

QVintus Martius Philippus per saltus penetrauit in Macedoniam. complures q; urbes occupauit. Rhodii misere Legatos Romam: minantes ut Perseo esset auxilio: nisi Populus Ro. cum eo pacem: atq; amicitiam coniungeret. Indigne id latum Cum id bellum. L. Emilio Paulo sequentis anni consuli iterum mandatum esset: Paulus in contione precatus est: ut quicquid diri Po. Ro. immineret: supra domum suam conuerteretur. & in Macedoniā profectus Perseum uicit. uniuersamq; macedoniam in potestatē redegit. Anteq̄ confligeret: dixit exercitui: ne miraretur: qd luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoq; rex Illyriorum: cum rebellasset: a Licinio prętore uictus uenit in dedi tionem. & cum uxore & Liberis. & propinquis Romam miss⁹. A b alexandria Legati a Cleopatra & Ptolemęo regib⁹ uenerunt querentes de Antiocho Rege Syrię: q; iis bellum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene Rege Pergami: & Cętio Rege Illyricorum. Quia iis pecuniam quam promiserat: minime dabat. ab iis relictus est; EX LIBRO. XLV.

PErseus ab Emilio Paulo in Samothracia captus est. Cum Antiochus Syrię rex Ptolemeum: & Cleopatram ęgypti Regis obsideret: & missis ad eū a Senatu legatis: qui iuberent: ab obsidione socii Regis absisteret: editisq; mandatis consideraturum se ille quid faciundum esset: respondisset unus legatorum Populius: uirga regem circūscripsit: iussitq; anteq̄ circulo excederet: respōsū daret. Qua asperitate effecit: ut Antiochus bellum omitteret. L egationes gratulantium populorum ac Regum in Senatum

admisse. Rhodiorum quia eo bello contra populum ro. fue
rant exclusa. Postero die: cum de eo quereretur: ut iis belli
indiceretur: causam in senatu patrie sue Legati egerunt: nec
tanq̃ hostes: nec tanq̃ socii dimissi. Macedonia in provincie
formam redacta est. Aemilius Paulus repugnantibus milit
bus eius: propter minorem predam & contradicente Seruio
sulpitio Galba triumphauit. & Perseum cum tribus filiis ante
currum duxit. Cuius triumphi letitia: ne solida ei contin
geret: duorum filiorum funeribus insignita est. Quorum
alterius mors: patris triumphum preceßit: alterius sequu
ta est. Lustrum conditum est a censoribus. Censa sunt ciui
um capita. ccc xii. milia. dccc v. Prusias Bithynie rex: Rom̃
ut Senatui gratias ageret: ob uictoriam ex Macedonia par
tam: uenit. & Nicomedem filium suum Senatui cõmendauit.
rex plenus adulationis: libertum se Po. Ro. esse dicebat;

EX LIBRO .XLVI.

EVmenes rex romam uenit: qui quia Macedonico
bello se medium egerat: ne aut inimicus iudica
tus uideretur: si excluſus esset: aut liberatus cri
mine: si admitteretur: In comitio Lex lata est. ne cuiq̃ regi
Romam uenire liceret. Claudius Marcellus cos. alpinos Gal
los. C. Sulpitius Gallus Ligures subegit. Legati Prusie regis
conquesti sunt: de Eumene: q. fines suos popularetur. dixe
runtq. eum conspirasse cum Antiocho contra Populum Roma.
Societas cum deprecantibus Rhodiis iuncta est. Lustrum a
censoribus conditum est. Censa eo sunt ciuium capita. cc xxvii
milia. xxii. Princeps senatus lectus. M. Emilius Lepidus ii
Ptolemeus Aegyptiorum rex a minore fratre e regno pul
sus: missis ad eum Legatis in regnum restitutus est. Ariarathe
cappadocie rege mortuo: filius eius Ariarathes accepit re
gnum & amicitiam per Legatos cum po. ro. renouauit. Res
preterea aduersus Ligures Corsos: & Lusitanos: uario euen

tu gestas: & motus Syrię: mortuo Antiocho: qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat: continet. hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore Demetrius Seleuci filius q̄ Romam obses missus fuerat: clam quia minime dimittebat a Romanis interemit: & ipse in regnum receptus. L. Emilio Paulo qui Perseum uicerat: mortuo cuius tanta abstinentia fuit: ut cum ex hispania & Macedonia maximas opes retulisset: uix ex auctione bonorum eius redactum est: unde dos uxori eius redderetur. Pontinę paludes a Cornelio Cethego Consule: cui ea prouincia euenerat siccatę agerq̄ ex iis factus.

EX LIBRO .XLVII.

CN. Tremelio Tr. pl. multa dicta est. q̄ cum M. Emilio Lepido Pontifice. Maxi. iniuriose contenderat. Sacrorum quoq̄ magistratuum ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita. cccxxxviii mlia. cccxiii. Princeps Senatus lectus Emilius lepidus. Inter Ptolemeos fratres: qui dissidebant: fœdus dictum: ut alter in Aegypto: alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex consilio Demetrii Regis Syrię & uiribus pulsus regno a senatu restitutus est. Missi a Senatu legati: qui inter Masanissam & Carthaginenses de agro iudicarent. C. Martius cos. aduersum Dalmatas: parum prospere primum: cum quibus bello confligendi causa fuit: q̄ Illiricos Po. ro. socios uastauerant. Eandemq̄ gentem Cornelius Nasica cos. domuit. Qu. Opimius consul transalpinos Ligures: qui Massiliensium oppidum Antipolin & Niceā uastabant: subegit. Preterea in hispania a compluribus parum prospere res gestas continet. Consules anno quingentesimononagesimo octauo ab urbe condita magistratum pactis comitiis insequentisq̄ anni con. creatis inire ceperunt. Mutandi comitia causa fuit: q̄ hispani rebellabant. Legati ad disceptandum inter Masanissam & Carthaginenses missi nuntiauerunt uim naua

lis materie se Carthagine deprehendisse. Quidam pretores a pro
uinciis auaritie nomine accusati: & damnati sunt; clxxxxiiij

EX LIBRO. XLVIII.

LVstrum a censoribus conditum est. Censa sunt ciuiū
capita. ccc. xxiiii. milia. Semina belli tertii punici
referuntur: cum in finibus Carthaginensium maxi
mus Numidarum exercitus: Archobarzane Duce Syphacis ne
pote diceretur esse. M. Portius Cato suasit ut Carthaginensibus
qui exercitum specie contra Masanissam regem: Sed re uera con
tra romanos accitum: in finibus haberent: bellum indiceretur
Contradicente. P. Cornelio Nasica. Placuit Legatos mitti Car
thaginem qui specularentur: quid ageretur. Castigato Senatu
Carthaginensium: q̄ contra foedus exercitum & nauales mate
rias haberent. Pacem inter Masanissam & eos facere uoluerūt.
Masanissa agro: de quo lis erat: cedente. Sed Gisgo Hamilcharis fi
lius homo seditiosus: qui tunc in magistratu erat: cum senatus
pariturum se iudicio legatorum dixisset. Ita bellum aduersus
Romanos suadendo concitauit ut legatis: quo minus uiolaren
tur: fugam explicuerit id nuntiantes: infestum iam Senatū Car
thaginensibus: infestiorem fecerunt. M. Portius Cato funus
mortui filii in pretura: tenuissimo: ut ualuit. nam pauper erat
sumptu fecit. Andriscus: qui se Persei filium regis quondam
Macedonie ingenti asseueratione mentiretur Romam missus
M. Emilius Lepidus qui princeps Senatus sextis iam Censo
ribus erat lectus ante q̄ expiraret: precepit filiis: lecto se stra
to sine linteis sine purpura efferrent: in reliquum funus ne
plusq̄ eris denos consumerent: imaginum specie non sūpti
bus: nobilitari maximorum uirorum funera solere. De ue
neficiis quesitum. Publia & Licinia nobiles femine que ui
ros suos necasse insimulabantur: cognita causa: cum pretori
predes uadesq; dedissent: cognatorum decreto necate sunt.
Gulussa Masanisse filius denuntiauit Carthagine delectus

agi: classem comparari & haud dubium bellum strui. Cū Cato suaderet: ut his bellum induceretur. P. Cornelio Nasica dicente: nihil temere faciundum placuit decem mitti legatos: exploratum. L. Licinius Lucullus. A. Posthumius Albinus consules cum delectum seuere agerent: nec quenq̄ gratia dimitterent: a Tr. Pl. qui pro amicis suis uocationem impetrare non potuerant: in carcerem coniecti sunt. Hispaniense bellū cum parum prospere: aliquotiens gestum: ita confudisset ciuitatem romanam: ut ne ii quidem inuenirentur: q aut tribunatum exciperent: aut legati ire uellent. P. Cornelius Aemilian⁹ processit: & excepturum militiae genus quodcūq; imperatum esset: professus est. Quo exemplo ad militādi studium omnes incitauit. L. Lucullus cos. cui Claudius marcellus successerat: pacasse omnes Celtiberiae populos cum uideretur: Vacceos. Cantabros: & alias religiones: & uterum alias incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi. P. Cornelius Africanus: Scipio Aemilianus. L. Pauli filius: africani nepos & adoptiuus prouocatorem Barbarum Tribunus militum occidit. Et in expugnatione captae urbis maius multo etiā periculum adiit. nam murum primus omnium transcēdit. Seruius Sulpitius Galba praetor male aduersus Lusitanos pugnauit. Cum Legati ex africa cum Carthaginensium oratoribus: & Gulussa Masanissae filio rediissent: dicerentq; & exercitum: & classem Carthagine deprehendisse prorogari sententiam placuit: Catone & aliis principibꝰ Senatus sua dentibus ut in africam confestim transportaretur exercitus. Quia uero Cornelius Nasica dicebat: nondum sibi iustā causam belli uideri: placuit ut bello abstineretur: si Carthaginenses classem excussissent: & exercitum dimisissent. si minus proxim. Consules de bello Punico referrent. Cū locatum a censoribus Theatrum extrueretur. P. Cornelio Nasica auctore: tanq̄ inutile & nociturum publicis morib⁹ ex

se. Con. destructum est. Populusq; aliquã diu stans ludos spectauit. Carthaginenses tum aduersum foedus bellum cõtra missẽ intulerunt. Victi ab eo nonagesimum secundũ annum habente: & sine pulpamẽ mandere & gustare cibum tantũ modo soluto insuper Romanum bellum meruerunt.

EX LIBRO .XLVIIII.

Tertii Punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab urbe condita intra quintum annum. q̃ erat ceptum: consũmatum omnino est. Inter. M. Portiũ Catonem & Scipionem Nasicã: quorum alterum sapientissimũ uirum in ciuitate habebant. Alter uir optimus a Senatu iudicatus erat: diuersis certatum est sententiis: catone suadẽte bellum: & ut omnino deleretur carthago. Nasica dissuadente: placuit nihilominus q̃ contra foedus naues haberẽt: & extra fines exercitum duxissent. quodq; socio Populo. & amico Masamisse. arma intulissent: & q̃ filium eius Gulussam: qui cum Legatis Romanis erat: in oppidum minime recepissent: bellum iis indici. Priusq̃ ullę copię in naues imponerentur Vticenses Legati Romam uenerunt: se suaq; omnia dedentes Ea legatio uelut maximum belli omen grata patribus: acerba Carthaginensibus fuit. Diti patri ludi ad Taretũ ex precepto librorum Sibullynorũ facti qui anno primo primi punici belli quingentesimo. & altero anno ab urbe cõdita facti erant. Legati triginta Romam uenerunt. per quos Carthaginenses se dedebant catonis sententia peruicit: ut decreto prestaretur. & ut Consules quam primum proficiscerentur ad bellum qui ubi in Africam transierunt: acceptis quos ipe rauerant trecentis obsidibus: & armis omnibusq; instrumẽtis belli: siqua Carthagine erant: tunc cum ex auctoritate Patrum iuberent: ut in alio loco procul amari decem milia passuum nec minus remoto oppidum facerent: indignitate rei ad bellandum Carthaginenses compulerunt. obsideri oppu-

gnariq; cepta est Carthago a. L. Martio. M. Manlio consulib;. In
qua oppugnatione cum neglectos ab una parte muros duo Tri
buni temere cum cohortibus irrupissent: & ab oppidanis graui
ter cederetur: a Scipione Africano expliciti sunt. Perquem &
castellum romanorum: quod nocte expugnabant: paucis equi
tibus iuuantibus liberatum est. Castrisq; quę Carthaginenses om
nibus copiis pariter ab vrbe egressi oppugnabant: liberatis iis
pręcipuam gloriam tulit. Pręterea cum ab irrita oppugnatioē
Carthaginis consul: alter enim Romam ad comitia ierat: exer
citum ducere aduersus hasdrubalem uellet: qui cum altera ꝛ
manu iniquum saltum insederat: suasit primo consuli: ne tam
iniquo loco confligeret. Victus deinde complurium qui & pru
dentię eius: & uirtuti inuidebant: sententiis: & ipse saltum egres
sus est. Cumq; sicut prędixerat: fusus: fugatusq; esset Roma
nus exercitus: & due cohortes ab hoste obsiderentur: cum exi
guis equitum turmis in saltum reuersus liberauit eas: & in colu
mes reduxit. Quam uirtutem eius: & Cato uir promptioris mul
to ad uituperandum linguę in Senatu sic prosequutus est: ut di
ceret: reliquos: qui africa militarent: umbris militare Scipionē
uigore & Po. ro. eo fauore illum complexus est: ut Comitiis cōplu
rimę eum tribus consulem scriberent: cum hoc per etatem mini
me liceret. Cum. L. Sribonius Tri. pl. rogationem promulgasset.
ut Lusitani qui in foedere populi. R. dediti a Sergio Galba: in Gal
liam uenissent: in libertatem restituerentur. M. Cato acerrime
suasit. extat oratio in annalibus eius inclusa. Qu. Fuluius nobi
lior etiam ab eo in Senatu laceratus: respondit Galba. Ipse quoq;
pro Galba cum se damnari uideret: complexus duos filios pre
textatos: & filium Galli Sulpitii cuius tutor erat: ita miserabiliter
pro se loquutus est ut rogatio antiquaretur. Extant tres oratiōes
eius duę aduersum Libonem Tribunum pl. Rogationesq; eius ha
bitę de Lusitanis: una contra. L. Cornelium Cethegum: in qua lu
sitanos propter se se castra habentes cesos fatetur: q; compertum

habuerit

habuerit equo atq; homine suo imolatis per speciem pacis adori
ri exercitum suum in animo habuisse. Andriscus quidam ultimę
sortis homo Persei Regis se filium ferens: & mutato nomine
Philippus uocatus. Cum ab urbe Roma quo illum Demetrius Sy
riæ rex ob hoc ipsum mendacium miserat: clam profugisset: ut
multis ad falsam eius famam uelut ad ueram coeuntibus con
tracto exercitu totam Macedoniam: aut uoluntate incolētiū:
aut armis occupauit. Fabulam autem huiusmodi finxerat: ex
pellice se Perseo Rege ortum: traditum educandum Cyrthesę cui
dam esse: ut in belli casus: quod ille cum Romanis ageret: aliqd
uelut semen stirpis regię extaret: Perseo de mortuo Idramiti
se educatum usq; ad duodecimum annum ætatis patrem eius esse
credentem: a quo educaretur: ignarum generis fuisse sui. Affec
to deinde eo cum prope ad uitę finem ultimum esset: detectā
tandem sibi originem suam falseq; matri libellum datum: signo
Persei regis signatum: quem sibi traderet: cum ad puberē ęta
tem uenisset: obtestationesq; ultimas adiectas: ut res in occul
to ad id tempus seruaretur. Pubescenti libellum tradidit: ī quo
relicti sibi duo thesauri a patre dicerentur. Tum scientem mu
lierem subditum se esse: ueram stirpem ignoranti edidisse ge
nus: atq; obtestatam ut priusq̄ ad Eumenem maneret res Per
seo inimicum excederet iis locis: ne interficeretur: eo se exter
ritum simul sperantem aliquod auxilium a Demetrio in Syriā
se contulisse: atq; ibi primum quis ipse omnino esset: palam ex
promere ausum. EX LIBRO. L.

THessalia cum & illam inuadere armis: atq; occupare
pseudo Philippus uellet per Romanorum legatos au
xiliis Acheorum defensa est. Prusias Rex Bithyniæ
omnium humillimorum fautor: atq; uitiorum: a Ni
comede filio adiuuante Attalo Rege Pergami: occisus est. Habe
bat alium filium: qui pro superiore ordine dentium enatum ha
buisse unum os continens dicitur. Cum legatos ad pacem īter

Nicomedem & Prusiam faciendam romam misissent: & unus ex his multis cicatricibus spartum caput haberet: alter pedibus æger esset: tertius ingemo socors haberetur dixit Cato eam legationem: nec caput: nec pedes: nec cor habere. In Syria: quæ eo tempore ex stirpe generis Persi regis macedonum: & inertia socordiaq; simlem Prusiæ regem habebat. Iacente eo in ganea & lustris: Ammonius regnabat: per quem & amici omnes regis & Laodice regina: & antigonus Demetrii filius occisi. Masanissa Numidiæ rex maior nonaginta annis: uir insignis decessit. Inter cetera opera iuuenilia quæ ad ultimu edidit: adeo etiam uersus in senectam uigut: ut post sextu & octogesimum annum genuerit unum filium. Inter tres liberos maximus natu Mycipsa Gulussa & Mastabal q etiã Græcis literis erat eruditus. P. Sci. Æmilianus cum cõe eis pater regnum reliquisset & diuidẽ eos arbitrio Scipionis iussisset administrationem regni diuisit. Item Phamee amulconis prefecto equitum carthaginensium: uiro forti: & cuius opera precipua pene utebantur: suasit: ut cum equitatu suo ad romanos transiret. Trium legatorum qui ad Masanissam missi fuerant Clau. Marcel. coborta tempestate fluctibus obrut⁹ est. Carthaginenses hasdrubalem amasanissæ nepotem: quem prætorẽ habebant proditionis suspectum in curia interemerunt. Quæ suspitio inde emanauit: q; propinquus esset Gulussæ: auxilia romanorum iuuantis. P. Scipio Æmilianus cũ ædilitatẽ peteret Consul a populo dictus: quoniam pannos consulem fieri minime licebat: cum maximo certamine suffragantis legis: & repugnantibꝰ aliquantulum Patribus: legibus solutus & Consul creatus est. M. Æmilius non nullas urbes circũpositas Carthagini expugnauit. Pseudo Philippus in Macedonia cæso cum exercitu. M. Iuuentio prætore: a. Qu. Cæcilio victus captusq; est relicta Macedonia;

EX LIBRO .LI.

CARTAGO VIGINTI TRIA milia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa: & per partes capta est. Primum a Mantino Legato. deinde a Scipione Consule: cui extra sortem Provincia Africa data est. Carthaginenses portu nouo: quia uetus a Scipione erat obstructus facta & contracta exiguo tempore ampla classe nauali prelio infeliciter pugnauerunt. Hasdrubalis quoq; eorum ducis castra ad Nephetum oppidum loco difficillimo sita cum exercitu deleta sunt a Scipione. Qui tandem urbem expugnauit: septingentesimo anno quam erat condita. Spoliorum maior pars Siculis quibus ablata erant: reddita. Vltimo urbis excidio: cum se hasdrubal Scipioni dedisset uxor eius: que paucis antea diebus de marito mirime impetrare potuerat: ut ad victorem transfugeret: se flagrantis in medium urbis incendii duobus cum liberis ex arce precipitauit. Scipio exemplo patris eius Æmiliani Pauli: qui macedoniam uicerat: ludos fecit. Transfugas atq; fugitiuos bestiis obiecit. Belli Achaici semina referuntur hec q; legati R.o ab Achaicis pulsati sūt. Corinthum missi erant: ut eas ciuitates que sub ditione Philippi fuerant: ab Achaico concilio se cernerentur;

EX LIBRO .LII.

CVm Acheis qui in auxilium Boetios & Chalcidenses habebant. Qu. Cecilius Metellus ad Termophylas bello conflixit. Quibus uictis Dux eorū Critolaus ueneno sibi mortem consciuit. In cuius locum Draeus Achaici motus primus auctor: ab Acheis Dux creatus ad Isthmon a L. Mumio cons. uictus est: qui omni Achaia in deditionem accepta Corinthum ex. S. C. diruit: qa ibi

Legati Romanorum uiolati erant Thebę quoq; & Chalcis: q̃ auxilio fuerant diruteę. Ipse L. Mummius se abstinentissimū uirum egit nec quicq̃ ex iis opibus ornamentisq; quę prędiues Corinthus habuit: in domum eius peruenit. Qu. Cecilius Metellus de Andrisco triumphauit. P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus: de Carthagine & hasdrubale. Viriatus primū in hispania ex pastore venator: & ex uenatore Latro: mox iusti quoq; exercitus Dux factus uniuersam Lusitaniam occupauit. M. Vetilium prętorem fuso eius exercitu coepit. Post quem C. Plautius prętor nihilo felicius rem gessit. tantūq; terrorem is hostis intulit: ut aduersus eum Consulari opus ęet: & Duce ab exercitu. Pręterea motus Syriæ: & bella inter Reges gesta: referuntur. Alexander homo ignotus & incertę stirpis: occiso sicut ante dictum est Demetrio rege: in Syria regnabat. Hunc Demetrius Demetrii filius qui a patre quondā ab incertos belli casus ablegatus in Cydon fuerat: contępta socordia: inertiaq; eius: adiuuante Ptolemęo Ægypti rege: cuius filiam Cleopatram acceperat: in matrimonium bello interemit. Ptolemęus in caput grauiter uulneratus inter curationem: dū ossa medici terebrare contendunt: expirauit. Atq; in locū eius frater minor Ptolemęus: qui Cyrenis regnabat: successit: Demetrius ob crudelitatem: quam per tormenta in suos exercebat: a Diodoto quodam uno ex subiectis. qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat: bello superatus Seleuciam fugit. L. Mummius de Achęis triumphauit. Signa ærea marmoreaq; & tabulas pictas in triumpho tulit.

EX LIBRO. LIII.

APpius Claudius Cons. Salasos gentem alpinam domuit. Alter Pseudo Philippus in Macedonia a Lu. Tremulio Quęstore cū exercitu cęsus est. Qu. Cęcilius Metellus Proconsul Celtiberos cecidit. a Qu. Fabio Procōsule pars maxima Lusitaniæ expugnatis multis urbibus: recep-

ta est. C. Iulius Senator Grecę res Romanas scripsit;

EX LIBRO LIIII.

QVintus Pompeius cos. in hispania Termestinos sub egit: cum eisdem quidem & Numantinis pacem ob infirmitatem fecit. Lustrum a censoribus conditu est censa sunt capita ciuium. ccc xxviii. milia. ccc xlii. Cū macedonum Legati conquestum uenissent de Iunio Syllano prętore: q. acceptis pecuniis prouinciam spoliasset: & Senatus de querelis eorum uellet cognoscere. T. Manlius Torquatus Syllani pater petiit impetrauitq: ut sibi huiusmodi cognitio mā daretur: & dom causa cognita filium condēnauit: abdicāq. ac ne funeri quidem eius: cum suspendio uitam finisset: interfuit sedensq. dom potestatem consultantibus ex instituto fecit. Qu. Fabius procos. rebus in hispania prospere gestis: labē imposuit. Pace cum Viriato equis conditionibus facta. Viriat' a proditoribus consilio Seruilii Cepionis interemptus est: & ab exercitu eius multum imploratus: ac nobilissime tumulat'. Vir. Dyrcq. max. per quartum decimum annum: quibus Romanis bellum gessit frequētius superior; EX LIBRO LV.

PVblio Cornelio Nasica: cui cognomen Serapion fuit: ab irridente curiatio Tr. Pl. impositum: & D. Iunio Bruto Con. delectum habentibus in conspectu tyronum res saluberrimi exempli facta est. Nam. C. Matienus accusatus est apud Tr. Pl. q. exercitum in hispania deseruisset: dānatusq. sub furca diu uirgis cęsus est: & Sextertio nūmo uenit. Tr. Pl. quia non impetrarunt: ut sibi denos quos uellent milites eximere liceret Consules in carcerem mitti iusserunt. Iunius Brutus Cos. in hyspania qui sub Viriato militauerant: agros oppidumq. dedit: quod ualentia uocatū est. M. Popilius a Numantinis. cum quibus pacem factam senat' irritam censuerat: cum exercitu fusus: fugatusq. C. Hostilio mancino consule sacrificante: pulli ex cauea euolauerunt. cōscen

dem deinde in nauim. ut in Hiſpaniam proficiſceretur: accidit
audiri. Mane Mancine: auſpicia triſta fuiſſe probatum eſt. Vic
tiſ enim a Numantinis: & caſtris exutus cum ſpes nulla ſer
uandi exercituſ eſſet: pacem cum his fecit ignominioſam: ir
quam ratam eſſe ſenatus uetuit. Triginta milia Romanorum
a numantinorum milibus quattuor uicta erant. Deciuſ Iunius
Luſitaniam urbium expugnationibus: uſq; ad oceanum perdo
muit: & cum fluuium obliuionem tranſire nollent: raptum ſi
gnifero ſignum ipſe tranſtulit: & ſic ut tranſgrederẽtur perſu
aſit. Alex. filius Rex Syriæ decem annoſ admodum habens: a
Diodoto qui Triphon cognominabatur tutore ſuo: per fraudẽ
occiſus eſt. Corruptis quidem medicis: qui eum calculi dolore
conſumi ad populum mentiti: dum ſecant: illum occiderunt;

EX LIBRO. LVI.

Decius Iunius Brutus in Vlteriore hiſpania feliciter
aduerſus Gallecios pugnauit. diſſimili euentu. M.
Emiliuſ Lepidus Procon: aduerſus Vacceos rẽ geſ
ſit: clademq; ſimilem Numantię paſſuſ eſt. Ad exoluendum
Numantini foederis religionem populum: Mancinus cũ hu
iuſ rei auctor fuiſſet deditus Numantinis minime eſt recep
tuſ Luſtrum a Cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt ciuiũ ca
pita. ccc.xxiii milia. Fuluiuſ Flaccus cons. Vardeos Illyrico
ſubegit. M. Ceſonius Prętor in Thracia cum ſcordiſcis proſpe
re pugnauit Cum uitio Ducum bellum Numantinum nõ ſine
publico pudore duraret: delatus eſt ultro Scipioni Africano
a Senatu Po. q. no. Conſulatus: quem cum ille capere ob legẽ
que uetẽbat quenq; intra .x. annos iterum conſulem fieri li
cere: minime uellet: ſicuti priori conſulatu legibus ſolutus
eſt. Bellum Seruile in Sicilia ortum: cum opprimi a pretoribꝰ
minime ualuiſſet. Cn. Fuluio conſ. mandatum eſt: cuius bel
li initium fuit. Eunus ſeruus natione Syrus: qui contracta
agreſtium ſeruorum manu: & ſolutis ergaſtulis: iuſti exerci

tus numerum impleuit: Cleon quoq; alter seruus ad lxx. mi
lia seruorum contraxit: & copiis iunctis contra Po.ro. exer
citumq; eius bellum sepenumero gesserunt;

EX LIBRO. LVII

Scipio Africanus Numantiam obsedit. Et corruptum
licentia luxuriaq; exercitum ad generosissimā mi
litiae disciplinam reuocauit: omnia enim deliciarum
instrumenta recedit. Duo milia scortorum a castris eiecit. Mi
litem omni die in opere habuit & triginta dierum frumētū:
ac septenos uallos ferre cogebat. Aegre propter onus incedēti
dicebat. cum gladio te uallare scieris: uallum ferre desini
to. Alii nimium parum habiliter scutum ferent: eum scutū
ampliusq; iusto ferre iussit. neq; id se reprehendere: quoniam
melium scuto: & gladio uteretur. Quem militem extra ordi
nem deprehendit: si romanus esset: uirgis: si extraneus: uir
gis caecidit. Iumenta quidem quidem omnia: ne exoneraret
milites uendidit. Multotiens contra hostium eruptiones fe
liciter pugnauit. Vaccei obsessi liberis & coniugibus trucida
tis: ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera sibi a b
Antiocho Rege Syriae: cum celare aliis imperatoribus Regum
munera mos esset: pro tribunali ea accepturum se esse dixit
ea omnia referre: Questori in publicas tabulas iussit. Ex isce
uiris fortibus munera se daturum. Cum undiq; Numantiā ob
sidione clausisset: & oppressos fame uideret urgeri: hostes qui
pabulatum exierant: uetuit interimi quod diceret uelocius
eos absumpturos frumentum quod haberent: si plures quidē
fuissent; EX LIBRO. LVIII.

Tiberi Sempronius Gracchus Tri. pl. cum agrariā le
gem ferret: aduersus uoluntatem Senatus: & eque
stris ordinis: ne quis ex publico agro plusq; decem
iugera possideret: in eum furorem exarsit ut. M.
Octauio collegae causam diuersae partis defendenti potestatem

lege lata abrogaret: seq. & fratrem Gracchum. & Ap. Claudiũ
socerum triũuiros ad diuidendum agrum crearet: promulga
uit: & aliam legem agrariam: quasi quis latius agrum pate
faceret: ut idem omnino Triumuiri iudicarẽt: qua publicus
ager: qua priuatus esset: q quod diuidi posset: sine offensa etiã
plebis: quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperãdi
incitauerat: legem se promulgaturum ostendit ob id: ut iis
qui sempronia lege agrum accipere deberent: pecunia que
Regis Attali fuisset diuideretur. Heredem autem. Populum
ro. reliquerat Attalus Rex Pergami Eumenis filius tot ĩdi
gnationibus cõmotus grauiter Senatus ante omnes. C. An
tonius Con. qui cum in Senatu in Gracchum peroraſſet: rap
tus ab eo ad populum: delatusq. Plebei: rursus in eum pro ro
stris concionatus. Cum uterũ Tr. Pl. creari uellet. Gracchus
auctore. P. Cornelio Nasica in Capitolio a primatibus occi
sus est. Ictus primum fragmentis subselliorum. & inter alios
qui in eadem seditione occisi erant: insepultus & in flumen
proiectus. Res preterea in Sicilia uario euentu aduersum fu
gitiuos gestas continet. EX LIBRO. LVIIII.

NVmãtini fame maxime coacti ipsi se per uices tru
cidauerunt. Captam urbem Scipio Africanus de
leuit. & de ea triumphauit. Quartodecimo anno a
post Carthaginem deletam. P. Atilius cons. in Sici
lia cum fugitiuis debellauit. Aristonicus regis Eumenis fili
Asiam occupauit: cum testamento Attali regis legata po. ro. libe
ra esse deberet. Aduersus eum. P. Licinius Crassus cons. cũ
idem Pontifex max. esset quod nunq. antea factum erat: ex
Italiam profectus prelio uictus & interemptus est. M. Perpe
na cons. uictum Aristonicum in deditionem accepit. Qu. Pom
peius &. Qu. Metellus tunc primum uterq. ex plebe censores
facti. Lustrum a Censoribus est conditum. Censa sunt capita
ccc xviii. mlia. dccc xxiii. preter pupillos & uiduas. Q. Me

tellus Censor censuit: ut ducere uxores omnes cogerentur
omnino liberorum creandorum causa. Extat oratio eius:
quam Augustus Cesar: cum de maritandis ordinibus ageret:
uelut eo tempore scriptam: in Senaᵘ recitauit. C. Attilius La
beo Tribunus pl. Qu. Metellum Censorem a quo in Senatu
tu legendo preteritus erat: de saxo deiici iussit. q̄ ne fieret
ceteri Tri. pl. auxilio q̄ maxime fuerunt. Cum carbo Tr. pl.
rogationē tulisset. ut eundē Tr. pl. q̄tiēs q̄dē uellet: creari liceret. Ro
gatōnē eī. P. Africanꝰ grauissīa oratōe dissuasit: In qua dixit. Ti.
Gracchum iure cesum uideri. Gracchus contra suasit roga
tionem sed Scipio censuit. Bella inter Antiochum regem Sy
rie Phrahartem Parthorum Regem gesta nec magis quiete
res Egypti referuntur. Ptolemeus Euergetes cognominatus
ob nimiam crudelitatem suis inuisus: incensa a Po. Regia
clam in Cyprum profugit & cum sorori eius Cleopatre: quā
eius uirgine filia: per uim compressa: & in matrimoniū ducta
repudiauerat: Regnum a populo datum esset infensus filiū
quem ex illa habebat: in cypro occidit. Caput q̄ eius: & manꝰ
& pedes: matri misit. Seditiones a Triūuiris Fuluio flacco
C. Graccho &. C. Carbone: de agro diuidundo creatis excita
te: quibus cum. P. Scipio Africanus aduersaretur. fortisq̄
ac ualidus pridie domum se recepisset. mortuus in cubicu
lo inuentus est. Suspecta fuit: tanquam uenenum ei dedis
set Sempronia uxor: hinc maxime q̄ soror esset Gracchorū
cum quibus Africano fuerat. De morte tamen eius nulla
questio acta. Quo defuncto seditiones Triūuirales acrius
exarserunt. Caius Sempronius Consul contra Iapigas pri
mo male rem gessit: mox uictoria cladem acceptam emen
dauit: uirtute Decii Iunii Bruti eius qui Lusitaniam sub
egerat. :iiiixiiiiqiiiixxxiiiiiii; iiiiiixxiiiiiiqxxxiiiiiiix:

EX LIBRO. LX.

AVRELIVS CONS. SARDOS subegit. Fuluius flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit: missis in auxilium Massiliensibus aduersus Falanios Gallos q̄ populabantur fines massiliensium. Lu. Opimius pretor Fregellanos: qui defecerant in deditionem accepit. Fregellas diruit. Pestilentia in Africa maxima multitudine locustarum & deinde necatarum stragę fuisse traditur: Lustrum ac Censoribus conditum est. Cēsa sunt ciuium capita. CCC.xxiiij milia & dccxxxvi. Gracchus Tiberii frater Tr. pl. eloquētior q̄ frater pernitiosas aliquas leges tulit. inter quas frumētariam: ut semis & triente frumentum Plebi daretur. Alterā legem agrariam: quam frater eius tulerat. Tertiam qua equestrem ordinem cum Senatu consentiente corrumperet trecēti senatores erant: sexcenti equites. ut trecentis senatoribꝫ admiscerentur. id est ut equester ordo bis tantum uiriū in senatu haberet & continuato alterum annum Tribunatu legibus agrariis latis effecit: ut cum plures colonię in Italia deducerentur: & una in solo dirutę Carthaginis: quo ipse Triūuir creatus coloniam deduxit. preterea res a. Qu. Metello cons. aduersus Baleares gestas continet. quas Greci Gimnesias appellant qui æstatem nudi exigant. Baleares a teli missu appellati: aut a Balteo herculis comite ibi relicto tunc cum hercules ad geronem nauigaret. Motus quoq; Syrie referūtur: in quibus cleopatra Demetrium uirum suum: & Seleucum filium multum indignata: occiso patre eius: a se in iussu suo: diadema sumpsisset interemit; qmoooiiixoommxo;

EX LIBRO. LXI.

CAius Sex. procons. uita Saliuorum gente. Colomã aliquas sextias condidit. Ob aquarum copiã & calidis & frigidis fontibus atq; a nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius procons. contra allobroges ad oppidum uindalium: multum feliciter pugnauit. Quibꝫ bellum inferendi causa fuit: q; Teutomalum saliuorum regẽ fugientem recepissent: & omni opere iuuissent: quodq; heduorum agros sociorum po. ro. uastauissent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto: cum auentinum armata quoq; multitudine occupauisset a. L. Opimio cons. ex. S. C. uocato ad arma populo pulsus interẽptusq; est: & cum eo Fuluius Flaccus socius eiusdem. Qu. fabius max. cons. Pauli nepos aduersus allobroges & Bituitum auertinorum regem feliciter pugnauĩ.

Ex Bituiti exercitu cesa milia hominum centum uiginti & cũ ipse ad satisfaciendum Senatui Romam profectus esset: Albe custodiendus datus est: quia contra pacem uidebatur ut in galliam remitteretur: decretum quoq; est: ut congentiatus filius eius comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius accusatus apud populum a Qu. Decio Tr. pl. q; indemnatos ciues in carcerem coniecisset: liberatus est; EX LIBRO LXII.

QVintus Martius consul Sarnios gentem alpinam expugnauit. Micipsa Numidarum Rex mortuus: regnum tribus filiis reliquit: Atherbali hyẽpsali & Iugurthe fratris filio: quem in filium adoptauerat. Lucius Cęcilius Metellus Dalmatas obsedit. Iugurtha Hyempsalem fratrem bello petiit: quem uictum interemit.

Atherbalem regno expulit: qui a Senatu restitutus est Lucius Cęcilius Metellus, Cneus Domitius Enobarbus censores duos & triginta Senatu amouerunt. Preterea motus Syrię regnumq; continet; [illegible].

EX LIBRO LXIII.

CAto Portius cons. in Thracia male aduersus Sardiscos pugnauit. Lustrum a Censoribus conditū est. Cēsa sunt ciuium capita .ccc.xcvii. milia .ccc xxxvi. Emilia Licinia & Martia uirgines uestales incesti damnatę sunt. Idq; incestum quemadmodum cōmissū deprehensum & iudicatum sit: refertur. Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt: ab his Papyrius Carbo cons. cum exercitu fusus est. Liuius Drusus cons. aduersus Sardiscos gentem a gallis oriundam in Thracia feliciter pugnauit: magnumq; honorem tulit. EX LIBRO. LXIIII.

ADherbal bello petitus a Iugurtha: & in oppido Cyrtha obsessus contra denunciationem Senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Iugurthę bellum ĩdictū. Idq; etiam Calphurnius Bestia cons. gerere iussus pacem cum Iugurtha in iussu populi & Senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus: ad iudicandum consiliorum suorę auctores q; multos pecunia in Senatu corrupisset dicebatur. Romam uenit: & propter eedem admissam in regulum quēdā nomine Masanissam: qui regnum eius po. Ro. inuisi appetebat: interfectum Romę: cum periclitaretur causam capitis dicere iussus: clam profugit: & cedens urbe fertur dixisse. O urbem uenalem: & cito perituram si emptorem inuenerit. A. Postumius Legatus infeliciter prelio aduersus Iugurtham gesto conflixit. Pacemq; etiam multum ignominiosam adiecit: quam quidem minime esse seruādam Senatus censuit;

EX LIBRO. LXV.

QVintus Cecilius Metellus cons. duobus prelijs Iugurtham fudit: & uniuersam numidiam uastauit. M. Iunius Syllanus cons. aduersum Cymbros infeliciter pugnauit Legatis Cymbroꝝ sedem & agros in qb; consisterent: postulantibus senatus negauit. M. Minutius procons. contra Thracas feliciter quidem pugnauit. L. Cassius

cons. a Tigurinis Gallis Pago heluetiorum qui a ciuitate se
cesserant in finibus allobrogum cum exercitu cesus est. Mi
lites qui ex ea clade superauerant, obsidibus datis & dimidia
rerum omnium parte: ut incolumes dimitterentur cum ho
stibus pacti sunt; EX LIBRO. LXVI

IVgurtha pulsus a. C. Mario ex numidia: aurelio
Bocchi Maurorum regis adiutus est. & cesus prę
lio: Bocchi quoq; copus: nolente Boccho bellū infe
liciter susceptum diutius sustinere: uinctus ab eo:
& traditus Mario est. In qua re precipua opera. L. Cornelii
Sylle Questoris Marii fuit; EX LIBRO. LXVII.

MArcus Aurelius Scaurus legatus cons a Cymbris
fuso exercitu captus est. & cum in consilium a b
iis euocatus deterreret eos: ne alpes transirent
Italiam petituri: eo quod diceret Romanos unci
minime posse. A Bolo rege feroci iuuene occisus est: Ab isdē
hostibus. C. Manlius & Qu. Seruilius Cepio procons. uicti prę
lio: castrisq; binis exuti sunt. Octoginta mlia militum occisa:
calonum ac lixarum quadraginta mlia. Secundum Po. ro. ius
sionem Cepionis cuius temeritate clades accepta erat: dāna
bona publicata sunt. primoq; post regem Tarquinium impe
rium ei abrogatum. In Triumpho. C. Marii ductus ante curru
eius Iugurtha cum duobus filiis: & in carcere necatus. Marius
triumphali ueste in senatum uenit. quod nemo ante eum fe
cerat: eiq; propter Cymbrici belli metum continuatus perq;
plures annos Magistratus est. Consulatu secundo & tertio ab
sens consul creatus. quartum consulatum dissimulanter cap
tans consequutus est. Cn. Domitius pontifex maximus popu
li suffragio creatus est. Cymbri uastatis omnibus que circa
Rhodanum & Pyreneum sunt per saltum in hispaniam trans
gressi ibiq; multa loca populati a celtiberis fugati sunt. reuer
siq; in galliam bellicosis quidē se Teutonis coniunxerunt;

EX LIBRO .LXVIII

MArcus Antonius pretor in sicilia maritimos pre
dones persequutus est. C. Marius cons. summa
ui oppugnata a Teutonis & Ambrombus castra
defendit: duobus deinde prelis circa aquas sestias eos hostes
deleuit. In quibus cesa traduntur hostium ducenta milia:
capta nonaginta. Marius absens quintum cons. creatus est.
T riumphum oblatum donec Cymbros uinceret: distulit. Cym
bri repulso ab Alpibus: fugatoq; Qu. Catulo procons: qui fau
ces alpium obsederat: & ad flumen athesim castellum educ̃
unsederat: reliquerat q; ubi uirtute sua explicata fugientem
proconsulẽ exercitumq; prosequuti in Italiam traiecissent
iunctis eiusdem Catuli & C. Marii exercitibus: prelio uicti
sunt ab eis. In quo cesa traduntur hominum centum .xl. mi
lia capta .lx. Marius totius ciuitatis consensu receptus pro
duobus triumphis qui offerebantur: uno contentus fuit. Pri
mores ciuitatis qui aliquantulum: ut nouo homini ad tan
tos honores euecto inuiderant conseruatam ab eo rem.p. fa
tebãtur. P. Malleolus matre interempta primus omniũ in
sutus culeo in mare precipitatus est. Ancilla cum strepitu
mota esse: ante q̃ Cymbricum bellum consumaretur: referun
tur Bella preterea inter Reges Syrie continet;

EX LIBRO .LXVIIII

CN. Apuleius Saturninus adiuuante. C. Mario &
per milites occiso. A. Numio competitore. Tr. pl.
per uim creatus: non minus uiolenter tribuna
tum: q̃ petierat gessit: & cum legem agrariam per uim tulis
set: Metello Numidico: eo quod in eo minime iurasset: diem
dixit: qui cum a bonis ciuibus defenderetur: ne causa. malo
rum certaminum esset: in uoluntarium exilium Rhodũ pro
fectus est. Ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduoca
bat. Profecto. C. Marius seditionis auctor: qui sextũ quidem

consulatum per tribus: sparsa pecunia emerat: aqua & igni interdixit. Idem apuleius Saturninus Tri. pl. C. Mēmiū cā didatum consulatus petitorem maximum: quem aduersariū eius actionibus suis timebat: interemit. Quibus rebus conci tato q̄ plurimum Senatu: in eius causam & C. Marius: homo mutabilis & uarii consilii ingeniiq; qui semper secundum for tunam transierat: eum tueri minime posset: oppressus armis: cum Glaucia pretore & aliis eiusdem furoris sociis: bello quo dam interfectus est. Qu. Cæcilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius cons̄ in Sici lia bellum seruile cōcitatū confecit; EX LIBRO. LXX.

CVm Marcus Aquilius de pecuniis repetundis cau sam diceret: ipse rogare iudices noluit. Marcus antonius qui pro eo perorabat tunicam a pecto re eius discidit: ut honestas cicatrices ostenderet: quibus conspectis indubitanter absolutus est. Cicero eius rei solus auctor. Didius proconsul aduersum celtiberos feliciter pugnauit. Ptolemæus Cyrenarum rex cui cognomentum ap pionis fuit mortuus heredem po. ro. reliquit & eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in Regnū cappadociæ a. L. Cornelio Sylla reductus est Parthorum Le gati a Rege arsace missi: ad Syllam uenerunt ut amicitiam a populo ro. peterent. P. Rutilius: uir sūme innocentiæ qui Le gatus. C. Marii procons̄. a publicanorum iniuriis Asiam de fenderat: inuisus equestri ordini penes quem uitia erant: re petundarum damnatus: in exilium missus est. C. Gēmius pre tor contra Thracas infeliciter pugnauit. Senatus cum impotē tiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet: omni ui niti cepit: ut ad se iudicia transferētur. Sustinente causam eius. Marco Liuio Druso Tribuno pl. qui ut uires si bi acquireret: perniciosa spe largitionis plebem concitauit: ꝑ Preterea motus Syriæ regumq; continet;

EX LIBRO. LXXI

MARCVS LIVIVS Drusus Tr. Pl. ut maioribꝫ uiribꝫ senatus causam susceptam tueretur: socios & Italicos populos spe ciuitatis Romanę sollicitauit: usq; adiuuantibus ꝑ uim legibus Agrariis frumentariisq; latis legem quoq; iudicialem tulit: ut æq̃ parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa socius ciuitas prestari non posset: irati Italici defectionem ceperunt agitare eorum coitus coniurationesq; in conciliis principum referuntur: propter quæ Liuius Drusus etiam Senatui inuisus factus: uelut Socialis belli auctor: incertum a quo domi occisus est; EX LIBRO. LXXII.

ITalici populi defecerunt. Picentes vestini Marsi: Peligni: Marucini: Lucani: Sãnites initio belli a picentibus moto. Qu. seruilius Procon. in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Romanis qui in eo oppido erant: occisus est. Saga populus sumpsit. Seruilius galba a Lucanis comprehensus unius fœminę opera ad quã diuertebatur: captiuitate exẽptus est. Esernia & Alba colonię ab Italicis obsesse sunt. Auxilia demum Latini nominis externatumq; gentium missa Po. ro. & expeditiones inuicẽ urbuiq; expugnationes referuntur; EX LIBRO. LXXIII.

al. C. Cesar

LVcius Iulius Cesar cons. male aduersus Samnites pugnauit. Nola colonia in potestatem Samnitium cum L. Posthumio Pretore uenit: qui interemptus est. Complures populi ad hostes defecerunt. C. Marius Legatus eius meliore quidem euentu cum hostibus conflixit. Sex. sulpitius Pelignos fudit. Qu. Cepio Legatus Rutilii: cum obsessus prospere in hostes irrupisset: & ob eum successum

equatum ei cum. C. mario esset imperium temerarius factus: & circũuentus insidiis fuso exercitu cecidit. L. Cesar consul feliciter contra Samnites pugnauit. ob eam uictoriam Rome saga posita sunt. Etut uaria belli fortuna esset: Ersenia colonia cum. M. Marcello in potestatem Samnitum uenit. Sed & C. marius prelio Marsos fudit: Hirtio Asinio pretore arrucinorum occiso. C. Cecilius in Gallia Transalpina Saluios rebellantes uicit; EX LIBRO. LXXIIII.

GN. Pompeius picentes prelio fudit: & obsedit: pp quam uictoriam rome pretexte aliaq; Magistratuum ornamenta insignia sumpta sunt. C. Mar' cum Marsis dubio euentu pugnauit. Libertini tũ primum militare ceperunt. Aurelius plotius Legatus vmbros L. portius pretor. Marsos: cum uterq; populus defecisset plio uicerunt. Nicomedes in Bithynie: ariobarzanes in Cappadocie regnum reducti sunt. Cn. Pompeius cons. marsos acie uicit. Cũ ere alieno oppressa esset ciuitas. A. Sempronius Asellius pretor quoniam secundum debitores ius dicebat: ab iis qui fenerabãtur: in foro occisus est. Preterea incursiones Thracum in Macedoniã: populationesq; continet; EX LIBRO. LXXV.

AVrelius Posthumius Alpinus Legatus in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius Legatus cũ classi preesset infamis crimine proditionis ab exercitu suo interfectus. L. Cornelius Sylla Legatus Samnites prelio uicit. & bina castra eorum expugnauit. Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit. L. Portius cons. rebus prospere gestis: fusisq; aliquotiens marsis: dum castra eorum expugnat: cecidit. ea res hostibus uictoriam eius prelii dedit. Cosconius & Lucretius Samnites acie uicerunt. Marium egnatium nobilissimum hostium Ducem occiderunt. Complura q; eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sylla hirpinos domuit. Samnites multis preliis fudit. aliquot populos recepit. quantisq; ramo qsq;

ante consulatum rebus gestis ad petitionem consulatus roma
est profectus; EX LIBRO. LXXVI.

AVrelius Gabinus Legatus rebus aduersum Lucanos
prospere gestis multis oppidis expugnatis in ob
sidione castrorum hostilium cecidit. Sulpitius le
gatus Samnitum cecidit: uniuersamq; eam re
gionem recepit. Cn. Pompeius procons. Vestinos & Peligno in
deditionem accepit. Marsi quoq; a L. Murena & Cecilio pina
legatus aliquot prelijs fracti: pacem petierunt. Asculum a Cn.
Pompeio captum est: cesis a Mamerco æmilio legato Italicis
Silo Popedius dux Marsorum auctor huius rei in prelio cecidit.
Ariobarzanes cappadocie: Nicomedes Bithynie Regno a Mithri
date Ponti Rege pulsi sunt. Preterea incursiones Thracum in
Macedoniam continet; EX LIBRO. LXXVII

CVm P. Sulpitius Tr. pl. auctore C. Mario pernitiosas
leges promulgasset: ut exules reuocarentur & noui
ciues libertiniq; distribuerentur in tribus: & ut cos.
Marius aduersus Mithridatem poti regem duceretur
aretur & aduersantibus consulibus. Qu. Pompeio & L. Sylle ui
intulisset: occisoq; Pompei consulis filio genero Sylle. L. Sylla cos.
cum exercitu in urbem uenit: & aduersus factionem Sulpitii
& Marii in ipsa urbe pugnauit: eamq; expulit. Ex quo duodeci
a senatu hostes: inter quos cons. Marius pater: & filius iudica
ti sunt. P. Sulpitius cum in quadam uilla lateret: indicio seru
sui retractus: & occisus est. Seruus ut premium promissi iditii
haberet: manumissus est & ob scelus domini proditi de saxo de
iectus est. C. Marius in Africam traiecit. C. Marius pater cum
in paludibus Minturnensium lateret: extractus est ab oppida
nis & cum ad occidendum eum missus seruus natione Gallus ei
maiestate tanti uiri perterritus recessisset impositus publice
in naui delatus est in Africam. L. Sylla ciuitatis statum ordi
nauit: Exinde colonias deduxit. Qu. Pompeius cons. ad capie

dum a Cn. Pompeio Procons̄ exercitum profectus consilio eius occisus est. Mithridates ponti. Rex Bithynia & Cappadocia occupatis: & pulso aquilio legato Phrygiam prouinciam Po. Ro. cū ingenti exercitu intrauit; EX LIBRO. LXXVIII.

Mithridates asiam occupauit. Qu. Oppium procōs. itē aquilium legatum in uincula coniecit: iussuq; eius quicquid ciuium Romanorum in asia fuit: uno die trucidatum est. Vrbem Rhodum quæ sola in fide permanserat oppugnauit: & aliquot prelius naualibus uictus: recessit. Archelaus prefectus regis in Greciam cum exercitu uenit Athenas occupauit. Preterea trepidationem urbium insularumq; aliis ad Mithridatem: aliis ad Po. ro. ciuitates suas trahentibus continet; EX LIBRO. LXXVIIII.

Lvcius Cornelius Cinna cum pernitiosas leges per uī ferret: pulsus urbe a Cn. Octauio collega. Cum Sex. Tr. Pl. imperioq; ei abrogato: corruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam redegit: & bellum urbi intulit accersito. C. Mario cum aliis exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres alter ex Pompei exercitu: alter ex Cinnę ignorantes concurrerunt: & cum uictor mortuum spoliaret: agnito fratre: ingenti lamentatione edita: rogo ei exstructo: ipse supra rogum se trāsfodit: 7 eodem igne cōsumptus est: & cū opprimi inter initia potuisset. Cn. Pompei fraude qui utrāq; partem fouendo uires Cinnę dedit: nec ipē profligatis optimatium rebus auxilium tulit: & consulis segnitiæ confirmati Cīna & Marius quattuor exercitibus: quorum duo. Q. Sertorio & carbonidati sūt: urbem circunsederunt. Ostiam coloniam Marius expugnauit: & crudeliter eripuit. EX LIBRO. LXXX.

Italicis populis a senatu ciuitas data est. Sannites qui soli arma recipiebant Cinnę & Mario se coniunxerunt. Ab his Plautius cum exercitu cęsus est. Cinna & Martius cum Carbone & Sertorio la

niculum occupauerunt: & fugati ab octauio cons. recesserunt.
Marius antium quidem & ariciam & lauinium colonias deuasta
uit. Cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi ꝓpter
segnitiem & perfidiam & ducum & militum qui corrupti aut
pugnare nolebant: aut ad diuersas partes transibant Cinna
& marius in urbe recepti sunt: qui uelut raptam eam cedibus
& rapinis uastarunt. Cn. Octauio cons. occiso & omnibus ad
uersæ partis nobilibus trucidatis: inter quos. M. Antonio elo
quentissimo uiro. & C. L. Cesare: quorum capita in rostris po
sita. Crassus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus. Pater
Crassus: nequid indignum uirtute sua pateretur gladio se trãs
fixit: & citra illa comitia consules in sequentem annum se ipos
renuntiauerunt eodemq; die quo magistratum inierant: Ma
rius Sex. Licinium senatorem de saxo deuci iussit: editisque
multis sceleribus idibus Ianuariis decessit. Vir cuius si exa
minentur cum uirtutibus uitia: haud facile sit dictu: utrum
bello melior: an pace pernitiosior fuerit. Adeo quam rẽ. P. arma
tus seruauit: eam primo togatus omni genere fraudis: postre
mo armis euertit.

EX LIBRO. LXXXI.

SYLLA. ATHENAS: QVAS ar
chelaus præfectus Mithridatis occuparat
circũsedit: & cum maximo labore expugna
uit urbi libertatem & ciuib: q̃ habuerant r
reddidit Magnesia quæ sola in Asia ci
uitas in fide manserat: summa uirtu
te aduersus Mithridatem defensa est.
Præterea Thracis in macedonia gesta cõtinet; EX LIBRO. LXXXII

SYlla copias Regis quæ Macedonia occupata in Thes
saliam uenerant: prælio uicit cæsis hostium centũ
milibus: castris quoq; expugnatis. Renouato deinẽ
bello iterum exercitum eius fudit: ac deleuit. Ar

chelaus

chelaus cum classe regia Syllę sotradiuit. L. Valerius Flaccus
cons̄ collega Cinnę missus ut Syllę succederet propter auari
tiam inuisus exercitui suo. A. C. Fimbria Legato ipsius ultimę
audacię homine occisus est: & imperium ad Fimbriam transla
tum pręterea expugnatę in asia urbes a Mithridate & crudeliter
direpta prouincia. Incursionesq; Thacum in Macedonia referūt;

EX LIBRO. LXXXIII.

Lucius Fimbria in Asia fusis aliquot copiis Mithri
datis. urbem Pergamum cępit. obsessumq; Regem
non abfuit multum quin caperet. Vrbem Ilion quę
se potestati Syllę reseruabat: expugnauit: ac deleuit: & magnā
partem asię recepit. Sylla multis pręliis Thracas cecidit. Cum L.
Cinna & Cn. Papyrius carbo: a se ipsis consules per bienniū cre
ati bellum contra Syllam pararent effectum quidem est per. L.
valerium Flaccum principem senatus: qui orationem in senatu
habuit: & per eos qui concordię studebant: ut Legati ad Syllam
de pace mitterentur: Cinna ab exercitu suo quem inuitum co
gebat naues conscendere & aduersus Syllam proficisci interēp
tus est. Consulatum Carbo solus gessit. Sylla cum in Asia traie
cisset: pacem cum Mithridate fecit: ita ut his cederet Prouīcius
Asia. Bithynia Cappadocia. Fimbria desertus ab exercitu qui
ad Syllam transierat: ipse se percussit: impetrauitq; a servo
prębens ceruicem: ut eum omnino interficeret; EX. Lbxxxiiii

Sylla Legatis qui a senatu missi erant futurum se
in potestatem senatus respondit si ciues quia Cīna
pulsi ad se confugerant: restituerentur. Quę condi
ditio cum iusta Senatui uideretur: pp carbonē fac
tionemq; eius: cui bellum uidebatur utilius ne conueniret: n
effectum est. Idem Carbo cum ab omnib; oppidis Italię obsides
exigere uellet ut fidem illorum contra Syllam obligaret: cō
sensu senatus prohibitus nouis ciuibus. S. C. suffragium datū
est Qu. Metellus pius: qui partes optimatium sequutus erat

cum in Africa bellum moliretur: a C. Fabio prętore pulsus ē.

Senatusq; consultum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum est: ut omnes ubiq; exercitus dimitterentur.

Libertini in quinq; & triginta tribus distributi sunt. Preterea belli apparatum contra Syllam qđ plurimum excitabatur continet; EX LIBRO. LXXXV

Sylla Italiam cum exercitu traecit: missisq; legatis qui de pace agerent: & a consule Cn. Carbone & C. norbano uolatis: eundem Norbanum prelio uicit. Et cum L. Scipionis alterius consulis cum quo per omnia id egerat: ut pacem iungeret nec potuerat: castra oppugnaturus esset: uniuersus exercitus consulis sollicitatus per emissos a Sylla milites signa ad Syllam transtulit. Scipio cū interim posset: dimissus est. Cn. Pompeius Cn. filius eius qui asculum ceperat: conscripto quidem uoluntariorum exercitu cum tribus legionibus ad Syllam uenerat ad quem se nobilitas omnis conferebat: ita ut deserta urbe ad castra uenirętur.

Preterea expeditiones per uniuersam Italiam utriusq; partis ducum referuntur; EX LIBRO. LXXXVI.

Cum C. marius C. Marii filius cons. ante annos uiginti: per uim creatus esset. C. Fabius in Africā pp crudelitatem & auaritiam in Prętorio suo uiuus excussus est. L. Philippus Legatus Syllę: Sardiniā. Q. Antonio prętore pulso: & occiso occupauit. Sylla cū Italicis populis: ne timeretur abiisse uelut erepturus ciuitatem: & suffragii ius nuper datum foedus percussit. Itemq; ex fiducia iam certę uictorię litigatores a quibus ad hibebantur uadimonia: Romam deferre iussit. Cum aperte diuersa urbs ad huc teneretur. L. Damascius prętor ex uoluntate C. Martii cons. cum Senatum contraxisset omnem quę in urbe erat nobilitatem trucidauit. Ex cuius quidem numero. Qu. Mutius scęuola pontifex max. fugiens in uestibulo ędis uestę

occisus est. Preterea bellū. a. L. Murena aduersus Mithridatē in asia renouatum continet; EX LIBRO. LXXXVII

Sylla. C. Marium exercitu eius fuso deletoq; ad Sacriportum in oppido preneste obsedit. Vrbem Romanam ex inimicorum manibus recepit. Mariū erumpere tentantem repulit. Preterea res a legatis eius eadem ubiq; fortuna partium gestas contin & .. iiiij.

EX LIBRO. LXXXVIII

Sylla Carbonem exercitus eius ad Clusium ad Fauentiam fidentiamq; ceso Italia expulit cū Sānitibus qui soli Italicorum populorum non dum arma deposuerant: iuxta urbem Romam ante portam colinam debellauit. recuperataq; re P. pulcherrimam uictoriam crudelitate quanta in nullo homine unq̄ fuit: inquinauit. Octo milia deditorum in uia publica trucidauit. Tabulam proscriptionis posuit vrbem & uniuersam Italiam cedibus repleuit. Inter quas omnes prenestinos inermes interimiussit. Mariū Senatorii ordinis uirum: cruribus: brachiis fractis: auribus presectis: & defossis oculis necauit. C. Marius preneste obsessus a Lucretio Afella Syllanarum partium uiro cum per cuniculum captaret euadere: sceptus ab exercitu: mortem sibi cōsciuit in ipso cuniculo cum sentiret se euadere minime posse: cum Pontio Thelesino fuge comite stricto utriq; gladio occurrit: quem cum occidisset saucius a seruo impetrauit ut se occideret;

EX LIBRO. LXXXVIIII.

Marcus Brutus a Cn. Papyrio carbone qui Corcyram appulerat: missus naue piscatoria lilybeum: ut exploraret: an ibi Pompeius esset: & circūuentus a nauibus quas Pompeius miserat: in se mucrone uerso ad transtrū nauis obnixus: corporis pondere incubuit Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a senatu missus: Cn. Carbonem qui flēs muliebriter mortem intulit: captum occidit. Sylla dictator

factus: quod nemo quidem unquã fecerat: cum fascibus .xxiiii.
processit rebusq; nouis rei p. statum confirmauit: Tribunorum
pl. potestatem minuit: & omne ius legum ferendarum ademit.
Pontificum augurumq; Collegium ampliauit ut essent quindecĩ.
Senatum ex equestri ordine suppleuit. Proscriptorum liberis ius
petendorum honorum eripuit: & bona eorum uendidit. Ex qb;
primo multa rapuit. Redactum est sestertium ter milies qui
getiesq; Lucretium Afellam consulatum contra uoluntatem
suam petere ausum: iussit interimi in foro: & cum indigne ferret
po. Ro. contione uocata se iussisse dixit. Cn. Pompeius in Africa
Cn. Domitium proscriptum & Hiericam Regem numidarũ bel
lum molientes: uictos interemit: & .iiii. & .xx annos natus ad hc̃
eques romanus. Quod quidem nemini contigerat: ex Africa
triumphauit. Cn. Norbanus consularis ꝑer scriptus in urbe Rho
do cum comprehenderetur: se ipse interemit. Metellus ex pro
scriptis unus clam capite adoperto ad posticum edis. Basti. e ꝛ
uxoris cum accessisset admissus minime est: quia illum proscp
tum diceret: itaq; se transfodit & sanguine suo fores respersit
Syllam nolam in Sãnio recepit. xlvii. legiones in agros captos
deduxit: & eos diuisit. Volaterras quod oppidum ad huc in ar
mis erat obsessum: in deditionem accepit Mitylenę quoq; in asia:
que sola urbs post uictum Mithridatem arma retinebat: expu
gnatę diruteq; sunt; EX LIBRO. LXXXX.

Sylla decessit honosq; ei a Senatu habitus est: ut in cam
po martio sepeliretur. M. Lepidus cum acta Syllę tẽ
taret rescindere: bellum excitauit: & a Qu. Catulo Col
lega Italia pulsus est: & in Sardinia frustra bellũ mo
litus periit. M. Brutus qui Cisalpinam Galliam tenebat: a Cneo
Pompeio occisus est. Qu. Sertorius proscriptus in ulteriore his
pania ingens bellum excitauit. L. Manlius procons. & M. An
tonius legatus ab herculeio Questore prelio uicti sunt. Pretęa
a P. Seruilio procons. aduersus Cilicas res gestas continet;

EX LIBRO. XCI.

N. POMPEIVS CVM Adhuc Quęstor esset: cum imperio consulari aduersus Sertorium missus est. Sertor aliquot urbes expugnauit: plurimasq, ciuitates in potestatem suam redegit Ap. Claudius procōs. Thracas plumbus prelii uicit. Qu. Metellus proconsul L. Herculeium quęstorem Sertorij cecidit; atque fugauit; anno: EX LIBRO. XCII.

CN. Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit: ita ut singula ex utraq, parte cornua uicerit. Qu. Sertorius Metellum & Perpennam cum duobus exercitibus prelio fudit: cuius uictorię partem cupiēs auferre Pompeius parum prospere pugnauit. Obsessus deinde Calaguri Sertorius assiduis eruptionibus nō leuiora dāna obsidentibus tulit. Preterea. P. Cursor procōs. in Thracia res gestas aduersus dardanos. Et. Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet: qui plurimos amicorum & secum proscriptorum crimine proditionis insimulatos interemit;

EX LIBRO. XCIII

PVblius Seruilius procōs. in Cilicia Isauros domuit: & aliquot urbes piratarum expugnauit. Nicomedes Bithunie rex. moriens Po. ro. fecit heredem: regnūq, eius in prouncię formam redactum est. Mithridates fœdere cum Sertorio icto bellum po. ro. intulit. Apparatus deinde Regiarum copiarum pedestrium naualiumq, & occupata Bithynia M. Aurelius Cotta cons. ad Chalcedoniam prelio a Rege uict' est. Rexq, a Pompeio & metello uictus. Et ut contra Sertoriū egerunt: qui omnibus belli militięq, artibus par fuit. Quos etiā ab obsidione Calaguri oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere: Metellum ulteriorem hispaniam. Pompeium Galliam;

EX LIBRO. XCIIII.

LVcius Licinius Lucullus cons. aduersus Mithridatem equestribus prelus feliciter pugnauit & expeditiões aliquot prosperas fecit. Poscentesq; pugnam milites a seditione inhibuit: Deiotarus Gallogrecie Tetraches. prefectos mithridatis bellum in phrygia mouentes cecidit. Preterea res a Pompeio in hispania contra Sertorium prospere gestas continet;

EX LIBRO. XCV

CAius curio procons. Dardanos in Thracia domuit. ꝛ Quattuor & septuaginta gladiatores capuae ex ludo lentuli profugerunt & congregata seruorum & ergastulorum multitudine Chryso & spartaco ducibus bello excitato. Claudium pulchrum Legatum & P. Vorenum pretorē plio uicerunt. L. Lucullus procons. ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroq; deleuit pulsumq; Bithynia Regem: uariis belli: ac naufragiorum cassibus fractum coegit ī Pōtum ꝓfugere;

EX LIBRO. XCVI.

QArius pretor Chrisum fugitiuorum ducem cum uiginti milibus hominum cecidit. Cn. Lentulus cons. male aduersus Spartacum pugnauit. Ab eodem L. Gelius & Qu. Arius pre. acie uicti sunt. Sertorius a M. Anto. & M. Perpēna & aliis coniuratis in conuiuio interfectus est octauo ducatus sui anno: magn⁹ Dux & aduersus duo Imperatores Pōpeiū & Metellum sepe par aut frequenti⁹ uictor. Ad ultimū desertus ꝓditus. Imperium partiū ad Mariū tranlatū ē quē Cn. Pompeius uictum captumq; interemit ac recepit: ac recepit hispanias decimo fere āno q̄ ceptum erat bellum. C. Cassius ꝓcōs. Cn. Manli⁹ pre. male aduers⁹ Spartacum pugnauerūt idq; bellū. M. Crasso pretori mandatum est;

EX LIBRO. XCVII.

MArcus Crassus pretor primum cum parte fugitiuorū que ex Gallis Germanisq; constabat feliciter pugnauit. Cesis inimicorū xxxv. milibus. & duce eorū Granico. Cum

ſperata deinde bellauit cęſis cum ipſo milibus quadraginta. M. Antonius prętor bellum aduerſus cretenſes parum parum pſpere geſtum morte ſua finiuit. M. Lucullus procons. Thracas ſubegit
L. Lucullus in Ponto aduerſus Mithridatem feliciter pugnauit. cęſis hoſtium amplius q̄ ſexaginta milibus. M. Craſſus & Cn. Pō peius conſ. facti ſunt. Sicut Pompeius anteq̄ Queſturam gere ret. ex Equite Romano Tribunitiam poteſtatem reſtituerunt. I udicia quoq; per. M. Aurelium Cottam prętorem ad Equites ro. tranſlata ſunt. Mithridates deſperatione rerum ſuarum coactus ad Tigranem Armenię regem confugit. EX LIBRO XCVIII

Achares filius Mithridatis Boſſori rex a. L. Lucullo in amicitiam receptus eſt. Cn. Lentulus & L. Gelius, Cenſores aſperam cenſuram egerunt quattuor & ſe xaginta ſenatu motis. a quibus luſtrum conditū eſt.
C enſa ſunt ciuium capita. cccc l. milia. L. Metellus prętor in Si cilia aduerſum Piratas proſpere rem geſſit. Templum Iouis in Capitolio quod incendio conſumptum erat. refectum a Qu. Catu lo dedicatum eſt. L. Lucullus in Armenia Mithridatem & Tigra nem & immenſas utriuſq; regis copias multis certaminibus fu dit. Qu. Metellus procons. bello ſibi aduerſum Cretenſes man dato Cydoniam urbem obſedit. C. Trianius Legatus Luculli ad uerſus Mithridatem parum proſpere pugnauit. Lucullum ne perſequeretur Mithridatem ac Tigranē ſummāq; uictorię im poneret ſeditio militum tenuit. qui ſequi nolebant. i. quia le giones Valerianę impleta a ſe ſtipendia dicentes Lucullum re liquerunt. EX LIBRO .XCVIIII.

Quintus Metellus procons. Gnoſon & Lyctium & Cydo niam & alias plurimas ciuitates expugnauit. Lucius Roſcius Tr. pl. legem tulit ut equitibus Romanis in theatro quattuordecim gradus proximi aſſignarētur. Cn. Pompeius lege ad populum lata perſequi pyratas iuſſus. q cōmercium annonę interclauſerant intra quadrageſimū diem

toto mari eos expulit. Belloq; cum his in Sicilia confecto: acceptis in deditionem pyratis agros & urbes dedit. Preterea res a Quinto Metello aduersus cretenses contines. Et epistolas Metelli & Cn. Pom. inuicem missas. Queritur Metellus gloriam rerum a se gestarum a Pompeio sublatam preteriri qui in cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones Pompeius Rome rationem reddit hoc se facere debuisse;

EX LIBRO CENTESIMO;

IVLIVS MANLIVS TR. PL. IN dignatione maxima nobilitatis legem tulit ut Pompeio bellum Mithridatico mandaretur. contio eius bona. Q. Metelli qui domitis Cretensibus: libere in id tempus insule legem tulit. Cn. Pompeius ad gerendum bellum uersus Mithridatem profectus cum rege parthorum Phrahate amicitiam renouauit. equestri prelio mithridatem uicit. Preterea bellum inter Phrahatem regem ac demum inter filium Tigranem patremq; gestum continet; EX LIBRO. C.I.

CN. Pompeius Mithridatem nocturno prelio victum coegit Bosphoron profugere Tigranem in deditone accepit: eiq; adempta Syria Phoenicia & Cilicia Regnum Armenie restituit. Coniuratio eorum qui in petitione consulatus ambitus damnati erant: facta de interficiendis consulibus oppressa est. Cn. Pompeius cum Mithridatem persequeretur in ultimas ignotasq; gentes penetrauit. Iberos Albanos qui transitu minime dabant prelio uicit. preterea fugam Mithridatis per Colcos ethnicosq; & res ab eo in Bosphoro gestas continet; [illegible]

EX LIBRO. C.II.



N. Pompeius in prouincie formam pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit: ab eo Mithridates obsessus in regia cum ueneno sūpto parum profecisset ad mortē: a milite Gallio nomine Bithocco: a quo ut adiuuaretur petierat interfectus est. Cn. Pōpei Iudeos subegit. Fanum eorum in hierosolyma inuiolatum ante id tempus: cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus cum Lentulo prętore & Cethego & pluribus conuiuauit de cede consulum & Senatus: incendiis urbis: opprimenda re p. exercitu quoq; in hetruria comparato ea coniuratio industria. M. Tulii Ciceronis erupta est. Catilina Vrbe pulso: de reliquis coniuratis omnino sumtum supplicium est; EX LIBRO. C. III.



Atilina a. C. Antonio procons. cum exercitu cesus est. P. Clodius accusatusq; in mulieris habitu sacrarum in quo uirum intrare nefas est: cumq; intrasset: uxorē Metelli pontificis stuprauisset: absolutus Cneus Pontius prętor. Allobroges qui rebellauerant ad Salonem domuit Publius Clodius ad plebem transiit. Caius Cęsar Lusitanos subegit. Eoq; consulatus candidato & captante rempublicam inuadere: conspiratio inter tres principes ciuitatis facta est. Cneum Pompeium. Marcum Crassum & Caium Cęsarem leges agrariq; a Cęsare consule cum maxima contententione: inuito senatu: & altero cōs. M. Bibulo latę sunt. C. Antonius proconsul in Thracia parum prospere rem gessit. Marcus Cicero lege ab Appio Claudio tribuno plebis lata quia indemnatos ciues necauisset in exilium missus est. Cęsar in prouinciam Galliam profectus est. Helueticos gentem uagam domuit: quę sedem quęrens: per prouinciam Cęsaris Narbonem uersus facere uolebat. Preterea situm Galliarum continēs: Pompeius de liberis Mithridatis: Tigranę & Tigranis filio triūpha uit. Magnusq; a tota contione consulatus est;

EX LIBRO. C. IIII.

PRima pars libri situm Germanię: mores q̄ continet
.C. Cesar contra Germanos qui ariouisto duce in Gal
liam descenderant: cum exercitum ducerent: rogat⁹
ab heduis & sequanis quorum ager possidebatur tre
pidationem militum: propter metum nouorum hostium ortam
alloquutione exercitus inhibuit. & uictos prelio Germanos Gal
lia omni expulit. M. Cicero Pompeio inter alios orante. & T. An
nio Milone Tr. pl. ingenti gaudio senatus ac uniuerse Italię ab
exilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonę cura
mandata est. Cesar ambianos. Suessiones viromanduos. Atreba
tes. Belgarum populos quorum quidem maxima multitudo erat
prelio euictos in deditionem accepit. Ac deinde contra Neruios
unam harum ciuitatum cum maximo discrimine pugnauit. eāq̄
gentem deleuit quę bellum gessit donec ex sexaginta milibus
armatorum: trecenti superessent ex nonaginta quinq̄ senatori
bus: tres tantūmodo euaderent. Lege lata de redigenda in pro
uincię formam Cypro. & publicanda pecunia Regia. M. Catoni
administratio eiusdem rei mandata est. Ptolemeus Egypti Rex:
ob iniurias quas patiebantur: a suis Regno pulsus. Romā uenit
.C. Cesar gentem Oceano iunctam scilicet venetos: nauali prelio
uicit. Preterea a Legatis eius eadem fortuna res gestas continet;

EX LIBRO. C.V

CVm. M. Catonis Tr. pl. intercessionibus comitia tolle
rentur Senatus uestem mutauit. M. Cato in petitōe
Preturę: prelato Vatinio repulsam tulit. Idem cū legē
impediret: qua prouincię consulares in quinquennium Pompe
io hispanię: Crasso Syria & Parthicum bellum: Cesari Gallia & Ger
mania dabantur. A. C. Trebonio Tr. pl. legis auctore in uincula
ductus est. A. Gabinius procons. Ptolemęum in regnum redu
xit Egypti reiecto archelao. quem sibi Regē asciuerant. Cesar uic
tis Germanis: & in Gallia cesis Rhenum transcendit. proximā par
tem Germanię domuit. Ac deinde Oceano in Britāniam parū

prospere tempestatibus aduersis traiecit. Iterumq; parum felicius maximaq; hominum multitudine cesa reliquam partem insulę in potestatem redegit; EX LIBRO. C.VI.

IVlia Cesaris filia Pompeii uxor decessit. honosque maximus ei a populo habitus est. ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum multi populi ambiorige duce eburonum defecerunt. A quibus Cotta & T. Aurunculeius Legati Cesaris insidiis circumuenti: cum exercitu cui pręerant: cesi sunt. & cum aliarum quoq; legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent: inter eos qui intreueris prętrat. Qu. Cicero ab ipso Cesare hostes prelio fusi sunt. M. Crassus bellum parthis illaturus: Euphratem fluuiū transiuit. uictusq; prelio in quo & filius eius cecidit. Cum reliquias exercitus in collem recepisset: euocatus in colloquium ab hostibus ut de pace acturus Quorum dux erat Surenas: cōprehensus & ne quid uanus pateretur: repugnans interęptus est: & ita periit; EX LIBRO. C.VII

GAius Cesar Treueris in gallia uictis uterum in Germaniam transiit. nulloq; ibi inuento hoste reuersus in Galliam: Eburones & alias ciuitates: quę conspirauerant: uicit & regem ambiorigē in fuga persequutus. P. Clodius a T. Annio Milone candidato consulatus: Appia uia ad bouillas occisi: corpus plebs in curia cremauit. Cum seditiones inter candidatos consulatus Ipseum Scipionē & Milonem essent: qui armis ac ui contendebant ad comprimendas eas Cn. Pompeius legatus a Senatu consul terno fact est absens: & solus. quod nemini unq; contigit. Quęstione decreta de morte P. Clodii Milo iudicio damnatus in exilium actus est. Lex dicta est. ut ratio absentis Cesaris in petitione consulatus haberetur: uiuio & contradicente: M. Catone. Preterea res gestas a C. Cesare aduersum Gallos: qui prope uniuersi Vercingentorige Auerno Duce defecerunt: & laboriosas obsidio

nes urbium continet. Inter quas Auarici Biturigum Gergouis Auernor.

EX LIBRO. C. VIII

CAius Cęsar Gallos ad Alexiam uicit: omnesq; Gallię ciuitates: quę in armis fuerant: in deditionem accepit. C. Cæsius quęstor. M. Crassi Parthos: qui in Syriam transcenderāt cecidit. In petitione consulatus. M. Cato repulsam tulit. Creatis consulibus Ser. Sulpitio & M. Marcello. C. Cęsar Bellouacos cum aliis Gallorum populis domuit. Preterea contentionem inter cons. de successore. C. Cęsari mittendo: agēte in senatu. M. Marcello consule: ut Cęsar ad petitionem consulatus ueniret: cū his lege lata in id tempus consulatus pronincias obtinere deberet. Resq; a M. Bibulo gestas in Syriam continet;

EX LIBRO. C. VIIII.

CAVSĘ CIVILIVM ARMR: & initia referuntur: contentionesq; de successore. C. Cęsari mittendo: cum se dimissurum exercitum negaret nisi a Pompeio dimitteretur. Et. C. Curionis Tri. Pl. primum aduersus Cęsarem actiones continet. Cum. S. C. factum esset: ut successor Cęsari omnino mitteretur. M. Antonio & Q. Cassio Tr. pl. quoniam intercessionibus id. S. C. impediebāt urbe pulsis mandatumq; a senatu consulibus: & Cn. Pompeio ut uiderent ne quid resp. detrimenti caperet. C. Cęsar bello inimicos persequutus cum exercitu in Italiam uenit. Corphinium cū L. Domitio: & L. Lentulo cœpit: eosq; dimisit. Cn. Pompeium uniuersosq; eius partium italia omnino expulit; Anno ccccxc ixc.

EX LIBRO. C. X.

CAius Cęsar. Massiliamq; portas ipsi clauserat obsedit: & relictis in obsidione. C. Trebonio & D. Bruto profcs in hispaniam. L. Afranium: & C. Petreium Legatos Cn. Pompeii cum septem legionibus ad Jlerdam in deditionem

accepit: omnesq; incolumes dimisit. Varrone quoq; Legatio Pōpeii cum exercitu in potestatem suam redacto. Gaditanis ciuitatē dedit. Massilienses duobus nauialibus prelijs uicit. Post longam obsidionem in potestatem Cesaris se permiserunt. C. Antonius Legatus Cesaris se permiserunt. C. Antonius Legatus Cesaris male contra Pompeianos pugnauit: & Illyrico captus est. In quo bello opitergini Transpadani Cesaris auxiliares rate sua ab hostilibꝫ nauibus clausa potiusq̄ in potestatem inimicorū uenirent: inter se occurrentes occubuerunt. C. Curio Legatus Cesaris in Africa cum aduersum Pompeianarum partium ducem Varronem pugnasset à Iuba Rege Mauritanie cum exercitu cesus est. C. Cesari in greciam traiecit; EX LIBRO. C. XI

MArcus Cecilius Ruffus pretor cum seditiones in urbe q̄ maxime concitaret nouarum turbarum spe plebs sollicitata: abrogata magistratu pulsus urbe miloni exuli: qui fugitiuorum exercitum contraxerat: se coniunxit. Vterq; cum bellum molirētur interēpti sūt. C leopatra Egypti Regina a Ptolemeo fratre regno pulsa est. Propter. Qu. Catuli pretoris auaritiam crudelitatemq; cordubenses in hispania cum duabus varianis legionibus a partibus Cesaris desciuerunt Cn. Pompeius ad Brundusium obsessus a Cesare & presidiis eius cum magna clade diuerse partis partis expugnatis obsidione liberatus. translato in Thessaliam bello apud Pharsaliam acie uictus est. Cicero in castris remansit uir nihilminus: q̄ ad bella natus: omnibusq; aduersarum partium q se potestati uictoris permiserunt Cesar ignouit; [illegible]

EX LIBRO. C. XII.

TRepidatio uictarum partium per diuersas orbis terrarum partes & fuga referuntur Cn. Pompeius cum Egyptum petiisset: iussu Ptolemei regis pupilli: & auctore Theodore preceptore: cuius apud Regem maxima erat auctoritas & Photino occisus est ab Archelao cui delegatum id

facinus erat: in nauicula: ante q̃ in terram exiret. Cornelia uxor & Sex. Pompeius filius in Cyprum refugerunt. Cęsar post tertiam diem insecutus: cum ei Theodorus caput Pompeii & anulum obtulisset infensus est: & illachrymauit: sine periculo ii Alexandriam tumultuantę intrauit. Cęsar Dictator creatus ii Cleopatram in regnum ęgypti reduxit & inferentem bellum iisdem auctoribus: Ptolemæum quibus pompeium interfecerat cum maximo suo discrimine uicit. Ptolemeus dum fugit: in nilo nauila subsedit. Preterea laboriosum. M. Catonis in Africa per deserta cum legionibus iter: & bellum a Cn. Domitio contra Phrahartem parum prospere gestum continet;

EX LIBRO. C.XIII.

Confirmatis in Africa Pompeianis partibus earum imperium. P. Scipioni delatum est Catone cui ex equo deferebatur imperium cedente. Et quum de diruenda urbe Vtica propter fauorem ciuitatis eius in Cęsarem deliberaretur. Id q̃ ne fieret. M. Cato tenuisset: Iuba sidente ut diuueretur: tutela eius & custodia mandata est Catoni Pompeii Magni filius in hispania contractis uiribus. quarum ducatum: ne̊ africanus: nec Petreius: excipere uolebat bellum aduersus Cęsarem renouauit. Pharnaces Mithridatis filius exponto sine ulla belli mora uictus est. Cum seditiones nomĕ a. P. Dolobella Tr. pl. legem ferente de nouis tabulis excitatę essent: & ex ea causa plebs tumultuaretur
1 nductis a. M. Antonio Magistro equitum in urbem militib octingentis a plebe cesi sunt. Cęsar ueteranis cum seditione missionĕ postulantibus dedit. Et cum in Africam traiecisset: contra copias Iubę regis cum discrimine maximo pugnauit;

EX LIBRO. C.XIIII.

Bellum in Syria Cecilius Bassus equęs Romanus Pompeianarum partium excitauit. & relicto a legione Sexto Cęsare: ad Bassum transierat: occisoq

eo Cæsar Scipionem prętorem Afranium Iubamq; uicit ad Tap
sum castris eorum expugnatis. Cato audita re: cũ se percussis
set vticę & interueniente filio curaretur: iter ipsam curatio
nem reciso uulnere expirauit: anno ætatis quadragesimo no
no. Petreius Iubam seq; interemit. P. Scipio in naue circũuẽtus
honeste morti uocem quoq; adiecit. Quęrentibus enim hosti
bus Imperatorem dixit: Imperator bene se habet. Faustus &
Aframius occisi Catonis filio uenia data Brutus legatus Cę
saris in Gallia bellouacos rebellantes uicit; quinq; inq̃ ;

EX LIBRO. C. XV.

Cęsar quattuor Triumphos duxit ex Gallia ex Egyp
to ex Ponto & Africa. Epulum & omnis generis spec
tacula edidit. M. Marcello consulari senatu rogã
te concessit reditum. Qu. Marcellus beneficio eius frui mini
me potuit a Cn. Magio Cilone cliente suo Athenis occisus. Et
censum egit quo censa sunt ciuium capita centum quinqua
ginta milia. Profectus in hispania. Cn. Pompeium utrinq; mul
tis expeditionibus factis: & aliquot urbibꝫ expugnatis sũma
uictoria cum maximo discrimine ad mundam urbem cõsequ
utus est. Pompeius Sex. effugit; EX LIBRO. C. XVI.

Cęsar ex hispania quintum Triumphum ægit. Et cũ
multi q̃ maximiq; honores ei a senatu decreti es
sent: Inter quos ut pater patrie appellaretur: & sa
cro sanctus ac Dictator in perpetuum esset: inui
dię causam aduersus eum prestiterunt: quod senatui deferẽti
hos honores: cum ante ædem Veneris Genitricis sederet: mi
nime assurrexit. Et q. M. Antonio Consule Collega suo inter
Lubercos currente: diadema capiti suo impositum in sella re
posuit in Sella reposuit. Et quod Epidio Marulo & Cęseceo it
flauo Tribunis pl. inuidia: & tanq̃ regnum affectanti mouẽ
tibus potestas abrogata est. Ex iis causis conspiratione in eũ
facta. cuius capita fuerunt. M. Brutus & C. Trebonius & Cassi

& ex Cęsaris partibus. D. Brutus in curia Pompei occisus est uiginti tribus uulneribus Occupatūq; ab interfectoribus ei⁹ Capitolium. Obliuione deinde cedis eius a senatu decreta: obsidibus Antonii: & Lepidi liberis acceptis Conurati a Capitolio dęscēderunt Testamento Cęsaris hęres ex parte dimidia institutus .C. Octauius ex sorore nepos & in nomen adoptatus est. Cęsaris corpus cum in campum martium ferretur a Plebe ante rostra crematum est. Dictaturę honos in perpetuum sublatus est. Cha maces humilime sortis homo. qui sē. C. Marii filium ferebat: cū apud credulam plebem seditiones moueret. interfectus est;

EX LIBRO. C. XVII

CAius Octauius Romam ex Epiro uenit. eo enī ullū Cęsar przmiserat bellum in macedonia gesturus. om nibusq; prospere exceptis etiam nomen Cęsaris sūp sit in confusione rerum ac tumultu: Lepidum pont. max. intremit. Sed M. Antonius cons. cum impotenter dominaretur legemq; de prouinciarum permutatione tulisset per uim & Cę sarem quoq; petentem: ut sibi aduersum auunculi percussores adesset: magnis iniuriis affecit Cęsar ut sibi & rei. P. uires con tra eum paraturus: deductos in colonias ueteranos excitauit. Legiones quoq. Quarta & martia signa ab Antonio ad Cęsarē tulerunt. Deinde plures seuitia. M. Antonii passim in castris suis trucidati quia suspecti erant: & ad Cęsarem desciuerunt .D. Brutus ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret: Mutinam cum exercitu occupauit. Preterea discursus utriusq; partis uirorum ad accipiendas prouincias apparatusq; belli con tinet;

EX LIBRO. C. XVIII.

MArcus Brutus in grecia sub prętextu rei p. & suscep ti contra .M. Antonium belli exercitum: cui uari nus prżerat: cum prouincia in potestatem suam re degit. C. Cęsari: qui primus rei p. arma sumpserat pro po. R. imperium a senatu datum est. cum consularibus orna

mentis: adiectumq; ut senator esset. M. Antonius. D. Brutum Mutinę obsedit: missiq; ad eum Legati a Senatu de pace: parũ ad eam componendam ualuerunt. Po. ro. saga sumpsit. M. Brutus in Epiro. C. Antonium prętorem cum exercitu potestati suæ subegit; EX LIBRO. C. XVIIII

AVlus Trebonius in Asia fraude P. Dolobelle occisus est. Ob id facinus Dolobella a senatu inimicus iudicat' ẽ. Cum pansa cons. male aduersus Antoniũ pugnasset. A. hirci' cons. cũ exercitu superuenies: fusis. M. Antonii copiis: fortunam utriusq; partis ęquauit. Victus deinde ab Hircio & Cesare Antonius in Galliam confugit. Et. M. Lepidũ cum legionibus quæ sub ipso erant: sibi iunxit. Hostisq; a Senatu cum omnibus: qui intra pręsidia eius erant. iudicatus est. A. hircius: qui post uictoriam ipsius in inimicorum castris ceciderat & L. Pansa e uulnere qđ in aduerso pręlio exceperat defũctus in campo Martio sepulti sunt. Aduersus. C. Cesarẽ: q solus e trib; ducib; supererat: parum gratus Senatus fuit: qui. D. Bruto obsidione mutinensi a Cesare liberato: honore triumphi decreto: Cesaris militumq; eius mentionem non satis gratam habuit. Ob quę. C. Cesar reconciliata per. M. Lepidum cum. M. Antonio gratia: Romam cum exercitu uenit. Et pręclusis aduentu eius is: qui in eum iniquę erant cũ anno. xviii. habere: Consul creatus est;

EX LIBRO. C. XX.

CAIVS CĘSAR CONSVL Legẽ tulit de quęstione habenda in eos: quorum opera pater occisus esset. Postulariq; ea lege. M. Brutus. C. Cassius. D. Brutus absentes damnati sunt. Cum. M. Antonio uires Asinius quoq; Pollio & Munacius Plancus: cũ exercitibus suis adiuncti ampliassent: & D. Brutus: cui senatus ut persequeretur Antonium mandauit

relictus a legionibus suis profugisset iussu Antonii in cuius po
testatem uenerat a Capeno sequano interẽptus est. C. Cesar pa
cem cum Antonio & Lepido fecit ita ut tresuiri rei p. constitu
endę qui idem per quinquennium preessent. Ipsi lepidus & An
tonius statuerunt ut suos quisq; inimicos proscriberent. In
qua proscriptione plurimi equites c. xxx. Senatorum nomi
na fuerant & inter eos. L. Pauli fratris. M. Lepidi: & L. Cesaris
Antonii auunculi. M. Ciceronis. Cuius occisi a Popilio legio
nario milite: cum haberet annos lxiii. caput quoq; cum manu
dextra in rostris positum est. Preterea resa. M. Bruto in Gre
cia gestas continet. EX LIBRO. CXXI

CAius Cassius cui mandatum a senatu erat: ut Dolo
bellam inimicum iudicatum bello persequeretur:
auctoritate rei p. aduitus Syriam cum tribus exer
citibus: qui in eadem prouincia erant in potesta
tem suam redegit Dolobellam in urbe Laodicea obsessũ mo
ri coegit. M. quoque Bruti iussu. C. Antonĩ caput occisus est.

EX LIBRO. C. XXII.

MArcus Brutus aduersus Thracas parum prospere
rem gessit omnibusq; transmarinis prouinciis exer
citibusq; in potestatem eius: & C. Cassii redactis coi
erunt Smyrnę uterq; ad ordinanda futuri belli consilia. M.
Messalę Publicolam fratrem coniunctum cõmuni consilio om
nino cõdemnauerunt. EX LIBRO. XXIII

SExtus Pompeius Magni filius lectis ex Epiro pro
scriptis ac fugitiuis cum exercitu: diu sine ulla lo
ci cuiusq; possessione predatus in Siciliam: Messanam
oppidum in Sicilia primum: deinde totam prouin
ciam occupauit. Occisoq; A. pompeio: A. Bithynico prętore
Saluidienum Legatum Cesaris nauali prelio uicit. Cesar & An
tonius cum exercitibus in Greciam traiecerunt bellum con
tra Brutum & Cassium gesturi. Qu. Cornificus in Africa

T. Sestium Cassianarum partium ducem prelio uicit;

EX LIBRO. C. XXIIII.

C. Cesar & antonius apud Philippos uario euentu contra Brutum & Cassium pugnauerunt. Ita ut utriq; dextra cornua uicerint: & castra quoq; utrinq; ab iis: qui uicerãt expugnarentur. Sed inequalem fortunã partiũ mors quidem cassii fecit: qui cum in eo cornu fuisset: quod pulsum erat: totum exercitum fusum ratus: mortem sibi consciuit. Altero deinde prelio uictus. M. Brutus & ipse uitam finiuit: exorato Sratone fuge comite: ut sibi gladium aduceret: Annorum erat circiter etatis. xxxx. Inter quos. Qu. hortẽsius occisus est; EX LIBRO. C. XXV.

C. Cesar relicto antonio transmarine prouincie ex parte imperii ei cessit. Reuersus in Italiam veteranis agros diuisit. Seditiones exercitus sui: quas correpti a Fuluia. M. Antonii uxore milites contra imperatorem suum concitauerant: cum grandi periculo inhibuit. L. Antonius consul. M. Antonii frater: eadem Fuluia cõsulente: bellum Cesari intulit. Receptis in partes suas populis quorum agri veteranis adsignati erant. Et. M. Lepido: qui custodie urbis cum exercitu preerat scisso hostiliter in urbem irrupit; EX LIBRO. C. XXVI

C. Cesar cum esset ãnorũ. xxiiii. obsessũ in oppido Prusia. L. Antonium conatũq; aliquotiens erũpere: & repulsum: fame coegit in deditionem uenire: ipsiq; & oĩbꝫ quidem militibꝫ eius ignouit. Prusiam diruit. radactisq; in potestatem suam omnibus diuerse partis exercitibꝫ: bellũ citra ullũ sanguinẽ confecit; EX LIBRO. CXXVII.

PArthi Labieno qui Pompeianarum partium fuerat duce: in Syriam irruperunt. uictoq; Didio saxa. M. Antonii Legato uniuersam eam prouinciam occupauerunt. M. Antonius: cum ad bellum cõtra Cesarem

gerendum incitaretur: uxore Fuluia dimissa ne concordię du
cum obstaret pace facta cum Cęsare sororem eius Octauiam
in matrimonium duxit. Qui Saluidienum consilia nefariam
contra Cęsarem molitum iudicio suo proiecit. Isq; damnatus
mortem sibi consciuit. P. Ventidius Antonii Legatus Par
thos prelio uictos Syria expulit Labieno eorum Duce occiso.
Cum uicinus Italię hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret: &
annone cōmeatum impediret: cum eo postulatam pacē Cęsar
& Antonius quidem fecerunt ita ut Sicilia Prouinciam habe
ret. Preterea motus Africę & bella gesta continet;

EX LIBRO. C. XXVIII.

Cum Sex. Pompeius rursus Latrociniis mare infe
stum redderet: nec pacem quam acceperat: prestarē:
Cęsar necessario bello contra eum suscepto: duob⁹
nauali bus prelius dubio euentu pugnauit. L. Ventidius Lega
tus. M. Antonii Parthos in Syria uicit. Regem q; eorum inte
remit. Iudei quoq; a Legatis Antonii interēpti sunt. Preterea bel
li Siculi apparatum continet; EX LIBRO C. XXVIIII.

Aduersus Sex. Pompeium uario euentu nauali bus
certaminibus pugnatum est: ita ut duarum classiū
Cęsaris: altera cui Agrippa prerat uinceret. Altera
quam Cęsar duxerat: deleta. Expositi in terrā: cū
in q̄ maximo periculo essēt: uictus deinde Pompeius in Sici
liam profugit. M. Lepidus qui ex Africa uelut ad societatem
belli contra Sextum Pompeium a Cęsare gerendi traiecerat: cū
ei bellum Cęsar quoq; inferret: relicto exercitu abrogato Tri
umuiratus honore uitam impetrauit. M. Agrippa nauali coro
na a Cęsare donatus est: qui honos nemini ante eū habitus est;

EX L.

EX LIBRO. C. XXX.

MARCVS ANTONIVS dum cum Cleopatra luxuriatur: mediam prouinciam ingressus bellū cum legionibus .xviii. & .xvi. milibꝫ equitum Parthis intulit. Et cum duabus legionibus amissis: nulla re prospere cedente: retro rediret. Insequutis subinde Parthis & ingenti trepidatione: & magno totius exercitus periculo in armeniam reuersus est. xxi. die trecenta milia fuga emensus circa octo milia hominum tempestatibus amisit. Tempestates quoqꝫ infestas super infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est: quia hyemare in Armenia nolebat: dum ad Cleopatram festinat;

EX LIBRO. C. XXXI.

SEx. Pompeius: cum in fide. M. Antonii ueniret bellum aduersus eum in Asia moliens a Legatis eius oppressus est. Cesar seditionem ueteranorum cum magna pernicie motam inhibuit. Iapigas Dalmatas & Pannonos subegit. Antonius Artauasdem Armenię regē fide data perductum in uincula conici iussit: regnumqꝫ Armenię filio suo ex Cleopatra nato: dedit: quam uxoris loco iam pridem captus amore eius habere ceperat.

EX LIBRO. C. XXXII.

CEsar in Illirico Dalmatas domuit. Cum. M. Antonius ob amorem Cleopatrę ex qua duos filios habebat: Philadelphum & Alexandrum: neqꝫ in urbem uenire uellet: neqꝫ finito eius tempore Triumuiratus imperium deponere: bellumqꝫ moliretur: quod urbi Italięqꝫ inferret: ingentibus tam naualibus q̄ terrestribus copiis ob hoc contractis: remissoqꝫ octauię sorori Cesaris repudio: Cesar in Epirum cum exercitu nauigauit. Pugnę deinde nauales & prelia equestria secunda Ce

saris referuntur. EX LIBRO. C. XXXIII.

MArcus Antonius ad Actium classe uictus Alexandriam profugit: obsessusq; a Cesare in ultima rerū desperatione: precipue occise Cleopatre falso rumore impulsus: seipse interemit. Cesaris alexandria in potestatem redacta Cleopatra ne in arbitrium uictoris ueniret uoluntaria morte occubuit: in urbem reuersus: tres triumphos egit. Vnum ex Illyrico: Alterum ex achaica uictoria. Tertium ex Cleopatra. Impositio fine ciuilibus bellis: altero & trigesimo anno. M. Lepidus: qui lepidi Triūuiri fuerat filius coniuratione contra Cesarem facta bellum moliens oppressus & occisus est;

EX LIBRO. C. XXXIIII.

CAuit Cesar rebus compositis & omnibus prouinciis in certam formam redactis: Augustus quoq; cognominatus est: & mensis Sextilis in honorem eius appellatus est. Cum ille conuentum Narbone egit: census a tribus Gallis: quas Cesar pater uicerat actus. Bellum contra Bastarnas: & moesos & alias gentes a M. Crasso refertur;

EX LIBRO. C. XXXV.

BEllum a Marco Crasso aduersus Thracas & a Cesare aduersus hispanos gestum refertur: & Salassi gentes alpine perdomiti; EX LIBRO. C. XXXVI.

GRecia a Tyberio Nerone & Druso Cesaris priuigno domita. Agrippa Cesaris gener mortuus & a Druso cēsus actus est; EX LIBRO. C. XXXVII

GIuitates germanie cis Rhenum & trans Rhenū posite oppugnantur a Druso. Et tumultus qui ob censum excortus in Gallia erat compositus. Ara Cesari ad confluentem maris: & Rhodani dedicata. Sacerdote creato C. Iulio uerecōdari dubio hedduo, Ex. L. C. XXXVIII.

THRACES domiti a Scipione. Item Ceruisci Cenchrei Cauci: aliq; Germanorum trans Rhenum gentes sub

actę a Druso referuntur. Octauia soror Augusti defuncta ante amisso filio Marcello: cuius monumenta sunt Theatrum 7 porticus eius nomini dicata; EX LIBRO. C. XXXVIIII.

BEllum contra transrhenanas gentes a Druso gestũ refertur. In quo inter primores pugnauerunt. T. Senectius & Anectius tribuni ciuitatis Neruiorũ. Dalmatas & Pannonios Nero frater Drusi subegit. Pax cum Parthis facta est signis a Rege eorum: quę Crasso & postea sub Antonio capta erant: redditis; [illegible]

EX LIBRO. C. XXXX;

BEllum aduersus Germanorum transRhenum ciuitates gestum a Druso refertur Ipse ex fractura equo super crus eius collapso xxx. die q̃ue id acciderat mortuus est. Corpus a Nerone fratre: qui nuntio ualitudinis euocatus raptim accurrerat Romam reuectum: & in C. Iulii tumulo conditum. Laudatus a Cęsare Augusto uitrico: & supremis illius funeribus plures honores dedit;

-: T·E·L·O·S :-





TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DECAS TERTIA DE SECVNDO BELLO PVNICO ET QVARTA DE MACEDONICO

TITI LIVII PATAVINI DE SECVNDO BELLO PVNICO LIBER PRIMVS INCIPIT

IN PARTE operis mei licet mihi prefari: quod in principio sum̄e totius professi plerique sunt rerum scriptores. bellum maxime omnium memorabile: quae unquam gesta sint me scripturum: quod hannibale duce carthaginenses cū populo Ro. gessere. Nā neque ualidiores opibus ullę inter se ciuitates gentesque contulerunt arma: neque his ipsis iantum unq̄ uirium aut roboris fuit: Et haud ignotas belli artes inter se. sed expertas primo punico conserebant bello. Et adeo uaria belli fortuna ancepsque mars fuit. ut propius periculo fuerint qui uicerunt. O dus etiam prope maioribus certarunt + q̄ uiribus romanis indignantibus quod uictoribus uicti ultro inferrent arma: poenis quod superbe auareque crederent imperitatum uictis esse. fama etiam est hannibalem annorum ferme VIIII. pueriliter blandientem patri hamilcari ut duceretur in hispaniam: cum perfecto africo bello exercitum eo traiecturus: sacrificaret altaribus ad motum tactis sacris: iure iurando ad actum se cum primum posset hostem fore populi romani. Angebant ingentis spiritus uirum: sicilia sardiniaque amissam & siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam: & sardiniam inter motum africę fraude romanorum stipendio et super imposito interceptam. His anxius curis, ita se africo bello quod fuit super recentem romanam pacem per quinque annos: ita

deinde nouem anīs in hispania augendo punico imperio gessit
ut appareret mauis eum q̄ quod gereret agitare in animo bellum.
Et si diutius uixisset: hamilcare duce: penos arma italię inlaturos
fuisse: qui hannibalis ductu intulerunt. Mōs hamilcaris per
opportuna et puericia Hannibalis: distulerunt bellum. Me
dius hasdrubal inter patrem ac filium octo ferme annos impe
rium obtinuit: flore ętatis uti ferunt primo hamilcari conci
liatus: gener inde ob aliam indolem profecto animum adscitus. Et qa
gener erat factionis barchinę opibus que apud milites plebem q; t
plusq̄ modice erant: haud sane uoluntate principum in imperio
positus. Is plura consilio q̄ ui gerens: auspiciis magis regulorum
conciliandisq; per amicitiam principum nouis gentibus: q̄ bello
aut armis: rem carthaginensem auxit. Cęterum nihilo ei pax tu
or fuit. Barbarus eum quidam palam ob iram interfecti ab eo dñi
obtruncat. Comprehensusq; ab circunstantibus: haud alio q̄ si eua
sisset uultu: tormentis quoque cum laceraretur eo fuit habitu oīs
ut superante letitia dolores ridentis ēt speciem prebuerit. Cum
hoc hasdrubale quia mire artis insolicitandis gentibus imperioq;
iungendis suo fuerat: fedus renouauerat. P. R. ut finis utriusq;
imperii esset amnis hiberus: saguntinisq; medius inter imperia
duorum populorum libertas seruaretur. In hasdrubalis locum
haud dubia res fuit quin prerogatiuam militarem qa extemplo
uiuenti hannibal in pretoriū delatus: imperatorq; ingēti omnium
clamore assensu appellatus erat: fauor etiam plebis sequebatur.
Hunc uix dum puberem hasdrubal luteris ad se arcessierat. Acta q;
res etiam in senatu fuerat barchinis nitentibus ut assuescere t
militię hannibal: atq; in paternas succederet opes. Hanno alterius
factionis princeps. & æquum postulare uidetur inquit hasdru
bal & ego tamen non censeo quod petit tribuendū. Cum admira
tione tam anceps sententię in se omnis conuertisset. Florem
ętatis inquit hasdrubal quem ipse patri Hannibalis fruēdum
prębuit iusto iure eum a filio repeti censet. Nos tamen minime

decet iuuentutē nostram pro militari rudimento assuefacere li
bidini pretorum. An hoc timemus. ne hamilcaris filius numi se
ro imperia ūnodica & regni paterni spem uideat. & cuius regis ge
nero hereditarii sint relicti exercitus nostri eius filio parum ma
ture seruiamus. Ego istum iuuenem domi tenendum. sub legi
bus. sub magistratibus docendum. uiuere. equo iure cum cete
ris censeo. ne quandoq; paruus hic ignis incendium ingens ex
suscitet. Pauci ac ferme optimus quisq; hannoni assentiebantur.
Sed ut plerunq; fit. maior pars meliorem uicit. Missus Hannibal
in hispaniam: primo statim aduentu omnem exercitum in se
conuertit. Hamilcarem uiuentem redditum sibi uetere mili
tes credere. eundem uigorem in uultu uimq; in oculis. habitum
oris. lineamentaq; intueri. Deinde breui effecit. ut pater in se im
mensum momentum ad fauorem conciliandum esset. Nunquā
ingenium idem ad res diuersissimas parendum atq; imperādum
habilius fuit. Itaq; haud facile discerneres. utrum imperatori aut
exercitui carior esset. Neq; hasdrubal alium quenq; prefficere mal
le: ubi quid fortiter ac strenue agendum esset. Neq; milites alio
duce plus confidere. aut audere: plurimum audaciæ ad pericula
capessenda. plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo la
bore. aut corpus fatigari: aut animus uinci poterat. Caloris ac
frigoris patientia par. cybi potionisq; desiderio naturali non uo
luptate modus finitus. uigiliarum somniq; nec die nec nocte dis
criminata tempora. Id quod gerendis rebus superesset quieti da
tum. Ea neq; molli strato neq; silentio accersita: Multi sepe mili
tari sagulo opertum humi iacentem. inter custodias stationesq;
militum conspexerunt. Vestitus nihil inter equales excellentes.
arma atq; equi cōspiciebantur. Equitum peditumq; idem longe
primus erat. Princeps in prelium ibat. ultimus conserto prelio
excedebat. Has tantas uiri uirtutes. ingentia uitia equabant.
horti cominus eminusq; petunt, saxa ingentia in agmen deuol
uunt. Maxima ab tergo uis hominum urgebat in eos uersa pedi
tum acies, haud dubium fecit, quin nisi firmata extrema agmi
nis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerat. Tunc q̄q;
ad extremum periculi ad prope perniciem uentum est. nā dum

cunctatur hannibal dimittere in angustias agmen, quia non ut
ipse equitibus presidio erat, ita pedaribus quicq̃ a tergo auxilii
reliquerat, occursantes per obliqua montam erupto medio ag-
mine uiam insidere. Noctq; una hannibali sine equitibus atq; im-
pedimentis acta est. Postero die iam segnius intercursantibus bar-
baris inde copie salutisq; haud sine clade maiore tam iumento-
rum q̃ hominum pernicie superatus. Inde montani pauciores iã
& latrocinii magis q̃ belli more concursabant modo in primum
modo in nouissimum agmen ut cunq; aut locus oportunitatem
daret aut progressi moratiue aliquam occasionem fecissent. Ele-
fanti sicut precipites per artas uias magna mora agebantur ita
tutum ab hostibus quacunq; incederent, quia insuetis abeundi
propius metus erat agmen precedebant. Nono die in iugum al-
pium peruentum est. per multa pleraq; & terrores quos aut duce-
tium fraus aut ubi fides his non esset temere inire ualles a comi-
tantibus iter faciebant. Biduum in iugo statiua habita, fessisq;
labore ac pugnando quies data multibus iumenta q; aliquot q̃
pro lapsa in rupibus erant sequendo uestigia agminis in castra
peruenere. Fessis tedio tot malorum nuus etiam casus occiden-
te iam sidere virgilias ingentem terrorem adiecit. per oĩa nube
oppleta, cum signis prima luce motis seguiter agmen incederet
pigritia q; & desperatio in omnium uultu eminueret pregressus
signa hannibal in promontorio quodam unde longe ac late pros-
pectus erat consistere iussis multitudo italiam ostentat subiectasq; al' iussis
alpinis montibus circũpadanos campos mœnia q; eos tum transce-
dere non italie modo sed etiam urbis romane cetera plana pro-
cliuia fore, uno aut summo altero prelio arcem & caput italie i im-
nu ac potestate habituros. Procedere inde agmen cepit iam nihil
ne hostibus quidem preter parua furta per occasionem temptan-
tibus. Ceterum iter multo q̃ ut in ascensu fuerat ut pleraq; alpiũ
ab italia sicut breuiora ita arctiora sunt difficilius fuit. Omnis
enim ferme ua preceps angusta lubrica publica erat ut neq; su

stinere se a lapsu possent, nec qui paululum titubassent herere af-
flictis uestigio suo: aliiq; super alios & iumenta in homines occide-
rent. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atq; ita recti-
saxis ut egre expeditus miles temptabundus pedibus manibusq; re-
tinens uirgulta ac stirpes circa eminentes demutere se posset. Na-
tura locus iam ante preceps recenti lapsu terre impeditus, dum ille
ad modum altitudine obrutus erat. Ibi uelut cum ad finem uie eq-
tes constitissent: miranti hannibali que res moraretur agmen: nun-
tiatur rupem in uiam esse. Digressus deinde ipse ad locum uisen-
dum: haud dubia res uisa, quin per inuia circa, nec trita antea
q̄uis longo ambitu circūduceret agmen. Ea uero uia insuperabilis
fuit. nam cum super ueterem niuem iactatam, noua modice alti-
tudinis esset, molli nec per alte facile pedes ingredientium insiste-
bant. Vt uero per tot hominum iumentorumq; incessum dilapsa
est, per nudam infra glaciem fluentemq; labem liquescentis niuis
ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat ut a lubrica glacie non re-
cipiente uestigium, & in prono citius pede se fallente, ut seu mani-
bus in assurgendo, seu genu se adiuuissent, ipsis adminiculis pro
lapsis iterum corruissent, ipsis nec stirpes circa radices suas ad q̄s
pede aut manu quisq̄ eniti posset erant. ita in leui tantum glacie
tabidaq; niue uolutabantur iumenta: secabantur interdum et̄,
tamen infimam ingredientia niuem & prolapsa iactandis grauiꝰ
in continendo ungulis penitus perfringebant: ut pleraq; uelut pe-
dica capta hererent etiā ī dura & alta concreta glacie. Tandem
ne quicq̄ iumentis atq; hominibus fatigatis castra in iugo posita.
egerrime ad id ipsum loco purgato tantum niuis fodiendū atq;
egerendum fuit. Inde ad rupem muniendam per quam uia una
esse poterat milites ducti, cum cedendum esset saxum, arboribꝫ
circa in manibus deiectis, detruncatisq; struem ingentem lignoꝝ
faciunt. eāq; cū & uis uenti septa faciendo igni cohorta esset suc-
cendunt. ardentiaq; saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridā
incendio rupem ferro pandūt. molliuntq; anfractibus modicis

cliuos ut non iumenta solum, sed elefanti etiam deduci possent. r
Quatriduum circa rupem consumptum: iumenta prope fame ab
sumebātur. Nuda enim fere cacumina sunt, & siquid est pabuli o
obruunt niues. Inferiora ualles apricos quosdam colles habent, ri
uosq; prope, siluas etiam humano cultu digniora loca. Ibi iumēta
in pabulum missa: & quies muniendo fessis hominibus data tri
duo. Inde ad planum descensū ē etiam locis mollioribus & acco
larum ingenius: hoc maxime modo in italiam peruentum est quin
to mense a carthagine noua, ut quidam auctores sunt qnto deciō
die alpib' supatis. Quātę copię trāsgresso in Italiā hānibali fuerūt
nequaq̄ ĩt auctores cōstat q plimū. c. milia pe. xx. eqtū fuisse
scribūt: q minimū. xx. milia pe. sex equitū. L. cini' alimentis q cap
tum se ab hannibale scribit, maxime auctor mouer & me n̄ confun
deret numerum gallis liguribusq; additis. cum his. Lxxx. milia
peditum. x. equitum adducta in italiam magis affluxisse uerissi
mum est. & ita quidam auctores sunt: ex ipso autem audissa hañi
bale, postq̄ rodanum transierunt. xxxvii. milia hominum ingē
temq; numerum equorum, & aliorū iumentoꝝ amisisse: Taurinisq;
Gallis proxima gens erat, in italiam digresso. id cum inter oms
constet, eo magis miror ambigi, quanā alpes transierit, & uulgo
credere poenino, atq; inde nomen & iugo alpium inditum, trans
gressum collium per cremonis iugum diceret transisse: qui ambo
saltus cum non in taurino sed per saltus montanos ad libuos gallos
deduxerunt. Nec uerisimile est, ea cum ad galliam patuisse itinera
utiq; quę ad poeninum fuerunt obsetta gentibus semigermanis
fuissent. neq; hercule montibus his, siquem forte id mouet ab trā
situ poenorum nullo sed uno uel acri incolę iugi eius norint in
ditum. sed ab eo quem in summo sacratum uerticem poeninum
montani appellant per oportune ad principia rerum taurinis
proxime gentis aduersus insubres motum bellum erat, sed arma
ri exercitum hannibal ut parti alteri auxilio esset in reficiendo
maxime sentientem contracta ante mala non potuit, otiū erat

enum ex labore copia, ex inopia cultus ex iuuie rabeq; squalida & prope efferata corpora uarie mouebat. ea. P. Cornelio. cons. ca fuit cum pisas nauib; uenisset exercitu a manlio attulitq; accepto tirone & in nouis ignominiis trepido ad padum festinandi, ut cū hoste non dum refecto manus conſereret. Sed cum placentiam cō sul uenit iam ex stataruis mouerat hannibal, taurinoſq; unam urbem caput gentis eius quia uolentes in amicitiam non uenerat ui expugnarat. uicisset sibi non metu solum, sed & uoluntate gallos accolas padi, eos circūspectantes defectionis tempus, subito aduentus consulis oppressisset. Et hannibal mouit ex taurinis incertus quę pars sequendi esset gallos, presentem esse secuturos ratus. Iam prope in conspectu erant exercitus, conueneranteq; duces, sicut utrq; interse non dum satis noti, ita iam imbutus uterq; quadam admiratione alterius. Nam hannibalis & apud romanos iam ante sagunti excidium celeberrimum nomen erat. & scipionem hannibal eo ipso quod aduersus se duce potissimum lectus eet prestantem uirum credebat. & acceperant inter se opinionem scipio quod relictus in gallia obuius fuerat in italiam transgresso hannibali, & conatu tam audaci traiciendarum alpium & effectu occupauit. tamen scipio padum traiecit, & ad ticinum amnem motis castris priusq; educeret in aciem ad hortandorum militum causa talem orationem exorsus est. Si eum exercitum milites educerē in aciem quem in gallia mecum habui, super sedissem loqui apud uos. Quid enim ad hortari referret aut eos eques q equitatum hostium ad rodanum flumen egregie egre uicissent, aut has legiones cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus confessionem cedentis ac detractantis certamen pro uictoria habui. Nunc qa ille exercitus hispanię prouincię scriptus ibi cum fratre. Cn Scipione meis auspicis rem gerit, ubi eum gerere senatus populusq; romanus uoluit: ego ut consulem ducem ad uersus hannibalem ac penos haberetis ipse me huic uoluntario certamini obtuli, nouo imperatori apud nouos milites pauca uerba facienda sunt. Ne

genus belli ne ue hostem ignoretis, cum his est uobis milites pugnā
dum quos terra mari q̄ priori bello uicistis a quibus stipendium
per .xx. annos exegistis, quibus capta belli premia siciliam ac sar
diniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is uobis illis q̄ animꝰ
qui uictoribus & uictis esse solet. Nec nunc illi quia audent sed
quia necesse est pugnaturi sunt nisi creditis quia exercitu in co
lumi pugnam detractauere eos duabus partibus peditū equitūq̄
in transitu alpium amissis, qui plures pene perierant q̄ super sint
plus spe inactos esse. At enim pauci quidem sunt sed uigentes aīs
corporibusq̄ quorum robora ac uires uix sustinere uis ulla possit
effigies immo umbre hominum fame frigore in luuie squalore
enecti contusi ac debilitati inter saxa rupesq̄. Ad hoc preusti ar
tus, niue rigentes nerui membra torrida gelu quassata fracta
q̄ arma claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite
pugnaturi estis. reliquias extremas hostium: non hostem habetis.
At nihil magis uereor ne unq̄ uos cum pugnaueritis alpes uicisse
hannibalem uideantur. Sed ita forsitan decuit, cum federū rup
tore duce ac populo deos ipsos sine ulla humana ope cōmittere ac
profligare bellum, nos qui secundum deos uiolati sumus, cōmissū
ac profligatum configere. non uereor ne quis me hec uestri adhor
tandi causa magnifice loqui existimet. Ipsum aliter animo affec
tum esse licuit in hispaniam prouinciam meam quo iam ꝓfectus
eram cum exercitu meo: ubi & fratrem consilii participem ac
periculi socium haberem. & hasdrubalem potius q̄ hannibalem ho
stem & minorem haud dubie molem belli. Tamen cum preteruhe
rer nauibus gallie oram ad famam huius hostis in terram egressus
premisso equitatu ad rodanum moui castra. Equestri prelio qua
parte copiarum conserendi manum fortuna data est: hostem fu
di. peditum agmen quod in modum fugientium raptim agebat
quia assequi terra non poteram, neq̄ regressus ad naues erat, q̄nta
maxime celeritate potui, tanto maris terrarumq̄ circuitu in radi
cibus alpium obuiꝰ fui huic timendo hosti. Vtrum cum declinarē

certamen improuisus incidisse uideor. an occurrente in uestigiis
eius lacessere. at trahere ad decernendum. experiri iuuat. vtrũ
alios certe repente carthaginenses, per xx. annos terra ediderit.
an idem sint qui ad gades pugnauerunt insulas. & quos ab erice
duo de uicenis denariis extimatos emistis. Et utrum hannibal
hic sit emulus itinerum herculis ut ipe fert. an uectigalis stipen
diariq; & seruus. P. r. a patre relictus. quem nisi saguntinũ sce
lus agitaret. respiceret profecto si non patriam uictam. domũ
certe patremq; & federa hamilcaris scripta manu. qui iussus a
cons. nro. presidium deduxit ab eryce. qui graues impositas uictis
carthaginensibus leges fremens merensq; accepit. Qui decedere
sicilia. qui stipendium populo. r. dare pactus est. Itaq; uos ego mi
lites. non eo solum animo quo aduersus alios hostes soletis pugna
re uelim. sed cum indignatione quadam atq; ira. uelut si seruos
uideatis uestros arma repente contra uos ferentes. Licuit si uolu
issemus ad erycem clausos ultimo supplicio humanorum fame
interficere. Licuit classem uictricem in africam traiicere. atq; ĩtra
paucos dies sine ullo certamine carthaginem delere. ueniam de
dimus precantibus emisimus ex obsidione. pacem cum uictis feci
mus. tutele nostre. deinde duximus. cum africo bello urgerentur.
Pro his impartitis, furiosum iuuenem sequentes oppugnatum pa
triam nostram ueniunt. Atq; utinam pro decore nobis hoc tan
tũ & non pro salute esset certamen. Non de possessione sicilie &
sardinie de quibus quondam agebatur. sed pro italia nobis pugnã
dum. Nec est alius ab tergo exercitus. qui nisi nos uincimus ho
sti obsistat. nec alpes alie sunt. quas dum superant comparari no
ua possint presidia. Hic est obstandum milites. uelut si ante ro
mana moenia pugnemus. Vnus quisq; se non corpus suum, sed cõ
iugem ac liberos paruos armis protegere putet. nec domesticas
solum agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras
nunc intueri manus senatum populumq; romanum. qualis no
stra uis. uirtusq; fuerit. talem deinde fortunam illius urbis ac

romani imperii fore. Hæc apud romanos consul. Hannibal re-
bus priusq; uerbis ad hortandos milites ratus circumdato ad spec-
taculum exercitu captiuos montanos milites ratus circũdato
ad spectaculum exercitu captiuos montanos iunctos in medio
constituit. armisq; gallicis ante pedes eorum proiectis interro-
gare interpretem iussit, qs si uinculis leuaretur armaq; & equ-
um uictor acciperet decertare ferro uellet. Cum ad unum oms
ferrum pugnamq; poscerẽt & deiecta esset in id sors se quisq; eũ
optabat quem fortuna in id certamen legeret. & cuiusq; sors ex-
ciderat alacer inter gratulantes gaudio exultans cum sum moris
tripudiis arma raptim capiebat. Vbi uero dimicarent, is habitus
animorum non inter eiusdem modo conditionis homines erat
sed etiam inter spectantes uulgo, ut non uincentium magis q;
bene morientium fortuna laudaretur. Dum sic aliquot spectat'
paribus affectos dimisisset, contiõe inde aduocata, ita apud eos
locutus fertur. Siquem animum in alieno sortis exẽplo paulo an-
te habuistis eundem mox in extimanda fortuna uestra habueri-
tis uicimus milites. Neq; enim spectaculum modo illud, sed que-
dam ueluti imago uestre conditionis erat. ac nescio an maiora
uincula maioresq; necessitates uobis q̃ captiuis uestris fortuna
circũdederit. Dextra leuaq; duo maria claudunt. nullam ne ad
effugium quidem nauem habentibus. Circa padus amnis, maior
padus ac uiolentior rodano. A tergo alpes urgent. uix integris
uobis ac uigẽtib' trãsitu. hic uob; uicẽdũ aut moriẽdũ milite' ẽ. ubi
primum hosti occurristis. & eadem fortuna quæ necessitatẽ pu-
gnandi imposuit, premia uobis ea uictoribus proponit, quibus
ampliora homines, nec a diis quidem immortalibus optare solẽt.
Sicilliam tantum ac sardiniam parentibus nostris ereptas nostra
uirtute si recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essẽt.
Quicquid romani tot triumphis partum congestumq; possidẽt,
id omne uestrum cum ipsis dominis futurum est. In hanc tam
opimam mercedem agite cum diis bene iuuantibus arma capi-

te satis ad huc in uastis lusitaniæ celtiberiæq; montibus pecora con
sectando, nullum emolumentum tot laborum periculorumq; ue
strorum uidistis. Tempus est iam opulenta uos ac diuina stipendia
facere & magna opere pretia mereri. Tantum uineris per tot mõ
tes flumina q; & tot armatas gentes emensis, hic uobis terminũ
laborum fortuna dedit, hic dignam mercedem emeritis stipẽdiis
dabit. Nec q̃ magni nominis bellum est, tam difficilem existima
ueritis uictoriam fore. Sepe & contemptus hostis eruentum certa
men edidit, & inclyti populi regesq; per leue momento uicti sunt.
V ñ dempto hoc uno fulgore nominis romani, quid est quod illi ucb,
comparandi sint, ut uiginti annoꝝ militiam uestram cum illa t
uirtute, cum illa fortuna, taceam ab herculis columnis ab occe
ano terminisq; ultimis terrarum, per tot ferocissimos hispanie
& galliæ populos uincentes huc perueneritis. Pugnabitis cum exer
citu tirone hac ipsa æstate cæso uicto circũsessoꝝ a gallis, ignoto ad
huc duci suo ignorantiq; ducẽ. An me in pretorio patris clarissi
mi imperatoris probe notum, certe educatum, domitorem hispa
niæ galliæq; uictorem, eundem non alpinarum modo gentiũ sed
ipsarum quod multo maius est alpium, cum semestri hoc conferã
duce, desertore exercitus sui, cui siquis demptis signis penos ro
manosq; hodie ostendat, ignoraturum certum habeo uterus exerci
tus sit consul. Non ego illud parui extimo milites, quod nemo ue
strum est cuius non ante oculos ipse sepe militare aliquod edideri
facimus, cuius non idem ego uirtutis spectator ac testis alumnꝰ pri
notata tpribꝫ locisq; referre sua possim decora. tũ laudastis me mili
tes, donastis alumnum prius omnium uestrum q̃ imperator pro
cedam acie aduersus ignotos inter se ignorantesq;. Quocunq; cir
cũ tuli oculos plena omnia uideo animorum ac roboris, ueteranũ
pedutem generosissimarum gentium, equites frenatos & infrena
tos, uos socios fidelissimos, fortissimosq; uos carthaginẽses cũ ob pñã tũ
ob iram uastissimam pugnaturos. Inferimus bellum infestisq; si
gnis descendimus in italiam, tanto audacius fortiusq; pugnatu

ri, quanto maior spes maior animus inferentis uim: q̄ arcentis.
Accendit preterea animos, & stimulat dolor iniuria indignitas.
Ad supplicium deposcerunt me ducem primum, deinde uos om̄s
qui saguntum oppugnassetis, deditos ultimis cruciatibus affec
turi fuerunt. Crudelissima ac superbissima gens, sua omnia sui
q̄ arbitratu facit. cum quibus bellū cū quibus pacem habeamus,
se modum imponere æquum censet, circūscribit includitq̄ nos
terminis montium fluminumq̄ quos ne excedamus neq̄ eos quos
statuit terminos obseruat, ne transieris hiberum ne quid rei tibi
sit cum saguntinis. Ad hiberum est saguntum, nusq̄ te uestigio
mouearis. Parum est quod ueterrimas prouincias meas siciliam
ac sardiniam adimit etiam hispaniam, & si inde cessero in africā
trāscendet. trāscendisse autem dico duos coss huius anni. unū
in africam alterum in hispaniam miserunt. Nihil unq̄ nobis re
lictum est. nisi quod armis uindicaremus. Illis timidis & ignauis
licet ēē qui respectum habent quod suus ager qd̄ sua terra pertuta
ac pacata itinera fugientes accipient. Vobis necesse est fortibus
uiris esse & omnibus inter uictoriam mortemue certa despera
tione abrutis aut uincere aut si fortuna dubitabit in prelio po
tiusq̄ in fuga mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus de
stinatūq̄ in animo est, iterum dicam uicistis. Nullum contēptu
ad uincendum homini a dii immortalibus acrius datum est.
His adhortationibus cum utrinq̄ ad certamen accensi militum
animi essent, romani pontem ticinum iungunt, tutandiq̄ pōtis
causa, castellum super imponunt. Poenus opere occupatis hostib̄
maharbalem cum ala numidarū, equitibus quingentis, ad depo
pulandos sociorum. R. P. agros mittit gallis parci q̄ maxime iu
bet, principumq̄ animos sollicitare ad defectionem. Ponte per
fecto, traductus romanus exercitus in agrum insubrium quin
que milia passuum a uico tumulis consedit. Ibi hannibal castra
habebat, reuocatoq̄ propere maharbale atq̄ equitibus cum īsta
ret certamen cerneret. nihil unq̄ satis dictum premonitumq̄

ad cohortandos milites ratus. uocatis ad contionem militibus
certa premia prenuntiat in quorum spem pugnarent. Agrum
sese daturum esse in italia africa, hispania, ubi quisq; uelit immu-
nem ipsi qui accepisset liberisq; qui pecuniam q̄ agrum maluis-
set ei se argento satisfacturum. Qui sociorum ciues carthaginē-
ses fieri uellent, potestatem facturum. Qui domos redire mal
lent daturum se operam, ne cuius suorum popularium mutatā
secum fortunam esse uellet. Seruis quoq; dominos pro secutis
libertatem propoīt binaq; ꝓ his mancipia dominis se redditurꝫ.
E aq; ut rata scirent fore agnum leua manu dextra silicem retinēs.
si falleret, iouem ceterosq; precatus deos ita se mattarent quē
admodum ipse agnum mattasset. Et secundum precationem ca-
put pecudis saxo elixit. Tum uero omnes uelut diis auctoribꝫ
in spem suam quisq; acceptis, id more quod nondum pugnarēt
ad potienda sperata rati, prelium uno animo & uoce una poscūt.
A pud romanos haud quaq̄ tanta alacritas erat: super cetera recē-
tibus etiam territos prodigiis. Nam & lupus intrauerat castra.
laniatisq; obuiis ipse intactus euaserat. Examen apium in arbo-
re pretorio imminente consederat. quibus procuratis: Scipio
cum equitatu iaculatoribusq; expeditis profectus ad castra hosti-
um, ex loco ꝓpinquo copias quante & cuius generis essent spe-
culandas, obuius sit hannibali & ipsi cum equitibus ad exploran-
da circa loca progresso. neutri alteros primos cernebant. dēsior
deinde incessu tot hominum equorumq; oriens puluis, signum
propinquantium hostium fuit. consistit utrunq; agmen: & pre-
lio sese expedebant. Scipio iaculatores & gallos equites in fron-
te locat. romanos sociorumq; quod roboris fuit in subsidiis. hañi
bal frenatos equites in medium accipit, cornua numidis firmat.
V ix dum clamore sublato, iaculatores fugerunt inter subsidia
ad secundam aciem: Inde equitum certamen erat aliquā diu
anceps. deinde quia turbabant equos pedites intermixti: mul-
tis labentibus ex equis aut desilientibus ubi suos primi circū

uentos uidissent, tam magna ex parte anceps pugna erat donec numidę qui in cornibus erant circũuecti paululum ab tergo se ostenderunt, ut pauor perculit romanos. Auxit q; pauorem consulis uulnus, periculumq; inter cursu tum primum pubescẽtis filii pulsatum. hic erat iuuenis penes quem perfecti huiusce belli laus est. africanus ob egregiam uictoriam de hannibale & de poenis appellatus. Fuga tamen effusa iaculatorum maxime fuit quos primos numidę inuaserunt aliis confertus equitatus consulem in medium acceptum non armis modo sed etiam corporibus suis protegens, in castra nusq̃ trepide neq; effuse cedendo reduxit. Seruati consulis decus Celius ad seruum natione ligurem delegat. Malimus equidem de filio uerum esse: quod & plures tradidere auctores: sed fama obtinuit. hoc primum cum hannibale prelium fuit. quo facile apparuit, & equitatu meliorem poenũ ęę & ob id campos patentes quales sunt inter padum alpesq; bello gerendo romanis aptos non esse. Itaq; proxima nocte ussis militib, uasa silentio colligere castra ab ticino mota, festinatumq; ad padum est, ut ratibus quibus iunxerat flumen non dum resolutis, sine tumultu atq; insectatione hostis copias traiceret. Priusq; placẽtiam peruenere, q̃ satis sciret hannibal ab ticino profectos. tam ad hoc moratorum in citeriori ripa seguiter ratem soluentes, cępit transire. Non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labentem. Celius auctor est magonẽ cum equitatu & hispanis pedibus flumen ex templo transnatasse: ipsum hannibalem per superiora padi uada exercitum traduxisse: elefantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis: ea peritia amnis eius uix fecerunt. Namq; equites armis eqsq; saluis tãtam uim fluminis superasse, uerisimile est. Vt iam hispanos oĩs inflati trauexerunt utres: sed multorum dierum circuitu padi uada petenda fuerunt, qua exercitus grauis impedimentis traduci posset. Polybius apud me auctores sunt, qui biduo uix locum ratem iungendo flumini inuentum tradunt, ea cũ magone

64

equites hispanorum expeditos premissos dum hannibal circa flu
men legationibus gallorum audiendis moratus, traicit grauius
pedituꝫ agmen. Interim mago equitesq; ab transfuga fluminis diei
unius uenere placentiam ad hostem contendunt. Hannibal pau
cis post diebus sex milia a placentia castra cõmunit. & postero die
in conspectu hostium acie directa potestatem pugne fecit. In se
quenti nocte cedes in castris romanis tumultu tamen q̃ re ma
ior ab auxiliaribus gallis facta est. Ad duo milia peditum & du
centi equites uigilibus ad portas trucidatis ad hannibalẽ trãs
fugiunt. quos pœnus benigne allocutus & spe ingentium dono
rum accensos in ciuitates quasq; suas ad sollicitãdã popularium am
mos dimisit. Scipio eodem eam signum defectionis omniũ gal
lorum esse ratus. contractosq; eo scelere uelut iniecta rabie ad ar
ma uiros quanq; grauis ad huc uulnere erat. tamen quarta ui
gilia noctis insequentis. tacito agmine profectus ad trebiam flu
uium in loca altiora collesque impediciores equites castra mo
uet. minus q̃ ad tricinum fefellit. Missisq; hannibal primum numi
dis deinde omni equitatu turbasset utrosq; nouissimum agmen in
auditate prede inuacua romana castra numide deuertissent. Ibi
dum perscruptantes loca omnia castrorum: nullo satis digno mo
re pretio tempus terunt. emissus hostis est de manibus. & cum iã
transgressos trebiam romanos, metantesq; castra conspexissent
paucos moratorum occiderunt circa flumen inter ceptos. Scipio
nec uexationem uulneris iactantis ultra patiens. & collegã iam
enim & reuocatum ex sicilia audierat ratus expectandum. locũ
qui prope flumen tutissimus statiuis est uisus delectum cõmuni
ut. Nec procul inde hannibal cum consedisset quantum uictoria
equestri elatus: tantum anxius inopia quæ per hostium agros eun
tem nusq; preparatis cõmeatibus maior in dies excipiebat. ad cla
stidium uicum quo magnum frumenti numerum congesserant
romani mittit. Ibi cum uim pararent, spes facta proditionis. nec
sane magno pretio nummis aureis quadringentis datis. P. Brundu

finis prefãs

sino prefecto presidii corrupto traditur hannibali clastidiū. Id
horrendum fuit poenis sedentibus ad trebiam. In captiuos extra
ditā presidio ut fama clementię in principio rerum colligeretur.
nihil seuitum est. Cum ad trebiam terrestre constitisset bellum.
Interim circa siciliam insulas q̄ italię imminentes, & a sempro
nio consule & ante aduentum eius terra mariq̄ res geste xx q̄nq̄
remes cum mill armatis ad depopulandam oram italię a carthagi
nensibus missę, nouem liparias. viii. ad insulas uulcani tenuerūt
tres in fretum aduertit estus. Ad eas conspectas a messana xii na
ues ab hierone rege siracusanorum missę, qui tum forte messane
erat consulem romanum operiens, nullo repugnante captas naues
messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captiuis preter
xx. naues cuius ipsi classis essent in italiam missas quinq̄ & xxx.
A lias quinq̄ remes siciliam petere ad sollicitandos ueteres socios ly
libei occupandi precipuam curam esse credere eadem tempestate
qua ipsi disiecti forent. eam quoq̄ classē ad Egadis insulam deiec
tam. Hec sicut audita erant rex messanę emilio pretori cuius si
cilia erat prouincia prescribit monetq̄ ut lylibeum firmo tener &
presidio. Ex tēplo et circa pretorem a ciuitate missi legati tribu
niq̄ suos ad curam custodię intenderēt ante omnia lylibeū teneri
ad apparatum belli edicto proposito, ut socii nauales x. dierum co
acta cibaria ad naues deferrent. Et ubi signum datum esset neq̄
moram conscendendi faceret per omnem oram qui ex speculis
conspicerent aduentatem hostium classem. Simili itaq̄ quanq̄ de
industria morati cursum nauium erant carthaginenses ut ante
lucem accederent lylibeum. Pręsensum tamen est. quia & luna p̄
nox erat & sublatis armamentis ueniebant. Ex templo datum si
gnum expeculis & in oppido ad arma conclamatum est & in na
ues cōscensum. pars militum in muris portarum q̄ in stationibus
par in nauibus erant. Et carthaginenses quia rem fore haud cum
imparatis cernebant usq̄ ad lucem portu se abstinuerunt. demē
dis armamentis eo tempore aptandaq̄ ad pugnam classe assūpta

ubi illuxit recepere classem in altum, ut spatium pugnę esset exi-
tumq; liberum e portu naues hostium haberent. Nec romani de-
tractauere pugnam. & memoria circa ea ipsa loca gestarum re-
freti & militum multitudine ac uirtute. ubi in altum euecti sunt.
romanos conserere pugnam. & ex propinquo uires conferre uelle.
Contra eludere pœnus & arte non uim rem gerere nauiumq; q̄ ui-
rorum aut armorum malle certamen facere. Nam ut socii naua-
libus affatim minus instructam classem: ita in opem militem ha-
bebant. & sicubi conserta manus esset. haud quaq̄ par numerus ar-
matorum ex ea pugnabat. quod ubi animaduersum est & roma-
nis multitudo sua auxit animum. & paucitas illius minuit. Ex tē-
plo vii naues punicę circūuentę. fugam cetere cęperunt. Mill & -
dcc. fuere in nauibus capti milites: nauteq; in his tres nobiles car-
thaginensium. Classis romana incolumis: una tantum perforata
naui. sed ea quoq; ipsa reduce in portum rediit. Secundum hanc
pugnam non dum gnaris eis qui messanę ierant. L. Sempronius
cons. messanam uenit. & fretum intranti. rex hiero classem orna-
tam obuiam duxit. Transgressusq; ex regia in pretoriam nauem.
gratulatus sospitem cum exercitu & nauibus aduenisse. precatusq;
prosperum ac felicem in siciliam transitum. statum deinde insu-
lę & carthaginensium conata exposuit. pollicitusq; est ut quo aīo
priore bello populum. R. iuuenis adiuuisset. eo senex adiutur.
frumenta uestimentaq; sese legionibus cons. sociisq; naualibus
gratis prebiturum. grande periculum lylibeorum maritimisq; ci-
uitatibus ēē: & quibusdam uolentibus nouas res fore. ob hec con-
suli nihil cunctandum uisum: quin lylibeum classe peteret. Et rex
regiaq; classis una profecti nauigantes. inde pugnatum ad lylibeū
fusasq; & captas hostium naues accepere. Alylibeo cons. hierone
cum classe regia dimisso relictoq; pretore ad tuendam sicilie orā
ipse in insulam melitam quę a carthaginensibus tenebatur traie-
cit. Aduenienti hamilcar gisconis filius prefectus presidii. cū pa-
ulo minus duobus milibus militum oppidumq; cum insula tradit

Inde post paucos dies reditum lylibeum: captiuiq; 7 a cons & a pre
tore preter insignes nobilitate uiros sub corona uenierunt. Postq̄
ab ea parte satis tutam siciliam censebant. cons. ad insulas uulcani
quia fama erat stare ibi punicam classem traiecit. Nec quisquam
hostium circa eas insulas inuentus, iam forte transmiserant ad
uastandam italie oram de populatoq; uibonensi agro urbem et̄
terrebant. Repetenti siciliā Consuli excursio hostiū ī agrū uiboniē
sem fc̄a nuntiatur. litteręq; a senatu de transitu in italiam hanniba
lis & ut primo quoq; tempore college ferret auxilium: misse tra
duntur. Multis simul anxius curis exercitum ex templo ī naues
impositum: ariminum supero mari misit. Sexto pompeio legato cū
xxv. nauibus: uibonensem agrum, maritimamq; oram italię tuē
dam attribuit. M. emilio pretori, quinquaginta nauium classē
expleuit. Ipse compositis sicilie rebus decem nauibus oram italię
legens, ariminum peruenit. Inde cum exercitu suo profectus ad
trebiam flumen college coniugitur. Iam ambo coss. & quicquid
romanoꝝ uirium erat hannibali oppositum aut illis copiis defen
di posse ro. imperium aut spem nullam aliam esse satis declarabat
tamen cons alter equestri prelio uno & uulnere suo minutu' tra
hi rem mallebat recentis animi alter eoq; ferocior: nullam dila
tionem patiebatur. Quod inter trebiam padumq; agri est galli
tum incolebant: in duorum prepotentium populorum certamīe
per ambiguum fauorem haud dubie gratiam uictori' spectantes.
Id romani nequid modo mouerent equo satis poenus per iniquo
aīo ferebat a gallis accitū se uenisse ad liberandum eos dictitās. Ob
eam iram simul ut preda militem aleret: duo milia peditum &
mill equites numidas plerosq; mixtos quosdam & gallos popula
ri omnem deinceps agrum usq; ad padi ripas iussit. Egentes ope
galli cū ad id dubios seruassent animos: coacti ab auctoribus ī iu
rię ad uindices futuros declinarunt: legatisq; ad consulē missis
auxilium romanorum terre ob nimiā cultorum fidē in roma
nos laboranti orant. Cornelio nec causa nec tempus agende rei

placebat. suspectaq; ei gens erat cum ob infida multa facinora. tū
ob utilia uetustate absoluissēt ob recentem boiorum perfidiam. Sem
pronius contra continendis in fide socius maximum uinculū esse.
primosq; qui coisset ope defensos censebat. Cum collegam cūctātē
equitatum suum mille peditum iaculatoribus ferme admixti ad
defendendum gallicum agrum Transtrebiam mittit. li sparsos & in
cōpositos oneratosq; preda plerosque uim inopinātes inuasissent
ingentem terrorem cedemq; ac fugam usq; ad castra. stationesq; ho
stium fecere. unde multitudine effusa pulsi rursus subsidio suoꝝ
prelium restituere. Varia inde pugna sequentes quecunq; ad ex
tremum equassent certamen. Maior tamen hostium romanis fama
uictoriæ fuit. Ceterum nemini omnium maior iustiorq; q̄ ipi con
suli uideri gaudio efferri, qua parte copiarum alter cons uictus fo
ret. ea se uicisse restitutos ac refectos militum animos. nec quenq̄
esse, preter collegam, qui dilatam dimicationem uellet. Eum animo
magis q̄ corpore egrum. memoria uulneris. aciem ac tela horrere.
sed non esse cum egro senescendum. Quid enim ultra differri aut
teri tempus, quem tertium consulem, quem alium exercitum ex
pectari. Castra carthaginensium in italia ac prope in conspectu ur
bis esse, non siciliam ac sardiniam uictis ademptas. nec his hiberum
hispaniam petit sed solo patrio terraq; in qua geniti forent pelli ro
manos quantum ingemiscant inquit patres nostri. circa mœnia
carthaginis bellar soliti si uideant nos progeniem suam duos cōs
consularesq; exercitus in media italia pauentis intra castra. pœnū
quod inter alpes appeninumq; agri sit suæ ditiōis fecisse hec assidēs
egro college hec in pretorio prope contionabundus agere. Sti
mulabat & tempus propinquum comitiorum. ne in nouos conss
bellum differretur ⁊ occasio in se unum uertende gloriæ. dum
eger collega erat. Itaq; ne quicq̄ dissentiente cōnelio parari ad
propinquum certamen milites iubēt. Hanibal cum quid optimū
foret hosti cerneret uix ullam spem habebat, temere atq; īprouide
quicq̄ conss. acturos. Sed cū alterius ingenium fama prius, deinde

re cognitum porcitum ac ferox sciret esse ferociusq; factū ex pro
spero cum predatoribus suis certamine crederet. adesse gerende
rei fortunam haud diffidebat. cuius ne quod pretermitteret tp̄s
sollicitusq; & intentus erat dum tiro hostium esset miles, dū me
liorem ex ducibus inutilem uulnus faceret. dum gallorum ani
mi uigerēt quorum ingentem multitudinem sciebat segnius secutu
ram quanto longius ab domo traherentur. Cum ob hec taliaq; spe
raret propinquum certamen & facere si cessaretur cuperet specu
latoresq; galli ad ea exploranda que uellent, tutiores quia in u
trisq; castris militabant paratos pugne esse romanos retulissent.
locū isidis circūspectare poenus cepit. Erat in medio riuus peraltus
utrinq; clausus ripis & circa oppositus palustribꝫ herbis. & q̄bus
inculta ferme uestiuntur uirgultis uepribusq; quem ubi equites
quoq; regendo satis latebrosum locum circumuectus ipē oculis p
lustrauit. hic erit locus magoni fratri ait quem teneas. delige cen
tenos uiros ex omni pedite atq; pedite cum uiribus ad me uigilia
prima uenias. nunc corpora curare tempus est. Ita pretoriū mis
sum mox cum delectis mago aderat robora uirorum cerno īqt
hannibal, sed ut enumero etiam non animis modo ualeatis singu
lis uobis nouenos ex turmis manipulisq; uestri similes eligite.
Mago locum monstrabit quem insideatis. hostem cecum ad has bel
li artes habebitis. Ita mill equitibus magoni mille peditibus dimis
sis hannibal prima luce numidas equites transgressos trebiā flu
men obequitare iubet hostium portis, iaculādoq; ī stationes elice
re ad pugnam hostem. Iniecto deinde certamine cedendo sensim
circa flumen pertrahere. hec mandata numidis. ceteris ducibꝫ
peditum equitumq; preceptum ut prandere omnes iuberent ar
matos deinde in stratisq; equis signum expectare. Sempronius
ad tumultum numidarum primum omnem equitatum ferox
ea parte uirium. deinde sex milia peditū. postremo om̄s copias
ad destinatum iam ante consilio auidus certaminis eduxit. Erat
forte brume tempus, & niualis dies. in locis alpibus appenninoq;

interiectis propinquitate etiam fluminum ac paludium prege
lidis. Ad hoc raptim eductis hominibus atq; equis non capto añ
cybo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita. nihil caloris
inerat. & quicquid aure fluminis appropinquabat, afflabat
acrior frigoris uis. Vt uero refugientes numidas insequentes
aquam ingressi sunt. & erat pectoribus tenus aucta nocturno
imbri, tum utiq; egressis rigẽ oĩbꝫ corpora ut uix armorum te
nendorum potentia esset. & similitudine & procedente iã die.
fame etiam deficere. hannibalis interim miles. ignibus ante
tentoria factis. oleoq; per manipulos ut mollirent artus misso
& cybo per ocium capto, ubi transgressos flumen nuntiatũ est.
hostis alacer animis corporibusq; arma capit. atq; in aciem proce
dit. baleares locat ante signa. leuem armaturam, octo ferme milia
hominum. deĩn grauiorem armis peditem. Quod uirium quod
roboris erat. in cornibus circũfudit. decem milia equitum & ab
cornibus in utranq; partem diuersos elephantos statuit. Consul
effusos sequentis equites. cum ab resistentibꝫ subito numidis incau
ti exciperentur. signo receptui q; dato, reuocatos circundedit pe
ditibꝫ duo de. xx. milia romana erant. sociũ nois Latini. xx.
auxilia preterea cenomanorum. Ea sola in fide remanserat galli
ca gens. his copiis concursum est. Prelium a balearibus ortũ est.
quibus cum maiore robore legiones obsisterent. deductę ꝓpere
in cornua leuis armaturę sunt. Que res effecit. ut equitatus ro
manus ex templo urgeretur. Nam cum uix iam per se resisterẽt
decem milibus equitum. quattuor. m. & fessi ro. plerisq; integris
obruti sunt. insuper uelut nube iaculoꝝ a balearibus coniecta.
A d hec elephanti eminentes ab extremis cornibus equis maxime
non uisu modo, sed odore insolito territis, fugam late faciebant.
P edestris pugna paranimis magis q̃ uiribus erat. q̃s recentis poenꝰ
paulo añ curatis corporibus in prelium attulerat. Contra ieiuna
fessa q; corpora romanis. & rigentia gelu torpebant. Restitissent
tamen animis. si cum pedite solum foret pugnatum. Sed & balea

res pulso equite iaculabantur in latera. & elefanti iam in mediā
peditum aciem sese tulerant. & mago numideq; simul latebras
eorum improuida preter lata acies est. exorti a tergo. ingentē
tumultum ac terrorem fecere. Tamen in tot circunstantibu' ma
lis, mansit aliq̄ diu immota acies. maxime preter spem omniū
aduersus elephantos. eos pedites ad ipsum locati. uerrutis cōiec
tis. & auertere. & insecuti auersos sub caudis qua maxime molli
cute uulnera accipiunt fodiebant trepidantisq; prope iam ī suos
consternatos media acie in extremam ad sinistrum cornu ad
uersus gallos auxiliares agi iussit hannibal. Ex templo haud
dubiam fecere fugam additus quoq; nouus terror romanis, ut
fusa auxilia sua uiderunt. Itaq; cum iam in orbem pugnarent x.
milia ferme hominum. cum alii euadere nequissent media a
afrorum acie que gallicis auxiliis firmata erat. cum ingenti ce
de hostium perrupere. Et cum neq; in castra reditus esset flumi
ne interclusis, neq; pre imbri satis discernere possēt. q̄ sua uix
opem ferrent, placentiam recto itinere perrexere. plures deinde
in omnes partes eruptiones facte. Et qui flumen petiere, aut gur
gitibus absumpti sunt. aut intercunctationem ingrediendi ab ho
stibus oppressi. Qui passim per agros fuga sparsi erant uestigia ce
dentis sequentes agminis placentiam contendere. Aliis timor ho
stium aliis audacia ingredi flumen fecit. transgressiq; ī castra per
uenerunt. Imber niue mixtus & intolleranda uis frigoris. & ho
mines multos. & iumenta 7 elephantos prope omnes assumpsit. Fi
nis insequendi hostis penis flumen trebia fuit. et ita torpentes
gelu in castra rediere. ut uix letitiam uictorie sentirent. Itaq;
nocte insequenti cum presidium romanorum castrorum & qd
reliquum ex magna parte militum erat ratibus trebiam traice
rēt aut nih̄ sensē poeni obstrepente pluuia. aut quia iam moueri
prelassitudine nequibant ac uulneribus sentire se se dissimulart
quietisq; poenis. tacito agmine ab scipione cons. exercitus placē
tiam est perductus. Inde pado traiectus cremonam ne duorum

exercituum hibernis una colonia premeretur. Romam tant' terror
ex hac clade perlatus est ut iam ad urbem romam crederent infe
stis signis hostem uenturum nec quicq̄ spei aut auxilii esse qua por
tis menibusq; uim arcerent uno consule ad Ticinum uicto altero ii
ex sicilia reuocato duobus cons̄s duobus consularibus exercitib;
uictis Quos alios duces quas alias legiones esse que arcesserentur.
I ta territis Sempronius cons aduenit ingenti periculo per effusos
passim ad predandum hostium equites audacia magis q̄ consilio t
aut spe fallendi resistendi ue si non falleret transgressus id quod
unum maxime in presentia desiderabatur comitiis consularibus
habitis in hiberna rediit. Creati cons̄ C N. Seruilius & C. Flamini⁹.
C ęterum ne hiberna quidem romanis quieta erant uagantib; passim
numidis equitibus. equeq; his impeditiora erant celtiberis lusitaniq;
omnes igitur clausi undiq; cōmeatus erant nisi quos pado naues sub
ueherēt Emporiū prope placentiam fuit & opere ualido & ma
gno iii munitum presidio eius casteli oppugnandi spe cū equitib;
ac leui armatura profectus hannibal cum plurimum in celando in
cepto ad effectum spei habuisset. Nocte adortus non fefellit uigiles.
T antus repente clamor est sublatus ut placentię quoq; audiretur. Itaq;
sublucem cum equitatu consul aderat iussis quadrato agmine legio
nibus sequi. Equestre prelium interim cōmissum in quo quia hanni
bal saucius pugnę excessit pauorem hostib; iniecto defensum egre
gię presidium est. Paucorum inde dierum quiete sumpta & uix dū
satis percutato uulnere ad uictum uias ire pergit oppugnandas. Id
emporium a romanis gallico bello fuerat munitum. Inde locū fre
quentauerant accole mixti undiq; ex finitimis populis & tūc popula
tionū terror eo plerisq; ex agris compulerant huius generis multitu
do fama impigre defensi ad placentiam presidii accensa armis arrep
tis obuiam hannibali procedit magis agmine q̄ acie. In uia concur
runt & cum ex altera parte nihil preter inconditam turbam esset
in altera & dux militi & duci miles fidens ad triginta quinq; milia
hominum a paucis effusa postero die deditione facta presidiū ītra

menia accepere, uissiq; arma tradere, cum dicto paruissent, signum
repente uictoribus datur, ut tanq̄ ui captam urbem diriperet. Neq;
ulla quæ in tali re memorabilis scribentibus uideri solet pretermis-
sa clades est, adeo omnis libidinis crudelitatisq; & humanę superbię
editum in miseros est exemplum. he fuere hibernæ expeditiones
hannibalis. Haud longis inde temporibus, dum intollerabilia frigo-
ra erant, quies militi data est. & ad prima ac dubia signa ueris pro-
fectus ex hibernis in ętruriam ducit eam quoq; gentem, sicut gallos
liguresq; aut ui aut uoluntate ad iuncturus, transeuntem appeni-
num, adeo atrox tempestas adorta est, ut alpium feditatē prope
superauerit. Vento mixtus imber cum ferretur, in ipsa ora prima,
quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes uertice intor-
ti affligebantur, constitere deīn cum iam spiritum includeret, nec
recipcare aīam sinēt auersi a uēto parūp cōsedē & tū ingēti sono çelū
strepē & inter horrēdos fragore micare ignes captis auribꝫ & ocul metu
ōs tpr. Tand effuso ībre cū eo mag accēsa uis uēti eēt, ipo illo q̄ deprhen-
si erant loco castra ponere necessarium uisum est. Id uō laboris de
integro initium fuit. Nam nec explicare quicq̄, nec stare poterant,
nec quod statutum esset manebat, omnia perscindente uento & ra-
piente. Et mox aqua leuato uento cum super gelida montiū cacu-
mina concreta esset, tantum niuose grandinis deiecit, ut omnibꝫ
omissis procumberent homines, tegminibus suis magis obruti q̄ tec-
ti. Tantaq; uis frigoris insecuta est, ut ex illa miserabili hominum
iumentorumq; strage cum se quisq; attollere ac leuare uellet, diu
nequiret, quia torpentibus rigore neruis uix flectere artus poterat.
Deinde ut tandem agitando sese mouere ac recipere animos & rari
locis ignis fieri est ceptus ad alienam opem quisq; in ops tendere. Bi-
duum eo loco uelut obsessi mansere: multi homines, multa iumēta,
elephanti quoq; ex his qui prelio ad trebiam facto superfuerant, sep-
tem assumpti. Digressus appenino retro, ad placentiam castra mo-
uit: & ad decem milia progressus consedit. Postero die xii milia
peditum v. equitum aduersus hostem ducit, nec sempronius cons.

69

iam enim redierat ab roma detrectauit certamen: atq; eo die tria
milia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus ais
uario euentu pugnatum est. primo concursu adeo res romana su
perior fuit ut non acie uincerent solum: sed pulsos hostes i castra
persequerentur: mox castra quoq; oppugnarent. Hannibal pau
cis propugnatoribo in uallo portisq; positis: ceteros confertos in
media castra recepit. intentosq; signum ad erumpendum specta
re iubet. iam nona ferme diei hora erat cum romanis ne quicq̃
fatigato militi: postq̃ nulla spes erat potiundi castris: signum re
ceptui dedit. quod ubi hannibal accepit. laxataq; pugnam &
recessum a castris uidit: ex templo equitibus dextra leuaq; emis
sis in hostem: ipse cum peditum robore de his castris erupit. Pu
gna raro magis ulla ea cum utriusq; parti: pernitie clarior fuis
set. si extendi eam dies in longum spatium quiuisset. Nox accen
sum ingentibus animis prelium diremit. Ita q; acrior concurs⁹
fuit q̃ cedes. & sicut æquata ferme pugna erat: ita clade pari dis
cessum est. Ab neutra parte sexcenti⁹ plus peditibo & dimidium
eius equitum cecidit. Sed maior romanis q̃ pro numero iactura
fuit quia equestris ordinis aliquot & tribuni militum quinq; &
prefecti sociorum tres sunt interfecti. Secundum eam pugnam,
hannibal in ligures sempronius lucam concessit. Venienti in li
gures hannibali per insidias intercepti duo questores romani. C.
Fuluius & L. Lucretius: cum duobus tribunis militum & quib⁹q;
equestris ordinis senatorum ferme liberis: quo magis ratam fore
cum his pacem societatemq; crederent: traduntur. Dum hec in
italia geruntur. CN. Scipio in hispaniam cum classe & exercitu
missus cum ab hostio rodani profectus pyreneosq; montes circũ
uectus emporiis appulisset classem: exposito ubi exercitu: orsus
a lacetanis usq; ad hiberum flumen partim renouandis societati
bus: partim nouis instituendis: romane ditionis fecit. Inde con
ciliata clementie q; fama non ad maritimos modo populos: sed
mediterraneis quoq; ac montanis ad feroces iam gentes ualuit.

Nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parata est. ua
lideq; aliquot auxiliorum cohortes ex his conscriptę sunt. Haño
non inscius in hiberi prouincia erat eum reliquerat hannibal
ad regionis eius presidium. Itaq; priusq̄ alienarentur omnia ob
uiam eundum ratus: castris in conspectu hostium positis in aciē
eduxit. Nec romano differendum certamen uisum. quippe qui
sciret cum hannone & hasdrubale sibi dimicandum esse: malleq;
aduersus singulos separatim, q̄ aduersus duos simul rem gerere.
Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex milia hostium cęsa
duo capta, cum presidio castrorum. nam & castra expugnata
sunt atq; ipse dux militum cum aliquot presidiis capitur & scissis
propinquum castris oppidum expugnatur. Cęterum preda oppi
di parui pręti rerum fuit. suppellex barbarica, ac uilium man
cipiorum, castra militem ditauere, non eius modo exercitus q̄
uictus erat, sed & eius qui cum hannibale in italia militabat. ii
Omnibus fere caris rebus ne grauia impedimenta ferentibus essent
citra pyreneum relictis: priusq̄ certa huius cladis fama accede
ret: transgressus hiberum hasdrubal cum otto milibus peditū mill
equitum, tanq̄ ad primum aduentum romanorumq; occursur⁹
postq̄ perditas res amissaq; castra accepit: iter ad mare cōuertit.
Haud procul tharragone classi cons. milites naualesq; socios uagos
palantesq; per agros. quod ferme fit ut secundę res negligētiā
creent. equite passim dimisso cum magna cęde maiore fuga ad
naues compellit. Nec diutius circa ea loca morari ausus. ne a Sci
pione opprimeretur trans hiberum sese recepit. Et scipio raptī
ad famam nouorum hostium agmine acto, cum in paucos p̄fec
tos animaduertisset presidio tharacone modico relicto emporiū
cum classe rediit. Vix dum digresso eo hasdrubal aderat & Ilier
gentum populo qui obsides scipioni dederat ad defectionē im
pulso, cum eorum ipsorum iuuentute agros fidelium romanis
sociorum uastat. Excito deinde Scipione hibernis toto eis hi
berum rursus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectiōis

ilergetum gentem cum infesto exercitu inuasisset, compulsis oībus
atanagrum urbem quæ caput eius populi erat circūsedit. Intraq; di
es paucos pluribusq; ante obsidibus imperatis ilergetes pecunia
etiam mulctatos in ius ditionem q; recepit. Inde in auseranos ꝓpe
hiberim socios & ipsos penoꝝ procedit. atq; urbe eorum obsessa lace
tanos auxilium finitimis ferentes, nocte haud procul iam urbem
cum intrare uellent, excepit insidiis. cęsa ad xii. milia exuti pene
omnes armis domos passim palantes per agros diffugere. Nec ob
sessos alia ulla res, q̄ iniq̄ oppugnantib; hiemps tutabatur xxx dies
obsidio fuit. per quos raro utiq; nix, minus quattuor pedes alta ia
cuit, adeoq; pluteos ac uineas romanorum operuerat: ut ea sola ig̃b;
aliquotiens coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit. Postremo
cum amusic⁹ princeps eoꝝ ad hasdrubalem perfugisset. xx. argē
ti talentis pacti deducuntur tharraconem, in hiberna reditū est.
Romæ autem circa urbem multa ea hieme prodigia facta, aut quod
euenire solet, motis semel in religionem animis, multa nuntiata,
& temere credita sunt. Inquis ingenuum infantem semestrem in
foro holitorio triumphum clamasse. & foro boario bouem inter
tiam contignationem sua sponte scandisse, atq; inde tumultu ha
bitatorum territum sese deiecisse. & nauium speciem de cęlo efful
sisse. & ædem spei quæ est in foro holitorio fulmine ictam, & lanu
uii hostiam se cōmouisse. & coruum in ędem iunonis deuolasse, atq;
in ipso puluinario consedisse. & in agro amiternino multis loci⁹ ho
minum specie procul candida ueste uisos, nec tum illos congressos.
Et in piceno lapidibus pluisse. & cere sortes extenuate. & in gallia
lupum uigili gladium e uagina raptum abstulisse. Ob cętera pro
digia libros adire decem uiri iussi. Quod autem lapidibus pluisset
in piceno nouendiale sacrum ędictum & subinde aliis procurandis
prope tota ciuitas operata fuit. Iam primum omnium urbs lustra
ta est. hostięq; maiores quibus ediꝯtum est, diis cęse, & donum ex au
ri pondo. xl. lanuuium & iunoni portatum est. Et signū ęneum
matrone iunoni in auentino edificauerunt. & lectisterniū cęre

ubi sortes extenuate erant imperatum: & supplicatio fortune in algi-
do. Romę quoq; & lectisternium iuuentuti. & supplicatio ad ędē her-
culis nominatī. Deinde uniuerso populo circa omnia puluinaria in-
dicta & genio maiores hostiæ cesę .v. & .C. Attilius serran' pretor uo-
ta suscipere iussus, si in decem annos R. P. eodem stetisset statu. +
hęc procurata uota quæ ex libris sibillinis magna ex parte leuaue-
rant animum religioñ. Consulum designatorum alter Flaminius
cui hę legiones quæ placentię hibernabant sorte euenerant edictū
& litteras ad cons. misit ut exercitus idibus martiis arimini ades-
set in castris. huic in prouinciam consulatum inire consilium erat.
memor ueterum certaminum, cum patribus quæ tr. pl. & quę
postea consul. prius de consulatu qui abrogabat. deinde triūpho
habuerat. Iniussus etiam senatui ob nouā legē quā iniq; Q. Claudi'
tr. pl. aduersus senatum, atq; uno patrum adiuuante. C. Flaminio
tulerat, ne quis senator qui ue senatoris pater fuisset, maritimam
nauem quæ plusq̄ trecentarum amphorarum esset haberet. id satis
habitum ad fructus ex agris uectandos. questus omnis patribus inde-
corus uisus. Res per summam contentionem acta, inuidia apud no-
bilitatem suasori legis Flaminio. fauorem apud plebem, alterumq;
inde consulatum peperit. Ob hęc ratus auspiciis emendis, latinarumq;
feriarum mora, & consularibus aliis impedimentis retenturos se in
urbe: simulato itinere priuatus clam in prouinciam abiit. Ea re' ut
ubi palam facta est, nouam insuper iram in festis iam ante patribꝫ
mouit. non cum senatu modo sed cum diis immortalibꝫ. C. Flami-
nium bellum gerere. Consulem ante in auspicato factum reuocan-
tibus ex ipsa acie diis atq; hominibꝫ non paruisse. Nec nunc consci-
entias pretorum, & capitolium & solempnē uotorum nuncupatio-
nem fugisse. ne die initi magistratus iouis omen templumq; adi-
ret, ne senatum inuis' ipsi, & sibi uni inuisum uideret, consulere'q;
ne latinas indiceret, iouiq; latiali solempne sacrum in monte face-
ret, ne auspicato profectus in capitolio ad uota nuncupanda, palu-
datus inde ad prouinciam iret. lixe modo sine insignibus sine litto-

ribus profectus clam furtim haud aliter q̄ si exilii causa solum uer
tisset magis pro maiestate uidelicet imperii armmi. q̄ rome ma
gistratum unius & in diuersorio hospitali q̄ apud penates suos pre
textam sumpturum. Reuocandum uniuersi retrahendumq; cen
suerunt. & cogendum omnibus prius presentem in deos hominē
q; fungi officiis q̄ ad exercitum & in prouinciam iret. In eam le
gationem legatos enim mitti placuit. Q. Terentius & M. Anti
stius profecti nihilo magis eum mouerunt q̄ priore consulatu
luteī mouerāt a senatu misse. Paucos post dies magistratū init.
l mmolantiq; ei uitulus tam uctus e manibus sacrificantiū cum
se se prorupisset multos circumstantes cruore respersit. Fuga pro
cul etiam maior apud ignaros quid trepidaretur & concursatio
fuit. Id a plerisq; in omen magni terroris acceptum. Legionibus
inde duabus a sempronio prioris anni consule duabus a C. Attilio
pretore accepta. in hetruriam per Apennini tramites exercitus
duci est ceptus

T LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO LIBER .II.

AMVER appetebat et hannibal ex hibernis mouit & ne quicq̄ ante conatus tran scendere appenninum intollerandis frigoribus. et cum ingenti periculo moratus ac metu galli quos prede po pulationumq; cōciuat spes p̄q̄ pro eo ut ipsi ex alieno agro raperent age rent q; suas terras sedem belli ēē pre miq; utriusq; partis exercitum hibernis uiderent uerterunt re tro hannibalem ab romanis odia. Petitusq; est sepe principum in sidiis ipsorum inter se fraude eadem leuitate qua consenserant

consensu indicantium seruatus erat. Et mutando nunc uestem,
nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat.
Ceterum hic quoq; ei timor causa fuit maturius mouendi exhi
bendi. Per idem tempus C N. Seruilius rome idibus martiis ma
gistratum iniit. ibi cum de re P. retulisset reintegrata C. Fla
minium inuidia est duos se consules creasse, unum habere. Qd
enim ius tum imperium, quod auspicium esse, magistratus id
a domo publicis priuatisq; penatibus latinis feriis actis sacrificio
in monte perfecto uotis rite in capitolio nuncupatis secum fer
re, nec priuatum auspicia sequi, nec sine auspiciis profectum in
externo ea solo noua atq; integra concipere posse. Augebat me
tum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata. In sicilia mu
bus aliquot spicula. In sardinia autem in muro circũ eunti uigi
lias equiti Scipionem quem manu tenuerat arsisse & lutora cre
bris ignibus fulsisse & scuta duo sanguinem sudasse & mulie-
quosdam ictos fulminibo. & solis orbem minui uisum & prenes te
ardentes lapides celo cecidisse & arpis palmas in celo uisas pugnã
tem q; cum luna solem & capene duas inter diu lunas ortas & aquas
cerere sanguine mixtas fluxisse fontem q; ipsorum herculis cruen
tis manasse sparsum maculis & antu metentibus cruentas i orbem
spicas cecidisse & falernis celum findi uelut magno hiatu uisu q̃q;
patuerit ingens lumen effulsisse sortes sua sponte attenuatas una q;
excidisse uta scriptam. Mauors telum suum concutit. & per id
tempus rome signum martis appia uia ad simulacra luporum su
dasse. & capue speciem celi ardentis fuisse lunae q; inter umbrem ca
dentis. Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita. Capra
lanatas quibusdam factas, et gallinam in marem, gallum in femi
nam sese uertisse. His sicut erant nuntiata expositis auctoribus
in curiam introductis consul de religione patres consuluit. Dece
tum ut ea prodigia partim maioribo hostiis, partim lactantibus
procurarent & uti supplicatio per triduum ad omnia pulumaria
haberetur. Cetera cum decemuiri libros inspexissent, ut ita fieret

quemadmodum cordi esset diuinis carminibꝫ prefarentur id decē
uirꝝ monitu. Decretum est ioui primum donum, fulmen aureū
pondo quinq̄ gīta fierē 7 ut iunoni minerueq; ex argento darētur.
Et iunoni reginę in auentino. iunoniq; sospite lanuuii maioribus
hostiis sacrificarent. matroneq; pecunia conlata quantum con
ferre cuiq; cōmodum esset donum iunoni reginę in auentinū fer
rent. lectisterniumq; fieret. q̄ ut libertinę & ipse inde feroniæ
donum daretur, pecuniam pro facultatibus suis conferrent. Hec
ubi facta decemuiri ardeę in foro maioribꝫ hostiis sacrificarunt.
Postremo libri decembri mense ad ędem saturni romę īmolatū ē.
lectisterniumq; imperatum & cum lectum senatores strauerunt,
& conuiuium publicum ac per urbem saturnalia die ac nocte cla
matum. populusq; eum diem festum habere ac seruare in perpetuū
iussus. Dum cons placandis romę diis trahendoq; delectu dat operā.
hannibal profectus ex hibernis, quia iam flaminium cons. arretiū
preuenisse fama erat. cum aliud longius ceterum cōmodius ostē
deretur iter. propiorem uiam per paludem petit qua fluuius ar
nus per eos dies solito magis inundauerat. At hispanos & affros, &
omē quod ueterani robur erat exercitus. admixtis ipsorum īpe
dimentis. Nec ubi consistere coactis necessaria ad usus deessent:
primos ire iussit. sequi gallos, ut id agminis medium esset: nouis
simos ire equites. Magonem inde cum expeditis numidis cogere
agmen, maxime gallos, si tedio laboris longeq; uiæ ut est mollis
ad talia gens dilaberetur, aut subsisterent cohibentem. primi q̄
modo preirent duces per paltas fluuii ac profundas uoragines,
hausti pene limo immergentes, quæ se tamen signa sequebantur.
galli neq; sustinere se prolapsi. neq; assurgere ex uoraginibus pote
rant. aut corpora animis, aut animos spe sustinebant. Alii fessa
egre trahentes membra, alii ubi semel uictis tędio animis, procu
buissent inter iumenta & ipsa iacentia passim morientes, maxiēq;
omnium uigilię conficiebant: per quatriduum iam & tres noctes
tolerate cum omnia obtinentibꝫ aquis nihil ubi in sicco fessa ster

nerent corpora inueniri posset, cumulatis in aqua sarcinis super
incumbebant. iumentorum itinere toto prostratorum passim acerui
tantum quod extaret aqua querentibus ad quietem parui tempo
ris necessarium cubili dabant. Ipse hannibal æger oculis ex uerna
primum in temperie uariantes calores frigoraq, elefanto qui unus
superfuerat quod altius ab aqua extaret uectus, uigiliis tamen &
nocturno humore palustriq, cælo grauante caput, & quia medendi
nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur. Multis hominibus iu
mentisq, fede amissis cum tandem de paludibus emersisset, ubi primū
in sicco potuit castra locat. Certumq, per premissos exploratores
habuit exercitum romanum circa arretii menia esse. Consulis de
inde consilia, atq, animum & situm regionum, itineraq, & copias,
atq, commeatus expediendos & cetera quæ cognoscēda in re erant,
summa omnia cum cura inquirendo exequebatur. Regio erat in
primis italie fertilis, hetrusci campi qui fesulas inter arretiūq, ia
cent. frumenti ac pecoris & omni copia rerum opulenti. Consul fe
rox ab consulatu priore & non modo legum aut patrum maiesta
tis sed ne deorum quidem satis metuens, hanc insitam ingenio eius te
meritatem fortuna prospero ciuilibus bellicisq, rebus successu alue
rat. Itaq, satis apparebat, nec deos nec homines consulentem, fero
citer omnia ac pre propere acturum. Quiq, pronior esset in uita
sua agitare eum atq, irritare poenus parat. & leua relicto hoste fe
sulas petens, etrurie agros prædatum profectus quantam maximā
uastitatem potest cedibus incendiisq, consuli procul ostendit. flam
minius qui nec quieto quidem hoste ipse quieturus erat, tum uero
postq̄ res sociorum ante oculos prope suos ferri agiq, uidit, suū id
dedecus ratus per mediam iam italiam uagari poenum atq, obsistē
te nullo, ad ipsa romana menia ire oppugnanda. Ceteris omnibus
in consilio salutaria magis q̄ speciosa suadentibus collegam expectā
dum ut coniunctis exercitibus cōmuni animo consilioq, rem ge
rerent. Interim equitatu auxiliisq, leuium armorum ab effusa pre
dandi licentia hostem cohibendum ratus, se ex consilio proripuit

signumq; simul itineris pugneq; cum moramur arretii ante menia
sedeamus inquit. hic enim patria & penates sunt. Hanibal emissus e
manibus per populetur italiam uastandoq; & urendo omnia: ad
romana menia perueniat. nec ante nos hinc mouerimus q̄ sicut
olim Camillum a veis. C. Flaminium ab arretio patres acciuerūt.
Hæc simul increpans cum ocius signa conuelli iuberet. & ipse in e
quum insiluisset. equus repente corruit. Consulemq; lapsum su
per caput effudit. territis omnibus qui circa erant uelut fedo e
omine incipiendę rei. insuper nuntiatur. signum omni ui molie
te signifero conuelli nequire. conuersus ad nuntium. Nū litteras
quoq; inquit ab senatu affers quę me rem gerere uetant. Abi. nū
tia signum effodiant. si ad conuellendum manus pre metu obtor
puerit. Incedere inde agmen cępit. Primoribus super quam quod
dissenserant ab consilio territis etiam duplici prodigio milites in
uulgus lęto ferocia ducis. cum spem magis ipsam q̄ causam spei
intueretur Hannibal quod agri est inter cortonam urbem tran
symenumq; lacum omni clade belli peruastat: quo mag̃ ira ho
sti ad uindicandas sociorum iniurias acuat. Et iam peruenerant
ad loca insidiis nota. ubi maxime montes cortonenses in trāsy
menum subeunt. uia tantum interest per angusta uel ad ipsum
de industria relicto spatio deinde paulo latior patescit campus
inde colles assurgunt. ibi castra in aperto locat. ubi ipse cū afris
modo hispanisq; consideret. baleares ceteramq; leuem armatu
ram post montis circunducit. eqtes ad ipās fauces salt' tumuli apte
tegentibus locat. ut ubi intrassent romani obiecto equitatu d
clausa omnia lacu ac montibus essent Flamminius cum pridie
solis occasu ad Lacū puenisset in explorato post/o die uix dū satis certa
luce āgustus supatis. postq̄ in patentiorē cāpū pandi agm̄ cęp̄. id tm̄
hostiū qd̄ ex aduso erat aspex̄ a tergo ac sup cap̄ detectę īsidię. Pen'
ubi id quod petierat clausum lacu montibus & circūfusum suis
copiis habuit hostem signum omnibus dat inuadendi q̄ ū qua
cuiq; proximum fuit. decurrerunt. Eo magis romanis subita

atq; improuisa res fuit quod orta ex lacu nebula campo q̄ mōtib⁹ densior sederat agminaq; hostium ex pluribus uallibus ipsa inter se satis conspecta eoq; magis pariter decurrerent. Romanus cla more prius undique orto q̄ satis cerneret se circūuentum esse sensit. Et ante in fronte lateraq; pugnari ceptum est q̄ satis instru eretur acies aut expediri arma stringiq; gladii possent. Consul per culsis omnibus ipse satis ut intrepidare impauidus turbatos or dines uertentes se quoq; ad dissonos clamores istruit ut tps locq; patitur & quacunq; p̄or adhortatur astare ac pugnare iubet. ¶ Nec enim inde uotis aut imploratione deum sed ui ac uirtute eua dendum esse per medias acies ferro uiam fieri & quo timoris mi nus sit eo minus ferme periculi esse. Ceterum prestrepitu ac tumul tu nec consilium nec imperium accipi poterat. Tantūq; aberat ut sua signa atq; ordinem secundum locum nosceret ut uix ad ar ma capienda aptandaq; pugne competeret animus: opprimeré turq; quidam onerati magis his q̄ tecti. Et erat in tanta caligine maior usus aurium q̄ oculorum ad gemitus uulnerum ictus q; corporum aut armorum & mixto strepentium pauentium q; clamore circūferebant ora oculosq;. Alii fugientes pugnantium globo illati herebant. Alios redeuntes in pugnam auertebat fugi entium agmen. Deinde ubi in omnis partes nec quicq̄ impetus facti & ab lateribus montes ac lacus a fronte & a tergo hostiū acies claudebat apparuit q; nullam nisi in dextra ferroq; salutis spem esse. tum sibi unus quisq; dux ad hortatorq; factus ad rem gerendam & noua de integro pugna exorta est. Non illa ordinata per principes hastatosq; ac triarios nec ut pro signis ante signam post signa alia pugnaret acies nec ut in sua legatione miles aut cohor te aut manipulos esset sors cōglobabat & animus suus cuiq; ante aut post pugnandi ordinem dabat. Tantus q; fuit ardor animo ad eo intentus pugne animus ut cum motus terre qui multarū urbium italie magnas partes prostrauit auertit q; cursu rapido amnis mare fluminibus inuexit. Montes lapsu ingenti proruit

Nemo pugnatum senserit. Tres ferme horas pugna
tum est ubique atrociter circa cons. tamen acrior in
festiorque pugna est. eum & robora uirorum sequebantur
& ipse quancunque in parte premi ad laborem senserat
suos impigre ferebat opem insignesq; armis, & hostem summa ui pe
tebant & tuebantur suos ciues. donec insuper eques ducario nom̄
erat facie quoq; noscitans consul inquit est popularibus suis, qui le
giones nostras cecidit. agrosq; & urbem est depopulatus. Iam ego
hanc uictimam manibus per emptorum fede ciuium dabo. Subdi
tisq; calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetū
facit. Obtruncatoq; prius armigero qui se infesto uenienti obuiam
obiecerat. cons. lancea transfixit. spoliare cupientem triarii obiec
tis scutis arcuere. Magne partis fuga inde primum cepit. etiam nec
lacus nec montes obstabant, per omnia arta preruptaq; uelut ceci
euadunt. armaq; ut uiri sup aliū alii precipitantur. Pars magna
ubi locus fuge deest per prima uada paludis in quam progressi qd
capitibus humeris q; extare possunt. se se immergunt. fuere quos in
consultus pauor nando etiam capessere fugam impulerit. que ubi
immensa ac sine spe erat aut deficientibus animis hauriebantur
gurgitib; aut ubi neq; q festinauerant retro egerrime repetebant
atq; ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabāt.
Sex milia ferme primi agmīs per aduersos hostis eruptione impigre
facta ignari omnium que post se agerentur ex saltu euasere. Et cū
in tumulo quodam constitissent. clamore modo ac sonum armor
audientes que fortuna pugne esset, neq; scire, nec perspicere pre
caligine poterant. inclinata ad iniqua re cū calescente sole depul
sa nebula aperuisset diem, cum liquida iam luce montes campiq;
perditas res stratamq; ostendere fede romanam aciem. Itaq; ne in
cospectu procul immitteretur eques sublatis partim signis quam ci
tatissimo poterant agmine a se se abripuerunt. Postero die cum su
per cetera extrema fames etiam instaret, fide dante maharbale q cū
omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat. si arma tradidis

sent abire

sent abire cum singulis uestimentis passurum sese dederunt. quæ
punica religione seruata fides est ab hannibale atq; in uincula omēs
coniecti. Hæc est nobilis transymenum pugna, atq; intra pauca me
morata populi romani clades. Quindecim milia romanorum ī acie
cesa sunt. decem milia sparsa fugam per omnē hetruriam diuersis
aduersis itineribꝫ urbem petiere. m̄. d. hostium in acie multi po
stea utrinq; ex uulneribus periere. Multiplex cædes utrinq; facta
traditur ab aliis. ego preterq̄ quod nihil haustum ex uano uelim,
quo nimis inclinant ferme scribentium aī. fabium æqualem tēpo
ribus huiusce belli potissimum auctorem habui. Hannibal captiuo
rum qui latini nominis essent sine pretio dimissis, romanis in uin
cula datis. segregata ex hostium coaceruatorum cumulis corpora
eorum cum sepelliri uississet: Flamminii quoq; corpus funeris cā
magna cum cura inquisitum non inuenit. Romæ ad primum nun
tium cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus in foroꝝ
populi est factus. Matronę uagę per uias, que repens clades allata q̄
ue fortuna esset exercitus obuios percunctātur. Et cum frequentis
contionis modo turba in comitium & curiam uersa magistratus
uocaret, tandem haud multo ante solis occasum. M. Pomponius
pretor pugna inquit magna uicti sumus. Et quanq̄ nihil certius ex
eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos re
ferunt. cons. cum magna parte copiarum cæsum super esse paucos
aut fuga passim per hetruriam sparsos, aut captos ab hoste. Quot ca
sus exercitus uicti fuerant, tot incuras dispertiti animi eoꝝ erāt q̄ꝝ
propinqui sub. C. Flāminio cons. meruerant ignorantium quę cu
iusq; suorum fortuna esset. Nec quisq̄ satis certum haberet quid aut
speret aut timeat. Postero die ac deinceps aliquot diebus ad portas
maior prope mulierum q̄ uirorum multitudo stetit. aut suorū ali
quem aut nuntium de his opperiens, circumfudebanturq; obuiis sci
scitantes. neq; auelli utiq; a notis priusq̄ ordine omnia inquisissent
poterant. Inde uarios uultus digredientium ab nuntiis cerneres
ut cuiq; lętitia aut tristitia nuntiabātur, gratulantiq; aut cōsolātis

redeuntibus domos circumfusos. Feminarum precipue & gaudia insignia erãt & luctus. Vnam in ipsa porta sospite filio repente obla to in conspectu eius expirasse fertur. Alteram cui mors filii falso nuntiata erat mestam sedentem dom. ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum pretores per dies aliquot ab ortu usq; ad occidentem solem in curiam retinent consultantes quonam duce aut copiis quibus resisti poenis uictori bus posset. Priusq; satis certa consilia essent repens alia nuntiatur clades. Quattuor milia equitum cum C. Centonio pro pr. missa ad collegam a Seruilio cons. in umbria quo post pugnam ad tran symenum auditam auerterant iter ab hannibale circumuenta eius rei fama uarie hominẽs affecit. Pars occupatis maiore egritu dine animis. leuem ex comparatione priorum ducere recentẽ eq tum iacturam. pars non id quod acciderat per se estimare sed ut in affecto corpore quis leuis causa magisq; ualitudo grauior sen tiretur. Ita tum egre & affecte ciuitati quodcunq; aduersi inciderit, non rerum magnitudine sed uiribus extenuatis quę nihil quod aggrauaret pati possent extimandum esse. Itaq; ad remedium iam diu neq; desideratum nec adhibitum dictatorem dicendum ciui tas confugit. Et quia & consul aberat a quo uno dici posse uidebat nec p occupatã armis punicis italiam facile erat aut nuntium aut litteras mitti nec dictatorem populus creare poterat quod nunq; ante eam diem factum erat dictatorem populus creauit Q. Fabiũ maximum & magr equitum. M. Rufum minutium. Hisq; negotium ab Senatu datum ut muros turresq; urbis firmarent & pre sidia disponerent quibus locis uideretur pontesq; rescinderẽt flu mum. ac cum pẽnatibus pro urbe dimicandum esse quando italiã tueri nequissent. Hannibal interim recto itinere per umbriã usq; ad Spoletum uenit. Inde cum populato agro urbem adorsus esset oppugnare cum magna cede suorum repulsus & spectans ex uni colonie haud nimis prospere temptare uiribus quanta mole r. urbis esset, in agrum picenum auertit iter. Non copia solũ eis

generis frugum habundantem, sed refertum preda, quam effuse
auideq; gentes rapiebant. Ibi per dies aliquot statiua habita refec-
tusq; miles, hibernis itineribus ac palustri uia, prelioq; magis ad
euentum secundo q̄ leui ac facili affectus. Vbi satis quieti datum
preda ac populationibus magis q̄ otio aut requie gaudentibus,
profectus preputia Adrianum agrum, marsos inde marru-
ginosq; & pelignos deuastat. circaq; arpos & luceriam proximā apu-
lie regionem. C N. Seruilius cons. leuibus preliis cum gallis actis
& uno oppido ignobili expugnato postq̄ de collega & exercitus ce-
de audiuit iam moenibus patrie metuens, ne abesset in discrimīe
extremo ad urbem iter intendit. Q. Fabius maximus dictator ite-
rum quo die magistratum iniit, uocato senatu a diu' orsus cū edo-
cuisset patres plus negligentia cerimoniarum auspiciorum teme-
ritate, atq; in scitia peccatum a. C. Flāminio cons. esse, queq; pia-
cula ire deum essent, ipsos deos consulendos esse peruicit. ut qd̄
non ferme decernitur, nisi cum tetra prodigia nuntiata sunt.
decemuiri libros sibillinos adire iuberentur, qui in spectis fata-
libus libris retulerunt patribus, quod eius belli causa uotum mar-
ti foret. id non rite factum de integro atq; amplius faciendū esse.
et ioui ludos magnos. & edes ueneri Erycine ac dee mēti uouen-
das esse. & supplicationem lectisterniumq; habendum & ueri sa-
crum uouendum. si bellatum prospere esset. resq; publica in eodē
quo ante bellum fuisset statu permansisset. Senatus quoniā Fa-
bium belli cura occupatura esset. M. Emilium. pr. ex collegio pon-
tificum sententia omni ea ut mature fiant curare iubet. his. S. C.
perfectis. L. Cornelius Lentulus pontifex maximus consulente
collegio pretorum omnium primum populum consulendum de
uere sacro censet: in iussu populi uoueri non posse rogatus in hec
uerba. Populus, uelitis iubeatis ne hec sic fieri, si res populi R. Qui-
rituimq; ad quinquennium proximum sic uelim, eamq; saluam
seruauerit. Hisce duellis datum donum cluit P. R. Quiritiū quod
duellum. p. r. cum carthaginensi est, queq; duella cum gallis sūt

qu'eis alpes sunt. quod uer attulerit. ex suillo ouillo capri non ouil
lo grege queq; pro fama erunt ioui fieri. ex qua die senatus popl'q;
iusserit. qui faciet quando uolet quaq; lege uolet facito quo mo
do faxit probe factum estote. si id moritur quod fieri oportebat. q;
fanum esto siquis rumpet occidet ue inscius ne fraus esto. siquis
clepsit ne populo scelus esto. ne ue cui ceptum erit si atro die faxit
inscius probe factum esto. Si nocte siu luce siue seruus siue liber
tus faxit probe factum esto. si ante id ea senatus populus q; iusse
rit fieri ac faxit eo populus soluti' liber esto. Eiusdem rei causa
ludi magni uotiui. cc. xxx. iii. mihibus triente. preterea bubus
oui. ccc. multis aliis diuitiis bubus albis atq; ceteris hostis. Votis
rite nuncupatis supplicatio edita. supplicatum q; ciconiugibus re
gum ac liberis. non urbana multitudo tantum. sed agrestium etiam
etiam quos in aliqua sua fortuna publica quoq; contingebat. Cu
ratum lectisternium per triduum habitum decem uiris sacrorū
curantibus. & puluinaria in cōspectu fuerunt iouī & iunoni unū.
A lterum neptuno & minerue. tertium marti & ueneri. Quartum
appollini & diane. v. vulcano ac uestę. vi. Mercurio & ceres i.
T um. ædes uota ueneri eruicine. Eidemq; Fabius maximus dicta
tor uouit. quia ita ex fatalibus libris edictum erat ut is uoueret
cuius maximum imperium in ciuitate esset. Marti ædē accilius
pretor uouit. Ita rebus diuinis peractis. tum de bello req; publica
dictator retulit quibus quot ue legionibus uictori hosti obuia eū
dum esset patres censerent. Decretum ut a. cn. Seruilio consule
exercitum acciperet. Scriberet preterea ex ciuibus sociisq; quāti
equitum ac peditum uideretur. Cetera omnia ageret faceretq; ut
e re p. duceret. Fabius duas legiones se adiecturum ad seruilianū
exercitum dixit. His per mag. equitum scripsit tybur chem ad cō
ueniendum dixit. Edicto q; proposito ut quibus oppida castellaq;
munita essēt ut i loco tuto migrarēt ex agris q; q; demigrarēt cō
pgioīs ei' qua uen' hannibal ēet tecti' pri' icēsis ac frugib' cōruptis. Ne cui'
rei copia esset ipse ua flaminia profectus obuiam consuli exerci

tuiq; cum ad tyberim circa oriculum prospexisset agmen consulēq;
cum equitibus ad se prodientem uiatore consuli misso qui nuntia
ret ut sine lictoribus ad dictatorem ueniret qui cum dicto paruis
set congressusq; eorum ingentem speciem dictaturę apud ciues so
ciosq; uetustate iā ꝓproblitos eius imperii fecisset. Lutere ab urbe alla
tæ sunt naues onerarias cōmeatū ab hostia in hispaniam ad exer
citum portantes a classe punica circa portum consanum captas ēē.
Itaq; ex templo cons. hostiam proficisci iussus nauibus quę ad ur
bem Ro. aut hostię essent completis milite ac nauilib⁹ sociis ꝑ sequi
hostium classem ac littora italię tutari. Magna uis hominum con
scripta romę erat. Libertini etiam quibus liberi essent ita etas mi
litaris in uerba iurauerant ex hoc urbano exercitu qui minores
quinq; & xxx annis erant in nauibus impositis. Alii ut urbi per
siderent relicti. Dictator exercitu cons. acceptoꝝ Fuluio flacco ꝑ
agrū sabinū Tybur. q̄ die ad cōueniēdū edixerat nouis militib⁹ uenit.
1 ñ preneste ac diuisis itinerib⁹ ī uiā latinā ē regress⁹ vñ itinerib⁹ sūma cū
cura exploratis ad hostem ducit nullo loco nisi quantum necessita⁹
cogeret fortunę se cōmissurus. Quo primum die haud procul ar
pis in conspectu hostium posuit castra nulla mora facta quin pę
nus educeret in aciem copiamq; pugnandi faceret. Sed ubi quie
ta omnia apud hostes nec castra ullo tumultu mota uidet increpās
qd̄ uictos tandem quos martios animos romanis debellatumq;
& concessum. Quę propalanda uirtute ac gloria essent in castra re
dit. Cęterum tacita cura animum incensum quod cum duce ha
ud quaq̄ Flāminio Sempronioq; simili futura sibi res esset. Actum
demum edocti malis romani parem hannibali ducem quęsissent
& prudentiam quidem non uim dictatoris ex templo timuit cō
stantiā ei⁹. haud dum expertus agitare ac temptare animum mo
uendo crebro castra populandoq; ī oculi⁹ ei⁹ agros sociorꝫ cep̄ & mō
cito agmine e conspectu abibat modo repente in aliquo flexu uię
si excipere digressum in æquum posset occultus obsistebat. Fabiu⁹
per loca alta agmen ducebat modico ab hoste interuallo ut neq;

omitteret eum neq; congrederetur. Castris nisi quantum usus necessario cogeret tenebatur miles. Pabulum & ligna nec pauci petebant nec passim. Equitum leuisq; armature statio composita instructaq; in subitos esse tumultus & suo militi tuta omnia & infesta effusis hostium popularibus prebebat. Neq; uniuerso periclo summa rerum cōmitebatur. & parua momenta leuium certaminū ex tuto ceptorum finitimorum receptu assuefaciebant territū pristinis in cladibus his militem, minus iam tandem aut uirtutis aut fortunę penitere suę. Sed non hannibalem magis infestū tā sanis consiliis habebat. q̄ magistrum equitum. qui nihil aliud q̄ quod imperabat imperii more ad R. P. precipitandam habebat.

Ferox rapidusq; in consiliis ac lingua immodicus. primo inter paucos, deinde propalam inuulgus procunctatore segnem p cauto timidum affingens, uicina uirtutibus uitia compellebant premendorum supiorum ac malis, quę pessima ars nimis prosperis multorum successibus creuit sese extollebat. Hannibal ex harpinis in samnium transit, beneuentanum depopulatur agrum. Telesiam urbem capit. irritat etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibusq; sociorum detrahere ad æquum certam possit. Inter multitudinem sociorum italici generis, qui ad transymenum capti ab hannibale dimissiq; fuerant, tres campani equites erant. multis iam illecti donis, promissisq; hannibalis ad conciliandos populorum animos. hi nuntiantes si in campaniam exercitum ammouisset capuę potiūde copiam fore cum res maior q̄ auctores esset dubium hannibalem alternisq; fidentem ac diffidētem: tamen ut campanos ex samnio peteret mouerunt. monitos ut etiam atq; etiam promissa rebus confirmarent. Iussosq; cū ppla ribus & aliquibus principum redire ad se dimisit. Ipse imperat duci se in agrum casinatem ducat. edoctus a peritis regionum si eū saltum occupasset. exitum romano ad opem ferendam sociis interclusurum. Sed punicam ab horrens ab latino nomē pro casino ducē acciper fecit, auersusq; ab itinere per Alifanum calatinumq;

al caput ponēde

& Calenum agrum in campum stellantem descendit. ubi cum mō
tibus fluminibusq; clausam regionem circunspexisset, uocatum
ducem percunctatur ubi terrarum esset. Cum is casilini eodem
mansurum esse dixisset, tum demum cognitus est error & ca
sinum longe inde alia regione esse. Virgisq; ceso duce & ad reli
quorum terrorem in crucem sublato castris cōmunitis, mahar
balem cum equitibus in agrum falernum predatum dimisit. ¶
V sq; ad aquas Sinuessanas populatio ea peruenit. Ingentem cladē
fugam tamen terroremq; latius numidæ fecerunt. Nec tamen
terror cum omnia bello flagrarent: fide socios dimouit. uideli
cet quia iusto & moderato regebantur imperio. Nec abnuebāt
quod unum uinculum fidei est: melioribus parere. Vt uero ad
uulturnum flumen castra sunt posita, exurebatur amenissimus
italiæ ager, uilleq; passim incendiis fumabant. Per iuga massici
montis fabio ducente, prope de ītegro ē orta seditio ac duce' se
ditiōis accēsi qdā: fuerat .n. silētiū per paucos dies qa cum celeri'
solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam popula
tionibus campaniam crediderant. Vt uero in extrema iuga mas
sici montis uentum est. hosteq; sub oculis erant, falerni agri colo
norumq; sinuesse tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnę. Se
S pectatum est hoc inquit minutius ad rē fruendā oculis, sociorum
cædes & incendia uenimus. Nec si nullius alterius nos nec ciuiū
quidem horum pudet, quos in sinuessa colonos patres nostri mise
runt, ut ab Samnite hoste tuta hęc ora esset quam non uicimus
samnis urit: sed poenus aduena ab extremis orbis terrarum ter
minis. Nostra cunctatione & socordia, iam huc progressus, tātū
prohdolor degeneraui mus a patribus nostris ut p̄ꝫ q̄ qd̄ ꝑ orā
illi suam punicas uagari classes dedecus esse imperii sui duxerit:
eam nunc plenam numidarum hostium ac mauroꝝ iam factam
uideamus. Qui modo saguntum oppugnari indignando non ho
mines tantum sed fędera & deos sciebamus, tendentem ad męnia
romanæ coloniæ hannibalem leti spectamus. fumus ex īcendiis

uillarum agrorumq; in oculos atq; ora uenit. strepunt aures clamo
ribus plorantium sociorum sepius nos q̄ deorum inuocantium opē.
N os hic pecorum more per æstiuos saltus deuiasq; callis exercitum du
cimus conditi nubibus siluisq;. Si hoc modo peragrando cacumīa
saltusq; furius recipere a gallis urbem uoluisset quo hic nouus ca
millus nobis dictator unicus in rebus affectis quæsitus, italiam ab
hannibale recuperare parat gallorum roma esset, quam uere or
ne sic cunctantib; nobis hannibali ac pœnis, totiens seruauerint
maiores nostri. Sed uir ac uere romanꝰ quo die dictatorē meū ex
auctoritate patrum iussuq; populi dictū Veioꝰ allatꝰ nūtiꝰ cū esset
satis alium ianiculum ubi sedens prospectaret hostem descendit
in æquum atq; illo ipso die media in urbe quę nunc busta gallica st̄
& postero die circa gabios cæcidit gallorum legiones. Quid post
multos annos cum ad furculas caudinas ab sannite hoste sub iu
gum missi sumus, utrum tandem L. Papyrius cursor iuga sānii
perlustrando an luceriam prementes obsidendo & lacessendo uic
torem hostem depulsum ab romanis ceruicibus iugum superbo
sāniti imposuit modo cons. luctatio quæ alia res q̄ cęleritas uicto
riam dedit quod postero die q̄ hostem uidit classem grauem com
meantibus impeditam suo & ipsam instrumento atq; apparatu op
pressit. Stultitia est sedendo aut uotis debellari credere posse. Ar
mari copias oportet & deducendas in æquum, & uir cum uiro cō
grediaris audendo atq; agendo res romana creuit non his sensib;
ꝯsiliꝰ ue q̄ timidi cauta uocāt. Hæc uelut contionanti minutio cir
cunfundebatur tribunorum equitumq; romanorum multitudo
& ad aures quoq; militum dicta ferocię uoluebantur, ac si militaris
suffragii in esset res haud dubie ferebant minutium fabio duci pre
laturos. Fabius pariter inter suos haud minus q̄ in hostis intentus
prius ab aliis inuictum animum prestat q̄ q̄ui probe scit non in ca
stris modo suis sed iam romę & infamē suam cunctationem esse
obstinatus tamen eodem tenore consiliorum æstatis reliquum ex
traxit ut hannibal destitutus ab spe appetiti certaminis iam hi

bernis locum spectaret quia ea regio presentis erat copię, non per
petuę arbuste uineęq; & consita omnia magis amenis q̄ necessariis
fructibus. hęc per exploratores relata fama Fabio, cum satis sciret
per easdem angustias quibus intrauerat falernum agrum reditu
rum. gallicanum montem & casilinum occupat modicis presidiis
quę urbs uulturno flumine dirempta falernum a campano agro
diuidit. ipse uigiliisdem exercitum reducit. misso exploratū cum
cccc. equitibus sociorum. L. hostilio mancinio, qui ex turba iuue
num audientium sepe ferociter contionantem, magistrum equi
tum progressus. primo exploratores modo ut ex tuto explorarē
tur hostem ubi uagos passim per uicos numidas per occasionē etiā
paucos occidit. ex templo occupat⁹ certamine est animus. excide
runtq; precepta dictatoris. qui quanto tuto posset progressu prius
recipere sese iusserat, q̄ in conspectum hostium ueniret. Numidę
alii atq; alii occursantes refugientesq; ad castra prope ipsum cum
fatigatione equorum atq; hominum pertrahere. Inde carthalo pe
nes quem summa equestris imperii erat concitatis equis inuectus
cum priusq̄ ad coniectum teli ueniret auertisset hostem quīq; mil
ferme continenti cursu secutus est fugientes. Mancinus postquā
nec hostem desistere sequi, nec spem uidit effugiendi esse, cohorta
tus suos in prelium redit omni parte uirium impar. Itaq; ipse &
delecti equitū circumuenti occiduntur. Cęteri effuso rursus cursu
cales primum, inde prope in uiis callibus ad dictatorem perfugerūt.
E o forte die minutius se coniunxerat fabio, missus ad firmandum
presidium, saltum qui super tarracinam in artas coactus fauces
imminet mari, nec immunito appię limite penus peruenire in agrū
romanum posset coniunctis exercitibus dictator ac magister equi
tum, castra in uiam deferūt quam hannibal ducturus erat. Duo in
milia hostes aberant. Postero die peni quod uię inter bina castra erat
agmine compleuere. cum romani sub ipso constitissent uallo. haud
dubie equiore loco successit tamen penus cum expeditis equitibus
atq; ad lacessendum hostem raptum & procurrendo recipiendoq;

se pugnare. Restitit suo loco romana acies, lenta pugna, & ex dic-
tatoris magis q̄ hannibalis fuit uoluntate ducenti a romanis: oc-
tingenti hostium cecidere. Inde inclusus uideri hannibal, ut ad
casilinum obsessa cum capuam & samnium, & tantum a tergo di-
uitum sociorum romanis commeatus subueheret. Penus tunc
intra fortunę minas saxa ac liturnę arenas stagnaq; per horrida
situ hibernaturus esset. Nec hannibalem fefellit suis se artibꝫ peti-
I taq; cum per casilinum euadere non posset, petendum q; montes
& uigū callicule fraude supādū esset nec ubi romanus inclusum
uallibus agmen aggrederetur, ludibrium oculorum speciem ter-
ribilem ad frustandum hostem cōmentꝰ, principio noctis furti
succedere ad montes statuit. fallacis consilii talis apparatus fuit.
F aces undiq; ex agris collectę, fascesq; uirgarum atq; arida sarmē-
ta pre ligantur q; cornibus boum, quos domitos indomitosq;
multos int' ceteram agrestem predam agebat. Ad duo milia fer-
me boum effecta hasdrubaliq; negotium datum, ut primis te-
nebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes agere
maxime si posset superlatus ab hoste insessos. Primis tenebris
silentio mota castra, boues aliquanto ante signa acti, ubi ad radi-
ces montium uiasq; angustas uentum est: signum ex templo da-
tur ut accensis cornibus armenta: aut in aduersos concitentur
montes & metus ipse re lucentis flamme ex capite, calorq; iam
ad uiuum diu ad imaq; cornuum aduenien, uelut stimulatos
furore agebat boues, quo repente discursu, haud secus q̄ siluis
montibꝫ q; accensis omnia circū uirgulta ardere carpti cōrepta
quę ratio excitans flāmam hominum passim discurrentium spe-
ciem prebebat. Qui ad transitum saltus insidendos locati erant,
ubi in sūmis montibꝫ ac super se quosdam ignes conspexerūt: cir-
cūuentos se esse rati presidio excessere, qua ingens emicabat flā-
ma uelut tutissimum iter petentes, summa montium iuga: tum
in quosdam boues palatos a suis gregibus inciderunt. Et p̄mo cū
procul cernerent ueluti flammas spirantium miraculo attoniti

constitere. Deinde ut humana apparuit fraus, tum uero insidias esse rati [illegible]um multo maximoq; strepitu concitant se in fugam le ui quoq; armaturę hostium incurrere. Ceterum nox æquato ti more neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine hannibal transducto per saltum, & quibusdam in ipso sal tu hostium oppressis in agro albano posuit castra. Hunc tumultū sensit Fabius ceterum & insidias esse ratus, & a nocturno utiq; ab horrens certamine, suos munimento tenuit. luce prima, subiugo montis prelium fuit. quo interclusam a suis leuem armaturam fa cile. et enim numero aliquantum prestabant romani superasset nisi hispanorum cohors ad id ipsum remissa ab hannibale perue nisset. ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa ru pesq; aptior ac leuior cum uelocitate corporum tum armorū ha bitu, campestrem hostem grauem armis, statariumq; pugnę ge nere facile eluśit. Ita haud quaq; pari certamine digressi, hispa ni fere omnes incolumes, romani aliquot suis amissis in castra contenderunt. Fabius quoq; mouit castra, transgressusq; saltum super allatas loco alto ac munito consedit. Tum per summum ro mam se petere simulans, hannibal usq; in pelignos populabūdus rediit. Fabius mediis intra hostium agmen urbemq; romam u gis ducebat, nec absistens, nec congrediens. Ex pelignis penus u flectit inter tretroq; apuliam repetens gerenum peruenit ad urbem metu quia conlapsa pars moenium erat a suis desertam.
Dictator in farinate agro castra communit. Inde sacrorū causa romam reuocatus, non imperio modo sed consilio etiam ac ppe precibus agens cum magistro equitum ut plus consilio q; fortu ne confidat, & ipse potius ducem q; sempronium flāminiumq; imitetur. Ne nihil actum censeret extracta prope æstate per lu dificationem hostis mora quoq; plus interdum quippe q; mouē do atq; agendo proficere: haud paruam rē esse, ab totiens uic tore hoste unci desisse, a continuis clachibus ac respirasse. hoc ne quicq; premonito magistro equitum romam est profectus.

Principio estatis quo hec agebantur in hispania quoq; terra mariq;
ceptum bellum est. Hasdrubal ad eum nauium numerum quē a fra
tre instructum paratumq; acceperat decem adiecit. xl. nauium
classem himilconi tradidit atq; ita carthaginem profectus, naui
bus prope terram exercitum in litore ducebat, paratus confligere
re quacunq; parte copiarum hostes occurrisset. C N. scipio postq̄
mouisse ex hibernis hostem audiuit, primo idem consilii fuit
deinde minus terra propter ingentem famam nouorum auxili
orum concurrere ausus: delecto milite ad naues imposito. v. & xxx.
nauium classe ire obuiam hosti pergit. Altero a tharracone die ad
stationē decem milia passuum distantem ab hostio hyberi amnis
peruenit. Inde due massiliensium speculatorie misse, retulerunt
classem punicam stare in hostio fluminis castraq; in ripa posita. &
Itaq; ut improuidos incautosq; uniuerso simul effuso terrore op
primeret, sublatis anchoris ad hostem uadit. Multas & locis altis po
sitas turres hispania habet, quibꝫ & speculis & propugnaculis ad
uersus latrones utuntur. Inde primo conspectis hostium nauibꝫ
datum signum hasdrubali est, tumultusq; prius in terra & castris
q̄ ad mare & ad naues est ortus. Non dum aut pulsu remorꝫ strepi
tuq; alio nautico ex audito aut aperiētibus classem promūtoriis,
cum repente alius super alium ab hasdrubale missus, quietos uagosq;
in litore intentoriis suis nihil minus q̄ hostem aut prelium eo die
expectantes conscendere naues propere, atq; arma capere iubet.
classem ro. iam haud procul portu esse. Hec equites dimissi passi
imperabant. Mox hasdrubal ipse cum omni exercitu aderat ua
rioq; omnia tumultu strepunt ruentibus in naues simul remigi
bus militibꝫq; fugientium magis qui e terra q̄ in pugnam eūtium
modo. Vix dum omnes conscenderant, cum alii resolutis loris aut
anchoram euellerent, alii nequid teneat anchora lora incidūt.
raptimq; omnia prepropere agendo militum apparatu nautica
ministeria impediuntur. Trepidatione nautarꝫ capere & aptare
arma miles prohibebatur. etiam romanis nunc appropinquabat

modo sed direxerat etiam in pugnam naues. Itaq, non ab hoste et prelio magis pẽm q̃ suo metipi tumultu turbabantur & temptata uerius pugna q̃ unita in fugam auertere classem. Et cum auersi ad suos lato agmini & tam multis simul uementibus haud sane intrabiles essent in litus passim naues egerunt atq, alii uadis alii sicco litore excepti partim armati partim inermes ad instructam per litus aciem suorum perfugere. due tamen primo concursu capte erãt pumice naues quattuor suppresse. R. q̃ q̃ terra hostium erat arma tamq, aciem toto pretentam in litore cernebant haud cunctãt in secuti trepidam hostium classem. Naues omnes que non aut profregerant proras litori illisas aut carinas fixerant uadis relicta pupibus in altum extraxere ad v. & xx. naues ex xxx. coeperẽ

Neq, id pulcherrimum eius uictorie fuit sed quod una leui pugna toto eius ore mari potiti erant. Itaq, ad bonistam classem profecti ascensu a naubus in terram facto cum urbẽ uicepissent captãq, diripuissent carthaginem inde petunt atq, omnem agrum circa depopulati postremo tecta quoq, in coniuncta muro portisq, incenderunt. Inde iam preda grauis ad longum uricam peruenit.

Classis ubi uis magna partis ad rem nauticam collecta ab hasdrubale quod satis in usum fuit sublato ceterum omẽ incensum est.

Nec continentis modo perlectas oras sed in ebusum insulam trãsmissum ubi urbe quę caput insule est biduum nec quicq̃ sumo labore oppugnata. vbi in spem irritam frustra teri tempus animaduersum est ad populationem agri uersi. direptis aliquot incensisq, uicis maiore q̃ ex continenti preda parta. cum in naues se recepissẽt. ex balearibus insulis legati pacem petentes ad scipionem uenerũt. Inde flexa retro classis reditumq, in ulteriora prouincie quo omnium populos qui hiberum incolunt multorum ex ultimo hispanie legati concurrerunt. Sed qui uere ditionis imperiq, R. facti sunt obsidibus datis populi amplius fuerunt cxx. Igitur terrestribus quoq, copiis satis fidens romanus usq, ad saltum castulonensẽ est progressus. Hasdrubal in lusitaniam ac propius occeanum cõcessit

Quietum inde fore uidebatur reliquum estatis tempus fuissetq;
perpetuum hostem. Sed preterq; quod ipsorum hispanorum in
quieta auidaq; in nouas res sunt ingenia. Mandonius inde nobilis qui
antea ulergetum regulus fuerat postq; ro. a saltu recessere ad ma
ritimam oram. conciuis popularibus in agrum pacatum romanor
sociorum ad populandum uenerunt. Aduersus eos tribus milibo
cum expeditis auxiliis a Scipione missis. leui certamine ut tu
multuariam manum funderent. omnibus occisis. quibusdã captis.
magna pars armis exuta hic tamen tumultus cedentem ad occe
anum hasdrubalem. eis hyberum ad socios tutandos retraxit. Ca
stra punica in agro largauonensium. Castra romana ad nouã clas
sem erant. cum fama repens alio uertit bellum. Celtiberi princeps
qui regionis sue legatos obsidesq; dederant romanis. nuntio misso
a Scipione. excitu arma capiunt. prouinciamq; carthaginensium
ualido exercitu inuadunt. tria oppida ui expugnant. Inde cum
ipso hasdrubale duobus prelijs egregie pugnatum. quindecim milia
hostium occiderunt. quattuor milia cum multis militaribo signis
capiunt. Hoc statu rerum in hispania. P. Scipio in prouinciam ue
nit. pro rogato post consulatum imperio. a senatu missus cũ xxx.
longis nauibus & octo milibus militum. magnoq; cõmeatu adue&o.
E a classis ingens agmine onerariarum procul uisa. cum magna le
titia ciuium sociorumq; portumq; tarraconis ex alto tenuit. Ibi
milite exposito. profectus scipio fratri coniungitur. ac deinde cõ
muni animo consilioq; gerebant bellum. Occupatis igitur carthagi
nensibus celtiberico bello. haud cunctanter hyberum transgredi
untur. Nec ullo uiso hoste saguntum pergunt ire. quod ibi obsides
totius hispanie traditos ab hannibale. fama erat modico in arce cu
stoduri presidio. ut unum pignus inclinatos ab romana societate
omnium hispanie populorum animos remorabatur. ne sanguine li
berorum suorum culpa defectionis luerentur. Eo uinculo. hispa
niam uir unus solertia magis q; fideli consilio exoluit. dux erat sa
gunti. nobilis hispanus fidus ante penit. tum qualia plerunq; sunt

barbarorum ingenia cum fortuna mutauerat fidem. Cęterū transfugam sine magnę rei proditione uementem ad hostes nihil aliud q̄ unum uile atq; infame corpus esse ratus: id agebat ut q̄ maximū emolumētū ueluti nouus socius esset. Circūspectis omnibus igitur: que fortuna potestatis eius facere poterat, obsidibus potissimum tradēdis animum adiecit, eam unam rem maxime ratus conciliaturā romanis principum hispanię amicitiam. Sed cum in iussu bostaris profecti sciret nihil obsidum custodes facturos esse: bostarem ipsū arte aggrediur. Castra ex̄ urbē ī ipō littore hēbat bostar ut aditū intercluderet exportu romanis. Ibi eum insecretum abductum uelut ignorantem monet in quo statu sit res, metum continuisse ad eam diem hispaniorum animos, quia procul romani abessent. nūc eis hyberum castra romana esse. Arcem turam perfugumq, nouas uolentibo res. Itaq, quos metus non teneat beneficio & gratia deuinciendos esse. Miranti bostari percunctantiq, quod nam id subitū tantę rei donum posset esse obsides inquit in ciuitates remittendi priuatim parentibus quorum maximum nomen inciuitatibus est suis, & publice populis gratum erit uult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerunq, obligat fidem. Ministerium restituendorum domos obsidum mihi met deposco ipse ut opera quoq, impensa consiliuum aduuuem meum, & rei suapte natura gratę, quantam insuper gratiam possim adiciam. homini non ad cętera punica ingenia callido ut persuasit. Nocte clam progressus ad hostium stationes, conuentis quibusdam auxiliaribus hispanis, & ab his ad Scipionem perductus, quid afferret exprimit. Fide accepta dataq, ac loco & tempore constituto, ad obsides tradendos sagūtum redit. Quem insequentem absumpsit cum bostare, mandatis ad rem agendam accipiendis dimissus, cum se nocte iturum ut custodias hostium falleret constituisset, ad compositam cum hisoram, excitatis custodibus puerorum profectus ueluti ignarus in preparatas sua fraude insidias ducit. In castra romana perducti cętera omnia de reddendis obsidibo sicut cum bostare constitu-

tum erat acta sunt per eundem ordinem quasi carthaginensium
nomine sic ageretur. Maior aliquanto romanorum gratia fuit
in re pariq̃ quanta futura carthaginensium fuerat. Illos enĩ gra
ues superbosq; in rebus secundis expertos fortuna & timor miti
gasse uideri poterat. Romanus primo aduentu incognitus ante
a re clementi liberaliq; initium fecerat. Et abelox uir prudens ha
ud frustra uidebatur socios mutasse. Itaq; ingenti consensu defec
tionem omnes spectare, armaq; ex templo mota forent, ni hiẽps
que romanos quoq; & carthaginenses concedere intecta coegit in
teruenisset. Hec in hispania quoq; secunda estate punici belli ge
sta. Cum in italia paulum interualli cladibus romanis solers cunc
tatio fabii fecisset, quae ut hannibalem non mediocri sollicitum
cura habebat. Tandẽ eum militiae magistrum delegisse romanos
cernentem, qui bellum ratione non fortuna gereret, ita cõtẽpta
eãt itẽ ciues armatos pariter togatosq; utiq; postq̃ absente eo te
meritate magistri equitum, leuto ut prius dixerim q̃ prospero
euentu pugnatum fuerat. Accesserant duae res ad augendam in
uidiam dictatoris, una fraude ac dolo hannibalis, quod cũ a pro
fugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibꝫ circa solo aequa
tis, ab uno eo ferrum ignemq; & uim omnium hostium abstine
ri iussit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri posset. Altera ipi
facto primo forsitan dubio, quia non expectata in eo senatus auc
toritas est, ad extremum haud ambigue in maximam laudẽ uer
so in permutandis captiuis, quod sic primo punico bello factũ erat.
Conuenerat inter duces, ro. penumq; ut quae pars prius reciperet
q̃ daret argenti pondo bina in pedite & sex libras in milite pre
staret. cc. xlvii. cum plures romanus q̃ penus recepisset, argen
tumq; pro eis debitum, sepe iactata in senatu re, quoniam nõ cõ
suluisset patres tardius rogaretur, inuiolatum ab hoste agrum
misso romam filio uendidit fidemq; publicam impendio priuato
exsoluit. hannibal pro gerionis moenibꝫ cuius urbis captae atq; in
censae a se in usum horreorum pauca reliquerat tecta statiua habe

bat inde frumentatum duas exercitus partes mutebat, cum tertia ipē
expedita in statione erat. simul castris presidio & circūspectās nec
unde impetus in frumentatores fieret. Romanus tunc exercit⁹
in agro larinati erat. Pręerat minutius magister equitum profcō
sicut ante dictum ad urbem dictatore. cęterum castra quę īmōte
alto ac tuto loco posita fuerant. iam in planum deferuntur. agita
bātur q̄ pro ingenio ducis consilia callidiora ut impetus aut in fru
mentatores palatos. aut in castra relicta cum leui manu presidioq̄
fieret. Nec hannibalem fefellit cum duce mutatam esse belli ratio
nem. & ferocius q̄ consultius rem hostes gesturos. Ipē autem quod
minime quis crederet. cum hostis propius esset. tertiam partē mi
litum frumentatum duabus in castris retentis dimisit. Deinde ca
stra ipsa propius hostem mouit. duo ferme a gerione milia in tuml
tum hostium conspectum. ut intentum sciret esse ad frumentato
res. siqua uis fieret tutandos. Propior inde ei atq̄ ipsis īminens
romanoꝝ castris tumulus apparuit. ad quem capiendum si luce pa
lam iretur q̄a haud dubie hostibus breuiore uia preuenturus e
rat. nocte clam missi numidę ceperunt. quos tenentes locū con
tempta paucitate romani postero die cum reiecissent ipi eo trans
ferunt castra. Tunc itaq̄ ut exiguo spatio uallum a uallo aberat
& id ipsum tota prope compleuerat romana acies. simul & per di
uersa castra e castris hannibalis equitatus cum leui armatura
emissus. in frumentatores late cedem fugamq̄ hostium palatorum
fecit. Nec acie certare hannibal ausus. quia tanta paucitate uix ca
stra si oppugnarentur tutari poterant. Iamq̄ artibꝫ fabii pars exer
citus aberat. iam fame sedendo & cunctando bellum gerebat. rece
peratq̄ suos ī p̄ora castra q̄ pro gerionis męnibus erant. Iusta quoq̄
acie & collatis signis dimicatum quidam auctores sunt. Primo con
cursu pęnum usq̄ ad castra fusum. inde eruptione facta repente
uersum terrorem in romanos Numidis dextra Samnitis deinde
aduerum pręlium restitutum. hunc principem genere ac diuitiis
non Bouiani modo unde erat. sed toto samnio. iussu dictatoris octo

milia peditum & cc. eqte adducẽte ĩ castra ui ab tergo cum apparu-
isset hannibali speciem partis utriq; prebuisse. noui presidii cũ Q.
fabio ab roma uenienti. hannibalem insidiarum quoq; aliquid ti-
mentem recepisse suos romanum insecutum adiuuante samnite
duo castella eo die expugnasse. sex milia hostium cęsa quiq; ad modũ
Ro^r nunctiatũ est. Tamen in tam pari prope clade famam egregię
uictorię cum uanioribus litteris magister equitum romam ꝑlatam
de his rebus per sępe & in senatu & in contione actum est cum leta
ciuitate dictator unus nihil nec famę nec litteris crederet & si
uera omnia essent. secunda se magis q̃ aduersa timere diceret. Tũ
M. Metellus. TR. pl. id enim ferendum esse negat, non presentẽ
solum dictatorem obstitisse rei bene gerendę, sed absentẽ etiã ge-
stæ obstare & inducendo bello ac sedulo tempus terere quod diuti^9
in magistratu sit, solusq; romę & in exercitu imperium habeat. Quip-
pe consulum alterum in acie cecidisse, alterum spẽ classis punicę per-
sequendę procul ab italia ablegatum. Duo^9 pretores sicilia atq; sardi-
nia occupatos. quar̃ neutra hoc tempore prouincia pretore egeat.
M. Minutium magistrum equitum ne hostem uideret, ne quid
rei. P. gereret prope in custodiam habitum. Itaq; hercule nõ samni-
um modo quo iam tanq̃ trans hyberum agro pęnis concessum sit.
& campanum calęnumq; & falernum agrum per uastatos esse: sedẽ-
te casulini dictatore & legionibus. p. r. agrum suum tutante: exer-
citum cupientem pugnare. & magistrum equitum clausos prope
intra uallum retentos, tanq̃ hostib; captiuis arma adempta. Tan-
dem ut absesserit inde dictator, ut obsidione liberatus, extra ual-
lum egressus fudisse ac fugasse hostes. Quas obres si antiquus anim^9
plebi romanę esset audaciter se laturum fuisse de. Q. fabij imꝑio.
Nunc modicã rogationẽ promulgaturum de æquando magistri
equitum & dictatoris uire. Nec tamen ne ita quidem prius mit-
tendum ad exercitum. Q. Fabium q̃ consulem in locum. C. flaminij
suffecisset. Dictator contionibus se abstinuit, in actione minime
popularis, ne in Senatu quidem satis æquis auribus audiebatur. hũc

cum hostem extolleret uerbis biennii q̄ clades per temeritatē atq̄
atq̄ in scientiam ducum acceptas referret magister equitum quod
contra dictum suum pugnasset rationem dicere & reddendam esse
si penes se sum̄a imperii consiliiq̄ sit. prope diem effecturum ut
sciant homines bono imperatore haud magni fortunam momēti
esse. mentem rationemq̄ dominari se in tempore & sine ignomi
nia seruasse exercitum q̄ multa milia hostium occidisse maiorē
gloriam esse. Huius generis orationibꝫ frustra habitis & consul
creato. M. Attilio regulo ne pn̄s de iure imperii dimicaret pridie
q̄ rogationis ferendę dies adesset nocte ad exercitum abiit.
Luce orta cum plebis consilium esset magis tacita inuidia dicta
toris fauorq̄ magistri equitum animos uersabat quem satis
audiebāt homines ad suadendum quod uulgo placebat prodire
& fauore superante auctoritas tamen deerat rogationi. Vnus in
uentus est suasor legis. C. Terentius varro qui priore anno pre
tor fuerat loco non humili solum sed etiam sordido ortus. Patrē
Lanium fuisse ferunt ipsum institutorem mortis filioq̄ hoc ipso
in seruili eius artis ministerio usum. Is iuuenis utrum ex eo ge
nere quęstus pecunia a patre relicta animum ad spem liberalio
ris fortunę iecit. togaq̄ ꝛ forum placuere proclamando pro sordi
dis hominibus causisq̄ aduersus rem & famam bonorum p̄mum
in notitiam populi deinde ad honorem peruenit. Quęstura quoq̄
& duabus ędilitatibus plebeia & curuli postremo & pretura per
functus iam ad consulatus spem cum attolleret animus haud pa
rum callide auram fauorabilis ꝓpli ex dictatoria inuidia petit.
scitisq̄ plebis unus gratiam tulit. Omnes eam gratiam siue rogatio
nem quiq̄ romę quiq̄ exercitu erant ęqui atq̄ iniqui preter ipm̄
dictatorem in contumeliam eius latam acceperunt. Ipse qua gra
uitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat:
eandē & populi in se seuientem iniuriam tulit. acceptisq̄ in ipso ti
nere litteris. S. C. de ęquato imperio satis fidens haud quaq̄ cum
imperii iure artem imperandi ęquatam cumq̄ inuicto a ciuibꝫ ho

stibusq; animo ad exercitum redit. Minutius uero cum iam ante
uix tolerabilis fuisset secundis rebus ac fauore uulgi, tum utiq; im
modice immodeste q; non hannibale magis uicto a se q̄ fabio glo
riari illum in regibus asperis unicum ac parem ducem quesitum
hannibali maiorē mīori Dictatorē magistro equitum quod nlla
memoria habeat annalium iussu populi æquatum in eadem ciui
tate in qua magistri equitum uirgas ac secures dictatoris treme
re atq; horrere soliti sūt ī tantum suam felicitatem uirtutemq; eni
tuisse. Ergo secuturum se fortunam suam si dictatoris cunctatio
ni ac segnitię deorum atq; hominum iudicio dampnatę prestar;
l taq; quo die primū cōgressus ē cū fabio statundū p̄mū oīū ēē ait
quēadmodū īpio æquate utāt. Se optimū ducē aut dieb' altīnis, aut si
maiora interualla placerent, partitis temporibus alterius sūmū
ius imperiumq; esse ut par hosti non solum consilio sed uiribus
etiam esset, siquam occasionem rei gerendę habuisset. Q. fabio
haud quaq̄ id placere: omīa n. fortunam eius habituram quecūq;
temeritas college habuisset: sibi communicatum cum alio non
ademptum imperium esse. Itaq; se nunq̄ uolentem parte qua pos
set rerum consilio gerendarum cessurum. Nec se tempora aut
dies imperii: cum eo exercitum diuisurum: suisq; consiliis qm̄
omnia non liceret que posset seruaturum. Itaq; obtinuit ut legi
ones sicut consulibus mos esset inter se diuiderent. Prima & quar
ta minutio. secunda & tertia fabio euenerunt. Item equites pa
ri numero, sociumq; & latini nominis auxilium diuiserunt Ca
stris quoq; se separari mag' equitum uoluit. Duplex inde hanni
bali gaudium fuit. neq; enim quicq̄ eorū quę apud hostes gerebā
tur eum fallebat: & profugis multa indicantibus & per suos ex
plorantem. Nam & liberam minutii temeritatem se suo modo
capturum, & solertię fabii dimidiū uirium decessisse. Tumulus
erat inter castra Minutii & penorū qui eum occupasset haud du
bie iniquiorem erat hosti locum facturum. Cum non tam capere
sine certamine uolebat hannibal, q̄q̄ id opere pretium erat, q̄ cau

sam certaminis

sam certaminis cum Minutio. quem semper occursurum ad obsistē
dum satis sciebat contrahere. ager omnis medius erat. Prima spe
tie inutilis insidiatori. quia non modo siluestre quicq̄ sed ne ue
pribus quidem uestitum habebat. re ipsa natus detegendis insidiis
eo magis quod innuda ualle nulla talis fraus timeri poterat. Et erāt
in anfractibꝫ cauæ rupes ut quædam earꝝ ducenos armatos posset
capere. In has latebras quod quēq̄ locum apte insidere poterant. ꝛ
quinq̄ milia conduntur peditum equitumq̄. Nec ubi tamen aut ꝛ
motus alicuius temere egressi aut fulgor armorum fraudem in
tam aperta ualle detegeret. missis paucis prima luce ad capiendū
quem ante diximus tumulum. auertit oculos hostium primo sta
tim conspectu contempta paucitas. ac sibi quisq̄ deposcere pollen
dos inde hostis ad locum capiendum dux ipse inter stolidissimos
ferocissimosq̄ ad arma uocat. & uanis aīs 7 minis īcrepat hostem. ꝛ
Principio leuem armaturam dimittit. deinde conserto agmine mit
tit equites. Postremo cum hostibus quoq̄ subsidia muti iubet in
structisq̄ legionibus procedit. Et hannibal laborātibꝰ suis alia atq̄ alia
crescente certamine mittens auxilia peditum equitumq̄. iam iu
stam expleuerat aciem. ac totis utrinq̄ uiribus certatur. Prima le
uis armatura romanorum preoccupatum inferiore loco succedēs
tumulum. pulsa detrusaq̄ terrorem insuccedentem intulit eqtē
& ad signa legionum refugit. Peditum acies inter perculsos impa
uida sola erat. uidebaturq̄ si iusta aut si recta pugna esset. haud qua
quā impar futura. Tantum animoꝝ fecerat prospere ante paucos
dies res gesta. Sed exorti repente insidiatores. cum tumultum ter
roremq̄ in latera utrinq̄ ab tergoq̄ incursantes fecerunt. ut nec
animus ad pugam neq̄ ad fugam spes cuiq̄ superesset. Tunc fabius
primo clamore pauentium audito. deinde conspecta procul turba
ta acie. ita est inquit. non celerius q̄ timui deprehendit fortuna te
meritatem. Fabio æquatus imperio. hannibalem & uirtute & for
tuna superiorem uidet. Sed aliud iurgandi successendiq̄ tempus
erit. Nūc signa extra uallum proferre. uictoriam hosti extorque

amus. confessione erroris. Cuib' iã magna ex parte aliis cesis aliis cir
cũspectantib; fugam, fabiana se acies repente uelut cęlo dimissa ad
auxilium ostendit. Itaq; prius q̃ ad coniectum teli ueniret, aut
manum consereret, suos a fuga effusa & ab nimis feroci pugna ho
hostis continuit. Qui solutis ordinibus uage dissipati erant, undiq;
confugerunt ad integram aciem, qui plures simul terga dederãt
conuersi in hostem uoluentesq; orbem. Nunc sensum referre pedẽ,
nunc conglobati restare: ac iam prope una acies facta erat iusti
atq; integri exercitus, inferebantq; signa in hostem, cum penus re
ceptui cęcinit palam ferente hannibale ab se minutium. se a Fa
bio uictum. Itaq; per uariam fortunam, diei maiore parte exacta
cum in castra reditum esset, minutius conuocatis militibus sepe
ego inquit audiui milites, eum primum esse uirum, qui ipse con
sulat quid in re sit. secundum eum qui bene monenti obediat. Qui
nec ipse consulere nec alteri parere sciat: eum extremi ingenii ee.
N obis quoniam prima animi ingeniiq; negata sors est. secundam ac
mediam teneamus. Et dum imperare discimus, parere prudenti in
animum inducamus. Castra cum Fabio iungamus. ad pretorium
eius signa cum tulerimus, ubi ego eum parentem appellauero, qd
beneficio eius erga nos ac maiestate eius dignum est, uos milites
eos quorum uos modo arma dextereq; texerũt patronos salutabi
tis. Et si nihil aliud gratorum certe nobis animorum gloriam dies
hec dederit. Signo dato conclamatur inde ut colligantur uasa.
profecti agmine incedentes, dictatoris castra in admirationem &
ipsum & omnes qui circa erant conuerterunt. Vt constituta sunt
ante tribunal signa progressus ante alios mag. equitum cũ patrẽ
fabium appellasset circunfusosq; militum eius patronos, totum
agmen cum salutasset, parentib; inquit dictator mediis quibus
te modo nomine quo fando possum equaui. Vitam tantũ debeo
tibi cum mea salute, tum omnium horum. Itaq; plebei scitũ quo
oneratꝰ magisq̃ honoratꝰ sũ primus antiquo abrogoq; & quod tibi
m̃q; qd exercituiq; tuo seruato ac seruatori sit felix, sub imperium

auspiciumq; tuum redeo, & signa hęc legionesq; restituo. Tu queso
me placatus me mag. equitum hos ordinibus suis quęq; tenere iube
as. Tunc dextere int' iuncte milites contione dimissa, a notis igno
tisq; benigne atq; hospitaliter inuitati, let'q; dies ex admodum tristi
paulo ante ac prope execrabili factus. Rome ut est per lata fama rei
gestę, deinde litteris non enim magis ipsorum imperatorum q̄ uul
go militum ex utroq; exercitu affirmata, pro se quisq; maximū lau
dibus cęlum ferre. Par gloria apud hannibalem hostisq; pęnos erat.
actum demum sentire, cum romanis atq; italia bellum esse. Nā bien
nio ante adeo & duces romanos & milites spreuerant, ut uix cū ea
dem gente bellum esse crederent, cuius terribilē eā famā a patrib;
accepissent. Hannibalem quoq; ex acie redeuntem dixisse ferunt.
T andem eam nubem quę sederet in iugis montium sollicitatā pro
cellę imbrem dedisse. Dum hec geruntur in italia. C N. Seruilius
geminius cons. cum classe nauium circunuectus sardinię & corsi
cę oram, & obsidibus utriq; acceptis in africam transmisit. Et pri'
q̄ in continentem descensiones faceret, menię insula uastata, et
ab incolentib; circa eam ne & ipsorum ureretur diripereturq; ager
x. talentis argenti acceptis, ad litora africę accessit copiasq; exposu
it. Inde ad populandum agrum ducti milites, naualesq; sociiiiuxta
effusi, ac si insulas cultorum egentes predarentur. Ita in insidias
temere illati, cum a frequentibus palātes & locorum ignari circū
uenirentur, cum multa cęde ac feda fuga retro ad naues ꝯplsi sūt
A d mille hominum: cum iis Sempronio bleso quęstore amisso. Classis
a litoribus hostium plenis trepidę soluta in siciliā cursū tenuit. tra
ditaq; lybei ora atilio pretori, ut a legato eius. P. circa romam re
duceretur: ipse per siciliam pedibus profectus freto in italiā traie
cit. litterisq; Fabii accitus & ipse & collega eius. M. Attilius, ut exer
citu a se ex acto iam prope semestri imperio acciperent. Omnium
prope annales Fabium dictatorem aduersus hannibalē rem gessis
se tradunt. Cęlius etiam primum a populo creatum dictatorē scri
bit. Sed & cęlium & coeteros fugit uni consuli. C N. Seruilio, q̄tum

86

procul in gallia prouincia aberat: ius fuisse dicendi dictatoris. Quā
moram quia expectare territa iam clade ciuitas non poterat, eo decur
sūs est, ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset. Res inde gestas
gloriamq; insignem ducis & augende titulum imagines posteris
ut qui pro dictatore diceretur facile obtinuisse. Adeoq; inopia
est coactus hannibal ut nisi fuge speciem abeundo timuisset galli
am repetiturus fuerit. nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis
si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent. Consules
Atilius Fabianus Geminus Seruilianus Musicanus, exercitu ac
cepto, hibernaculis mature cōmunitis, tum autūni erat tempus, fa
bii artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Fru
mentatum exeunti hannibali diuersis locis oportuni aderant, car
pentes agmen, palatosq; excipientes in casum uniuerse dimicatiōis,
quam omnibus artibus petebat hostis, non ueniebant. Cum ad gere
onem iam hieme impediente constitisset bellum: Neapolitani lega
ti romam uenere ab his quadraginta patere aureę magni ponde
ris in curiam illate atq; ita uerba facta ut dicerent scire se Rōam
populi ærarium bello exhauriri. Et cum iuxta pro urbibus agrisq;
sociorum ac pro capite atq; arce italię urbe romana atq; imperio gerā
tur æquum censuisse neapolitanos, quod auri sibi cum ad ipsorū or
natum, tum ad subsidium fortunę a maioribus relictum foret eo
iuuar̄ p r̄. siquam opem in sese crederent eodem studio fuisse obla
turos, gratum sibi patres romanos populumq; facturum, si omnes
res neapolitanorum suas duxissent, dignosq; iudicauerint a q̄bus
donum animo ac uoluntate eorum qui libenter darent, quā rem
maius ampliusq; acciperent. Legatisq; gratię acte pro munificētia
curaq; patera quæ ponderis minimi fuit accepta. Per eosdem dies
spectator carthaginensis qui per biennium fefellerat, romæ deprhē
sus, precisisq; manibus dimittitur. Et serui quinq; & xx. in crucem
acti quod in campo martio coniurassent. Indici data libertas, & eris
grauis. xx. legati & ad philippum macedonum regem missi ad de
poscendum demetrium pharium, qui bello uictus ad eum fugisset.

& alii ĩ ligures ad expostulandum quod penum opibus auxiliisq; suis
iuuissent. simul ad uisendum ex propinquo quę in bois atq; in subri
bus gererentur. Ad pineum quoq; regem in illirios legati missi ad
stipendium p eos dies accipiendos. & si bellum esset ingens in cerui
libus nulli usq̃ terrarũ rei cura romanos ne longinqua quidẽ effu
giebat. In religionem & uenit ædem concordiæ quam per seditionẽ
militarem biennio ante. L. Manlius pretor in gallia uouisset loca
tam ad id tempus non esse. Itaq; duum uiri ad eam rem creati ab. E
milio pretore urbis Cneus Pupius & Ceso Quintius Flaminius ædem
in arce faciendam locauerunt. Ab eodem pr. ex. S. C. litterę ad
consules missę ut si his uideretur alter eorũ ad consules creandos ro
mam ueniret. se in eam diem quam iussissent comitia dicturum. ꝙ
A d hæc a consulibus rescriptum sine detrimento rẽ P. abscedi non
posse ab hoste. Itaq; per interregem comitia habenda esse. potiusq̃
consul alter a bello uocaretur. Patribus rectius uisum est. dictatorẽ
a consule dici comitiorum habendorum causa dictus. L. uectu
rius philo. M. Pomponiũ mathonem Magistratũ equitũ dixit.
H is uitio creatis iussisq; die quartodecimo se mag̃ abdicare res ad in
terregnum redit. Consulibus prorogatũ ĩ añũ ĩperiũ. Interreges
proditi ꝯ a patribꝫ. C. N. Claudius appii filius cento. inde. P. Corne
lius asina. In eius interregno comitia habita magno certamine pa
trum ac plebis. C. Terentio Varroni quem sui generis hominem
plebi insectatione principum popularibusq; artibꝫ conciliatum a
Q. Fabii opibus & dictatorio imperio concussum aliena inuidia
splendentem uulgus extrahere ad consulatum nitebatur. Patres
summa ope obstabant, ne se insectando sibi æquari assuescerent ho
mines. Bebius herennius. Tr. pl. cognatus. C. Terentii criminando
non senatum modo, sed etiam augures quod dictatorem prohibuissẽt
comitia perficere per inuidiam eorum fauorem candidato suo cõci
liabat. Ab hominibus nobilibus per multos annos bellum querẽtibꝫ
hannibalem in italiam adductum. Ab hidem cum debellari possit
fraude id bellum trahi cum quattuor milia legionibꝫ uniuersis

pugnari posset. Apparuisse eo quod M. Minutius absente Fabio
prospere pugnasset, duas legiones hosti ab eodē obiectas deinde ex
ipsa cæde ereptas, ut pater patronusq; appellaretur qui prius uince
re prohibuisset romanos q̄ uinci: consules deinde fabianis artibus
cum debellare possent bellum traxisse: id foedus inter omnes nobi
les ictum. Nec finem ante belli habituros q̄ consulem uere plebeiū
id est hominem nouum fecissent. Nam plebeios nobiles iam eisdē
initiatos esse sacris, & contempnere plebem ex quo contemni desie
rit a patribus cæpisse. Cui non id appareret, id actum & quesitū esse,
ut interregnum iniretur: ut in patrum potestate comitia essēt. Id
consules ambos ad exercitum morando quæsisse: id postea quia in ui
tis his dictator esset dictus, comitiorum causam expugnatam ēē. ut
uitiosus dictator per augures fiēt abhorrer̄ igitur interregnū eos
consulatum unum certe plebis romanę esse: populum liberum ha
biturum, ac daturum ei qui magis uincere: q̄ diu imperare malit.
C um his orationibus accensa plebs esset, tribunis patriciis petentib;
P. Cornelio merenda. L. Manlio uolsone. M. Emilio lepido duob;
nobilibus cum familiarib; plebi. C. Attilio Serrano & Attilio Peto.
quorum alter pontifex alter augur erat. C. Terentius cons. unus
creatur: ut in manu eius essent comitia rogando college. tū cum
expta eēt nobilitas parum fuisset uirium in competitoribus eius
L. Emilius Paulus qui cum M. Lelio consul erat & damnatione
college & sua prope ambustus euaserat. infestus plebei diu ac mul
tum recusans ad petitionem compulsus iuris: proximo pro co
mitiali die concedentibus omnibus qui cum Varrone certauerāt,
parte magis in aduersa, q̄ collega datur consuli. Inde pretoriana
comitia habita creati. M. Pomponius matho & P. Furius Philo
al uiri dicundo Romę urbana sors iuridicum Pomponio inter ciues. r. & peregrinos
euenit: additi duo pretores. M. Claudius marcellus in siciliam
A. Postumius Albinius in galliam. Omnes absentes creati sunt:
nec quisq̄ eorum preter terentium consulem erat cui mandat⁹
honos iam antea non fuisset preteritis aliquot fortibus ac stre

nuis uiris quia in tali tempore nullus nouus magistratus uidebat
dandus. Exercitus quoq; multiplicati sunt Quante autem copie
equitum peditumq; addite sunt adeo ita numero & genere copiarum
uariant auctores ut uix quicq̄ satis certum affirmare ausim. De
cem milia nouorum militum alii scripta in supplementum alii
nouas quattuor legiones quinq; legionibus additas: ut nouem le
gionibus rem gererent. Numero quoq; peditum equitumq; legio
nes auctas: milibus peditum & centenis equitibus in singulas adiec
tis: ut quina milia peditum ccc equites essēt sociiq; ut duplicē nu
merum equitum darent pedites equarent septem & octoginta
quinq; milia armatorum & cc in castris. ro. cum pugnatum ad
cannas est. quidam auctores sunt. Illud haud quaq̄ discrepat ma
iore conatu atq; impetu rem actam q̄ prioribus annis. quia spem
posse uinci hostem dictator prebuerat. Ceterum prius q̄ signa ab
urbe noue legiones mouerent decem uiri libros adire atq; inspi
cere iussi propter territos uulgo homines nouis prodigiis. Nam
& rome in auentino & aritie nuntiatum erat sub idem tempus la
pidibus pluisse & multo cruore signa in sabinis cedes equasq; e
fonte calidas manasse. Id quidem etiam quod sepius acciderat ma
gis terrebat & in uia fornicata que ad campum erat aliquot ho
mines de celo tacti examinatiq; fuerant. Ea prodigia ex libris
procurata. Legati a Pesto pateras aureas romam attulerunt. lis
sicut neapolitanis gratie acte aurum non acceptum. Per eosdem
dies ab hierone classis hostiam cum magno cōmeatu accessit. Le
gati syracusāi in senatū ītroducti nūtiarūt cedem. C. Flāminij exer
citusq; que allatā adeo affecisse regem hieronem ut nulla sua pro
pria regniq; sui clade moueri magis potuerit. Itaq; q̄q̄ probe sciat
magnitudinem P. r. admirabiliorem prope aduersis rebus q̄ se
cundis esse. missa tam̄ a se oīa quibus a bonis fidelibusq; sociis bel
la iuuari soleant que ne accipere abnuant magnopere per se pu
blice orare. Iam omnium primum honoris causa uictoriam au
ream. p. cccxxx. afferre se se acciperent eā tenēnt q; 7 hērēt ppā

& perpetuam. Aduexisse etiam trecenti milia modiorum tritici:
ducenta hordei, ne cōmeatus deessent, & quantum preterea opus
esset, quo uississent subuecturos. Milite atq; equite scire, nisi roma
ni latiniq; nominis non uti. P. romanum leuium armatorum au-
xilia etiam externa uidisse in castris. ro. Itaq; missi sunt mille sa
gittariorū ac funditorū apta manu aduersus baleares, ac mauros
pugnacesq; alias gentes. Ad ea dona consilia quoq; addebant ut
pretor cui prouincia sicilia esset, classem in africam traiceret, ut
& hostes in terra sua bellum haberent, minusq; laxamenti daret
his ad auxilia hannibali submittenda. Ab senatu ita responsum
regi est. Virum bonum egregiumq; socium hieronem esse, atque
uno tenore ex quo in amiciam pp̄ R. ueniit fidē coluisse ac rē. ro. oī
tempore ac loco munifice adiuuisse. Id perinde ac deberet gratum
p. r. esse. Aurum & a ciuitatibus quibusdam allatum gratia re-
gis accepta non accepisse. p. romanum uictoriam omnen q; acci
pere sedemq; ei sediue dar̄ dicar̄ue capitolium templum iouis op
timi maximi in ea arce urbis romanę sacratam uolentem propi
namq; firmam ac stabilem fēre. p. r. funditores sagittariosq; &
frumentum traditum consulibꝫ quinq; remes ad nauium classem
quę cum M. Octacilio Propretore in Sicilia erat. v. & xx. additę,
permissumq; est, ut si e re. p. censeret esse, in africam traicerent. De
lectu perfecto. cōss. paucos morati dies, dum socii ab nomine Latīo
uenirent, milites tum quod nunq̄ antea factum erat, iure iurādo
ab Tribunis militum adacti iussu consulum conuenturos, neque
in iussu abituros. Nam ad eam diem, nihil preter sacramentum fu
erat. & ubi ad decuriatum & centuriatum conuenissent, sua uolū
tate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant
se se fugę atq; fortitudīs cā non abituros, neq; ex ordine recessuros
nisi teli sūmendi aut petendi. & aut hostis feriendi aut ciuis ser-
uandi causa, id ex uoluntario inter ipsos fędere ad tribunos, ad
legitimam iuris iurandi ad actionem translatum. Contiones p̄usq̄
ab urbe signa mouerentur consulis uarronis multę ac feroces fue

runt denuntiantes bellum arcessitum in italiam a nobilibꝫ mãsu
rumq; in uisceribꝫ reip. si plures fabios ĩpatores hẽrẽ. Sc q̃ die hostẽ
uidisset profecturum. College eius pauli una pridie q̃ ex urbe pro
ficisceretur contio fuit uerior q̃ gratior populo. quia nihil incle
menter in varronem dictum. nisi id modo mirari se. quoq̃ m̃ qs
dux prius q̃ aut suum aut hostium exercitum locorum situm na
turam regionis nosset. iam nunc locatus in urbe sciret quę sibi agẽ
da armato forent. & diem quoq; predicere posset. qua cum hoste si
gnis collatis esset dimicaturus. Sed quę consilia magis res dent homi
nibus q̃ homines rebus. ea ante tempus ĩ matura non precepturũ.
O ptaret ut quę caute ac consulto gesta essent satis prospere euenirent.
T emeritatem preter q̃ quod stulta sit infelicem etiam ad id locorum
fuisse. id sua sponte apparebat: tuta celeribus consiliis prepositur.
& quo in id constantius perseueraret. Fabius maximus sic eum pro
ficiscentem allocutus fertur. Si aut collegam id quod mallem tui
similem. L. Emilii haberes: aut tu college tui similis esses. superuaca
nea esset oratio mea. Nam & duo boni consules. etiam me tacente
tes omnia e re. P. fide uestra faceretis: & mallem nec mea uerba au
ribus uestris. nec ꝯsilia aĩs recipetis nc̃ & collegam tuum & te ta
lem uirum intuenti mihi. tecum omnis oratio est. quem uideo ne
quicq̃ & uirum bonum & ciuem fore si altera parte claudic & res
.p. malis consiliis idem ac bonis uiris & potestatis erit. Erras enim
L. Paule si tibi minus certaminis cum C. Terentio. q̃ cum hanniba
le futurum censes. Nescio an infestior hic aduersarius. q̃ ille hosti'
maneat. et cum illo in acie tantum. cum hoc omnibus locis ac tẽpo
ribus certaturus es. Aduersus hannibalem legionesq; eius. tuis eq̃
tibus ac peditibus pugnandum tibi sit. Varro dux. tuis militibus
te sit oppugnaturus. hominis etiam tibi cã adsit. C. Flamminij me
moria. tamen ille consul demum & in prouincia & ad exercitum
cepit furere. hic prius q̃ peteret cons. deinde in petendo consula
tu. nunc quoq; consul prius q̃ castra uideat aut hostem insanit. &
qui tantas iam nunc procellas p̃lꝰ atq; acies inter togatos ciet. quid

inter armatam iuuentutem censes futurum: & ubi ex templo
res uerba sequitur: at qui hic si quod facturum se denuntiat ex
templo pugnauerit: aut rem militarem belli hoc genus hostem
hunc ignoro: aut nobilior alius transymeno locus nostris cladi
bus erit. Ne gloriandi tempus aduersus unum est ut ego contē
nendo potiusq̄ appetendo gloriam modum excesserim. sed ita
res se habet. Vna ratio belli gerendi aduersus hannibalem ē quā
ego gessi, nec euentus docet hoc. Stultorum iste magister est, sed
eadem ratio quę fuit futuraq; est, donec res eadem manebunt,
immutabilis est. In italia bellum gerimus in sede ac solo nostro.
O mnia circa plena ciuium ac sociorum sunt. Armis uiris equis cō
meatibus iuuant. iuuabuntq;. Id iam fidei documentum in aduer
sis rebus nostris dederunt. Meliores, prudentiores, constantiores
nos tempus diesq; facit. hannibal contra in aliena, in hostili est
terra: inter omnia inimica infestaq; procul a domo a patria. Neq;
illi terra neq; mari est pax. Nullę eum urbes accipiunt, nulla mę
nia: nihil usq̄ sui uidet. In diem rapto uiuit. Partem uix tertiam
exercitus eius habet que hyberum amnem traiecit. Plures fames
q̄ ferrum assumpsit. Nec his paucis iam uictum suppeditat. Dubi
tas ergo quin eum sedendo superaturi sumus qui senescat in dies,
non cōmeatus, non supplementum, non pecuniam habeat q̄ diu
pro gerioni castelli apulię inopis: tanq̄ pro carthaginis męnibꝫ
pugnatū ē. Sꝫ ne adūs' te q̄dē ego gloriabor. P. Seruilius atq; Atilius
proximi conss. uide quēadmodum eum ludificati sunt. Hec una
salutis est uia L. Paule: quam difficilem infestamq; ciues sibi ma
gisq̄ hostes facient. Idem enim tui quod hostium milites uolunt:
idem Varro consul .r. quod hannibal pęnus imperator cupit. du
obus ducibus: unus resistat oportet. Resistes autem aduersus
famam rumoresq; hominum, si satis firmus steteris, si te neque
college uana gloria neq; tua falsa infamia mouerit. A ueritate
laborare nimis sępe aiunt, extingui nunq̄. Gloriam qui spre
uerit: ueram habebit: sine timidum pro cauto tardum pro con

siderato imbellem properito belli uocent. Malo te sapiens hostis
metuat. q̄ stulti ciues laudent. Omnia audentem contempnet
hannibal. Nil temere agentem metuet. Nec ego ut nihil agatur
sed ut agentem te ratio ducat. Non fortuna tue potestatis semp
tuaq; omnia sunt. Armatus intentusq; sis. neq; occasioni tue desis
neq; suam occasionem hosti des. Omnia properanti clara certa q;
erunt. Festinatio improuida est & ceca. Aduersus ea oratio con
sulis haud sane leta fuit magis petentis ea que diceret uera q̄ fa
cilia actu essent. Dictatori mag̃ fatẽ equũ intolerabilem fuisse
quid consilii aduersus collegam seditiosum ac temerarium uirũ
atq; auctoritatis fore. se populare incendium priore consulatu
iustum effugisse. optare ut omnia prospere uenirent. Et siquid
aduersi caderet hostium se telis potiusq̄ suffragiis uatorum ciui
um caput obiecturum. Ab hoc sermone profectum paulum tra
dunt prosequentibus primoribus patrum. Plebeum consulem sin
plebs prosecuta turba quam dignitate conspectior deessent. Vt in
castra uenerunt permixto nouo exercitu ac uertere castris bi
fariam factis ut noua minora essent propius hannibali in ueteri
bus maior pars & omne robur uirum esset. Consulem tum ami
prioris. M. Atilium ætate excusantem romam miserunt gemmũ
Seruilium in minoribus castris legioni. ro. & socium pedituũ equi
tumq; duobus milibus preficiunt. Hannibal q̄ q̄ parte dimidia
auctas hostium copias cernebat tamen aduentu Consulũ mire
gaudere. Non solum enim nihil ex raptis in diem cõmeatibus supe
rabat: sed ne unde raperet quidem quicq̄ reliquerat. omnib; un
diq; frumento postq̄ ager parum tutus erat in urbes munitas con
uecto ut uix decem dierum quod compertum postea est frumẽtũ
supereſſet. Hispanorumq; ob inopiam transitio parata fuerit. si
maturitas temporum expectata foret. Ceterum temeritate con
sulis ac propero ingenio materiam etiam fortuna dedit quod in
prohibendis predatoribus tumultuario prelio ac procursu magis
multum: q̄ ex preparato aut iniussu imperatorum orto haud

quaq̄ par penis dimicatio fuit. Ad .m. & cc̄ cesi: non plus centum
r̄ꝝq̄ socioꝝq̄ occisis. Ceterum uictoribus effuse sequentibꝫ metu
insidiarum abstitit paulus consul cuius eo die nam alternis imperi
tabant: imperium erat. varronem indignantem ac uociferantē
emissum hostem e manibus debellariq̄ ni cessatum foret potuisse.
Hannibal id dampnum haud egerrime pati: quin potius credere ue
lut in escatam temeritatem ferocioris consulis ac nouorum ma
xime militum esse. & omnium ei hostium haud secus q̄ sua omnia
nota erant dissimilemq̄ imperitare: duas prope partes tyronū mi
litum in exercitu esse. Itaq̄ locum & tempus insidiis aptum se ha
bere ratus. Nocte proxima nihil preter arma secum ferentis mili
tes ducēs castra pleā oīs fortunę publicę priuateq̄ relinquit: transq̄
proximos montes leua pedites instructos condit. dextra equites
impedimenta per cornu in medium agmen traducit, ut diripien
dis uel ut desertis fuga dominorum castris occupatum impeditū
q̄ hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes ut fides fieret
dum ipse longius spatium fuga preciperet falsa imagine castꝝ,
sicut fabium priore anno frustrat' fuerat cū locis tenere consules uo
luisse. Vbi illuxit subductę primo stationes deinde deinde propi'
adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit, tamen sati'
comperta solitudine in castris concursus fit ad pretoria consulū
nuntiatum fugam hostium: adeo trepidam ut tabernaculis stan
tibus castra reliquerint. quoq̄ fuga obscurior esset crebros etiam
relictos ignes. Clamor inde ortus ut signa proferri iuberent du
cerentq̄ ad persequendos hostes: ac protinus castra diripienda.
Et consul alter uelut unus turbę militaris erat. Paulus etiam atq̄ et
dicere prouidendum precauendumq̄ esse. Postremo cum aliter
neq̄ seditionem neq̄ ducem seditionis sustinere posset, marium
statilium prefectum cum turma lucanę exploratum misit. Qui
ubi adequitauit portis subsistere extra munimenta ceteris iubꝫ
ipse cum duobꝫ equitibus uallum intrauit. Speculatusq̄ omnia cū
cura: renuntiat insidias profecto esse, ignes in parte castrorum

que ũgat in hostem relictos. tabernacula apta. & omnia cara ipro
ptu relicta. argentum quibusdam locis temere per uias obiectum
ad predam incasse. Que ad detinendos a cupiditate animos nun
tiata erant, ea accenderunt. & clamore sublato a milibus nu si
gnum detur sine ducibus uturos haud quaq; defuit. Nam ex tẽ
plo Varro signum dedit proficiscendi. Paulus cum ei sua sponte
cunctanti, pulli quoq; auspicio non adduxissent. Nuntiare iã asse
renti porta signa collega uisit. Quod q̃ q̃ uarro egre est passus,
Flaminii tamen recens casus Claudiq; consulis primo punico bel
lo memoria naualis cladis religione animos incussit. Diu prope
ipsi eo die magis distulere q̃ prohibuere imminentem pestem ro
manis. Nam forte ita euenit, ut cum referri signa in castra iuben
ti consuli milites non parerent, serui duo formiani unus alter si
dicini equitis, qui Seruilio atq; Atilio conss. inter pabulatores ex
cepti a numidis fuerant profugerunt eo die ad dominos, qui de
ducti ad conss. nuntiant omnem exercitum hannibalis transp
ximos montes sedere insidiis. Horum oportunus aduentus conss
imperii potentes fecit. cum ambitio alterius suam primum apud eos
prauam indulgentiam maiestate soluisset. hannibal postq; motos
magis inconsulte romanos, q̃ ad ultimũ temere euectos uidit, ne qc
q̃ de recta fraude in castra redit. ibi plures dies propter inopiam
frumenti manere nequit. nouaq; consilia in dies non apud milites
solum mixtos ex colluuione omnium generum, sed etiam apud
ducem ipsum oriebãtur. Nam cum in initio fremitus deinde aper
ta uociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum, queren
tiumq; annonam primo, postremo famẽ & mercennarios milites
maxime hispani generis, de traditione cepisse consilium fama est.
I pse etiam interdum hannibal de fuga in galliam dicitur agitasse
ita ut relicto peditatu omni cum equitatu se proriperet. Cum hec
consilia atq; hic habitus animorum esset in castris, mouere inde
statuit in caliciora atq; eo maturiora messibus apulie loca, simul
quo longius ab hoste recessisset, transfugã impediciora leuibus inge

nus essent. Profectus est nocte ignibus similiterq; factis: taberna
culisq; paucis in speciem relictis: ut insidiarum par primi metus
contineret romanos. Sed per eundem lucanum statilium omni
bus ultra castra transq; montes exploratis: cum relatum esset
uisum procul hostiū agm̄ tū die sequēti eī īsequēdi consilia agitari
cepta. Cum utriusq; consulis eadem quæ ante semper fuisset sentē
tia: ceterum uarroni fere omnes, paulo nemo preter seruiliū pri
oris anni consulem assentiretur. maioris partis sententia ad nobi
litandas clade romana cannas, urgente fato profecti sunt. Prope
eum uicum hannibal castra posuerat auersa a uulturno uento q
campis torridis siccitate nubes pulueris uehit. Id cum ipsis castris
per cōmodum fuit: tum salutare precipue futurum erat cū aciem
dirigerent ipsi aduersi terga tantum efflante uento, in occecatū
puluere effuso hostem pugnaturi. Consules satis exploratis itine
ribus sequentes penum ut uentum ad cannas est ut in conspectu
penum habebant. bina castra cōmuniunt. eodem ferme interual
lo quo ad Gerionem sicut ante copiis diuisis. Aufidus ānis utriq;
castris affluens aditum aquatoribus ex sua cuiusq; oportunitate
haud sine certamine dabat. Ex minoribꝫ tamen castris quæ posi
ta transaufidum erant. liberius aquabantur romani, quia ripa
ulterior nullum habebat hostium presidium. Hannibal spem nactꝰ
loci: ad equestrem pugnam qua parte uirium inuictus erat fac
turos copiam pugnandi consulibꝰ dirigit aciem. Lacessitq; numi
darum procursatione hostes hostes. Inde rursus sollicitari sedi
tione militari, ac discordia militū siue cons. Rō. castra: cū paulus
sempronii & flamminii temeritatem varroni: Varro speciosū
timidis ac segnibus ducibus exemplum fabii diceret, testaretur
q; deos & homines hic nullam penes se culpam esse: quod hānibal
uelut suam cepisset italiam se constrictum a collega teneri, fer
rum atq; arma iratis & pugnare cupientibus adimi militibꝫ. Ille
siquid proiectis ac proditis ad inconsultam atq; improuidam pu
gnam legionibus accideret: se omnis culpe exortem oīs euentus

participem diceret fore. uideret utquibus lingua prompta atq; te
maria eet æque in pugna uigerent manus. Dum altercationibus
magis q̄ consiliis tempus teritur: hannibal ex acie quam ad mul
tum diei tenuerat instructam, cum in castra ceteras reciperet
copias: Numidas ad inuadendos ex minoribꝫ castris romanoꝝ
aquatores tranflumen mittit. quam inconditam turbam cū uix
dum in ripa egressi clamore ac tumultu fugasset ī stationē quoq;
pro uallo locatam, atq; ipsas prope portas euecti sunt. Id uero indi
gnum uisum ab tumultuario auxilio iam etiam castra romana ter
rreri, ut ea modo una causa ne ex templo transirent flumen diri
gerentq; aciem tenuerit romanos, quod summa imperii eo die pe
nes paulum fuerit. Itaq; uarro postero die cui sors eius diei imperii
erat, nihil consulto collega, signum proposuit, instructasq; copiis
flumen transiuit, sequente paulo quia magis non probare q̄ non
adiuuare consilium poterat. Transgressi flumen easquoq; quas in
castris minoribus habuerant copiis suis adiungunt, atq; ita īstruc
ta acie in dextro cornu, id erat flumini propius, romanos equi
tes locant. deinde pedites leuum cornu, extremi equites sociorū,
intra pedites ad medium iuncti legionibꝫ romanis tenuerunt
iaculatores ex ceteris leuium armorum auxiliis prima acies fcā.
Consules cornua tenerent, Terentius leuum, Emilius dextrū. Gemi
no Seruilio media pugna tuenda data. Hannibal luce prima bale
aribus leuiq; armatura premissa transgressus flumen, ut quosq; tra
duxerat ita in acie locabat. Gallos hispanosq; equites prope ripam
leuo in cornu aduersus equitatum dextrum cornum numidis eq
tibus datum media acie pedibus firmata, ita ut afroꝝ utraq; cor
nua essent interponerentur hiis medii galli atq; hispani afros. Ro
manam magna ex parte cōdēs aciē ita armati erant armis & a tre
bia. Ceterum magna ex parte ad transymenum captis gallis hispa
nisq; scuta eiusdem forme fere erant: dispares ac dissimiles gladij:
gallis prelongi ac sine mucronibus, hispano punctim magis q̄ cesi
assueto petere hostem: breuitate habiles, & cum mucronibꝫ ante

ceteris armati: his gentium harum habitus magnitudine corpo-
rum specie terribilis erat. Galli super umbilicum erant nudi. his-
pani linteis pretextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus
constiterant. Numerum omnium qui tum peditum equitumq; in
acie steterunt illum ferunt uidelicet .xl. peditum .x. mili eqtum.
Duces oib; pērāt sinistrū hasdrubal: dextrū rēgebat maharbal. mēdiā aciē
hānibal ipē c̄ fratre magone tenuit. solus seu de industria ita loca-
tus. seu quod forte ita stare per oportune utriq; parti obliquus erat.
romanis in meridiem, penis in septentrionem uersis. Ventus quē
uolturnum regionis incole uocant, aduersus romanos cohortus.
multo puluere in ipsa ora uoluendo prospectum ademit. Clamore
sblato pcūsū auxiliis & pugna leuib; primum armis cōmissa. deinde
equitum gallorum hispanor. leuum cornu cum dextro romano cō-
currit. minime equestris more pugnę. Frontibus enim aduersis cō-
currendum erat. quia nullo circa ad euagandum relicto spatio. hīc
amnis. hinc peditum acies claudebant in directum utrinq; niten-
tes. stantib; ac confertis. postremo turbatis equis uir uirum ample-
xus detrahebant equo. Pedestre magna iam ex parte certam̄ fcm̄
erat. acrius tamen q̄ diutius pugnatum est. pulsiq; romani equites
terga uerterunt. Sub equestris finem certaminis coorta est pedi-
tum pugna. primo & uiribus & animis parum constabant ordi-
nes gallis hispanisq;. Tandem romani diu ac sepe consilio agitāt
qua fronte acieq; densa impellerēt hostium cuneum nimis tenu-
em, eoq; parum ualidum a cętera prominente acie. Impulsis. De-
inde ac trepide referentib; pedem insistere: ac tenore uno ꝑ pre-
ceps pauore fugientium agmen in mediam primum aciem illati.
postremo nullo resistente ad subsidia afrorum peruenerūt. Qui
utrinq; reductis alis constiterant. mediaq; galli hispaniq; steterāt
aliquantum prominente acie. qui cuneus ut pulsus equauit fron-
tem primum: deinde nitendo etiam sinum in medium dedit. Afri
circa iam cornua steterant. irruentib; q; incaute in medium ro-
manis circūdedere alas, mox cornua extendendo clausere & ab

tergo hostes. Hinc romani defuncti ne quicq̄ de prelio uno: omis
sis gallis hispanisq; quorum terga ceciderant: & aduersus afros pu
gnam ineunt. Non tantum in eo quicq̄ iniquum quod inclusi ad
uersus circumsessos. sed etiam quod fessi cum recentibꝫ, ac uegetis
pugnabant. Iam & in sinistro cornu romano ubi sociorum equites
aduersus numidas steterant consertum prelium erat, segne primo
& a punica ceptum fraude. Quingenti ferme milites numide preter
consueta arma telaq; gladios occultos sub loricis habentes specie
trāsfugarꝫ cū ab suis parmas post terga hn̄tes adeqtassēt repēte ex eqs
desiliūt. parmisq; 7 iaculis añ pedes hostiū ꝓiectis. ī mediā aciē accepti
ductiq; ad ultimos cōsiderar̄ ab tīgo iubēt̄ ac dū ꝑliū ab oī ꝑte ꝯserit̄ qui
eti manserunt. Postq̄ omnium oculos animoq; occupauerat certam̄
tum arreptis scutis quae passim inter aceruos cesorum corporum stra
ta erant. uersam adoriuntur romanam aciem, tergaq; ferientes
ac poplites cedentes: stragem ingentem dederunt, ac maiorem ali
quanto pauorem ac tumultum fecerunt. Cum alibi terror ac fuga
alibi pertinax in mala iam spe prelium esset: Hasdrubal qui ea par
te pre erat, subductos ex media acie numidas, quia segnis eorū cum
aduersis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit. his
panos & gallos pedites. afris iam prope fessis, cede magis q̄ pugna
adiungit. Parte altera pugne paulus. q̄q̄ primo statim prelio fun
da grauiter ictus fuerat, tamen occurrit sepe cum confertis hanni
bali. & aliquot locis prelium restituit. Protegentibus eum equitibus
romanis: omissis postremo equis. quia consulem & ad regendum e
quum uires deficiebant. tum denuntianti cuidam uississe cōsule ad
pedes descendere equites dixisse hannibalem ferunt. Qr̄ malle hoc: q̄
si uictos mihi se traderent equites. Tum pedestre prelium quale iā
haud dubia hostium uictoria fuit, cum uicti mori in uestigio mallēt:
q̄ fugere. uictores morantibꝫ uictoriam irati trucidarent quos pel
lere non poterant. Pepulerunt tamen iam paucos superatos, & labore
& uulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt: equosq; ad fugam qui
poterant repetebant. C N. Lentulus Tr. mil. cum preteruehens equo

sedentem in saxo cruore oppletum consulem uidisset. L. Emilii in-
quit, quem unum in sontem culpe cladis hodierne, dii respicere de-
bent, cape hunc equum, dum & tibi uirium aliquid superest comes
ego te tollere possum ac protegere, ne funestam hanc pugnam mor-
te consulis feceris. Etiam sine hoc lachrimarum satis luctusque est. Ad
ea consul tu quidem. CN. Corneli macte uirtute esto. sed caue fru-
stra miserando: exiguum tempus e manibus hostium euadēdi
ab sumas. Abi nuntia publice patribus urbem .r. muniant ac prius
q̄ uictor hostis aduenīat presidiis firment. Priuatimque Fabio Emi-
lium preceptorum eius memorem extitisse & uixisse & ad huc mo-
ri me & in hac strage militum eorum patrieque expirare: ne ut reus
inteream causaque consulatus accusator college existam ut alieno
crimine innocentiam meam protegam. Hec ex ingente prius tur-
ba fugientium ciuium, deinde hostes oppressere consulem, ignorā-
tes quis esset obruerunt que telis. Lentulum in tumulum abripuit
equus: tū i de effuse fugiunt. VII. milia hominum in minora ca-
stra, decem in maiora. duo ferme in uicum ipsum cannas per fu-
giunt. Qui ex templo a carthalone atque equitibus, nullo munim̄-
to tegentes uicum circūuenti sunt. Consul alter seu forte seu cō-
silio nulli fugientium infestus agmini, cum quinquaginta equi-
tibus venusiam perfugit. xl. m. pedites duo m. d cc. equites, &
tanta prope ciuium sociorumque pars cesi dicuntur. In his ambo cō-
sulum questores. L. Atilius & L. Furius Bibaculus & xxi. de Tr.
mil. consulares quidam pretoriique & edilitii. Inter eos. CN. Seruili⁹
& C. Minutius Numatius qui magister equitum priore año
aliquot diebus ante fuerat. Lxxx. preterea senatores: aut qui
eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent. cum
sua uoluntate milites in legionibus facti essent: capta eo prelio tr
tria milia peditum & equites. ccc. dicuntur. Hec est pugna can-
nensi clade nobilitata par ceteris: ut illis, que post pugnam acci-
dere leuior, quia ab hoste cassatum est, sic strage exercit⁹ grauior
fediorque fuit fuga. Nanque ad alliam fuga sicut urbem prodidit:

ita exercitum seruauit. Ad cannas fugientem consulem, uix. L.
secuti sunt. Alterius morientis prope totus exercitus fugit binis
in castris. Cum multitudo semiarmis sine ducibus esset nuntiū
qui maioribus preerant mittunt. Dum prelio deinde ex letitia
epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret ut ad se transi
rent, uno agmine canusium abituros esse. Eam sententiam alii to
tam aspernari. Cur enim illos qui se arcessent ipsos non uenire cū
eque coniūgi possent. Quia uidelicet plena hostium omnia in me
dio essent & aliorum plena hostium omnia in medio essent & alio
rum q̄ sua periculo corpora tanto mallent obicere. Aliis non tam
sententia est displicere q̄ animis deesse. P. Sempronius. Tr. militū
capi ego mauultis inquit ab auarissimo & crudelissimo hoste ex
timariq; capita uestra & exquiri pretia ab interrogantibus. Ro
manus ciuis sis an latinus socius ut ex tua contumelia & miseria
alteri honos queratur. Non t̄ nō uos quidē. L. emili qui se bene
mori q̄ turpiter uiuere maluit & tot fortissimorum uirorū qui
circa eum cumulati iacēt similes estis. Sed ante q̄ opprimat nos
lux maioraq; hostium agmina obsepiant it̄ per hos qui inordiati
atq; icompositi obstrepunt portas erumpamus. Ferro atq; audacia
iter fiat, q̄uis per confertos hostium cuneos quidem hoc lapsum
atq; solutum agmen: ut si nihil obstet uis scias Itaq; ite mecum
qui & uos met ipsos & rem p. saluam uultis. Hec ubi dicta dedit
stringit gladium cuneoq; facto per medios uadit hostes. Et cum
in latus dextrum quod patebat numide iacularentur translatis
in dextrum scutis in maiora castra ad tria milia d c̄ta. hominū eua
serunt. Atq; inde protinus alio magno agmine adiuncto canusiū
in columes peruenerunt. Hec apud uictos magis impetu animoꝝ
quod ingenium suum cuiq; aut fors dabat q̄ ex consilio ipsorū
aut imperio cuiusq̄ agebantur. hannibali uictori cum ceteri cir
cūfusi gratularentur, suaderentq; ut tanto perfunctus bello diei
quod reliquum esset noctisq; insequentis quietem & ipse sibi su
meret & fessis daret militib; Maharbal prefectus equitum mini

me cessandum ratus. immo ut quid hac pugna sit actum scias. die
quinto inquit uictor in capitolio epulaberis sequere cum equite ut
prius te uenisse q̄ uenturum sciant. Precedant inquit hannibal
inimici: leta res est & uia maior q̄ ut eam statim capere animo pos
sent. Itaq; uoluntatem se laudare maharbalis ait ad consilium pen
sandum temporis opus esse. Tum maharbal non omnia ni mirum
eidem dii dedere uincere scis hannibal uictoria uti nescis. mora
eius diei satis creditur saluti fuisse urbi atq; imperio. Postero die
ubi primum illuxit. ad spolia legenda fedamq; etiam hostibus spec
tandam stragem insistunt. Iacebant tot romanorum milia pedi
tes passim equitesq; ut quem cuiq; sors aut pugna iunxerat aut fu
ga. Assurgentes quidam ex strage media cruenti quos stricta ma
tutino tempore excitauerant uulnera. ab hoste oppressi sunt. Quos
dam etiam iacentis uiuos succisis feminibus poplitibusq; inuenerī
nudantis ceruicem iugulumq; & reliquum sanguinem libantes
haurire. Inuenti quidam sunt mersis in effossam terram capitibus
quasi ipsos fecisse foueas obruentisq; ora subiecta super humo inter
clusisse spiritum apparebat. Precipue conuertit omnes subtractus
Numida mortuo super incumbenti romano uiuus: naso auribusq;
laceratis cum manibus ad capiendum telum inutilibus in rabiem
ira uersus laniando dentibus hostem expirasse. Spoliis ad multū
delectis hannibal ad minora ducit castra oppugnanda & omnium
primum brachio flumine obiecto eos excludit. Ceterum ab omni
bus labore uigiliis uulneribus etiam fessis. maturior ipsis spe de
ditio ē facta: pacti ut arma atq; equos traderent. In capita r. trice
nis nūmis quadrigatis. In socios ducenis. In seruos centenis & ut
eo pretio persoluto cum singulis abirent uestimentis. in castra hosti'
acceperunt. Traditiq; in custodia omnes sunt eorum ciues socii qui
dum ibi tempus teritur. Interea cum ex maioribus castris quibus sa
tis uirium aut animi fuit. ad quattuor milia hominum & cc. equi
tes alii agmine. alii palati passim per agros. quod aut minus tutum
erat canusium perfugissent. castra ipsa a sauciis & timidis eadem

conditione

conditione qua altera tradita hosti. Preda ingens parta est. & pre
ter equos uirosq; & siquid argenti quod plurimum in phaleris eq̄r
erat. nam ad uescendum facto per exiguo utiq; militantes uteban
tur omnis cetera preda diripienda data est. Tum sepeliendi cau
sa conferri in unum corpora suoꝝ iussit. Ad viii. milia fuisse di
cuntur fortissimorum uirorum. Consulem quoq; r. conquisitum
sepultumq; quidam auctores sunt. Eos qui canusium perfuge
rant mulier Paula nomine busa genere clara diuitiis menib⁹
tantum tectisq; a Canusinis acceptos frumento ueste uiatico etiā
iuuit pro qua ei munificentia postea bello perfecto ab senatu hono
res habiti sunt. Ceterum cum ibi tr. mil. quattuor essent fabius
maximus de legione prima cuius pater priore anno dictator fu
erat & de legione secunda L. Publius bibulus & Publius Corneli⁹
Scipio. & de legione tertia. app̄. Claudius pulcher qui proxime e
dilis fuerat omnium consensu ad P. Scipionem admodum ado
lescentem. & ad Appium Claudium summa imperii delata ē. q̄b⁹
consultantibus inter paucos de summa rerum nuntiat P. furius
philus consularis uiri filius ne quicquam eos perditam spem fo
uere desperatam cōploratamq; rem esse publicam. nobiles iuue
nes quosdam quorum principem L. cecilium Metellum mare
ac naues spectare ut deserata italia ad regum aliquem tranfu
giat. Quod malum preter q̄ quod atrox super tot clades etiam
nouum cum stupore ac miraculo torpidos defixisset: & qui ade
rant consilium aduocandum de eo censerent negat consilii rē
esse Scipio iuuenis fatalis dux huiusce belli: audiendum atq; agē
dum. non consultandum ait in tanto malo esse. Irent secum ex
templo armati qui rem P. saluam uellent nullo uerius in loco
q̄ ubi ea cogitentur hostium castra esse. Pergit ire sequentibus
paucis in hospicium metelli. Et cum concilium ibi iuuenū de
quibus allatum erat inuenisset stricto super capita consultātiū
gladio ex mei animi sententia inquit uiro ut ego rem p. nō de
seram neq; alium ciuem romanum deserere patiar. Si sciens fal

lo, tum me Juppiter Optime Maxime: domum familiam, remq;
meam, pessimus Ieo afficiat. In hec uerba L. Cęcilius iures ex po
stulo ceteriq; qui adestis Qui non iurauerit in se hunc gladiū
strictum esse sciat. Haud secus pauidi q̄ si uictorem hannibalem
cerneret, iurant omnes, custodiendosq; semetipsos Scipioni tra
dunt. Eo tempore quo hęc canusii agebantur, venusiam ad con
sulem, ad quattuor milia & pedites equitesq; q̄ sparsi fuga per
agros fuerant peruenere. Eos omnes venusii per familias be
nigne accipiendos curandosq; cum diuisissent, in singulos equi
tes togas, & tunicas, & quadrigatos nūmos quinos uicenos: &
pedibus denos & arma quibus deerāt dederunt. Cęteraq; publi
ce ac priuatim hospitaliter facta, certatumq; ne a muliere canu
sina populus venusinus officiis uinceretur: sed grauius honus
busę multitudo faciebat. & iam ad decem milia hominum erāt.
Appiusq; & scipio, postq̄ in columen esse alterum consulem accepe
runt: nuntium ex templo mittunt quātę secum peditum equi
tumq; copię essent: sciscitatumq; simul utrum venusiam addu
ci exercitum: an manere iuberet Canusi. Varro ipse canusium
copias traduxit. Et iam aliqua spēs consularis exercitus erat, me
nibusq; secreti & si non armis ab hoste uidebantur defensuri.
Romam ne has quidem reliquias superesse ciuium sociorūq; sed
occidione occisum cum duobus exercitibꝫ deletasq; omnes co
pias ad latum fuerat. Nunq̄ salua urbe tantum pauoris tumul
tusq; intra męnia romana fuit. Itaq; succumbam oneri, neque
aggrediar narrare, quę disserendo minora uero facio. consule
exercituq; ad transymenum priore anno amisso. Non uulnus
super uulnus sed multiplex clades, cum duobus consulibus con
sulares exercitus amissi nuntiabantur, nec ulla iam castra ro.
nec ducem, nec militem esse. hannibalis apuliam sāniū esse,
ac iam prope italiam factam. Nulla profecto alia gens tanta
mole cladis non obruta esset. Comparem cladem ad egatis
insulas carthaginēsium prelio nauali acceptam, qua fracti si

cilia ac Sardinia

quaere pag. 1234

Scotussam est profectus. Eodemq; ab Larissa macedonum copias
traduci iussit. Eo nuntiatum est consilium Aetolis heracleam in
dictum. Regemq; attalum: ad consultandum de summa belli: uē
turum. Hunc conuentum ut turbaret. subito aduentu: magnis
itineribus heracleam duxit. & consilio quidem dimisso: iam ue
nit. segetibus tamen quę iam prope maturitatem erāt: maxime
in sinu ęniano euastatis in Scotussam copias reduxit. Ibi exerci
tu omni relicto: cum cohorte Regia Demetriadem sese recepit.
I nde ut ad omnes hostium motus posset occurrere: etiam in pho
cidem atq; euboeam & Peparetum mittit: qui loca alta eligerent:
unde editi ignes apparerent. Ipse in Cisseo: mons est: in altitudinē
ingentem cacuminis editi speculam posuit. ut ignibus procul
sublatis signum ubi molirentur hostes: momento temporis acci
peret. Romanus imperator & attalus rex a Pepareto niceam tra
iecerunt. Inde classem in euboeam ad urbem Oreum transmittūt.
quę ab Demetrico sinu chalcidem & Eurippum petenti: ad leuā
prima urbium euboeę posita est. Ita inter attalum & Sulpitium cō
uenit: ut romani a mari: regiam terram oppugnarent. Quatriduo
postq̄ appulsa classis est. urbem aggressi sunt. Id tempus occultis
cum platore. quia Philippo prepositus urbi erat. colloquiis absup̄tū
est. Duas arces urbs habet. Vnam imminentem mari. Altera urbis
medio est. cuniculo inde uia ad mare ducit. quam a mari turris
quinque tabulatorum: egregium propugnaculum: claudebat.
I bi primo atrocissimum contractum est certamen. & turre īstruc
ta omni genere telorum & tormentis machinisq; ad oppugnan
dam eam: ex nauibus expositis. Cum omnium animos oculosq;
id certamen auertisset: porta maritimę arcis Plator romanos acce
pit. momentoq; arx occupata est. Oppidani pulsi inde inde in me
diam urbem ad alteram tendere arcem. Et ibi positi erāt: qui fo
res portę obiicerent. Ita exclusi: in medio ceduntur: capiunturq;
M acedonum pręsidium conglobatum sub arcis muro stetit nec fuga
effuse petita: nec pertinaciter prelio iterato. Eos Plator uenia a

Sulpitio impetrata: in naues impositos ad Demetriacum Theotidis
exposuit. Ipse ad Attalum sese recepit. Sulpitius tam facili ad Oreū
successu elatus: Chalcidem inde protinus uictrici classe petit. Vbi
haud quaq̄ ad spem euentus respondit. Ex patenti utrinq; coactū
in angustias mare: speciem intuenti primo gemini portus ī ora
duo uersi: prebuere. sed haud facile alia infestior classi statio est.
N am & uenti ab utriq; terre pre aliis montibꝫ subiti ac procellosi
deiiciunt. & fretum ipsum euripi: non septies die. sicut fama
fert: temporibus statutis reciprocat. sed temere in modum uenti:
nunc huc nunc illuc: uerꝫ mari uelut monte precipiti deuolut
torrens rapitur. Ita nec nocte nec die quies nauibus datur. cum
classem tam infesta statio accepit. tum & oppidum alia parte clau
sum mari: alia a terra egregie munitum: presidioq; ualido firma
tum & Precipue fide prefectorum principumq; que fluxa & ua
na apud Oreum fuerant stabile: atq; in expugnabile fuit. Id pru
denter: ut in temere suscepta re: Romanus fecit. q; circūspectis
difficultatibus: ne frustra tempus tereret: celeriter abstitit in cep
to. classemq; inde ad Cynum Locridis: emporium idem urbis Opō
tiorum: mille passuum a mari sitæ: traiecit. Philippum & ignes ab
Oreo editi monuerant: sed serius: Platoris fraude e specula elati:
& impari tum maritimis uiribus: haud facilis erat in insulam clas
si accesus. Ita res per contationem omissa. Ad Chalcidis auxiliū ubi
signum accepit, impigre est motus. nam & ipsa Chalcis quanq̄ eius
dem insule urbs est. tamen adeo arcto interscinditur freto: ut pō
te continenti iungatur. terraq; aditum faciliorem: q̄ mari habeat.
I gitur Philippus deiecto presidio: fusisq; etolis: qui saltum Ther
mophylarum insidebant: cum ab Demetriade: Scotussam. Inde ter
tia uigilia profectus: trepidos hostes heracleam compulisset: ipse
uno die phocidis elatiani milia amplius. lx. contendit. Eodē fer
me die: ab Attalo Rege Opontiorum urbs capta diripiebatur. Con
cesserat eam predam regi Sulpitius: quia Oreum paucos ante dies:
ab Romano milite: ex partibus regiis direptum fuerat. Roma

na classis oreum sese receperat. & Attalus ignarus aduentus Phi
lippi pecuniis a principibus exigendis: terebat tempus. Adeoq; im
prouisa res fuit: ut nisi cretensium forte quidam pabulatum ab ur
be longius progressi agmen hostium procul conspexissent: oppri
mi potuerit Attalus. Inermis autem atq; incompositus cursu effu
sus mare: ac naues petit. & molientibus ab terra naues Philippus
superuenit. tumultumq; etiam ex terra nauticis prebuit. Inde opō
tem redit. deos homines q; accusans: q; tante rei fortunam: ex ocu
lis prope raptam: amisisset. Opontii quoq; ab eadem ira increpiti:
q; cum trahere obsidionem in aduentum suum potuissent: uiso sta
tim hoste: prope in uoluntariam deditionem concessissent. Cōpo
sitis circa Opontem rebus: Toronem est profectus. Et Attalus pri
mo oreum se recepit. Inde cum fama accidisset Prusiam Bithynie
regem finem regni sui transgressum: omissis romanis: atq; etolico
bello: in asiam traiecit. Et Sulpitius eginam classem recepit: unde
initio ueris profectus erat. Haud maiore certamine q̄ Opontem
Attalus ceperat: Philippus Toronem cepit. Incolebant eam urbē
profugi ab Thebis Pthiotici urbe sua capta a Philippo cum in fidē
etolorum perfugissent. sedem eis etoli eam dederant urbis ua
state ac deserte priore eiusdem Philippi bello. Tum ab Torone ⁊
sicut pauloante dictum est recepta profectus Tritonon & Drimu
Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit. Inde elatiam iussis ibi
se operire Ptolemei rhodiorumq; legatis: uenit. ubi cum definien
de finiendo Aetolico bello ageretur: affuerant enim legati nu
per heraclee Consilio romanorum: etolorumq; nuntius affertur:
Machanidam Olympiorum solenne ludricum parantes eleos ag
gredi statuisse: preuertendum id ratus. Legatis cum benigno
responso dimissis: se neque causam huius belli fuisse: nec moram
si modo aequa & honesta conditione liceat: pacem facturum cum
expedito agmine profectus per Boetiam: Megaram: atq; inde ⁊
Corinthum descendit. Vnde cōmeatibus sumptis Phyleum Taphe
neumq; petit. & iam cum ereum uenisset: audit Machanidā fa

ma aduentus sui territum: refugisse Lacedemonem. Aegiumq; se
ad consilium ętolorum recepit. simul classem punicam: ut mari
quoq; aliquid posset accitam ibi ratus se inuenturum. Paucis ãte
diebus inde foceas traiecerant poeni. Inde portus acarnaum pe
tierant. cum ab Oreo profectum attalum romanosq; audisset ueri
ti: ne in se iretur: & intra rhium: fauces ęę sunt corinthi sinus:
opprimerentur. Philippus quidem merebat. & angebatur: cũ ad
omnia ipse raptim isset. nulli tamen se rei in tempore occurrisse.
& rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunã.
In consilio autem dissimulans ęgritudinem: elato animo disse
ruit. testatus deos: hominesq; nullo loco nec tempori defuisse:
quin ubi hostium arma concrepuissent: eo quanta maxima pos
sẽt celeritate tenderet. sed uix rationem inire posse: utrũ a se
audacius: an fugatius ab hostibus geratur bellum. Sic ab Opõte
attalum: sic Sulpitium a Chalcide: sic his ipsis diebus. Machani
dam e manibꝰ suis elapsum. Sed non semper felicem esse fugã:
nec pro difficili id bellum habendum in quo si modo cõgres
sus cum hostibus sis uiceris. quod primum esset. confessionem
se hostium habere. nequaq̃ pares esse eos sibi breui & uictoriã:
haud dubiam habiturum: nec meliore euentu eos secum: q̃ spe
pugnaturos. Leti regem socii audierunt. Reddit inde achei
oreum: & Triphyllam. alipheram autem megalopolitis: q; suoꝝ
fuisse finium satis probabant: restituit. Inde nauibꝰ acceptis
ab acheis: erant autem tres quadriẽmes & biremes totidem.
Anticyram traiecit. Inde quinqueremibus septem: & leuibꝰ ui
ginti amplius: quos ut adiungerẽt Carthaginensium classi ꝛ
miserat in corinthium sinum: profectus: ad erythras aetoloꝝ
quę prope euphalium sunt: descensionem fecit. haud fefellit
ętolos. nam hominum q; aut in agris: aut in propinquis ca
stellis potidanię atq; apolonię fuit: in siluas montesq; refugit.
Pecora quę inter festinationem abigi nequiuerant: sunt direp
ta & in naues conpulsa. Cum his: cęteraq; preda Nicia prętore

acheorum ęgium misso: cum corinthum petisset: pedestres īde
copias per Boetiam: terra duci iussit. Ipse a Boenotris pręter
terram Atticam: super sinum nauigans inter medias prope ho
stium classes chalcidem peruenit. Inde collaudata fide: ac uir
tute: q̄ neq̄ timor neq̄ spes flexisset eorum animos hortatusq̄
in posterum: ut eadem constantia permanerent in societate:
si suam: q̄ Oreanorum atq̄ Opontiorum fortunam mallent. a
chalcide oreum nauigat. Principum q̄ iis qui fugere capta ur
be: q̄ se Romanis tradere maluerant: summa rerum: & custo
dia urbis permissa. ipse Demetriadem: ab euboea: unde primū
ad opem ferendam sociis profectus erat: traiecit. Casandręę de
inde centum nauium longarum carinis positis: contractaq̄ ad
effectum eius operis multitudine fabrorum naualium quia res
in Gręcia tranquillas: & profectio attali fecerat: & in tempore
laborantibus sociis latum a se auxilium: retro in regnum con
cessit: ut Dardanis bellum inferret. Extremo ęstatis eius: qua
in greciam hęc gesta sunt: cum. Q. Fabius maximus p̄tor Le
gatus ab. M. Liuio Consule Romam ad Senatum missus: nun
tiasset Consulem satis pręsidii galliae prouincię crederet. L. Por
tium cum suis legionibus esse: discedere se inde ac deduci ex
citum consularem posse: patres non. M. Liuium tantum re
dire ad urbem: sed collegam quoq̄ eius. G. Claudium: iussert.
I d modo in decreto interfuit: q̄. M. Liuii exercitum reduci: ꝛ
Neronis legiones hannibali oppositas manere in Prouincia ius
serunt. Inter consules ita per litteras conuenit: ut quēadmodū
uno animo rem. P. gessissent. Ita quanq̄ ex diuersis regionib̄
conuenirent. uno quoq̄ tempore ad urbem accederent. Pręneste
qui prior uenisset: Collegam ibi operiri iussus. Forte ita uenit:
ut eodem die ambo Pręneste uenirent. Inde pręmisso edicto: ut
triduo post frequens Senatus ad ędem Bellonę adesset: oī mul
titudine obuiam effusa: ad urbem accessere. Non salutabāt mo
do uniuersi circunfusi: sed contingere pro se quisq̄ uictrices

dextras consulum cupientes: alii gratulabantur: alii gratias
agebant. q̄ eorum opera incolumis res. P. esset. In senatu. cum
more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis: postu
lassent ut pro re. P. fortiter feliciterq̄ administrata & diis im
mortalibus haberetur honos: & ipsis triumphantibus: vrbē inire
liceret: se uero ea: quę postularent decernere patres merito de
orum primum deinde secundum deos: consulum responderūt.
& supplicatione amborum nomine: & triumpho utriq̄ decreto.
I inter ipsos: ne cum bellum cōmuni animo gessissent: triūphū
seperarent. Ita conuenit: ut quoniam & in prouincia. M. Liuii
res gesta esset: & eo die quo pugnatum foret eius forte auspiciū
fuisset: & exercitus Liuianus traductus romam uenisset. Ne
ronis deduci non potuisset de prouincia ut. M. Liuium qua
drigis vrbem ineuntem: milites sequerentur. Consul Claudius
equo: sine militibus inueheretur. Ita consociatus triumphus
cum utriq̄ tum magis ei: qui quantum merito anteibat: tantū
honore collegę cesserat: gloriam auxit. Illum equitum aiebant
sex dierum spacio transcurrisse longitudinē Italię: & eo die cū
hasdrubale in Gallia signis collatis pugnasse: quom eum castra
aduersus se se in Apulia posita habere hannibal credidisset. +
I ta unum consulem pro utraq̄ parte Italię aduersus duos duces:
duos imperatores huic consilium suum: hinc corpus opposuisse.
nomen Neronis satis fuisse: ad continendum castris hanniba
lem. hasdrubalem uero qua alia re: q̄ aduentu eius obrutum:
atq̄ extinctum esse. Ita q̄ iret alter consul sublimis curru: mul
ti iugis si uellet equis unius equo per urbem uerum triūphū
uehi. Neroniq̄ etiam si pedes incedat: uel parto eo bello uel spre
to triumpho gloriam memorabilem fore. Hi sermones spectā
tium: Neronem usq̄ in Capitolium prosequuti sunt. Pecuniam
in ærarium tulerunt sestertium terties octoginta m̄ eris. Mili
tibus. M. Liuius quinquagenos senos asses diuisit. Tantundē. C.
Claudius militibus absentibus suis est pollicitus: cū ad exercitū

redisset. Notatum est ea die plura carmina militaribus locis in
consulem Claudium q̄ in Consulem suum iactata. Equites. L.
Veturium & Q. Cecilium Legatos: magnis tulisse laudibus hor
tatosq; esse plebem: ut eos consules in proximum annum crearet.
A diecisse equitum prerogatiue auctoritatem consules: postero
die in contione q̄ forti fideliq; duorum precipue Legatorū ope
ra usi essent: cōmemorantes. Cum comitiorum tempus appete
ret: & per dictatorem comitia haberi placuisset. C. Claudius cōs
M. Liuium collegam dictatorem dixit. Liuius. Q. Cecilii ma
gistrum equitum. A M. Lulio dictatore creati consules. L. Ve
turius. Q. Cecilius. Is ipse qui tum erat magister equitum. In
pretorum comitia habita. Creati C. Seruilius. M. Cecilius me
tellus. T. Claudius asellus. Q. Manlius Turinus qui tum ædili
plebis erat comitiis perfectis: dictator magistratu abdicato. di
missoq; exercitu: in hetruriam prouinciam ex. S. C. est profec
tus: ad questiones habendas: qui hetruscorum vmbrorū ue po
puli: defectionis ab Romanis ad hasdrubalem: sub aduentu eius
consilia agitassent. Qui q; eum auxiliis: aut ope aliqua iuuisset.
H Hec eo anno domi: militiæq; gesta. Et Ludi Romani ter toti i sta
urati ab ædilibus Curulibus. Cn. Seruilio Cepione. Ser. Corneli
Lentulo. Item Ludi Plebei semel toti instaurati ab ædilibus Plebis
M. Pomponio matrone: & Q. Manlio Turino. Tertio decimo
anno punici belli. L. Veturio Philone & Q. Cecilio metello consu
libus ambobus: ut cum hannibale bellum gererent. Prouincia
decreta. Pretores exinde sortiti sunt. M. Cecilius metellus ur
banam. Q. Manlius peregrinam. C. Seruilius Siciliam. T. Clau
dius Sardiniam exercitus sita diuisi. Consulum alteri: quē. C.
Claudius prioris anni consul: alteri quem. Q. Claudius propre
tor: e.e binæ legiones erant: habuissent exercitum. In hetruria
duas volonum legiones: a Terentio Proconsule Liuius prouinciæ
cui prorogatum in annum imperium fuit acciperet. Et Q. Man
lio: ut collegæ: iurisdictione tradita: eum exercitum: cui Luci⁹

Portuſ propretor prefuerat: obtineret. decretum eſt. Iuſſuſq;
populari agros gallorum: qui pœnos ſub euentu haſdrubalis de
feciſſent. C. Seruilius cum cannenſibus duabuſ legionib; ſicut
P. Manlius tenuerat: ſicilia tuenda data. Ex Sardinia: uetus
exercitus cui. A. Hoſtilius prefuerat deportatus. Nouam le
gionem: quam. C. Claudius trauceret ſecum. Conſules cõſcrip
ſerunt. Q. Claudio ut tarentum. C. Hoſtilio tubulo: uti capuã
prouinciam haberet. prorogatum in annum eſt imperium. M.
Valerius proconſul: qui tuende circa ſiciliam maritime ore pre
fuerat. xxx. nauibus. C. Sẽulio tradius: cum cetera omni claſ
ſe redire ad urbem iuſſuſ. In ciuitate tanto diſcrimine belli ſol
licita: cum omnium ſecundorum aduerſorumq; cauſas ĩ deos
uerterent: multa prodigia nuntiabantur. Tarracine Iouis ẽdẽ
Satrici matriſ matutę de cælo tactam. Satricanos haud minus
terrebant in ædem Iouis foribus ipſis duo prælapſi angues. ab
Antio nuntiatum eſt. cruentaſ ſpicas metentibuſ uiſaſ eſſe. Ce
re porcuſ bicepſ. Et agnuſ maſculus: idemq; fœmina natus
erat. Et albę duos ſoles uiſos ferebant. Et nocte fregellis lucẽ
ortam. Et boſ in agro Romano loquutus. Et ara Neptũni mul
to manaſſe ſudore. in cyrco Flaminio ducebatur. et ædes Cer
ris. Saluti. Quirini. de cælo tacte. Prodigia conſules hoſtiis ma
ioribuſ procurare iuſſi: & ſupplicationem unam diem haberẽ.
Ea ex ſenatus conſulto facta. pluſ omnibus: aut nuntiatis pẽgr
aut uiſis dom prodigiis: terruit animoſ hominum: ignis in
ęde Veſte extinctus. Ob quam cauſam ceſa flagro eſt ueſtalis
uirgo. cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu pontificis. P. Li
cinii. Id quanq; nihil portendentibus deis ceterum negligen
tia humana acciderat: tamen & hoſtiis maioribus procurari:
& ſupplicationem haberi ad veſte aram placuit. Priuſq; pro
ficiſcerentur conſules ad bellum: monitu ab Senatu ſunt: ut
in agroſ reducende plebis curam haberent. deum benignitate
ſubmotum bellum ab urbe romana: & Latio eſſe poſſe ſine metu

in agris habitari. Minime conuenire Siciliæ q̃ Italiæ colendæ
maiorem curam esse. Sed res haud quaq̃ erat populo faciliꝰ: & li
beris cultoribus bello absumptis: & inopia seruitiorum: & pecore
direpto: uillisq; diruꝰ: aut incensis. Magna tamen parꝰ auctori
tate consulum compulsa, in agros remigrauit. Mouerant autẽ
huiusce rei mentionem Placentinorum & Cremonensium lega
ti querentes agrum suum ab incolis gallis incursari, ac uastari
magnamq; partem colonorum suorum dilapsam esse. & frequen
tes se urbes: agrum uastatum ac desertum habere. Manlio Prę
tori mandatum: ut colonias ab hoste tueretur. Consules ex. S. C.
edixerunt: ut qui ciues Cremonenses: aut Placentini essent: ãte
certum diem in colonias reuerterentur. Principio deinde ueris:
& ipsi ad bellum profecti sunt. Q. Cecilius consul exercitum ab
C. Nerone. L. Veturius ab. Q. Claudio propretore accepit nouis
militibus quos ipse conscripserat. suppleuit. et in Consentinum
agrum consules exercitum duxerunt. passimq; depopulari. Cum
agmen tam graue preda esset: in saltu angusto a Brutiis latera
tibusq; Numidis turbati sunt. Ita non preda tantum: sed armati
in periculo quoq; fuerunt. maior tamen tumultus q̃ pugna fuit.
Et præmissa preda: in columes legiones in loca culta euasere. Inde
in Lucanos profecti. Ea sine certamine tota gens in deditionẽ
populi R. rediit. Cum hannibale nihil eo anno rei gestum est:
nam neq; ipse se obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoq;
nec lacessierunt quietum romani tantam inesse uim: & si omnia
alia circa eum ruerent: in uno illo duce censebant: Ac nescio an
mirabilior in aduersis: q̃ secundis rebus fuerit. Quippe cum &
in hostium terra perannos tredecim tam procul ab domo uaria
fortuna bellum gereret: exercitu non suo ciuili: sed mixto ex
coluuione omnium gentium: quibus non lex: non mos nõ lin
gua communis alius habitus alia uestis alia arma alii ritus alii
sacra alii prope dii essent. Ita quodam uno uinculo copulauerit
eos ut nulla nec inter ipsos: nec aduersus ducem seditio exti-

rit. cum & pecunia sepe in stipendium: & cōmeatus in agro deesset:
quorum inopia priore punico bello multa infanda inter duces: mi
litesq; cōmissa fuerant. post hasdrubalis uero exercitum cū duce:
in quibus spes omnis uictoriæ repositę fuerat: deletum: cedēdoq;
in angulum Brutium: cetera Italia concessum: cui non uideatur
mirabile: nullum motum in castris factum: Nam ad cetera id
quoq; accesserat ut ne alendi quidem exercitus: nisi ex Brutio
agro spes esset. qui ut omnis coleretur: exiguus tamen tāto alē
do exercitui erat. Tunc magnam partem iuuentutis abstractā
a cultu agrorum bellum occupauerat. & mos uitio etiam insitus
genti per latrocinia militiam exercendi: nec ab domo quicquā
mittebatur. De hispania retinenda sollicitis: tanq̄ omnia prospe
ra in Italia essent. In hispania res quadam ex parte eandem for
tunam: quadam longe disparem habebant. Eādem q; prelio uic
ti carthaginenses duce amisso: in ultimam hispaniæ oram: usque
ad oceanum compulsi erant. disparem autem: q; hispania nunq̄
Italia modo: sed q̄ ulla pars terrarum bello reparando aptior erat
locorum hominumq; ingeniis. Itaq; ergo Romanis prima inita
prouinciarum quæ quidem continentis sint: postremo omnium
nostra demum ętate ductu auspicioq; Augusti Cæsaris perdomita
est. Ibi tum hasdrubal Gisgonis filius. maximus clarissimusq; eo
bello: secundum Barchinos dux regressus a Gadibus rebellandi
spem adiuuante magone hamilcaris filio delectibus per ulterio
rem hispaniam habitis: ad quinquaginta milia peditum quattuor
milia & quingentos equites armauit. De equestribus ferme īter
auctores conuenit peditum. lxx. milia quidam adducta ad Sil
piam urbem scribunt. Ibi super campos patentes duo duces pœni
ea mente ne detractarent certamen consederunt. Scipio cū ad
eum fama tanti comparati exercitus perlata esset: neq; Romanis
legionibus tantę se fore parem multitudini ratus: ut non in spe
ciem saltem: opponerentur. Barbarorum auxilia: neq; in iis tamen tan
tum uirium ponendum. ut mutando fidem quæ cladis causa fuis

set patri: patruoq; magnum momentum facerent: premisso Syllano ad Coleam duo de xxx. oppidis regnantem: ut equites peditesq; ab eo quos se per hyemem conscripturum pollicitus erat acciperet: ipse a Tarracone profectus protinus a socijs qui accolunt uiam: modica contrahendo auxilia castulonem peruenit. Eo adducta a Syllano auxilia: tria milia peditum: & equites quingenti
1 nde ad Betulam urbem progressus: cum omni exercitu ciuium sociorumq; peditum equitumq; quinq; & xl. milibus. Castra ponentes eos Mago: & Masamissa cum omni equitatu aggressi sunt. turbassentq; mumentes. ni abditi post tumulum opportune ad id positi a Scipione equites: improuiso in effusos incurrissent: proptissimum quēq;: & proxime uallum: atq; in ipsos munitores primum inuectum: uix dum prelio unito fuderunt. Cum ceteris: qui sub signis: atq; ordine agminis incesserant. longior: et diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab stationibus primum expedite cohortes: Deinde ex opere deducti milites: atq; arma capere iussi: plures & integri fessis subirent magnumq; iam agmen armatorum a castris in prelium rueret. terga haud dubie uertunt poeni. Numideq;. & primo turmatim abibant. nihil preter pauorem festinationem ue confusis ordinibus. deinde postquā acrius ultimis incidebat Romanus: neq; sustineri impetus poterat: nihil iam ordinum memores: passim qua cuiq; proximum fuit: in fugam effunduntur. Et quanq̄ eo prelio aliquantum & Romanis aucti & diminuti hostibus animi erant: tamen nunquā aliquot insequentes dies: ab excursionibus equitum: leuisq; armature: cessatum est. Vbi satis temptatę per hec leuia certamina uires sunt. Prior hasdrubal in aciem copias eduxit. Deinde & romani processere. sed utra q; acies pro uallo stetit instructa. Et cum a neutris pugna cepta esset: iam die ad occasum inclinante. a poeno prius. deinde a romano: in castra copię reducte. hoc idem per dies aliquot factum. Prior semper poenus copias castris educebat. prior fessis stando: signum receptui dabat. a neu

tra parte procursum: telum ue missum: aut uox ulla orta. Me
diam aciem. hīc Romani: illinc Carthaginenses: mixti afris cor
nua socii tenebant. Erant autem utrinq; hispani pro cornibus.
A nte punicam aciem elephanti: castellorum procul speciem uisu
prebebant. Iam hoc in utrisq; castris sermonis erat: ita ut instruc
ti stetissent. pugnaturos: medias acies romanum Poenumq; q̄s
inter belli causa esset: pari robore aiorꝫ armorꝫq; concursuras. Sci
pio ubi hoc obstinate credi animaduertit: omnia de industria
in eum diem: quo pugnaturus erat mutauit. tesseram uesperi
per castra dedit: ut ante lucem uiri equiq; cum pransissent ar
matus eques frenatos stratosq; teneret equos. Vix dum satis cer
ta luce equitatum omnem cum leui armatura instationes pu
nicas immisit. Inde confestim cum graui agmine legionū pro
cedit. preter opinionem destinatam suorum. hostiumq; romā
milite cornibus firmatis. Sociis in mediam aciem acceptis. Sed
hasdrubal clamore equitum excitatus: ut ex tabernaculo pro
siluit: tumultumq; ante uallum: & trepidatione suorum: & pro
cul signa legionum fulgentia: plenosq; hostium campos uidit: ꝑ
equitatum omnem ex templo in equites emisit. Ipse cum peditū
agmine castris egreditur: nec ex ordine solito quicq̄ acie instru
enda mutat. Equitum iam diu anceps pugna erat. nec ipsa per
se decerni poterat: quia pulsis quod prope inuicem fiebat: in
aciem peditum tutus receptus erat. Sed ubi iam haud plusq̄n
gentos passus acies inter sese diuise aderant: signo receptui
dato Scipio: patefactisq; ordinibus equitatum omnem: leuēq;
armaturam in medium acceptam. diuisamq; in partes duas:
in subsidiis post cornua locat. Inde ubi incipiende iam pugne
tempus erat. Hispanos ea mēdia acies fuit: presso gradu incede
re iubet: ipse e dextro cornu: ibi nanq; preerat: nuntium ad Syl
lanum & martium mittit: ut cornu extenderent in sinistra
parte: quemadmodum se tendentem ad dexteram uidissēt.
& cum expeditis peditum: equitumq; prius pugnam consererēt

cum hoste: q̃ coire inter se medię acies possent. Ita deductis cor
nibus cum ternis peditum cohortibus ternisq; equitum turmis
ad hoc uelitibus: citato gradu in hostem ducebant: sequentibus
aliis in obliquum. Sinus in medio erat. quia segnius hispanorum
signa incedebant. & iam conflixerant cornua: cum quod robori
in acie hostium erat poeni ueterani afriq; nondum ad teli con
iectum uenissent: neq; cornua: ut adiuuarent pugnantes: discur
rere auderent: ne aperirent mediam aciem uenienti ex aduerso.
C ornua ancipiti prelio urgebantur eques leuisq; armatura. &
velites: circunductis alis in latera incurrebant. Cohortes a fron
te urgebant: ut abrumperent cornua a cętera acie. & tum ab
omni parte haud quaq̃ par pugna erat. Tum q; turba Balearium
tyronumq; hispanorum. Romano Latinoq; militi obiecta erat:
procedente iam die uires. etiam deficere hasdrubalis exercitũ
cœperant. oppressos matutino tumultu: coactosq; priusq̃ cibo
corpora firmarent raptim in aciem excire. Ad id sedulo diem
extraxerat Scipio. ut sera pugna esset. Nam a septima demum
hora peditum signa cornibus incurrerunt. Ad medias acies ali
quanto serius peruenit pugna ut prius æstus a meridiano sole
laborq; standi sub armis: & simul fames sitisq; corpora afficerẽt:
q̃ manus cum cum hoste consererent. Itaq; steterunt scutis in
nixi. Nam super cætera elephanti etiam tumultuoso genere pu
gnę equitum uelitumq;: & leuis armaturę consternati e cor
nibus in mediam aciem sese intulerant. Fessi igitur corporibꝫ
animisq; retulere pedem: ordines tamen seruantes haud secus:
q̃ si imperio ducis cederet integra acies. Sed cum eo ipso acrius
ubi inclinatam sensere uictores se undiq; inueherent: nec fa
cile impetus sustineri posset q̃q̃ retinebat obsistebatq; cęden
tibus hasdrubal: ab tergo esse colles: tutumq; receptum: si mo
dice se reciperent: clamitans tamen uincente uerecundiam me
tu: cum proximus quisq; hostem cederet: terga ex templo da
ta: atq; in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere

signa in radicibus collium: ac reuocare in ordines militem coepe
rant: Contātibus in aduersum collem erigere aciem romanis. In
ut inferri impigre signa uiderunt: integrata fuga: in castra paui
di impelluntur: nec procul uallo Romanus aberat. Cepissetq; tāto
impetu castra: nisi ex uehementi sole: qualis inter graues hymbre
nubes effulget: tanta uis aquae adiecta esset: ut uix in castra sua
receperint se uictores. quosdam etiam religio ceperit: ulterius eo
die quicq̄ conandi. carthaginenses quanq̄ fessos labore: ac uulne
ribus nox hymberq; ad necessariam quietem uocabat: tamen qa
metus & periculum: cessandi non dabat tempus: prima luce oppu
gnaturis hostibus castra: saxis undiq; circa ex propinquis ualli
bus congestis: augent uallum. munimento se se: quando in armis
parum presidii foret: defensuri. Sed transitio sociorum: fuga: ut
tutior mora uideretur: fecit. Principium defectionis ab Attane
Regulo Turdetanorum factum est. Is cum magna popularium ma
nu transfugit. Inde duo munita oppida. cum presidiis tradita
a prefcīs: Romano. & ne latius: inclinatis semel ad defectionem
animis: serperet res: silentio proxime noctis hasdrubal castra mo
uet. Scipio ut prima luce: qui in stationibus erant retulerunt pro
fectos hostes: premisso equitatu signa ferri iubet: Adeoq; citato
agmine ducti sunt: ut si uia recta uestigia sequentes issent: ha
ud dubie assequuturi fuerint: sed ducibus est creditum: breuius
aliud esse iter ad Beti fluuium: ut transeuntes aggrederentur.
Hasdrubal clauso transitu fluminis ad Oceanum flectit & iam inde
fugientium modo effusi abibant. Idq; ab legionibus Romanis ali
quantum interualli fecit. eques leuisq; armatura: nunc a tergo:
nunc a lateribus: occurrendo fatigabat. morabaturq;. Sed cum
ad crebros tumultus signa consisterent: & nunc equestria. nunc
cum uelitibus: auxiliisq; peditum prelia consererent: superuene
runt legiones. inde iam non pugna: sed trucidatio: uelut pecorū
fieri: donec ipse dux fugae auctor in proximos colles cū septem
milibus ferme semiermium euasit. ceteri caesi: captiq; castra tumul

tuaria raptim poeni tumulo editissimo cōmunierunt. atq; inde
cum hostis ne quicq̄ subire iniquo ascensu conatus esset: haud
difficulter se se tutati sunt: sed obsidio in loco nudo: atq; inopi
uix in paucos dies tolerabilis erat. Itaq; transitiones ad hostes
fiebant. Postremo dux ipse nauibus acceptis: nec procul inde abe
rat mare: nocte: relicto exercitu. Gadis perfugit. Scipio fuga
ducis hostium audita. x. milia peditum mille equites reliquit
Syllano ad castrorum obsidionem. Ipse cum ceteris copiis: septua
gesimis castris: protinus causis regulorum: ciuitatumq; cognoscē
dis: ut premia: ad ueram meritorum æstimationem tribui posset:
Tarraconem rediit. Post profectionem eius: Masanissa cum Sylla
no clam congressus: ut ad noua consilia gentem quoq; suam obe
dientem haberet cum paucis popularibus in africam traiecit. Non
tam euidenti eo tempore: subite mutationis causa q̄ documento:
post id tempus constantissime ad ultimam senectam fidei: ne tū
quidem eum: sine probabili causa fecisse. Mago inde remissis ab
hasdrubale nauibus: Gadis petit. Ceteri deserti ab ducibus pars
transitione pars fuga: dissipati: per proximas ciuitates sunt. nulla
manus numero aut uiribus insignis. Hoc maxime modo ductu
atq; auspicio proconsulis Scipionis: pulsi hispania carthaginenses
sunt: quartodecimo anno. post bellum initum quinto postq̄ procōsul
Scipio prouinciam & exercitum accepit. Haud multo post Syllan⁹
debellatum referens: Tarraconem ad Scipionem rediit. L. Scipio
cum multis nobilibus captiuis nuntius recepte hispanie. Romam
est missus. Et cum ceteri letitia gloriaq; ingenti eam rem uulgo
ferrent unus qui gesserat in explebilis uirtutis uereq; laudis par
uum instar eorum quæ spe ac magnitudine animi concepisset re
ceptas hispanias ducebat. Iam africam magnamq; carthaginem
& in suum decus: nomenq; uelut consummatam eius belli gloriā
spectabat. Itaq; premoliendas s̄ ratus: iam res reconciliandosq; re
gum gentiumq; animos: Syphacem primum Regem statuit tēpta
re. Massessulorum is Rex erat. Massessuli gens affinis Mauris: re

gionem hispanię: maxiē qua sita noua carthago est. spectant. Foe-
dus ea tempestate Regi cum Carthaginensibus erat. quod haud
grauius ei sanctiusq; q̄ uulgo Barbaris quibus ex fortuna pendet
fides: ratus fore: oratorem ad eum. C. Lęlium cum donis mittit.
Quibus barbarus Letus: & quia res tum prospere ubiq; romanis: poe-
nis autem in Italia aduersę: in hispania mille iam erant: amicitiā
se Romanorum accipere annuit. firmandę eius fidem nec dare
nec accipere. nisi cum ipso coram duce Romano. Ita Lelius in id
modo fide a rege accepta: tutum aduentum fore: ad Scipionē re-
dit. Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res erat
africę. opulentissimus eius terre. bello iam expertus ipsos cartha-
ginenses. finibus etiam Regni apte ad hispaniam: quo freto exi-
guo dirimuntur: positis. Dignam itaq; rem Scipio ratus quę qm̄
non alter posset: magno periculo peteretur. L. Martio Tarracone.
Syllano carthagine noua: quo pedibus a Tarracone: itineribus
magnis: ierat ad presidium hispaniae relictis: ipse cum. C. Lelio:
duabus quinq; remib; ab carthagine profectus: tranquillo mari:
plurimum remis interdum & leui adiuuante uento: in Africam
traiecit. Forte ita incidit: ut eo ipso tempore hasdrubal pulsus
hispania: septem triremib; portum inuectus. anchoris positis:
terrę applicaret naues. Cum conspectę duę quinqueremes: haud
quicq̄ dubio quim hostium essent opprimiq; a pluribus priusq̄
portum intrarent: possent: nihil aliud q̄ tumultum: ac trepida-
tionem simul militum. ac nautarum: ne quicq̄ armaq; & naues
expedientium: fecerunt. percussa enim ex alto uela: acriori uē-
to: prius in portum intulerunt quinq; remes: q̄ poem anchoras
molirentur. nec ultra tumultum edere quisq̄ in regio portu aude-
bat. Itaq; prior in terram hasdrubal: mox Scipio: & Lęlius egres-
si ad Regem pergunt. Magnificūq; id Syphaci: nec erat alias
uisum duorum opulentissimorum ea tempestate duces populo-
rum uno die suam pacem amicitiamq; petentes: uenisse utrūq;
in hospitium inuitat. Et quoniam sors eos sub uno tecto esse:

atque ad eosdem
quaere pag. 142.

lachrumsq; etiam ad cenam eum cum patre uocari iussit. cui cō
uiuio neminem campanum pterq; hospites iubellumq; taurea
insignem bello uirum adhibitus erat. Ceperunt epulari de die
& conuiuium non ex more punico aut militari disciplina esse
sed ut in ciuitate atq; etiam modo diu ad uarias omnium uolup
tatum illecebras instructum. unus nec dominorum in uitatōe
nec ipsius interdum hannibalis calauii filius unci potuit.
ipsiq; ad ualitudinem excusans patri animi quoq; eius haud mira
bilem inter turbationem: cum quereret ante solis ferme occasū
patrem calauium ex conuiuio egressū sequutus filius. ubi in se
cretum ortus erat in posticis eduum peruenerunt. Consiliū īqt
affero pater quo non ueniam solum peccati quod fecimus ad ham
balem impetrari ab Romanis. sed in multo maiore dignitate &
gratia simus campani q̄ fuimus unq̄. Cum mirabundus pater qd
nam id esset consilii quereret. toga reiecta ab humero latus succī
tum gladio nudat. Iam ego inquit sanguine hannibalis fāciam
romanum fedus. Te id prius scire uolui. si forte adesse dum fa
cinus patratur malles. Que ubi uidit audiuit q; senex uelut si
iam agendis inter que audiebat interesset. tamen metu per ego
te inquit fili. quecunq; iura liberos iungunt parentib; precor
quesoq; ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda uelis.
Pauce hore sunt intra quas iurantes per quicquid deorum est
dextras dextre iungentes fidem obstrinximus. ut sacrata fide
mansissemus. digressi a conloquio ex templo in eum armamur
iurgiis ab hospitali mensa. ad quam tertius campanor adhibit
ab hannibale est. eam ipsam mensam cruentare uis hospitis san
guine. Hannibalem pater filio modo potui placare filiū hannibā
li non possum. sed nihil sancti. non fides. non religio. non pietas
audiantur infanda. si non pernitiem nobis cum scelere ferunt.
Vnus aggressurus est hannibalem. quid illa turba tot liberorum
seruorumq;. quid in unum intenti omnium oculi? quid tot
dextre torpescent in amentia illa? uultum ipsius hannibalis

quem armati exercitus tremunt. quem horret. R. P. tu sustinebis
talis. Auxilia desunt me ipsum ferire corpus meum opponentē
pro corpore hannibalis sustinebis. atq; per meum pectus petendus
ille tibi transfigendusq; est. deterreri hic sine potiusq̄ illic uinci.
Valeant preces apud te meę sicut pro te hodie ualuerunt. Lachrimā
tem inde iuuenem cernens medium complectitur. atq; osculo he
rens non ante precibus astitit q̄ peruicit ut gladium poneret. fi
demq; daret nihil facturum tale. tum iuuenis ego quidem inquit
quam patrię debeo pietatem ex soluam patri. Tuam doleo uicem
cui ter proditę patrię sustinendum crimen est. Semel cum defec
tione immissa ab romanis. Iterum cum pacis cum hannibale fui
sti auctor. Tertio hodie: cum restituendę romanis Capuę mora
atq; impedimentum tu es. O patria ferrum quo pro te armatus
hanc arcem defendere uolebā hosti minīe parens extorquet re
cipe. hæc cum dixisset. gladium in publicum Transmaceriam ho
stii abiecit. & quo minus res suspecta esset se ipse conuiuio reddi
dit. Postero die senatus frequens datus hannibali ubi prima eius
oratio ꝑblanda ac benigna fuit qua gratias egit Campanis quod
amicitiam suam romane societati preposuissent. Et inter cętera
magnifica promissa pollicitus breui caput italię omni capuā fo
re. Iuraq; inde cum cæteris populis Romanum etiam petiturum
unum esse exortem punicę amicitię federisq; secum facti quem
neq; esse Campanum neq; dici debere. Magium decium eum po
stulare ut sibi dedatur ac se presente de eo referatur senatusq; cō
sultum fiat. Omnes in eam sententiam ierunt q̄q̄ magnę parti &
uir indignus ea calamitate & haud paruo initio minui uidebatur
uis libertatis. Egressus curia in templo magistratuum consedit
comprehendiq; decium magium atq; ante pedes destitutus cam
dicere iussus. qui cum manente ferocia animi negaret lege fede
ris id cogi posse tum iniectę cathenę duciq; ante lictorem ī castra
est iussus. quoad capite aperto est ductus. contionabundus īcessit.
ad circūfusam undiq; multitudinem uociferans. habetis libertatē

Campani

Campani quam petistis. Foro medio luce clara uidentibus uobis
nulli campanorum secundus uinctus ad mortem rapior. Quid ui
olentius capua capta fieret: Ite obuiam hannibali exornate ur
bem: diemq; aduentus eius consecrate ut hunc triumphum de
ciue uestro spectetis. Hæc uociferante cum moueri uulgus uide
retur, obuolutum caput est: ociusq; rapi extra portam iussus est
ita in castra perducitur ex temploq; impositus in nauem, & car
thaginem missus, ne motu aliquo capuę ex indignitate rei orto
senatum quoq; peniteret dediti principis. Et legatione missa ad
repetendum eum: Ne aut negando rem quāprimum peterēt offē
dendi sibi noui socii: aut tribuendo habendus capue esset seditio
nis ac turbarum auctor: nauem cirenas detulit tempestas: quę tū
in ditione regum erat. Ibi cum Magius ad statuam ptholemei re
gis confugisset deportatus a custodibꝫ alexandriam ad Pthole
meum dum eum docuisset contra ius fęderis uinctum se ab han
nibale esse: uinculis liberauit: permissumq; ut rediret seu Ro
mam seu Capuam mallet. Nec Magius capuam sibi tutam dicere
& Romam eo tempore quo inte Romanos Campanosq; bellum sit
transfugę magis q̄ hospitis fore domicilium nusq̄ magis malleq̄
in regno eius uiuere quem uindicē atq; auctorem habeat liberta
tis. Dum hęc geruntur: Quintus fabius pictor Legatus a Delphis
Romam redit. responsumq; ex scripto recitauit diuini quę in
eo erant. quibus quoq; modis supplicaretur: Tum si ita facitis Ro
mani urę res meliores facilioresq; erunt magisq; ex sententia
r. p. uestra uobis procedet uictoriaq; duelli p. r. erit. Pytio apol
llini r. p. uestra bene gesta seruataq; lucris meritis donū muti
tote: deq; pręda manubiis spoliisq; honorem habetote: hæc ubi ex
græco carmine interpretata recitauit. tum dixit se oraculo egres
sum ex templo his omnibus diuis rem diuinam thure ac uino fe
cisse iussumq; ab antistite sicut coronatus laurea corona & ora
culum adisset. & rem diuinam fecisset. Ita coronatum nauē ascē
dere nec ante deponere eam q̄ Romam peruenisset. Se quecūq;

imperata sunt cum summa religione ac diligentia executum co
ronam romę in aram apollinis deposuisse. Senatus decreuit ut
ęę res diuinę supplicationesq; primo quoq; tempore cum cura fie
rent. Dum hec rome atq; in Italia geruntur nuntius uictorie ad
Cannas Carthaginem uenerat. Mago hamilcaris filius non ex ipa
acie a fratre missus. sed retentus aliquot dies in recipiendis ciui
tatibus brutiorum quęq; deficiebant. Is cum ei senatus datus esset
res gestas in Italia a fratre exponit cum sex imperatorib' eū quoꝝ
quattuor cons. duo dictator ac magister equitum fuerint. cum
sex consularibus exercitibus acie conflixisse. occidisse populi sup̄
ducenta milia supra L. milia hostium cepisse. Ex quattuor consu
libus duos occidisse. ex duobus saucium alterum toto amisso exer
citu uix cum L. hominibus effugisse. Magistrum equitum qui cō
sularis potestatis sit fusum, fugatumq; dictatorem quia se in acie
nunq̄ cōmiserit. unicum haberi imperatorem. Brutios apulosq;
partem Samnitium ac lucanorum defecisse ad pęnos. Capuam quę
caput non campanię modo post afflictam rem romanam Cañēsi
pugna Italię sit. hannibali se tradidisse. Pro his tot tantisq; uicto
riis sacrum diis immortalibus agi haberiq;. Ad fidem deinde tā
letarum rerum effundi iussit in uestibulo curię anulos aureos.
qui tantus aceruus fuit ut metientibus dimidium supra tres mo
dios explesse sint quidam auctores fama tenuit. que propior ue
ro est, haud plus fuisse modio. Adiecit deinde uerbis quo maioris
cladis indicium esset. neminem nisi equitem, atq; eorum ipsorū
primores id gerere insigne. Summa fuit orationis quo propius
spes belli perficiendi sit, eo magis omni ope iuuandum hannibalē
esse. Procul enim a domo militiam esse, in media hostium terra,
magnam uim frumēti pecunieq; assūmi & tot actis ut hostium
exercitus delesset, ita uictores etiam copias parte aliqua mu
nuisse. Mutendum igitur supplementum esse. mittendam insti
pendium pecuniam, frumentumq; tam bene meritis de nomīe
punico militib'. Secundum hec dicta magonis, lętis omnibus:

himilco uir factionis barchinæ, locum hannonis increpandi esse
ratus: quid est hanno inquit, etiam nunc penitet belli suscepti
aduersus Romanos: iube dedi Hannibalem ueta in tam prospe
ris rebus grates diis ĩ mortalibꝫ agi. audiamus Romanum sena
torem in carthaginensium curia. tum hanno. Tacuissem hodie
P. Conscripti: nequid in cõmuni omnium gaudio minus lętum
quod esset uobis loquerer. Nunc interroganti senatori penitet
me ad huc suscepti aduersus romanos belli: si reticeam aut sup
bus aut obnoxius uidear, quorum alterum est hominis alienę
libertatis obliti, alterum suę. Respondeam himilconi inquit, nõ
desisse penitere me belli, neq; desiturum ante inuictum uestrũ
imperatorem incusare, q̃ finiturum aliq̃ tolerabili conditione
bellum uidero. Nec mihi pacis antiquę desiderium ulla alia res
q̃ pax noua finiet. Itaq; ista quę modo Mago iactauit, himilco
ni cęterisq; hannibalis satellitibus iam lęta sunt sunt. Mihi possũt
leta esse: quia res bello bene gestę, si uolumus fortuna uti pacem
nobis equiorem dabunt. Nam si pretermittimus hoc tempus, q̃
magis dare q̃ accipere possumus, uideri pacem: uereor ne hęc q̃q;
lętitia luxurię nobis ac uana euadat. Quę tamen nunc quoque
qualis est, occidi exercitus hostium mittite milites mihi: quid
aliud rogares si esses uictus: Hostium cępi bina castra predę ui
delicet plena, & cõmeatum frumentum & pecuniam dare, quid
aliud q̃ si spoliatus, si exutus castris esses peteres & ne omnia ipe
mirer, mihi quoq; enim q̃m respondi himilconi interrogare
ius fasq; est, uelim seu himilco seu Mago respondeat. Cum ad
internititionem romani imperii pugnatum ad Cannas sit: cõ
stetq; in defectione totam italiam esse. primum & quis Latini
nominis populus defecerit ad nos, deinde ecquis homo & v &
xxx tribubus ad hannibalem transfugerit. Cum utrunq; Mago
negasset, hostium quidem Rome inquit ad huc multũ super
esset. Sed multitudo ea quid animorum quid ue spei habeat scire
uelim. Cum id nescire Mago diceret, nihil facilius scitu ẽ ĩquit

Et quos legatos ad hannibalem Romani miserunt de pace & quam
deniq; mentionem pacis Rome factam esse allatum ad uos est.
cum id quoq; negasset bellum igitur iam inquit integrum habe
mus. q; habuimus qua die hannibal in italiam est ingressus. Quā
uaria uictoria prior punico bello fuerit pleriq; qui meminerimus
super sumus. Nunq; terra mariq; magis prospere res nostre uisa sunt
q; ante cōss. Lutatium & A. postumium fuerunt. Lutatio & po
stumio consulibus demum ad egatis insulas sumus. Quod si id
quod dii omen auertant nunc quoq; fortuna aliquid uariauerit
tum pacem speratis cum uincimur. quam nunc cum uincimus da
nemo. Ergo siquis de pace consulet seu deferenda hostibus seu ac
cipienda. habeo quid sententie dicam. Sed de his que mago postu
lat refertis. Nec uictoribus uti attinere puto. & frustrantibus
nos falsa atq; inania multo minus censeo mutenda esse. Haud m
multo mouit hannonis oratio. Nam & simultas cum familia bar
cine leuiorem auctorem faciebat. & occupati animi presens leti
tia. nihil quo uanius fieret gaudium suum auribus admittebant.
debellatum q; mox fore si aduti paulum uoluissent rebantur. Ita q;
ingenti consensu fit senatus consultum. ut hannibal. xl. numida
rum. M. in supplementum mitterentur & xl. elephanti & argē
ti multa talenta. Dictatorq; cum Magone in hispaniam premissus
est ad conducenda. xx. m. pedtum quattuor equitum. quibus
exercitus qui in italia quiq; in hispania erant supplerentur. Sed ea
hec ut in secundis rebus segnius ac ociose gesta. Romanos preter m
sitam industriam animis. fortuna etiam cunctari prohibebat. Na
nec consul ulli rei que per eum agenda esset deerat. & dictator
M. unus pro rebus duumis perfectis. latoq; ut solet ad populum
ut equum ascendere liceret. preter duas urbanas legiones que
principio anni a consulibus conscripte fuerant. & seruorū delec
tum cohortesq; ex agro piceno & gallico collectas. ad ultimum
prope desperate r. p. auxilium cum honesta utilibus cedūt. desce
dit equo dixitq; qui capitalem fraudem ausi quiq; pecunia uicti

cati in uinculis essent qui eorum apud se milites fierent eos noxa
pecuniaq; se exsolui iussurum. Ea sex mil. hominum gallicus spo
lius que triumpho C. flaminii translata erant armauit. Itaq; cū
xxv. mi armatorum ab urbe proficiscitur. Hannibal capua recep
ta cum iterum Neapolitanorum animos partim spe partī metu
ne quicq̄ temptasset in agrum Nolanum exercitum transduxit.
Et ut non hostiliter statum quia non desperabat uoluntariam dedi
tionem ita si morarentur spem nihil eorum que pati aut timere
possent pretermisurus. Senatus ac maxime primores eius in socie
tate romana perstare. Plebs nouarum ut solet rerum atq; hanni
bali tota esse metumq; agrorum populationis patientiaq; in obsidio
ne multa grauia ac indigna proponere animo. Neq; auctores de
fectionis deerant. Itaq; ubi se natum metus accepit si prolata intē
derent resisti multitudini concitate non posse sed clam simulādo
dilationem mali inueniunt. Placere enim sibi defectionem ad
hannibalem simulant quibus autem conditionibus in fœdus ami
citiamq; nouam transeant parum constare. Ita spatio sumpto le
gatos propere ad pretorem romanum Marcellum Claudiū qui
casilini cum exercitu erat mittunt. docentq; q̄to in discrimine
sit Nolana res. Agrum hannibalis esse & penorum urbem extem
plo futuram nisi subueniatur conciliando plebi senatum ubi ue
lint defecturos. senatum se ne deficere prefestinarent effecisse.
Marcellus conlaudatis Nolanis eadem simulatione extrahi rem
in suum aduentum iussit. Interim cęlari quę secum acta essēt
spemq; omnem auxilii esse romani rum. Ipse a casilino Calatā
petit inde volturno amne traiecto per q; agrum Saticulanum
trebianumq; super sessulam per montes Nolam peruenit. Sub
aduentum pretoris romani penus agro Nolano excessit & ad
mare proxime Neapolim descendit cupidus marini oppidi po
tiundi quo cursus nauibus tutum ex Africa esset. Ceteq; postquā
Neapolim a prefecto ro. teneri accepit. M. Iulius Silanus erat
ab ipsis Neapolitanis accitus neapoli quicq; sicut nola nō amissus

petit Nuceriam. Eam cum aliq̃diu circũsedisset: sæpe ui sæpe solli
citandis ne quicq̃ nunc plebe nunc principibus. fame demum in
deditionem accepit. pactus ut inhermes cum singulis abirent ue
stimentis. Deinde ut quia principio mitis omnibus italicis p̃ter
romanos uideri uellet. premia atq; honores qui remanserant ac
militare uellent secum proposuit. Nec ea spe quẽq̃ tenuit. Dilap
si omnes. quocunq; hospitia aut fortuitus animi impetus tulit
per campanie urbes: maxime nolam Neapolimq;. Cum ferme
Triginta senatores ac forte primus quisq; Capuam petissẽt. ex
clusi inde. quod portas hannibali clausissent Cumas se cõtulerẽt.
Nuceria præda militi data est. Vrbs direpta atq; incensa. Nolã Mar
cellus non sui magis fiducia presidii: q̃ uoluntate principum ha
bebat. Plebs timebatur & ante omnes. L. Bantius quem cõsensũ
attentantẽ defectionis ac metus a pretore ro. nunc ad proditi
onem patriæ. nunc si ea die fortuna defuisset. ad tranfugiẽdũ
stimulabat. Erat iuuenis acer. & sociorum ea tempestate nobi
lissimus eques. Seminecem eum ad Cannas in aceruo cæsorum cor
porum inuentũ curatumq; benigneq; etiã cum donis hannibal
domum remiserat. Ob eius gratiam meriti rem Nolanã in ius
ditionemq; dare uoluerat pæno: anxiumq; eum & sollicitum cu
ra nouandi res prætor cernebat. Cæterum cum aut pæna cohiben
dus esset. aut beneficio conciliandus. sibi assumpsisse q̃ hosti ade
misse fortem ac strenuum maluit socium. Accitumq; ad se be
nigne appellat. multos eum inuidos inter populares habere. In
existimatu facile esse. quod nemo ciuis nolanus sibi indicaue
rit. q̃ multa eius egregia facinora militaria essent. Sed qui in Ro
manis militauerat castris. non posse obscuram eius uirtutem esse
multos sibi qui cum eo stipendia fecerant referre. qui uir esset ille:
quæq; & quotiens pericula pro salute ac dignitate Populi R. adis
set. utiq; Cannensi pugna non prius prelio abstiterit q̃ prope exan
guis ruina super incidentium uirorum equorum armorũq; sit
oppressus. Itaq; macte uirtute esto inquit. apud me tibi oĩs hono

atq; omne premium erit & quo frequentius mecum fueris senties
eam rem tibi dignitati atq; emolumento esse. Letoq; iuueni pro
missis, equum eximium ei dono dat, bigatosq; quingentos questo
rem numerare iubet, lictoribus imperat, ut eum se adire quotiens
uelit patiantur. Hac comitate marcelli ferocis iuuenis animus adeo
est mollitus ut nemo inde sociorum rem.r. fortius ac fidelius ui
uerit. Cum hannibal ad portas esset nolā.n. rursus a nuceria mo
uit castra: plebsq; nolana de integro ad defectionem spectaret: mar
cellus subaduentu hostium intra muros se recepit, non castris me
tuens: sed ne prodendę urbis occasionem nimis multis in eā immi
nentibus daret. Instrui deinde utrinq; acies romanorum ceptę
pro mænibus nolę, pęnorum ante castra sua prelia hinc parua in
ter urbem castraq; & uario euentu fiebant, quia duces nec prohi
bere paucos temere rogantes: nec signum dare uniuerse pugnæ
uolebant. In hac comitiaria iā duorum exercituum statione prī
ceps nolanorum nuntiant marcello nocturna colloquia inter ple
bem ac pænos fieri: statutumq; esse ut cum romana acies egressa
portis iret, impedimenta eorum ac sarcinas diriperent. claude
rentq; deinde portas murosq; occuparent, ut potientes rerum suarum
atq; urbis pęnum inde pro romano acciperent. Hæc ubi nūtiata
sunt marcello collaudatis senatoribus nolanis, priusq̄ aliquis
motus in muris oriretur: fortunam pugnę experiri statuit. Ad
tris portas in hostes uersas tripartito exercitum instruxit, impedi
menta subsequi iussit, calones lixasq; & inualidos milites uallum
ferre. Media porta robora legionum & romanos equites, duabus
circa portis: nouos milites, leuemq; armaturam ac sociorum equi
tes statuit. nolani muros portasq; adire uetiti. Subsidiaq; destinata
impedimentis data, ne occupatis prelio legionibus in ea impetus
fieret. Ita instructi, intra portas stabant. hannibali subsignis id
quod per aliquot dies fecerat, ad multum diei in acie stanti primo
miraculo esse, quod nec exercitus ro. porta egrederetur. Nec ar
matus quisq̄ in muris esset, ratus deinde prodita conloquia esse

metuq; desides factos: partem militum in castra remittit. iussos ꝓpe
re apparatum omnem oppugnandę urbis in primam aciem affer
re: satis fidens si cunctantibꝫ instaret tumultum aliquem in urbe
plebem moturam. dum q; in sua quisq; ministeria discursu trepidat
ad prima signa: succeditq; ad muros acies. Patefacta repente por
ta marcellus signis canere clamoremq; tollere ac pedites primum
deinde equites quanto maximo possent impetu in hostem erumpe
re iubet. Satis terroris tumultusq; in aciem mediam intulerant cū
duabus circa portis. P. valerius Flaccus & C. aurelius Legati in
cornua hostium erupere. Addidere clamorem lixę calonesq; &
alia turba custodię impedimentoꝝ apposita ut paucitatem maxi
me spernentibus pęnis ingentis repente exercitus speciem fecerit.
Vix equidem ausim affirmare quod quidam auctores sunt. ii. m.
& ccc. hostium cęsa. Non plus uno romanorum amisso siue tāta
siue minor uictoria fuit. ingens eo die res an nescio an maxima
illo bello gesta sit. Non uinci enim ab hannibale uincentibus diffi
cilius fuit q̄ui uincere postea. Hannibal spe potiundę nolę adēp
ta quom acerras recessisset. marcellus ex templo clausis portis cu
stodibus dispositis nequis egrederetur questionem in foro de his
qui clam in conloquiis hostium fuerant habuit. Supra Lxx. dāna
tos proditionis securi percussit: bonaq; eorum iussit publica esse.
Et summa rerum senatui tradita cum exercitu omni profectus
sup Suessulam castris positis consedit. Pęnus acerras primum ad
uoluntariam deditionem conatus perlicere postq̄ uidit inde ob
stinatos obsidere atq; oppugnare parat. Cęterum acerranis plu'
plus animi q̄ uirium erat. Itaq; desperata tutela urbis, ut circun
uallari męnia uiderunt: prius q̄ continuarentur hostium opera
per intermissa munimenta neglectasq; custodias silentio noctis
dilapsi per uias inuiaq; qua quēq; aut consilium erat aut terror
tulit in urbes campanię quas satis certum erat non mutasse fidē
perfugerunt. hannibal acerris direptis atq; incensis: cum a casi
lino dictatorē. ro legionesq; nimis accipi nuntiassent, ne quisquā

tam in propinquis hostium castris Capue quoq; recurrant exercitum ad casilinum ducit. Casilinum eo tempore prenestini habebant cum romanis paucis latinisq; nominis quos eodem audita cannensis clades contulerat. Hi non confecto prenestе ad diem delectu serius profecti domo cum casilinum ante aduersе pugnе famam uenissent & alii aggregarent sе sе romanis sociisq; profecti a casilino cum satis magno agmine irent auertit eos retro casilinum nuntius cannensis pugnе. Ibi cum dies aliquot suspectis capanis timentes q; cauendis ac struendis inuicem insidiis traduxissent uta de capue defectione agi accipiq; hannibalem sati' pro certo habere interfectis nocte oppidanis partem urbis quе circa volturnum est eo enim diuiduntur amni occupauere idq; presidium casilini habebant romani. Additur & perusina cohors hominеs cccc & Lxx eodem nuntio quo prenestinum paucos ante dies casilinum compulsi & satis ferme armatorum ad tam exigua mœnia & flumine altera parte cincta tuenda erant penuria frumenti nimium etiam ut uideretur hominum afficiebat. Hannibal cum iam unde haud procul esset getulos cum prefecto noctis alea premittit. Ac primo si fiat conloquii copia uerbis benigs ad portas aperiendas presidiumq; accipiendum perlicere iubet. Sin pertinacia psistent ut rem gerere ac temptare siqua parte inuadere urbem possit. Vbi ad mœnia accessere qua silentium erat solitudo uisa metuq; concessum barbaris ratus moliri portas & seras claustraq; effringere parat. Cum patefactis repente portis cohortes duе ad id ipsum instructе intus ingenti cum tumultu erumpunt. Stragemq; hostium faciunt. Ita primis repulsis ma harbal cum maiore robore uirorum missus nec ipse eruptionе cohortium sustinuit. Postremo hannibal castris ante ipsa mœnia oppositis paruam urbem paruumq; presidium summa ui atq; oib; copus oppugnare parat. Ac dum instat lacessitq; corona undiq; circundatis mœnibus aliquot milites & promptissimum quenq; e muro turribq; ictos amisit. Semel ultro erumpentis agmine

elephantorum opposito prope interclusit. trepidosq; contulit in
urbem satis mlti ut ex tanta paucitate interfectis. Plures cecidissēt
ni nox prelio interuenisset. Postero die omnium animi ad oppu
gnandum accenduntur. utiq; postq̄ corona aurea muralis pro
posita stat atq; ipse dux castelli plano loco positi segnem oppugna
tionem sagunti expugnatoribus exprobrabat. Cannaꝝ Transime
niq; & trebie singulos admonens uniuersosq;. Inde uinee quoq;
cœpte agi. cuniculi q; nec ad uarios conatus hostium aut uis ulla
aut ars deerat. Socii romanorum propugnacula aduersus uineas
statuere transuersis cuniculis hostium cuniculos excepere. & pa
lam & clam ceptis obuiam ire. donec pudor etiam hannibalem
ab incepto auertit. castrisq; cōmunitis. ac presidio modico impo
sito: ne omissa res uideretur in hiberna Capuam concessit. Ibi par
tem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit. aduersus omnia
humana mala sepe ac diu durantem. bonis in expertum atq; i sue
tum. Itaq; quos nulla mali uicerat uis. perdidere nimia bona. ac
uoluptates immodice & eo impensius. quo auidius: & insolentia
in eas se immerserāt. Somnus enim & uinum & epule & scorta li
neaq; & ocium consuetudine in dies blandius. ita eneruauerunt
corpora animosq; ut magis deinde preterite uictorie eos q̄ presen
tis tutarentur. uires maiusq; id peccatum ducis apud peritos ar
tium militarium haberetur q̄ quod non ex Cannensi acie protin⁹
ad urbem. ro. duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modo uicto
riam uideri potuit: hic error: uires ademisse ad uincendum. Itaq;
hercule uelut si cū alio exercitu a Capua exiret. nihil usq̄ pstine
discipline tenuit. Nam & redierunt pleriq; scortis impliciti. Et ubi
primum sub pellib⁹ haberi cepti sunt. uiaq; & alius labor militaris
excepit. Tyronum modo corporibus animisq; deficiebant. Et de
inde per omne æstiuorum tempus magna pars sine cōmeatib⁹ ab
signis dilabebantur: neq; alie latebre q̄ capua desertoribus erant.
Cæterum mitescente iam hieme ducto ex hibernis milite casilinum
redit. Vbi quanq̄ ab oppugnatione cessatum erat. obsidio tamen

continuata, oppidanos presidiumq; ad ultimum inopię adduxe
rat. Castris romanis tunc Sempronius preerat, dictatore auspicio
rum repetendorum causa profecto romam, marcellum & ipsum
cupientem ferre auxilium obsessis uolturnus amnis inflatu aqs.
& preces Nolanorum atq; acerranorum tenebāt. Cāpanos timētiū si presidiū
romanum abscessisset. Gracchus assidens tantum Casilino, qa pre
dictum erat dictatoris ne quid absente eo rei gereret nihil moue
bat quanq̄ quę facile omnem patientiam uincerēt nuntiabātur
a Casilino. Nam & precipitasse se quosdam non tolerantes famem
constabat, & stare inermes in muris, nuda corpora ad missilium
telolorum ictus prebentes. Ea ægre patiens Gracchus, cum neq;
pugnam conserere dictatoris in iussu auderet, pugnandū autem
ēē, si palam frumentum importare uidebat, neq; clam importādi
spes esset, farre ex agris circa undiq; conuecto cumq̄ plura dolia
complesset, nuntium ad magistratum Casilinum misit, ut excipe
rent dolia quę amnis deferret. In sequenti nocte intentis omnibꝫ
in flumen ac spem ab nuntio romano factam dolia medio amni
missa defluxerunt. Equaliter inter omnes frumentum diuisum,
id postero quoque die ac tertio factum est, nocte & mittebantur &
perueniebant eo custodias hostium fallebant. Imbribꝫ deinde con
tinuis citatior solito amnis transuerso uertice dolia impulit ad ri
pam quam hostes seruabant. Ibi herentia inter obnata ripis salicta
conspiciuntur, nuntiatumq; hannibali est. Et deinde interiori
custodia cautum nequid falleret. Volturno ad urbem missum. Nu
ces tamen fusæ ab romanis castris cum medio amni ad Casilinum
defluerent, cratibus excipiebantur. Postremo ad id uentū īopię
est, ut lora detractas q; scutis pelles ubi feruida mollissent aqua mā
dere conarentur, nec muribus alio ue animali abstinerent, et
omne herbarum radicumq; genus, aggeribꝫ infimis muri eruerēt.
Et cum hostes obarassent quicquid herbi terreni extra murū erat,
raporum semen iniecerunt, ut hannibal eo ne usq; dum ea nascuntur
ad Casilinum sessurus sum exclamaret. Qui nullam antea pactionē

auribus admiserat. tum demum agi secum est passus de redemp
tione liberorum capitum. Septuncesi auri in singulis pretium cõue
nit. fide accepta sese tradiderunt donec omne aurum persolutũ
est in unculis habuit. Tum remissi cumas cum fide. id uerius ẽ q̃
ab equite in abeuntis ummisso interfectos. Prenestum maxima
pars fuere. Ex. d. Lxx. qui in presidio fuerunt minus dimidi
um ferrum famesq; assumpsit. Ceteri incolumes prenestẽ cũ pre
tore. mancino scriba is antea fuerat redierunt. Statua eius in
ditio fuit prenestẽ in foro statuta. loricata amicta toga uelato
capite & tria signa cum signo lamine enee in scripto manciũ
pro militibus qui casilini in presidio fuerint uotum uouisse idem
titulus tribus signis in ede fortune positis fuit subiectus. Casilinũ
oppidum redditum campanis est firmatum septingentorum mi
litum de exercitu hannibalis presidio ne ubi penus inde absceſſis
set. Romani impugnarent. Prenestinis militibus senatus roma
nus duplex stipendium & quinquennii militie uacationem de
creuit. Cuitate cum donarentur ob uirtutem non mutauerunt.
P erusinorum casus obscurior fama est quia non ipsorum aliqui'mo
numento illo est illustratus. nec decreto romanorum. Eodem tẽ
pore petellinos qui uni ex brutiis manserant in amicitia romana
non carthaginenses modo qui regionem obtinebant. seb brutii
quoq; ceteri ob separata abse consilia oppugnabant. Quibus cum
obsistere malis nequirent petellini legatos romam ad presidiũ
petẽdũ miserũ quor preces lachrimeq; in questus enim flebiles
cum sibi met ipsi consulere iussi sunt sese in uestibulo curie pro
fuderunt ingentem misericordiam patribꝫ ac populo mouerũt.
C onsulti q; uterũ a. M. emilio pretore patres circunspectis omnib
imperii uiribus fateri coacti nihil longinquis socius in se presidij
esse. Redire domum fideq; ad ultimum expleta consulere sibi
met ipsos in presenti fortuna iusserunt. Hec postq̃ renuntiata
Legatio petellinis est tantus repente meror pauorq; senatũ cor
cepit. ut pars profugiendi qua quisq; posset ac deserendę urbis

auctores essent adiungendi se ceteris Brutiis ac per eos dedē
dos hannibali. Vicit tamen ea pars quę nihil raptim nec teme
re agendum consulendumq; de integro censuit. Relaxata poste
ro die per minorem trepidationem retinuerunt optimates ut cō
uectis omnibus ex agris urbem ac muros firmarent. Per idem fe
re tempus litere ex Sicilia sardiniaq; romam allatę. Priores ex
sicilia octacilii propretoris in senatu recitate sunt. L. furiū pre
torem cum classe ex affrica Lylibeum uenisse ipīmq; grauit' ictū
saucium in discrimine uitę esse ultimo, militię nauali b' sociis
neq; stipendium neq; frumentum ad diem dari neq; stipendium
neq; frumentum ad diem dari neq; unde detur esse magnope
re persuadere ut q̄ primum ea mittantur sibiq; si ita uideatur ex
nouis pretorib; successorem mittant. Eademq; ferm̄ d' stipendio
frumentoq; ab A. Cornelio Mammula propretore ex sardinia
scripta. Responsum utrisq; non esse unde mitteretur. Iussiq; ipī
classibus atq; exercitibus suis consulerent. Octacilius ad unicum
subsidium. P. R. hieronem legatos cum misisset in stipendium
quantū argenti opus fuit & sex mensium frumentum accepit.
Cornelio in sardinia ciuitates socię benignę contulerunt. Et ro
mę quoq; propter penuriam argenti triumuiri mensarij rogatio
ne Minucii Tr. pl. facti. L. Emilius qui cons. censorq; fuerat & M.
Attilius Regulus qui bis consul fuerat, Lucius Scribonius Libo. qui
tum Tri. pl. erat. Et duum uiri creati. M. & C. Attilius. edem con
cordię quam. L. Manlius pretor uouerat dedicauerunt. Et tres
pontifices creati. Q. Cecilius Metellus & Q. Fabius Maximus &
Q. Fabius Fuluius Flaccus in locum. P. Scatini demortui & L. Emi
lii pauli cons. & Q. Elipetii qui ceciderant pugna Cannensi. Cū
cetera quę continuis cladibus fortuna minuerat quantū con
siliis humanis assequi poterant patres explessent tandem se q̄q;
& solitudinem curię paucitatemq; conuenientium ad publicum
consilium respexerunt. Neq; enim post. L. Emilium & C. Flami
nium censores senatus electus fuerat. cum tantum senatorum

aduerſe pugne ad hoc ſui quenq; caſus per quinquennium aſſūp
ſiſſent. Cum de ea re. M. Emili pre. p dictatore poſt caſilinū amiſ
ſum profecto iam ad exercitum expoſcentibus cunctis retuliſſet
tum ſpuriuſ carulius cū longa oratione non ſolum inopiam
ſed paucitatem etiam ciuium ex quibus in patres legerentur con
queſtus eſſet. explendi ſenatus cauſa & uigendi artiuſ latum no
minis. cum pro magna re ſe ſuaderet dixiſſet. ut ex ſingulis
populiſ latinorum binis ſenatoribo quos patres romam cenſuiſ
ſent. ciuitas daretur. atq; inde mortuorum locum in ſenatum
ciuitatis legerentur. Eam ſententiam haud equis animis
q̄ ipſorum quondam poſtulatum latinorum patres audierunt.
Et cum fremitus indignantium tota curia eſſet & precipue ma
lius eſſe & nunc eius ſtirpiſ uirum diceret qui quondam in ca
pitolio conſul minatus eſſet. quem latinum in curia uidiſſet. cū
ſua manu ſe interfecturum. Q. Fabius Maximus. nunq̄ rei ullī
alie more tempore mentionem factam in ſenatu dicit. q̄ in cer
tam ſuſpenſos ſociorum animos incertamq; fidē tin. qd ī ſuper
ſollicitaret eos. eam unius hominis temerariam uocem. ſilentio
omnium extinguendam eſſe. Et ſiquid unq̄ archam ſancti ue
ad ſilendum in curia fuerit. id omnium maxime tegendum.
occulendum obliuiſcendum pro non dicto habendum ēē. Ita
eius rei oppreſſa mentio eſt. Dictatorem qui cenſor ante fuiſſet
uetuſtiſſimuſq; ex his qui uiuerent cenſor iſ eſſet. creari placuit
qui ſenatum legeret. Accuriq; C. Terentium ad dictatorem di
cendum iuſſerunt. Qui cum ex apulia relicto ibi preſidio ma
gnis uiribo romam reduſſet. & nocte. & nocte proxima. ut
moſ erat. M. Fabium Buteonem ex. S. C. ſine magiſtro equitū
dictatorem in ſex menſes dixit. Iſ ubi cū lictoribo in roſtra
aſcendit. Neq; duos dictatoreſ tempore uno quod nunq̄ ante
factum eſſet probare ſe dixit. Neq; dictatorem ſe ſine magiſtro
equitum nec cenſoriam uim per miſſam um. & idem iterum
nec dictatori miſi rei gerendē cā creato in ſex menſes datū ipe

rium que immoderata forſ tempus ac neceſſitas fecerunt. his ſe modum impoſiturum. Nam neq; ſenatu quenq̃ moturū ex his quos C. Flaminius. L. Æmilius cenſores in ſenatum legiſſent, tranſcribi tantum recitariq; eos iuſſurum. Nec penes unum hominem iudicium arbitriumq; de fama ac moribus ſenatoris fuerit. & ita inde mortuorū locum ſuffecturum. ut ordo ordini, non homo homini prelatus uideretur. Recitato uetere ſenatu inde primus in demortuorum locum legit qui poſt L. Æmilium. C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent. Nec dum in ſenatu lecti eſſent. ut quiſq; eorum ſenatus primus creatus erat, tum legit qui ediles. Tr. pl. Queſtores fuerant. Tum ex his qui magiſtratus cepiſſent qui ſpolia ex hoſte fixe domi haberent, aut tunicam romanam accepiſſent. Ita. C. Lxxvii cū ingenti approbatione hominum in ſenatu lecti, ex templo ſe magiſtratu abdicauit. priuatusq; de roſtris deſcendit. lictoribus abire uſſis. turbeq; ſe immiſcuit priuatas gentū res: tempuſ hoc ſedulo terens ne deducendi ſui cauſa populum de foro abduceret. Neq; tamen elanguit cura hominum, ea mora frequenteſq; eum domū deduxerunt. Conſul nocte inſequenti ad exercitum redit nō facto certiore ſenatu. ne comitiorum cauſa in urbe retineret.

Poſtero die conſultus a M. Pomponio pretore ſenatus decreuit dictatori ſcribendum uti ſi e re P. cenſeret eſſe ad conſules ſubrogandos ueniret cum magiſtro equitum & pretore. M. Marcello ut ex his preſentibo noſcere patres poſſent quo ſtatu res P. eſſet. conſiliaq; ex rebus caperent. Qui acciti erant omnes uenerunt relictis legatis qui legionibo preeſſent. Dictator de ſe pauca ac modice locutus in magiſtrum equitum. T. Sempronū gracchum magnam partem gloriæ uertit. comitiaq; edixit. Quibus L. Poſtumius abſens tertium quintum gallia prouinciam obtinebat. & T. Sempronius Gracchus qui tū magiſter equitum. & eo occurrerat. cons. crearentur. pretores inde creati. M. Valerius Leuinus Appius Claudius pulcher. Fuluius

Claudius Flaccus. M. Minutius q. Sceuola. Dictator creatis magistra
tibus teanum in hiberna ad exercitum redit relicto mag' equitum
Romę. qui cum post paucos dies magistratum inituruS esset de ex'
citibꝫ scribendis comparandisq; in annum patres consulerent. Cū
ęę res maxime agerentur: noua clades nuntiata aliam super aliam
cumulante in eum annum fortuna, Lucium postumium. cons.
designatum in Gallia ipsum atq; exercitum deletos. Silua erat
uasta litanam galli uocant qua exercitum traducturus erat. Eius
siluę dextra leuaq; circa uiam galli arbores ita inciderunt ut imo
te starent, momento leui impulsę deciderent. Legiones duas ro.
habebat postumius sociumq; ab supero mari tantum conscripserat
ut. xxv. m. armatorum in agros hostium induxisset. Galli ora ex
tremę siluę cum circūsedissent ubi intrauit agmen saltum tum
extremas arborum succissarum impellunt aliam in aliam instabi
lem per se ac male herentem incidentes ancipiti strage arma ui
ros, equos obruerunt ut uix. x. homines effugerent. Nam cū
exanimati pleriq; essent arborum truncis fragmentisq; ramorū
ceterā q'q; mltitudinem in opinato malo trepidam galli saltū oēm
armati circunsedentes interfecerunt, paucis e tanto numero
captis qui fluminis pontem petentes, obsesso ante ab hostibꝫ pon
te interclusi sunt. Ibi postumius omni ui ne caperetur occubuit.
S polia corporis caputq; precisum ducis, Boi ouantes templo quod
sanctissimum est apud eos intulerunt. Purgato inde capite ut mo'
est us caluam auro celauerunt. idq; sacrum uasis erat quo solen
nibꝫ libarent. poculumq; idem sacerdotis esse ac templi antistibus.
P reda quoq; haud minor gallis q̄ uictoria fuit. Nam & si magna
pars animalium strage siluę oppressa erat: tamen cętere res quia
nihil dissipatum fuga est, strate per omnem iacentis agminis or
dinem inuente sunt. ac nuntiata clade, cum per dies multos in
tanto pauore fuisset ciuitas ut tabernis clausis uelut nocturna
solitudine per urbem acta, senatus, edilibus negocium daret, ut ur
bem circūirent apeririq; tabernas, & mestitię publicę speciē urbi

demi iuberent. Tum T. Sempronius senatum habuit consolatq;
patres est & adortatus. Ne qui cannensi ruine non succubuissent
ad minores calamitates animos sumitterent. Quod ad carthaginē
ses hostes hannibalemq; attinet: prospera modo essent sicut spera
ret futura. Gallicum bellum & omitti tuto & differri posse ultionē
q; eam fraudis in deorum ac populi romani potestate fore. de ho
ste pęno exercitibusq; per quos id bellum gereretur consultandū
atq; agitandum. Ipse primum quid peditum equitumq; quid ciui
um quid sociorum in exercitu esset dictatori disserut. Tum mar
cellus suarum copiarum summam exposuit. Quid in apulia cū. C.
terentio cons. esset. a peritis quęsitum est duo ne consulares exer
citus satis firmam tantum bellum efficerent. imbat ratio. Ita q;
galliam quanq; stimulabat uastatio. omitti eo anno placuit. Exer
citus dictatoris consuli decretus est. De exercitu eos. o—iii ex
fuga cannensi esset. in sicilię castra duci. atq; ibi militare donec in
Italiā belli esset placuit. eodem exinde dictatoris legionibus reci
mi militem minimi in quenq; roboris nullo prestituto militię tempo
re. nisi quod legionum ex stipendio esset. Due legiones urbanę al
teri consuli qui in locum. L. postumi suffectus esset decrete sunt
eumq; cum primum salus auspicii erari posset placuit. Legiōes pre
terea duas primo quoq; tempore ex sicilia acciri atq; inde cons.
cui legiones urbanę euenissent militum summeret quantū op
esset. C. terentio cons. propagari in annum imperium. Neque
de eo exercitu quem ad presidium apulię haberet quicq; minui
Dum hęc in Italia geruntur apparāturq; nihilo segnius in hispania
bellum erat. sed ad eam diem magis prosperum romanis. P. & C N.
Scipiones inter se partitis copiis. ut C N. terra. P. mari nauibusq;
rem gereret. hasdrubal penorum imperator neutri parti uirtū
satis fidens procul ab hoste interuallo ac locis tutis tenebat se.
Quoad multum ac diu obtestanti quattuor mil. peditum & equites
quingenti in supplementum ex africa missi sunt. Tū ifecta rād spe
castra ppi hostē mouit. classemq; & ipse instruit paratq; iubet ad in

sulas maritimam oram tutandum. In ipso impetu mouendarum
de integro rerum perculit eum prefectorum nauium transitio
qui post classem ad hiberum per pauorem desertam grauiter in
crepiti, nunq̃ deinde satis fidi aut duci aut carthaginensiũ reb⁹
fuerant. Fecerant hi transfuge motum in carthesiorum gentem
desciuerantq; his auctorib⁹ urbes aliquot, una etiam ab ipsis ui cap
ta fuerat. In eam gentem uersum ab romanis bellum est in festoq;
exercitu hasdrubal ingressus agrum hostium pro captę ante dies
paucos urbis mœnibus chalbum nobilem carthesiorum ducẽ cũ
ualido exercitu castris se detinentem aggredi statuit. Premissa
igitur leui armatura quę eliceret hostis ad pugnam peditum par
tem ad depopulandum per agros passim dimisit, ut palantis exci
perent simul & ad castra tumultus erat & per agros fugaq; & cę
des deinde undiq; diuersis itineribus, cum in castra se recepissẽt
adeo repente decessit animis pauor ut non ad munimenta mo
do defendenda satis animorum esset, sed etiam ad lacessendum
hostem prelio. Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes
more suo: repentinaq; eorum audacia terrorem hosti paulo ãn
ultro lacessenti incussit. Itaq; & ipse hasdrubal in collem satis ar
duum, tutum flumine etiam obiecto: tum copias subducit & pre
missam leuem armaturam, equitesq; palatos eodem recepit. Nec
aut colli aut flumini satis fidẽs uallo castra permunit. In hoc
alterno pauore certamina aliquot sunt contracta: nec numi
da hispano eques par fuit. Nec iaculator maurus cetrato uelo
citate pari robore animi uiriumq; fuit aliquantum prestanti.
Postq̃ neq; elicere pęnum ad certamen obuersati castris poterãt
neq; castroꝝ oppugnatio facilis erat. urbem ascuam quo finis ho
stium ingrediens hasdrubal frumentum cõmeatusq; alios con
uexerat. ui capiunt omniq; circa agro potiuntur. Nec iam aut
in agmine aut in castris ullo imperio contineri. quam ubi ne
gligentiam ex re ut fit bene gesta oriri senserat hasdrubal co
hortatus milites ut palatos sine signis hostes aggrederentur,

digressus colle pergit ire acie instructa ad castra. Quem aut adeſſe tumultuoſe nuntiare fugientes ex ſpeculis ſtationibuſq; ad tulere ad arma conclamatum. Vt quiſq; arma ceperat ſine imperio ſine ſigno in compoſiti in ordinati in prelium ruunt. Iā p̄m conſeruerant manus cum alii cateruatim currerent alii nō dū e caſtris exiſſent tum primo ipſa audacia terruere hoſtē. Dein rari in confertos illati cum paucitas parum tuta eſſet reſpicere alii alios & undiq; pulſi coire in orbem. Et dum corporib⁹ applicantur arma q; armis iunguntur in arctum compulſi cum uix mouendis armis ſatis ſpatii eſſet corona militum cuncti ad multū diei ceduntur. Exigua pars eruptione facta ſiluas ac montes petit pariq; terrore & caſtra ſunt deſerta & uniuerſa gens poſtero die in deditionem uenit. Nec diu i pacato manſit nam ſubīde ab carthagine allatum eſt: ut haſdrubal primo quoq; tempore in italiam exercitum duceret, que uulgata reſ per hiſpaniam omnium fere animos ad romanos aduertit. Itaq; haſdrubal ex templo literas ad carthaginem mittit indicans quanto fama p fectionis ſue dampno fuiſſet. Si uero inde pergeret priuſq; hiberum tranſiret, romanorum hiſpaniam fore. Nam preterq; qd nec preſidium nec ducem haberet quem relinqueret proſe imperatores eſſe romanos, quibuſ uix equis uiribus reſiſti poſſit. Itaq; ſi ulla hiſpanie cura eſſet ſucceſſorem ſibi cum ualido exercitu mitterent, cui ſi omnia proſpere euenirent non tamen ociosam prouinciam fore. Ee literę q̄q̄ primo ad modum mouerunt ſe natum tamen quia Italie cura prior erat nihil de haſdrubale neq; de copiis eius mutatum eſt. Humilco cum exercitu uſto & aucta claſſe ad retinendam terram mareq; ac tuendam hiſpaniam eſt miſſus. qui ut pedeſtris naualiſq; copias tranſecit caſtra cōmunitis nauib⁹q; ſubductis & uallo circundatis cum equitib⁹ delectis ipſe quantum maxime accelerare poterat per dubioſ infeſtoſq; populos iuxta intentos ad haſdrubalem peruenit. Cum decreta ſenatus mandataq; expoſuiſſet atq; edidiſſet ipſe tunc

quem admodum tractandum bellum in hispania foret retro ī sua
castra redit nulla re q̄ celeritate tutior quod undiq; abierat añq̄ ppli
consentirent. Hasdrubal priusq̄ moueret castra pecunias imperat
omnibus populis suę dictionis satis gnarus hannibalem transitus
quosdam pretio mercatum. Nec auxilia gallica aliter q̄ conducta
habuisse inopem tantum iter ingressum uix penetraturum ad alpes
fuisse. Pecunus igitur raptim exactis: ad hiberum descendit. De
creta carthaginensium & hasdrubalis iter ubi ad romanos sunt per
lata omnibus omissis rebus ambo duces iunctis copiis ire obuiam
ceptis atq; obsistere parant. rati si hannibali uix per se ipsi tolerā
do italię hosti hasdrubal dux atq; hispaniensis exercitus esset iūct⁹
illis finem romani imperii fore. His anxii curis ad hiberum contra
hunt copias. & transito amne cum diu consulta essent utrū castra
castris conferrēt: an satis haberent socius carthaginensium oppugnā
dis morari ab itinere proposito hostem urbem a propinquo flumi
ne hiberam appellatam opulentissimam ea tempestate regionis
eius oppugnare parant. quod ubi sensit hasdrubal pro ope ferenda
socius pergit ire ipse ad urbem deditam nuper in fidem romanorū
oppugnandam. Ita iam cepta obsidio omissa a romanis est & in ipm
hasdrubalem uersum bellum. Quinq; milium interuallo castra distan
tia habuere. Paucos dies nec sine leuibus prelius nec ut in aciem exi
rent. Tandem uno eodemq; die uelut ex composito utrinq; signum
pugnę propositum est. atq; omnibꝫ copiis in campum descensum est.
T riplex stetit acies romana. Peditum pars inter ante signa locata: pars
post signa accepta. Equites cornua cinxere. hasdrubal mediā aciē
hispanis firmat. In cornibus dextro penos locat leuo afros mercen
nariorꝫq; auxilia equitum numidas penorum pedibꝫ ceteris afros
pro cornibus opponit. Nec omnes numidę in dextro locati cornu
sed quibus desultorum immodicum binos trahentibus equos, ī ter
acerrimā sepe pugnā ī rcētem equū ex fesso armatis trāsultare mos erat
T anta uelocitas ipsis tāq; docile equorum genus est. Cum hoc modo
instructi starent imperatorꝫ utriusq; partes haud ferme dispares

ſpes erant. Nam ne multum quidem aut numero aut genere mili
tum hi aut illi prestabant. Multos longe despar animus erat. Ro
manis enim quanq̃ procul a patria pugnarent facile persuaserat
duces pro Italia atq; urbe romana eos pugnare. Itaq; uelut quibus
reditus erat in patriam eo discrimine pugne uerteretur obstina
uerant animis uincere aut mori. Minus pertinaces utros habebat
altera acies. nam maxima pars hispani erant qui uinci in hispa
nia q̃ uictores in Italiam trahi malebant. Primo igitur concur su
cum uix pila conjecta essent retulit pedem media acies inferen
tibusq; se se magno impetu romanis tergа uertit. Nihilo segnius in
cornibus prelium fuit. Hinc penus hic afer urget. & uelut in circũ
uentos prelio anciputi pugnant. Sed cum medium tota iam cosset
romana acies satis uirium ad dimouenda hostium cornua habuit
I ta duo diuersa prelia erant utroq; romani ut qui pulsis tandem me
dius & numero & robore uirorum prestarent haud dubie supera
rent. Magna uis hominum ibi occisa & nisi hispani uix dum con
serto prelio tam effuse fugissent per pauci ex tota superfuissent
acie. Equestris pugna nulla ad modum fuit quia simul inclinatã
aciem mediam mauri numideq; uiderunt fuga effusa nuda cor
nua elephantis quoq; pre se actis deseruere. & hasdrubal usque ad
ultimum euentum pugne monitus e media cede cum pauci effu
git. Castra romani cepere atq; diripuere. Ea pugna siqua dubia his
pania erat romanis adiunxit hasdrubaliq; non modo in Italiã tra
ducendi exercitus sed ne manendi quidem satis tuto in hispania
spem reliquerat. Que postea q̃ literis Scipionum rome uulgata
sunt non tam uictorie q̃ prohibito hasdrubalis in Italiam transitu
letabantur. Dum hec in hispania geruntur. Petellia in Brutiis ali
quot post mensibꝫ q̃ cepta est oppugnari ab himilcone prefecto
hannibalis expugnata est multoq; sanguine ac uulneribꝫ ea pens
uictoria stetit. Nec ulla magis uis obsessos q̃ fames expugnauit. t
A busti enim frugum alimentis carnis q; omnis generis quadrupedũ
sutrineq; postremo corus herbisq; & radicibus & corticibus tenen

structisq; rohis uescebantur uiscereq;. Nec ante q̃ uires ad standum in
muris ferendaq; arma deerant expugnati sunt. Recepta petilia pe
nus ad cõsciẽtiam copias traducit, quam minus pertinaciter defẽsã
inter paucos dies, in deditionem accepit. Hisdem ferme diebus &
brutiorum exercitus. crotonem grecam urbem circũsedit opulẽ
tam quondam armis uirisq; iam multis magnisq; cladibus afflictã
ut omnis ętatis minus .xx. m. ciuiũ super essent. Itaq; urbe a de fen
soribus uastata facile potiti hostes sunt. Are tantum retentę iq̃b;
inter tumultum capte urbis captę urbis e media cede quidã effu
gere. Et locrenses desciuere ad Brutios penosq; prodita multitu
dine a principibus. Regini tantũmodo regionis eius & infide
erga romanos, & potestatis suę ad ultimum manserunt. In Sicilia
quoq; eadem inclinatio animorum peruenit. Et ne domus q̃dem
hieronis tota ab defectiõe abstinuit. Nanq; gelo maximus stirpis
contempta simul senectute patris, simul post cannensem cladem
romana societate, ad penos defecit. mouissetq; in Sicilia res nisi
mors adeo oportuna ut patrem quoq; suspicione aspergeret. armã
tem eum multitudinem sollicitantemq; socios asumpsisset. Hec
eo anno in Italia, in Africa in Sicilia in hispania uario euentu acta.

Exitu anni. Q. Fabius maximus a senatu postulauit, ut ędẽ Vene
ris Ericinę quã dictator uouisset, dedicari liceret. Senatus decre
uit. ut. T. Sempronius. cons. designatus. cum in bono augurio ma
gistratum inisset, ad populum ferret. Vt duũ uiros esse iuberet ędis
dedicande causa. & . M . Emilio lepido qui bis censor augurq; fue
rat filii tres. Lucius Marcus. Quintus ludos funebres per triduum
& gladiatorum paria duo & .xx. per triduum in foro dederunt
ędiles curules. C. Lentulus & .T. Sempronius Graccus Consul desi
gnati. qui iam ędilitate mag. equitum fuerant. ludos romanos
fecerant. qui per triduũ instaurati sunt. plebei ludi ędilium. M.
Aurelii cottę & . M . Claudii metelli ter instaurati sunt. Circũacto
tertio anno punici belli. Ti. Sempronius. cons. idibus martis ma
gistratum iniit. pretores Fuluius flaccus. qui antea cons. cẽsorq;

fuerat urbanam. M. Valerius Leuinus peregrinam sortem in iu
risdictione habuit. Appius claudius pulcher Siciliam. Q. Minu
tius Sceuola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello procōsulē īpe
rium esse populus iussit: quod post cannensem cladem unus roma
norum imperatorum in Italia prospere rem gessisset. Senatus quo
die primum est in capitolio consultus decreuit ut quo eo anno du
plex tributum imperaretur: simplex confestim exigeretur: ex quo
stipendium presens omnibꝫ militibus daretur: preterq̄ qui mili
tes ad cannas fuissent. Iñ de exercitibꝫ ita decretum est ut duabꝫ
legionibꝫ urbanis. Ti. Sempronius. cons. cales ad conueniendum
diem ediceret inde sex legiones in castra claudiana supra Sessu
lam deducerentur. Que ibi legiones essent erāt autem Cannēsis
maxime exercitus: eas Appius claudius pulcher pretor in Siciliā
traicerēt queq; in Sicilia essent romam deportarentur. Ad exer
citum cui ad conueniendum cales edicta dies erat. M. Marcellus
claudius missus, isq; iussꝫ i castra claudiana deducere urbanas legio
nes ad ueterem exercitum accipiendum deducendumq; in Sici
liam. T. Mecilius Croto legatus ab App. Claudio est missus. Taciti
primo expectauerant homines ut cons. comitia college creādo
hr̄et. Deinde ubi allegatum uelut de industria M. Marcellum ui
derunt: quem maxime cons. in eum annum ob egregie in pre
tura res gestas creari uolebant, fremitus in curia ortus. Quod
ubi sensit cōs utrūq; inquit e re P. fuit. P. C. & M. Claudium
ad permutandos exercitus in Campaniā proficisci & comitia
non prius edici q̄ is idem confecto quod mandatum est negocio
reuertisset, ut uos cons. quem tempus rei P. postularet quēq;
maxime uultis uultis haberetis. Ita de comitiis donec rediit ⁂
Marcellus silentium fuit. Interea duūuiri creati sunt. Q. Fabius
maximus & Accilius crassus. edibus dedicandis menti Accili⁹.
Fabius ueneri ericinæ utraq; in capitolio est canali uno de
crete et de .ccc. equitibꝫ Campanis qui in sicilia cum fide stipen
diis emeritis romam uenerant delatum ad populum ut ciues

romani essent. Item uti municipes cumani essent pridie q̃ popu
lus Campanus a. p. R. defecisset maxime ut hoc ferretur moue
rat. quod quorum hominum essent scire se ipsi negabant uetere
patria relicta in eam quam redierant non dum ad sciti. Postq̃ mar
cellus ad exercitum redit, comitia uni consuli rogando in locum
L. Postumii edicuntur. Creatũs ingenti consensu marcellus q ex
templo magistratum acciperet. Cui ineunti consulatum cum te
nuisset uocati augures uitio creatum uiderunt pronuntiauerũt.
volans quoq; patres ita fama ferebant quod tum primũ duo ple
bei cons. facti essent id deis credi cordi non esse. In locum mar
celli, ubi is se magistratu abdicauit suffectus fabius maximus
tertius. Mare arsit illo anno ad Sinuessam Baseculeum peperit
signa Lauinii ad Iunonis sospitę cruore manauẽ lapidibusq; cir
ca id templum pluit. Ob quem imbrem nouendiale ut assolet sacrũ
fuit cęteraq; prodigia cum cura expiata cons. exercitus inter se
diuiserunt. fabio exercitus tradi cui M. Junius dictator p̃fuerat
euenit Sempronio uolonesq; fierent & sociorum. xxv. M. Valerio
pretori legiones quę ex sicilia redissent decretę. M. Claudius
pro cons. ad eum exercitum qui supra Sessulam nolę presideret
missus. Prętores in Siciliam ac Sardiniam profecti cons. edixe
runt quotiens in senatum uocassent uti senatores quibusq; in sena
tu dicere sententiam liceret ad portam capenam conuenirent.
Pretores quorum iurisdictio erat tribuãlia ad disciplinam publi
cam posuerunt. Eo uadimonia fieri iusserunt. ubiq; eo anno ius
dictum est. Interim carthaginem unde mago frater hannibalis
xxii. m. peditum & equites. m. qngẽtos elephantos. xi. argenti ta
lenta multa in italiam transmissur erat cum presidio. Lx. nauiũ
longarum nuntius adfertur in hispaniam rem male gestam oms
q; ferme eius prouincię populos ad romanos defecisse. Erant
qui magonem cum classe ea copiisq; omissa italia in hispaniã auer
terant cum sardinię recipiendę repentina spes adfulsit paruũ ibi
exercitum r. esse ueterem. Pr. inde cornelium prouincię pe

ritum decedere nouum expectari ad hoc fessos iam animos sardoꝝ
esse diuturnitate imperii & proximo iis anno acerbe atq; auare im
peratum graui tributo & collatione iniqua frumenti pressos ni
hil deesse aliud q̃ auctorem ad quem deficerent. Hec clandestina
legatio per principes missa erat maxime eam rem molientes. Aus
picor equitum auctoritate atq; opibus longe primus erat. his nun
tiis prope uno tempore turbati erectiq; magonem cum classe sua
copiisq; in hispaniam mittunt. In sardiniam hasdrubalem deligũt
ducem & tantum ferme copiaꝝ quantum magoni decernũt. Et
romæ. conss transactis rebus quæ in urbe agendę erant mouebãt
sese iam ad bellum. Ti. Sempronius militibꝫ Sinuessam ad diem cõ
ueniendum edixit. Et. Q. Fabius consulto prius senatu ut frumen
ta omnes ex agris ante KL. Iunias primas in urbes munitas cõue
herent. qui non inuexissent eorum se agrum populaturum ser
uos sub hasta uenditurꝫ uillas incensurum. Nec pretoribꝫ quidẽ
qui ad ius dicendum creati erant uacatio a belli administratiõe
data est. Valerium. Pr. in Apuliam ire placuit ad exercitum a Te
rentio accipiendum. Cum ex Sicilia legiones uenissent. ius potissi
mum uti ad regionis eius presidium terentianum mitti cũ aliquo
legatoꝝ. I. XX. M. Valerio naue date sunt qbꝫ oram maritimam ĩter
brundusium ac tarentum tutari posset. Par nauium numerꝰ. Q.
Fuluio Pr. urbis decretus ad suburbana litora tutanda. C. Terẽ
tio proconsuli negocium datum ut in piceno agro conquisitiõem
militum haberet. locisq; his presidio esset. Et. T. Accilius crassus
postq̃ ædem mentis in capitolio dedicauit in Siciliam cum ĩperio
qui classi preesset missus. In hac dimicatione duorum opulentissi
morum in terris populorum omnes reges gentesq; animos inten
derant. Inter quos Philippus rex macedonum. Eo magis quod
propior Italię ac mari tantum Ionio discretus erat. Is ubi primũ
fama accepit hannibalem alpis trãsgressum ut bello inter roma
nos Penumq; orto. Letus erat ita ut utrius populi mallet uictoriã
esse. Incertis adhuc uiribꝫ fluctuatus animo fuerat. Postq̃ tertia

iam pugna tertia uictoria cum hannibale & penis erat ad fortu
nam inclinauit. legatosq ad hannibalem misit. qui uitantes por
tus Brundusinum tarentinumq qui a custodiis nauium romanorum
tenebantur ad Lacine Iunonis templū in terram egressi sunt. In
per Apuliam petentes Capuam media in presidia ro. illati sunt de
ductiq ad Valerium Leuinum Pr. circa Numeriam castra habē
tem. Ibi intrepide xenophannes legationis princeps a Philippo
rege se missum ait ad amicitiam societatemq iungendam cum
p. r. mandata habere ad cons. ac senatum. P. q. r. cum dolere in
ter defectiones ueterum sociorum. Noua societate tam clari regis
letus ad modum hostem pro hospite comiter accepit. datq pro
sequantur itinera cum cura demonstrēt. que loca quoq saltus
aut Romani aut hostes teneant. Xenophanes per presidia roma
na in campaniam, inde qua proximum fuit in castra hannibalis
peruenit. fedusq cum eo atq amicitiam iungit. legibus his: ut
Philippus rex q̄ maxima classe. cc. autem naues uidebatur effec
turus in italiam traiceret, & uastaret maritimam oram, bellum
pro parte sua terra mariq gereret. Vbi debellatum esset italia oīs
cum ipsa urbe roma carthaginensium atq hannibalis esset. p̄daq
omnis hannibali cederet. Perdomita italia nauigarent in greciā
bellumq cum quibus regibus placeret. que ciuitates continentis
quae insule ad macedoniam uergunt. ee Philippi regniq eius essent.
In has ferme leges inter penum ducem legatosq macedonum ictū
fedus, missisq cum his ad regis ipsius firmandam fidem legati gi
sco & Bostar & Mago. Eodem ad iunonis Lacinie ubi nauis occulta
in statione erat perueniunt. Inde profecti cum altum tenerent:
conspecti a classe romana sunt. que presidio erat calabrie litoribus.
Valerius. Q. Flaccus Corcyreos ad persequendam retrahendamq
nauem cum misissent. primo fugere remigiis conati. deinde ubi
celeritate uinci senserunt, tradunt se romanis. Et ad prefectum
classis adducti, cum quereret, qui & unde & quo tenderent cur
sum. Xenophanes primo satis iam semel felix mendacium stru

ere a Philippo se ad romanos missum ad M. Valerium ad quem
unum iter tutum fuerit peruenisse, campaniam superare nequisse.
septam hostium presidiis. Deinde ut punicus cultus habitusq; suspec
tos legatos fecit hannibalis. interrogatosq; sermo produit, tum co
mitibꝫ eorum seductis ac metu territis. litere quoq; ab hannibale
ad Philippum inuentę & pactę interregem macedonum penūq;
ducem. Quibus datis cognitis optimum uisum est captiuos comi
tesq; eorum romam ad senatum aut consules ubicunq; essent q̄ pri
mum deportare. Ad id celerrime .v. naues delecte ac .l. Valeri' an
tias preesset missus, eiq; mandatum ut in oīs nauis Legatos partim
custodiendos diuideret, daretq; operam ne quod iis colloquiū īter
se: neue cōmunicatio consilii esset. Peridē tp̄s romę cum aulus
Cornelius mammula ex sardinia prouincia decedens retulisset
qui status rerum in insula eēt ad bellum ad defectionem omnis spec
tare. Q. Minucium qui successisset sibi grauitate celi aquarumq;
aduenientem exceptum. non tam in periculosum q̄ longum mor
bum implicitum: diu ad belli uim sustinendam, in utilem fore:
exercitumq; ibi ut satis firmum pacatę prouincię presidem esse.
ita parum bello qd̄ motum iri uideretur. Decreuerunt patres. ut
Fuluius Flaccus .v. m. peditum .cccc. equites scriberet eamq; le
gionem primo quoq; tempore in sardiniam traiciendam curarꝫ
mitteretq; cum imperio quem ipsi uideretur qui rem gereret:
quod minutius conualuisset. Ad eam rem missus est T. Manlius
torquatus, qui bis. cons. censorq; fuerat. subegeratq; in consulatu
sardos. Sub idem fere tempus, & a carthagine in sardiniā classis
missa, duce hasdrubale: cui caluo cognomen erat fęda tempesta
te uexata ad Baleares insulas ducitur. Ibiq; adeo non armamēta
modo sed etiam aluei nauium quassati erant. subductę naues dū
reficiuntur aliquantum temporis triuerunt In italia cum post
cannensem pugnam tractis partis alterius uiribꝫ alterius mollitis
animis segnius bellum esset, campani per se adorti sunt rem cuma
nam suę dictionis facere primo sollicitantes ut ab romanis defi

cerent. Vbi id parum processit dolum ad capiendos eos comparant
campanis omnibus statutum sacrificium ad hamas. Eo senatū cāpa
num uenturum certiores cumanos fecerunt petieruntq; ut & cu
manus eo senatus ueniret ad consultandum cōmuniter ut eosdem
uterq; populus socios hostesq; haberet presidiumq; ibi armatum se
habituros: ne quid ab romanis noui periculi esset. Cumani q̄q̄ sus
pecta fraus erat nihil abnuere ita tegi fallax consilium posse rati.
Interim. Ti. Sempronius cons. romanus Sinuesse quoad conueni
dum diem edixerat exercitu lustrato transgressus flumen uoltur
num circa Liternum castra posuit. Ibi qua otiosa statiua erāt cre
bro decurrere milites cogebat ut tyrones ea maxima pars uolonū
erant: assuescerē signa sequi & in acie agnoscē ordiēs suos. Itq; que cō
cordie maxīe erat cura ducis. Itaq; legatis tribunisq; preceperat ne
qua exprobratio cui q̄ ueteris fortunae discordiam inter ordines
sereret. Vetus miles: tyroni liber uoloni sese exequare sineret oīs
satis honestos generososq; ducerent quibus arma sua signaq; P. R.
comisisset. Que fortuna coegisset ita fieri eandem cogeret tue
ri factum ea ne maiore cura precepta a ducibus sunt q̄ a militib;
obseruata. breuiq; tanta concordia coaluerant omnium animi ut
prope in obliuionem uenirēt qua ex conditione quisq; esset mile
factus. Hec agenti gracco legati cumani nuntiauerunt que a cā
panis legatio paucos ante dies uenisset. & quid iis ipsi respondissent.
Triduum post eum diem festum esse non senatum solum omnem ibi
futurum sed castra etiam & exercitum campanum. Graccus iussit
cumanis omnia ex agris in urbem conuehere & manere intra mu
ros. Ipse pridie q̄ statutum sacrificium campanis esset cumas mo
uet castra. Cume inde tria milia passuum absunt. Iam campani eo
frequentes ex composito conuenerant. Nec pcul in̄ in occulto ma
rius alpius edixit uti cui summus magistratus erat campanis cū
xiiii. m. militū habebat castra. his Sacrificio apparando & inter id in
struende fraudi aliquanto intentior q̄ muniendis castris aut illi mi
litari operi. Triduum sacrificatum ad hamas & nocturnum erat

at hamae

sacrum ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic gracchus
insidiandum tempori ratus, custodibꝫ ad portas positis nequis enū
tiare posset a sexta ad decimam diei horam coactis militibus cor
pora curare sonnoq; operam dare ut primis tenebris conuenire
ad signum possent. Vigilia ferme prima tolli iussit signa silentiq; t
profectus agmine cum ad hamas media nocte peruenisset castra
campana ut ī ꝑ uigilio neglecta simul omnibꝫ portis inuadit. Alios
sōno stratos alios perperato sacro inermis redeuntis obtruncat.
Hominum eo tumultu nocturno cesa plus .ii. m. cum ipso duce Ma
rio alpio capta sunt signa militaria .iiii. & xxx. Gracchus minus
.c. militum iactura castris hostium potitus cumas se propere recep̄
hannibalem metuens qui super capuam antifatis habebat castra
nec eum prouida uiri fefellit opinio. Nam simul capuam ea cla
des est nuntiata ratus hannibal ab re bene gesta insolenter letum
exercitum tironum magna ex parte seruorum spoliantem uictos
predasq; agentem ad hamas se inuenturum. citatum agmen preter
capuam rapit obuiosq; ex fuga campanoꝝ ꝑ duo p̄sidia. capuam du
ci saucios vehiculis tolli pōtariq; iubet. Ipse ad hamas uacua ab hostibꝫ
castra ipse ne quicq̄ preter recentis uestigia cedis strataq; passim
copora sociorum inuenit. Auctores erant quidam ut protinus in
cumas duceret. urbemq; oppugnaret. Id quanq̄ haud modice hann
bal cupiebat ut qui neapolim non potuerat cumas saltem mariti
mam urbem haberet tamen quia preter arma nihil secum miles rap
tim acto agmine extulerat retro in castra super tifata se recipit. In
fatigatus campanorum precibus sequenti die cum omni apparatu
oppugnande urbis cumas redit. Per populatoq; agro cumano mille
passus ab urbe castra locat. Tum Gracchus magis uerecundia ī tali
necessitate deserendi socios implorantis fidem suam populiq; Ro.
substitisset q̄ satis fidens exercitui. Nec alter cons. fabius qui ad
cales castra habebat vulturnum traducere audebat exercitū. occu
patus primo auspiciis repetendis rōm dīn prodigiis q̄ alia sup alia
nuntiabantur. Expiatiq; ea haud facile litari aruspices respōdebant

Eæ causæ cum Fabium tenerent. Sempronius in obsidione erat.
etiam operibus oppugnabatur. Aduersus ligneam ingentē ad
motam urbi aliam turrem ex ipso muro excitauit. cons. r. ali
quanto altiorem, quia muros satis per se altos subiectis ualidis
sublicius pro solo usus erat. Inde primum saxis sudibusq; & cæ
teris missilibus propugnatores mænia atq; urbem tuebantur.
Postremo ubi promoueri adiunctam muro uiderunt turrē
facibus ardentibus plurimum simul ignem coniecerunt. quo
incēdio trepida armatorum multitudo cum de turre se se pre
cipitaret eruptio ex oppido simul duabus portis fcā stationes ho
stium fudit. fugauitq; ī castra, ut eo die obsesso q̄ obsidenti si
milior esset penus. Ad. mil. cccc. carthaginensium cæsi. 7 in. xl.
uiui capti, qui circa muros, & in stationibus solute ac negligēter
agentes, cum nihil minus q̄ eruptionem timuissent, ex impro
uiso oppressi sunt. Gracchus prius q̄ se hostes ab repentino pauo
re colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros re
cepit. Postero die hannibal secūda re cons̄ elatum iusto prelio
ratus certaturum, aciem intra castra atq; urbem instruxit. Cæ
terum postq̄ neminem moueri ab solita custodia urbis uidit
nec cōmitti quicq̄ temerarię spei ad tifatam redit, infecta re.
Quibus diebus cumæ liberatę sunt obsidione. isdem diebus &
in Lucanis ad Grumentum. T. Sempronius cui longo cognom̄
erat cum hannone peno prospere pugnat. Supra duo. m. ho
minum occidit. Et. cc. Lxxx. milites amisit. Signa militaria
ad xli. cepit. Pulsus finibus Lucanis Haño retro in Brutios
se se recepit. & ex hirpinis oppida tria q̄ a po. ro defecerāt: ui re
cepta per M. Valerium. pr. Vercellium Siculum & auctores
defectionis securi percussit supra. L. captiuorum sub hasta uenie
rant, alia militi preda concessa exercitusq; cumam reductus.
Dum hæc in lucanis atq; hirpinis geruntur, quiq; naues, quę
macedonum atq; penorum captos Legatos Romam portabat. ab
supero mari ad inferum circumiectę, prope omnem italiæ orā

cum preter cumas uelis feruntur neq; hostium an sociorum
essent satis sciretur. Gracchus obuiam ex classe sua naues misit.
cum percontando inuicē cognitum esset cons. cumis esse naues
cumas appulse captiui ad cons. deducti & litere date. Consul
litteris philippi atq; hannibalis perlectis consignata omnia ad
senatum itinere terrestri misit. Cū eodē fere die litere legatiq;
romam uenissent & percunctatione facta dicta cum scriptis
congruerent primo grauis cura patres incessit cernentes quā
ta uix tolerantibus punicum bellum macedonici belli moles in
staret. Cui tamen adeo non succubuerūt. ut ex templo agitarē
tur quemadmodum ultro inferendo bello ab italia auerte
rent hostem. Captiuis in uincula conditis comitibusq; eorū sub
hasta uenditis ad naues .xxv. quibus P. Valerius Flaccus pre
fectus preerat .xx. paratis aliis decernunt. His comparatis de
ductisq; & additis .v. nauib'q̄ aduexerāt captiuos legatos. L. naue'
ab hostia Tarentum profecte iussusq; Valerius militibus varro
nianis quibus L. appius legatus Tarēti p̄erat ī naues impositis. Lii.
nauiū classe nō tueri mō Italie oram sed explorare de macedonio
bello si congruentia litteris legatorumq; inditiis philippi con
silia essent. ut M. Valerium pr. litteris certiorē facēt. hisq; L.
Apustio Legato exercitu imposito Tarentum ad classem profec
tus primoq; tempore in macedoniam transmitteretur daretq;
operam ut philippum in regno contineret. Pecuniam ad classē
tuendam bellumq; macedonicum ei decreta eāt que appio cl.
in Siciliam missa erat ut redderetur hieroni regi. Et hec p. L.
Apustium legatum Tarentum est deuecta simul ab hierone
missi .cc. modii tritici & hordei .c. Dum hec romani parant
aguntq; ad philippum captiua nauis una ex his que romā mis
se erant ex curuo refugit inde scitum legatos cum litteris cap
tos. Itaq; ignarus ex his que cum hannibale Legati sui conue
nissent quaeq; Legati eius ad se allaturi fuissent. Legationem
aliam cum eisdem mandatis mittit. Legati ad hannibalem

missi heraclytus cui Scotino cognomen erat. & Crito Boreus etis:
& Sositheus magnes. Hi prospere tulerunt ac retulerunt mãda
ta. Sed prius se estas circũ egit q̃ mouere ac moliri quicq̃ rex pos
set. Tantum nauis una capta cum legatis momenti fecit ad dila
tionem imminentis romanis belli. Et circa Capuam transgresso
volturnum fabio post expiata tandem prodigia ambo cons. rẽ
gerebant. combulteriam & trebulam & hausticulam urbes quæ
ad pœnum defecerant: fabius ui cepit presidiaq; in his hanniba
lis Campaniq; per multi capti. Et nolę sicut priore anno, senatus
romanorũ: plebs hannibalis erat. consiliaq; occulta de cęde prin
cipum & proditione urbis inibantur. Quibus ne incepta perficerẽt
inter capuam castraq; hannibalis quæ in tifatis erant, traducto
exercitu fabius super uesuuium in castris claudianis consedit.
Inde M. Marcellum propr. cum his copiis quas habebat nolam in
presidium misit. Et in sardinia res per. T. Manilium pr. ãmini
strari cęptæ quę omisse erant postq̃. Q. Minuti ꝑ. graui morbo ẽ
implicitus. Manilius nauibꝫ lõgis ad caralis subductis: naualibus
q; socus armatis, ut terra rem gereret: & a pr. exercitu accepto,
duo & xx. milia peditum. m. & cc. equites confecit. Cum his
equitum peditumq; copiis profectus in agrum hostium: haud ꝓ
cul ab harsicora castris castra posuit. harsicora forte profectus
erat in pellidos sardos, ad iuuentutem armandam qua copias au
geret. Filius nose hostis castris preerat. Is adolescentia ferox te
mere prelio inito: fusus fugatusq; ad. xxx. m. sardorum eo pre
lio cęsa. m. cccc. ferme uiui capti. Aliis exercitus primo ꝑ agros
siluasq; fuga palatus: deĩn quo ducem fugisse fama erat ad urbem
nomine cornũ caput eius regionis confugit. Debellatumq; eo ꝑlio
in sardinia esset: ni classis punica cum duce hasdrubale quæ tem
pestate deiecta ad Baleares erat in tempore ad spem rebellandi ad
uenisset. Manilius post famam appulsę punicę classis caralis se re
cepit. Ea occasio harsicore data est pęno se iungendi. hasdrubal
copiis in terram expositis, & classe remissa carthaginem duce har

sicora ad sociorum P. r. agrum populandum profectus caralis per
uenturus erat. ni Manlius obuio exercitu ab effusa eum populatio
ne continuisset. Primo castra castris modico interuallo sunt obiec
ta. deinceps procursationes. Leuia certamina, uario euentu inita.
Postremo descensum in aciem signis collatis iusto prelio per quattuor
horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem peni sardis facili uinci
assuetis fecerunt. Postremo & ipsi cum omnia circa strage ac fu
ga sardorum repleta essent fusi. Ceterum terga dantes circūduc
to cornu quo pepulerat sardos inclusit romanus. Cedes mag inde
q̄ pugna fuit. xii. m. hostium cesa sardorum simul penorumq; fer
me. iii. m. & m. cc. capti & signa militaria. vii. & xx. Ante omnia
claram & memorabilem pugnam fecit hasdrubal imperator cap
tus. & hanno & Mago nobiles carthaginenses. Mago ex gente Bar
china propinqua cognatione hannibali iunctus. hanno auctor
rebellionis sardis. belliq; eius haud dubie concitator. Nec sardoꝝ
duces minus noblē eā pugnam cladibus suis fecerunt. nam & filius
harsicore hostis in acie cecidit. & harsicora cum paucis equitibꝫ fu
giens ut super afflictas res necem quoq; filii audiuit nocte ne cuiusq̄
interuentus ceptū īpediret mortem sibi consciuit. Ceteris urbes
cornus eadem que ante fuge receptaculum fuit: quā Manlius uic
tor exercitu aggressus inter dies paucos recepit. deinde alie quoq;
ciuitates que ad harsicorā penosq; defecerant obsidibꝫ datis dedi
derunt sese. quibus stipendio frumentoq; imperato pro cuiusq; aut
iuribus aut delicto. Caralis exercitum reduxit. Ibi nauibꝫ longis
deductis impositoq; quem secum aduexerat milite romam naui
gat. sardiniamq; per domitam nuntiat patribꝫ & stipendium que
storibus frumentum edilibꝫ captiuosq; fuluio pr. tradit. Per idem
T. Octacilius pr. I. nauiū ab Lilybeo classe in Africam trasuectus de
populatusq; agrum Carthaginensem. cum sardiniam inde peteret
quo fama erat hasdrubalem Balearibꝫ nuper traiecisse classi Afri
cam repetēti occurrit. Leuiq; armatura certamine in alto cōmisso
vii. inde naues cum sociis naualibꝫ cepit. Ceteras metus haud secꝰ

q̃ tempestas disiecit. Per eosdem forte dies & Bomilcar cum militi
bus ad supplementũ Carthagiẽ missi xxxx elephantisq; cõmeatu
locros accessit. Quem ut in cautum opprimeret. App. Claudius per
simulationem prouinciæ circũeunde Messanam raptim exercitu
ducto æstu secũdo Locros traiecit. Iam inde Bomilcar ad hannonẽ
in Brutios profectus erat & Locrenses portas Romanis clauserũt.
Appius magno conatu nulla re gesta, Messanam repetit. Eadem æsta
te Marcellus ab nola quam presidio obtinebat crebras excursio
nes in agrum hyrpinum & Samnites caudinos fecit: adeoq; omĩa
ferro atq; igni uastauit, ut antiquarum Claduĩ Samnio memoriã
renouaret. Itaq; ex templo Legati ad hannibalem missi simul ex
utraq; gente: ita penum allocuti sunt. Hostes. p. r. hannibal fuim⁹
primum per nos ipsi quod nostra arma nostre uires nos tutari
poterant. Postq̃ his parum fidebamus, pyrrho regi nos adiunxi
mus. A quo relicti pacem necessariam accepimus, fuimusq; in ea
per annos prope. L. ad id tempus quo in Italiam uenisti, tua nos
non magis uirtus fortunaq; q̃ unica comitas ac benignitas erga
ciues nostros quos captos nobis remisisti ita conciliauit tibi: ut
te saluo atq; incolumi amico: non modo populum. r. sed ne deos
quidem iratos si dici fas est timeremus. At hercule non solũ in
columi & uictore: sed presente te comploratum prope coniugũ
ac liberoꝝ nostroꝝ exaudire. & flagrantia tecta posses conspicere.
Ita sumus aliquotiens hac æstate deuastati, ut M. Marcellus non
hannibal uicisse ad cannas uideatur: glorienturq; romani te ad
unum modo ictum uigentem uelut iaculo emisso torpere. Per an
nos prope. c. cum populo. r. bellum gessimus, nullo externo ad
iuti: nec duce nec exercitu, nisi quod per biennium Pyrrhus no
stro magis milite suas auxit uires, q̃ suis uiribꝫ nos defendit. Nõ
ego secundis rebus nostris gloriabor duos cons. ac duos consu
lares exercitus a nobis sub iugum missos & siquæ alia aut leta aut
mortifera aut gloriosa nobis euenerunt, quæ aspera aduersaq;
tunc acciderunt, minori indignatione referre possumus, q̃ quæ

hodie eueniunt. Magni dictatoris cum magistro equitum binis
consularibus exercitibꝫ ingrediebantur fines nostros ante explo
rato, & subsidiis positis & sub signis ad populandum ducebant.
nunc prope unius & parui ad tuendum nolam presidii preda su
mus. Iam ne manipulatum quidem sed latronum modo percur
sant totis finibꝫ nostris, negligentius q̃ si in romano uagarẽtur
agro. Causa autem hec est quod neq; tu defendis & nostra iuuẽ
tus que si domi esset tutaretur omnis subsignis militat tuꝰ. Nec
te nec exercitum tuum norim a quo tot acies romanas fusas
stratasq; esse sciam. & facile esse dicam opprimere, populatores
nostros uagos, sine signis palatos quo quẽq; trahit, q̃ uis uana pre
de spes. Numidarꝫ paucorum illi quidem preda erunt p̃siduiq;
missum nobis & nolę ademeris, si modo quos ut socios haberes
dignos duxisti: ad id ñ ĩdignos iudicas quos in fidem receptos
tuearis. Ad ea hannibal respondit, omnia simul facere hyrpi
nos samnitesq; & indicare clades suas. & petere presidium & q̃ri
indefensos se neglectosq;. Indicandum autem primum fuisse de
inde petendum presidium: postremo ni impetraretur tum de
nique querendum frustra opem imploratam. Exercitum se nõ
esse in agrum hyrpinum samnitemue ne & ipse oneri essent,
sed in proxima loca sociorum p.r. adducturum iis populãdis
& militem suum repleturum se & metu procul ab his sum̃otur
hostes. Quod ad bellum ro. attinẽt: si transymeni q̃ trebię, si can
narum q̃ transymeni pugna nobilior esset: cannarum se quoq;
memoriam obscuram maiore uictoria facturũ. Cum hoc respõ
so muneribusq; amplis legatos dimisit: ipse presidio modico re
licto in stifatis profectus cętero exercitu ire nolam pergit. Eo
dem hanno ex Brutiis cum supplemento carthagine aduecto,
atq; elephantis uenit, castris haud procul positis. Longe alia oĩa
inquirenti cõpta sunt, q̃ quę alegatis sociorum audierat. Nihil
enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunę, aut temere hosti cõ
missum dici posset. Explorato cum firmis presidiis tuto receptu

predatum erat. omnia q; uelut aduersus hannibalem presente cau
ta prouisaq; fuerunt. Tum ubi sensit hostem aduentare copias intra
menia tenuit. per muros ambulare senatores nolanos iussit. &
omnia circa explorare que apud hostes fierent. Ex his hanno cū
cum ad murum successisset. herennium bassum. & herum petiū
ad colloquium euocatos. permissuq; marcelli egressos per interpre
tem alloquitur. hannibalis uirtutem. fortunam q; extollit. p. r.
obtegit senescentem cum uiribus maiestatem. Que si paria essēt
ut quondam fuissent. tamen experti q̄ graue romanum impium
socijs. quanta indulgentia hannibalis etiam in captiuos omni' fuis
set. italici nominis fuisset. punicam romane societatem atq; amicitiā
preoptandam esse. Si ambo cons. cum suis exercitibus ad nolā eēnt
tamen non magis pares hannibali futuros q̄ ad cannas fuissent.
Ne dum pr. unus cum pauceis & nouis militibus nolam tutari possit.
Ipsorum q̄ hannibalis interesse. capta an tradita nola potiretur.
Poturum enim ut capuam nuceriam q; potius esset. Sed quid in
ter capue. nuceriq; fortunam interesset. ipsos prope in medio si
tos nolanos scire. Nolle omnia que capte urbi censura foret. sed
potius spondere. si Marcellum cū plidio ac nolam tradidissent.
neminem aliū q̄ ipsos legem qua in societatem amicitiāq; hāni
balis uenirent dicturos. Ad ea herennius bassius respondit mul-
tos annos iam inter romanum. nolanumq; populum amicam
esse. cuius neutros ad eam diem penitē & sibi si cum fortuna mu
tanda fides fuerat. sero iam esse mutare eam. dedituris sē hānibli
non fuisse arcessendum romanum presidium. cum iis qui ad se se
tuendos uenisset. omnia sibi & esse consociata & ad ultimū fore.
Hoc colloquium abstulit spem hannibali per proditionem reci
piendę nolę. itaq; oppidum corona circūdedit. ut simul abomi
parte menia aggrederetur. Quē ut successisse muris marcellus audit
instructa intra portam acie cum magno tumultu erupit. Aliquot
primo impetu perculsi cęsiq; sunt. dein concursu ad pugnam facto
æquatisq; uiribus atroxe esse cepit pugna. Memorabilisq; inter pauca

fuisset: ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes
eo die cōmisso modico certamine atq; irritatis animis in urbem ro
manam pēm in castra sese receperunt. Tamen penorum prima erup
tione perculsi ceciderunt haud plusq̄ triginta romanorum nullo
l imber continens per noctem totam usq; ad horam tertiam diei in
sequentis tenuit. Itaq; quanq̄ utraq; pars auida certaminis erat eo
die tamen tenuerunt sese in munimentis. Tertio die hannibal par
tem copiarum predatum in agrum nolanum misit. Quod ubi aīad
uertit Marcellus ex templo in aciem copias eduxit. Neq; hannibal
detractauit. Mille fere passuum inter urbem erant castraq; eo spa
tio & sunt omnia campi circa nolam concurrerunt. Clamor ex par
te utraq; sublatus proximos ex cohortibus hisq̄ in agros predatū
exierant ad prelium tam cōmissum reuocauit. Et Nolani aciem
romanam auxerunt. Quibus collaudatis marcellus in subsidiis
stare iubet & saucios efferri pugna abstinerent nisi ab se signu
accepissent. Prelium erat anceps summa ui & duces hortabantur
& milites pugnabant. Marcellus uictis ante diem tertium fuga
tisq; aīn paucos dies a cunis pulsis priore anno a nola abse duce
milite alio instare iubet non omnes esse in acie predantis vaga
ri in agro. Sed qui pugnent marcere campana luxuria uino scor
tis omnibusq; lustris per totam hiemem confectos abisse illā uim
uigoremq; delapsa esse robora corpoz animorumq; quibus pyre
nei alpiumq; superata sint iuga reliquias illorum uirorum uix
armata membra q; sustinentis pugnare. Capuam hannibali can
nas fuisse ibi uirtutem bellicam ibi militarem disciplinam ibi
militarem disciplinam ibi preteriti temporis famam ibi spē fu
turi extinctam. Cum hec exprobrando hosti marcellus suorum
militum animos erigeret. hannibal multo grauioribus probris
increpabat. Arma signaq; eadem se noscere que ad trebiam tra
symenumq; postremo ad cannas uiderit habueritq; Milite alio
profecto se in hyberna capuam duxisse alium inde eduxisse lega
tum ne romanum & legionis unius atq; ale magno certamine uix

toleratis pugnam, quos bine acies consulares nunq̄ sustinuerunt.
Marcellus tirone milite ac nolanis subsidiis fultus nos iam iterū
lacessit. Vbi ille meus miles est qui erepto ex equo. G. Flaminio cōs.
caput abstulit, ū q. L. Paulum ad cannas occidit. Ferrum non hēt
an dextrę torpent. an quid prodigii est aliud, qui pauci plures uin
cere soliti estis, nunc paucis plures uix r̄sistitis. Romam uos expu
gnaturos siquis duceret, forte linguam iactabitis. Enim minor
res est hic. Experiri uim uirtutemq; uolo. Expugnate nolam cam
pestrem urbem, non flumine non mari septam. Hinc uos ex tam +
opulenta urbe preda spoliisq; onustos, uel ducam quo uoletis uel se
quar. Nec bene nec maledicta profuer̄ ad confirmandos animos. Cū
omni parte pellerentur, romanisq; crescerent animi, non modo du
ce solum adhortantes, sed Nolanis etiam per clamorem fauoris
indicem accēdentibꝫ ardorem pugnę, terga pęni dederunt atque
in castra compulsi sunt. Quę oppugnare cupientes milites romanos
Marcellus Nolam reduxit, cum magno gaudio & gratulatiōe ēt
plebis quę ante inclinatior ad penos fuerat. Hostium mille cęsi
uel eo die uiui capti Mille. d c. & signa militaria. xx. & duo
elephanti quattuor in acie occisi. Romanorū minus mille inter
fecti. Posterum diem indutiis datis sepelliendo utrq; suos cęsos
in acie consumpserunt. Spolia hostium Marcellus uulcano uotū
cremauit. Tertio post die, ob iram credo aliquam, aut spem libera
lioris militię mille. cc. lxxii. equites mixti Numidę hispaniq;
ad Marcellum transfugerunt, eorum forti fideliq; opera, in eo
bello usi sunt sępe romani. Ager hispanis in hispania & Numidis
in Africa post bellum uirtutis causa locus datus est. Hannibal ab
nola remisso in Brutios Annone cū qbus uenerat copiis ipse apu
lię hiberna petit, circaq; arpos consedit. Q. Fabius ut profectum
in Apuliam hannibalem audiuit, frumento ab nola Neapoliq;
in ea castra conuecto, quę super suessulam erant, munimentisq;
firmatis & presidio quod per hiberna ad petendum locum satis
esset relicto, ipse Capuam propius mouit castra. Agrumq; campa

num ferro igniq; est depopulatus. donec coacti sunt campani nihil
ad modum menibus suis fidentes egredi portis & castra ante ur
bem in aperto cōmunire. vi. mil. armatorum habebant peditem
imbellem equitatu plus poterant. Itaq; equestribus prelius lacesse
bant hostem. Inter multos nobiles equites Campanus acerrimus
erat Iubeli' cognomine taurea: ciui' ibidem erat longe omnium
campanorum fortissimus eques, adeo ut cum apud romanos mi
litaret, unus eum Romanus Claudius asellus gloria equestri æqua
ret. hic Taurea cum diu perlustrans oculis ob equitasset hostium
turmis, tandem facto silentio, ubi esset. cl. Asellus quæsiuit. Et
quoniam uerbis secum de uirtute ambigere solitus esset: cur nō
ferro decerneret, daretq; opima spolia uictus: aut uictor caperet.
H æc ubi asello sunt nuntiata in castra, id modo moratus ut cōsulem
percontaretur, liceret ne extra ordinem in prouocantem hostē
pugnare permissu eius arma extemplo cæpit. Prouectoq; ante sta
tiones equo: tauream nomine compellauit. congrediq; ubi uellet
iussit. Iam romani ad spectaculum pugnę eius frequentes exierāt
& Campani non uallum modo castrorum, sed menia etiam urbis
prospectantes repleuerunt. Cum iam ante ferocibꝫ dictis rem no
bilitassēt, infestis hastis concitarunt equos. Deinde libero spatio
inter se ludificantes, sine uulnere pugnam extrahebant. Tum cā
panu' romano, equorum inquit hoc non equitum erat certamen.
N isi e campo in cauam hanc uiam dimittimus. Ibi nullo ad euagan
dum spatio, cominus conserēretur manus. Dicto prope citius equū
in uiam Claud' deiecit Taurea uerbis ferocior q̄ re nomine scis
quit cantherium in fossam, quę uox in rusticum inde prouerbiū
prodita. cl. cum ex uia longius perequitasset: quia nullo obuio
hoste in campum rursus euectus esse increpans ignauiam hostis.
cum magno gaudio & gratulatione uictor in castra redit. Huic
pugnę equestri rem eius ætatis cōmunis certe existimatio est,
mirabilem certe addiciunt quidam annales, cum refugientē ad
urbem Tauream. cl. sequeretur, patenti hostium porte inuectū.

per alteram stupentibꝫ miraculo hostibꝫ intactum euasisse. Quie
ta inde statiua fuere ac retro etiam. cons. mouit castra: ut semen
tem campani facerent. Nec ante uiolauit agrum campanum. q̄
iam alte in segetibꝫ herbę, pabula prebere poterant. Id conuexit
in claudiana castra super suessulam ibiq; ædificauit hiberna. M.
Claudio pro cons. imperauit ut retento nolę necessario ad tuēdā
urbem presidio cęteros milites dimitteret romam. ne oneri sociis
& suptui rei p. essent. et. Ti. Gracchus a cumis Luceriam in apuliā
legiones cum duxisset. M. Valerium inde. pr. Brundusium cum
eo quem Luceriæ habuerat exercitu misit. tueriq; oram agri salen
tini, & prouidere quod ad philippum bellumq; macedonicum atti
neret iussit. Exitu æstatis eius qua hæc gesta per scripsimus litte
rę a. P. & Cn. Scipionibus uenerunt quantas: q̄q; prosperas in his
pania res gessissent. sed pecuniam in his stipendium uestimentaq;
& frumentum exercitui & sociis naualibꝫ omnia deesse. Quod ad
stipendium attineat si erarium inops esset se aliquam rationē ini
turos quomodo ab hispanis sumant cętera utiq; ab Roma mitten
da esse nec aliter aut exercitum aut prouinciam obtineri posse.
Litteris recitatis nemo omnium erat qui nec uera scribi & postula
ri æqua fateretur. Sed occurrebat animis quantos exercitus ter
restris naualisq; tuerentur: quantaq; noua classis mox parāda
esset si bellum Macedonicum moueretur. Siciliam ac sardiniā
quæ ante bellum uectigales fuissent uix presides prouinciarū
exercitus alere. Tributo sumptus suppeditari. Eum ipsum tribu
tum conferentium numerum tantis exercituum stragibꝫ & ad
transymenum lacum & ad Cannas īminutum. Qui superessent
pauci si d̄ multiplici grauarentur stipendio alia perituros peste.
Itaq; n̄ fid̄ staret r. p. opibꝫ non staturam. Prodeundū in cōtionē
Fuluio. pr. esse indicandas populo publicas necessitates cohortā
dosq; qui redempturis auxissent patrimonia ut rei p. ex qua
creuissent tempus commodarent conducerentq; ex lege prebē
da quæ ad exercitum hispaniensem opus essent, ut cum pecunia

in erario

in erario esset us primis solueretur. Hec pr. in contione edixit qua die
uestimenta frumentum hispaniensi exercitui prebenda queq; alia
opus essent nauialibus socius esset locaturus. Vbi ea dies uenit ad con
ducendum tres societates aderant hominum unde xx. quorum
duo postulata fuere. Vnum uti Tarentum in eo publico esset. alter
ut que nauibus imposuissent ad hostium pericula tempestatisq; in
publico essent. Vtroq; impetrato conduxerunt priuataq; pecunia
res. p. administrata. hi mores: eaq; caritas patrie per omnes or
dines uelut tenore uno pertinebat. Quem admodum conducta oia
magno animo sunt sic summa fide prebita nec quicq̃ desidatũ: ac si
ex opulento erario ut quondam alerentur. Cum hi cõmeatus uene
runt. iliturci oppidum ab hasdrubale ac Magone & hamilcare Bo
milcaris filio ob defectionem ad Romanos oppugnabatur. Inter hec
trina castra hostium, Scipiones cum in urbem sociorum magno cer
tamine ac strage obsistentium peruenissent, frumentum cuius in
opia erat aduexerunt. cohortatiq; oppidanos ut eodem animo me
tutarentur, quo pro se pugnantem romanum exercitum uidissẽt,
ad castra maxima oppugnanda quibꝫ hasdrubal preerat ducunt.
Eodem & duces & duo exercitus carthaginenses, ibi rem summam
agi cernentes: conuenerunt. Itaq; eruptione e castris pugnatũ est
Lx. hostium milia eo die in pugna fuerunt. xvi. circa romanis.
Tamen adeo haud dubia uictoria fuit, ut plures numero q̃ ipi erat
romani, hostium occiderunt. ceperunt amplius tria milia homi
num paulominus equorum. iiii. & Lx. militaria signa elephantis
v. in prelio occisis, trinisq; castris eo die potiti sunt. Iliturco obsidi
one liberato ad incibili oppugnandum punici exercitus traducti
suppletis copiis ex prouincia ut que maxime omnium belli auida
modo preda aut merces esset, & tum iuuenta abundante. Iterum
signis collatis eadem fortuna utriusq; partis pugnatum. Supra xiii.
milia hostium cesa supraq; quinq; capta cum signis duobus & Lx
viiii. elephantis. Tum uero omnes prope hispanie populi ad roma
nos defecerunt, multoq; maiores ea estate ĩ hispaĩa q̃ ĩ Italia res geste:

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO. L. IIII.

VT EX CAMPANIA in Brutios reditum est: hanno adiutoribus & ducibus Brutiis grecas urbes temptauit eo facilius in societate manentes romana, quod Brutios quos & oderant & metuebant, carthaginensium partis factos cernebant. Regium primum temptatum est, diesq; aliquot ibi ne quicq̃ adsumpti. Itaq; locrenses frumentum lignaq; & cetera necessaria usibus ex agris in urbem rapere, et nequid relictum prede hostibus esset, & in dies maior omnibus portis multitudo effundi. Postremo hoc modo relicti in urbe erant, qui reficẽ muros ac portas telaq; in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam omnium ętatum ordinumq; multitudinem, & uagantem in agris magna ex parte inermem: hamilcar pęnus equites emisit. Qui uiolare quenq̃ uetiti, tantum ut educerent ab urbe fuga dissipatos, turmas obiecẽ. Dux ipse loco superiore castra ponit: uñ agros urbẽq; possit conspicere. Brutiorum cohortem adire muros, atq; uocare principes locrensium ad conloquium iussit, & pollicentes amicitiam hannibalis: ad hortari ad urbem tradendam Brutiis in colloquio nullius rei primo fides est: deinde ut pęnus apparuit in collib9, & refugientes pauci, aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse, asserebant, tum metu uicti consulturos se populum responderunt. Aduocataq; ex templo contione, cũ & leuissimus quisq; nouas res nouamq; societatem mallent, & quoꝝ propinqui extra urbem interclusi ab hostib9 erant, uelut obsidib9 datis pignoratos haberent animos: pauci magis tacici probarent constantem fidem, q̃ probatam tueri auderent, haud dubio in spe

ciem consensu fit ad penos seditio. L. Attilio prefecto presidij qui q
milites cum eo romani erant clam in portum deductis, atq impo
sitis in nauibus ut regium deueherentur. hamilcarem penos q ea
conditione ut fedus ex templo equis legibus fieret in urbem accepe
runt. Cuius rei prope non seruata fides deditis est. cum penus dolo
dimissum pr. romanum incusaret. locrenses profugisse ipsum cau
sarētur. Insecuti etiam equites sunt. siquo casu in freto estus mora
ri, aut deferre naues in terram posset. Et eos quidem quos sequeban
tur, non sunt adepti: alias a messana traicientis freto regium con
spexerunt. Milites erant romani a claudio pr. missi ad obtinē
dam urbem presidio. Itaq regio ex templo abscessum est. Locren
sibus iussu hannibalis data pax. ut legibus suis liberi uiuerent. Vrbs
pariter & penis portus in potestatem locrensium esset societas eo
iure staret, ut penus locrensem, Locrensis q penum pace ab ac
bello iuuaret. Sic a freto peni reducti, frementibus Brutiis quod
regium ac locros quas urbes direpturos se destinauerant in tac
tas reliquissent. Itaq per se ipsi conscriptis armatisq iuuentutis
sue milibus xv. ad Crotonem oppugnandum pergunt ire grecā
& ipsam urbem & maritimam plurimum accessurum opibus. si in
ora maris urbem ac portum in enibus ualidam tenuissent credē
tes ea cura agebant, quod neq non arcessere ad auxilium penos
satis audebant, nequid non pro sociis egisse uiderentur. & si penus
rursus magis arbiter pacis, q̄ adiutor belli fuissent ne in libertatē
Crotonis sicut ante Locrorum frustra pugnaretur. Itaq optimū
uisum est ad hannibalem mitti legatos, caueriq ab eo ut recept⁹
croto brutiorum esset. Hannibal cum presentium eam consulta
tionem esse respondisset: ad hannonem eos reiecisset: ab hanno
ne nihil certi allatum, nec eo diripi uolebant nobilem atq opu
lentam urbem, & sperabant cum Bruti⁹ oppugnaret, penos nec
probare, nec iuuare eam oppugnationem appareret: eo maturi⁹
ad se defecturos crotones. Nec consilium unum inter populares
nec uoluntas erat ullius uelut morbus inuaserat omnes italie

ciuitates. ut plebes ab optimatibꝫ dissentirent. senatus romanis faue
ret. & plebs ad penos retraheret. Eam dissensionē in urbe nuntiat
perfuga qs Brutiis aristomachum esse principem plebis traden
dumq; auctorem urbis & in uasta urbe lateq; omnibꝫ disiecti me
nibus partitas stationes custodiasq; senatoꝝ esse quacunq; custo
diant homines plebis eis patere aditum. Auctore aut duce perfu
ga. Brutii corona cinxerunt urbem. acceptiq; a plebe primo īpetu:
locos ōs preter arcem cepere. Arcem optimates tenebant preparato
iam ante ad talem casum perfugio. Eodem aristomachus perfugit
tanq̄ penus non Brutus auctor urbis tradende fuisset. Vrbs Croto
murum in circuitu patentem duodecim milia passuum habuit an̄
Pyrrhi in Italiam aduentum. Post uastitatem eo bello factam uix
pars dimidia habitabatur. Flumen quod medio oppido fluxerat
extra frequentia tectis loca preterfluebat. & ager procul ēs q̄ inha
bitabātur sex milia aberat. In urbe nobile templum ipsa urbe erat no
bilius: Lacinie iunonis. sanctum omnibꝫ circa populis. locus ibi fre
quenti silua & proceris abiectis arboribus septus. Leta in medio pas
cua habuit. ubi omnis generis sacrum dee pascebatur pecus & sin̄ ullo
pastore separatumq; egressi cuiusq; gen̄is ḡge Nocte remeabant ad sta
bula. Nunq̄ insidiis ferarum non fraude uiolati hominum. Magni
igitur fructus ex eo pecore capti columpnaq; inde aurea solida facta
& sacrata est. inclitumq; templum diuitiis etiam non tantum sācti
tate fuit. Ad miracula aliqua affiguntur plerunq; tam insignibus
locis. fama est aram esse in uestibulo templi. cuius cinerem nullus
unq̄ mouet uentus. & agros Crotōis una parte imminens mari.

al arx

Alt a uergentem in agrum situ tantum naturali quodam munita.
postea & muro cincta. qua per aduersas rupes ab Dionisio Sicilie Ty
ranno per dolum fuerat capta. eā tum arcem satis ut uidebatur tutā.
Crotoniatum optimates tenebant. circūsedente cum Brutiis eos
etiam plebe sua. Postremo Brutii cum suis uiribꝫ inexpugrabilē
uiderent arcem coacti necessitate hannonis auxilium implorāt.
Is conditionibꝫ ad deditionem compellere Crotoniates conatus. ut

Coloniam Brutiorum eo deduci antiquamq; frequentiam eo rece
pere uastam ac desertam bellis urbem paterentur. Omnium nemi
nem preter aristomachum mouit. Morituros se affirmabant ci
tius q̄ immixti Brutus in alienos ritus mores legesq; ac mox
lingua etiam uerterentur. Aristomachus quando nec suadendo
ad deditionem satis ualebat. Nec sicut urbem prodiderat, locum
prodende arcis inueniebat tranfugit ad hannonem. Locrenses
breui post legati cum permissu hannonis arcem intrassent, per
suadent ut traduci se in Locros paterentur. nec ultima experi
ri uellent. Iam hoc ut sibi liceret impetrauerant & ab hannibale
missis ad id ipsum tum legatis, ita Crotonem excessum est. Deduc
tiq; Crotoniate ad mare, naues conscendunt. Locros omnis multi
tudo abeunt. In Apulia ne hyemps quidem quieta inter romanos
atq; hannibalem erat. Lucerie sēproni⁹ cons. hannibal haud procul
arpis hibernabat. Inter eos leuia prelia ex occasione aut oportuni
tate huius aut illius partis oriebantur. meliorq; eis Romanus &
in dies cautior tutiorq; ab insidiis fiebat. In Sicilia romanis omnia
mutauerat mors hieronis regnumq; ad hieronymum nepotem
eius translatum puerum uix dum libertatem, ne dum dominatio
nem modice laturum ætatis. Id ingenium tutores atq; amici ad
precipitandum in omnia uitia acceperunt. Quæ ita futura cer
nens hiero ultima senecta uoluisse dicitur liberas siracusas relin
quere, ne sub dominatu puerili per ludibrium bonis artibꝫ partum
firmatumq; interiret regnum. huic consilio eius summa ope obsti
tere filię nomen regium penes puerum futurum ratę. Regimen
rerum omnium penes se uirosq; suos andronodorꝫ ⁊ zoliū q̄ tutorū
primi r̄liquebāt. Nō facile erat noāgesimū iā agenti annū circunsesso
dies noctesq; mulieribꝫq; blāditiis liberare aīum & cōuertē ad publi
cā p̄uatāq; curā. Itaq; tutores mō. xv. puero reliqt: quos p̄cat⁹ ē moriēs
ut fidem erga populum ro. l. annos ab se cultam inuiolatam ser
uarent: iuuenemq; suis potissimū uestigiis insistere uellent & disci
plinę in qua edoct⁹ esset. Post hęc mandata cum expirasset tutores

testamento prolato pueroq; in contionem producto erat autem
xv. tum ferme annorum paucis qui per contionem ad excitan
dos clamores dispositi erant approbantibus testamentum ceteris
uelut patre amisso in orba ciuitate omnia timentibus. Funus fit
regium magis amore ciuium & caritate q̄ cura suorum celebre.
Deinde ceteros tutores summouet Andronodorus iuuenem iam
esse dictitans hieronymum ac regni potentem deponendoque
tutelam ipse que cum plurimis communis erat: in se unū omniū
uires conuertit Vix quidem ulli bono moderatoq; regi facilius
erat fauor apud siracusanos succedenti tanta caritate hieronis.
Verum enim uero hieronymus uelut suis uitiis desiderabilē effi
cere uellet alium primo statim conspectu omnia q̄ disparia essēt
ostendit. Nam qui per tot annos hieronem filiumq; eius Gelio
nem nec uestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ciuibus
ceteris uidissent & conspexere purpuram ac diadema ac satel
lites armatos quadrigisq; etiam alborum equorum interdum ex
regia procedentem more Dionysii tyranni. Hunc tam super
bum apparatum habitumq; conuenientes seq̄bāt mores: contēp
tus omnium hominum: superbe aures: contumeliosa dicta adi
tus non alienis modo sed nec tutoribus et libidines noue in hu
mana crudelitas. Itaq; tantus omnis terror inuaserat ut q̄dā
ex tutoribus aut morte uoluntaria aut fuga preuerterent me
tum suppliciorum. Tres ex iis quibus solis aditus in domum fami
liarior erat Andranodorus, & zoilus generi hieronis & Tra
so quidam: de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur
tendentes aut duo ad Carthaginenses, Traso ad societatem ro
manam, certamine ac studiis interdum in se conuertebant
animum adolescentium coniuratio in tyranni caput fcā. Indi
catur per callonem quendam equalem hieronymi: & inde a
puero in omnia familiaria iura assuetum. Index unum ex
coniuratis theodorum a quo ipse appellatus erat nominare
potuit. qui comprehensus ex templo traditusq; Andronodoro

de se ipse conscios haud cunctanter fassus celabat. Postremo cũ
omnibꝫ intolerandis patientiæ humanę cruciatibꝫ laceraretur
uictum malis se simulans, auertit a consciis insontes inditiũ tra
sonem esse auctorem consilii mentitus. Nec nisi tam potenti du
ce confisos rem tantam ausuros, ablatẽ in eos noĩat tyrãnũ q̃ꝝ capi
ta uilissima fingenti inter dolores gemitusq; occurrere maxime
animo tyranni credibile inditium traso nominatus fecit. Itaq;
ex templo traditur ad supplicium. Adiectiq; pęnę cæteri iuxta
insontes, consociorum nemo cum diu socius consilii torquere
tur, aut latuit aut fugit. Tantum illis in uirtute ac fide theodori
fuit fiducię: tantũq; ipsi theodoto uirium ad arcana occultãdũ.
Itaq; quod unum uinculum cum romanis societatis erat: Trhaso
ne sublato emedio ex templo haud dubie ad defectionem res spec
tabat: Legatiq; ad hannibalem missi: ac remissi ab eo cum hanni
bale nobili adolescentulo hippocrates & epicides nati carthagi
sed oriundi a siracusis: exule auo, pęni ipsi materno genere. Per
hos iũcta societas hannibali ac siracusano tyranno. Nec inuito
hannibale apud tyrannum manserunt. appius cl. pr. cui⁹ sici
lia prouincia erat, ubi ea accepit ex templo legatos ad hierony
mum misit. Qui cum se se ad renouandam societatem quę cum
auo fuisset, uenisse dicerent: per ludibrium auditi, dimissiq; st
ab querente per iocum hieronymo quæ fortuna eis pugnę ad
cannas fuisset, uix credibilia enim legatos hannibalis narrare,
uelle quid ueri sit nuntiare scireq; ut ex eo utrum spem sequatur
consilium capiat. Romani cum non serio legationes audiri cę
pissent redituros se ad eum dicentes esse, monito magis eo q̃ ro
gato ne fidem temere mutaret, proficiscuntur. hieronymus le
gatos carthaginem misit ad fœdus ex societate cum hanniba
le faciendum. Pacto conuenit, ut cum romanis sicilia expulis
sent, id autem breui fore, si naues atq; exercitum misissent, id
autem breui fore, si naues atq; exerc. himera amnis qui fer
me insulam diuidit, finis regni siracusani punici imperii eẽnt.

Aliam deinde inflatus a senatoribus eorum qui eum non hieronis
tantum sed Pyrrhi etiam regis materni aui iubebant meminisse
legationem misit qua æquum censebat Siciliam sibi omnem sedi. Ita
liæ imperium proprium queri Carthaginensi populo. hanc leuita
tem ai ac iactationem neq; mirabantur in iuuene furioso neque
arguebant dum modo auerterent eum a romanis sed omnia ī eo
precipitia ad exitium fuerunt. Nam cum premissis hyppocrate
atq; epicide cum binis milibꝫ armatorum ad temptandas urbe' q̄
presidiis tenebantur romanorum & ipse in leotinos cum cætero
omni exercitu erant autem ad .xv. milia peditum equitumq; pro
fectus erat liberas edes coniurati et omnes forte militabant: īmi
nentes uiæ anguste qua descendere ad forum rex solebat sumpse
runt. Ibi cūīstructi armatiq; cæteri transitum expectantes starēt
uni ex eis indigemini fuit nomen quia custos corporis erat parte'
datæ sunt: ut cum a propinquaret ianuæ rex per causam aliquā in an
gustiis sustineret ab tergo agmen: Ita ut conuenerat factum est:
tanq̄ laxaret latum pedem abstricto nodo moratus turbam indigē
tes tantum interualli fecit: ut cum in prætereuntē sine armatis re
gem impetus fieret confoderetur aliquot prius uulneribꝫ q̄ succur
ri posset. Clamore & tumultu audito īndigeminē noīe iā haud du
bio obtestantē tela cōiciuntur ī que tamen duobus acceptis uulne
ribus euasit. fuga satellitum ut iacentem uidere regem facta est.
Interfectores pars in forum in multitudinem lætam libertatem pars
Syracusas pergunt ad preoccupanda andranori regiorumq; aliorū
consilia. In certo rerum statu. Appius Cl. bellum oriens ex propinq̄
cum cerneret senatum litteris certiorem fecit Siciliam Carthaginē
si populo & hannibali conciliari. Ipse aduersus syracusana consilia
prouinciam regniq; fines conuertit presidia. Exitus anni eius. Q. Fa
bius ex auctoritate senatus puteolos per bellum cœptum frequenta
ri emporium cōmunit presidiumq; imposuit. Inde romam comi
tiorum causa ueniens in eum quem primum diem comitialem habuit
comitia edixit atq; edixit itinere præter urbem in campum descendit

eo die cum sors prerogatiue antesi iuniorum exisset: eaq; T. Octaci
lium M. Emilium regulum consules diceret: tum Q. Fabius silen
tio facto tali oratione usus est. Si aut pacem in Italia aut bellum cū
eo hoste haberemus in quo negligentię aut errori locus esset qui
uestris studiis quę in campum ad mandandos quibus uelitis hono
res affertis: morā ullā offerret: his m̄ parę memīsse uidēt ūre libtatis
Sed cum in hoc bello in hoc hoste nunq̄ ab ullo duce sine ingenti no
stra clade erratum sit eadem uos cura qua in aciem armati descē
distis inire suffragium ad creandos cons. decet sibi sic quēq; dicere
hannibali imperatori parem consulem nomino. Hoc anno ad capu
am Iubellio Taurę campano summo equiti prouocanti summus
romanus eques Asellus Claudius oppositus aduersus Gallum quō
dam prouocantem in ponte anienis manlium fidentem & animo
& uiribus misere maiores nostri. Ob eandem causam ut multis
annis post fuisse non negauerim cur M. Valerio non diffederetur
aduersus similiter prouocantem arma capienti gallum ad certa
men quemadmodum pedites equites optamus ut ualidiores si mi
nus ut pares hosti habeamus ita duci hostium parem imperatorē
queramus cum qui est summus in ciuitate dux eum legerimus.
tum repente lectus in annum creatus aduersus ueterem ac per
petuum imperatorem comparabitur. Nullis neq; temporis neque
iuris inclusum angustiis quo minus ita omnia gerat administret
q; ut tempora postulabunt belli. Nobis autem in apparatu ipso ac
tantum inchoantibꝫ res annus circūagitur. Quoniam quales ui
ros creare uos consules deceat satis est dictū restat ut pauca de eis:
ī quos p̄rogatiue fauor inclinaū M. Emili' r̄gul' flam̄ ē Quiri
nalis: quē neq; mittere a sacris neq; r̄tinē possumus ut non deū aut
belli deseramus curā Octacili' mę filiā uxorē atq; ex ea liberos h̄t
ceterꝫ nō ea ur̄a in me maioresq; meos m̄rita sūt ut nō potorē pri
uatis necessitudinibꝫ r. p. habeam. Quilibet nautarum uectoriūq;
tranquillo mari gubernare potest. Vbi seua orta tempestas est ac
turbatio mari rapitur uento nauis tum uiro & gubernatore op' est.

Non tranquillo nauigamus, sed iam aliquot procellis submersi pene sumus. Itaq; quis ad gubernacula sedeat summa cura prouidendum, ac precauendum uobis est. In minore te experti. T. Octacili ope sumus. haud sane cur ad maiora tibi fidamus documenti quicq̃ dedisti. Classem hoc anno cui tu prefuisti, trium rerum causa parauimus: ut africę oram popularentur, ut tuta nobis italię litora essent. ante omnia ne supplementũ stipendio cõmeatuq; ab carthagine hannibali transportaretur. Create consulẽ Octaciliũ dico si omnia hęc: sed si aliquid eorum .r. p. prestitit. Sin autem te classem obtinente, etiam uelut placato mari q̃lib& hannibali tuta atq; integra ab domo uenerunt. si ora italię infestior hoc anno q̃ africę fuit. quid dicere potes cur te potissimum ducem hannibali hosti opponant. si consul esses dictatorem dicendũ exẽplo maiorum nostrorum censeremus. Nec tu id indignari posses, aliquem in ciuitate Ro. meliorem bello haberi q̃ te. Magis nullius interest q̃ tua. T. Octacili. Non imponi ceruicibꝫ tuis onus sub quo concidas. Ego magnopere suadeo eodem animo quo si stantibꝫ uobis in aciem armatis repente delegendi duo imperatores essent quorum ductu atq; auspicio dimicaretis. hodie quoq; consules crẽtis quibus sacramenta liberi nostri dicant, ad quoꝝ edictum conueniant, subquorum tutela atq; cura militent. Lacus transymenus & canna triste ad recordationem exẽplar, & ad precauendum simile utiles documento sunt prerogatiua iuniorum in suffragium reuocata. Cum T. Octacilius ferociter eum continuare consulatum uelle uociferaretur atq; obstreperet. Lictores ad eum accedere consul iussit. Et quia in urbe non inierat protinus in campum ex itinere profectus ãmonuit cum securibꝫ sibi fasces preferri. Interim prerogatiua suffragiũ init. Creati q; in ea consules. Q. Fabius Maximus quartũ. M. Marcellus Tertium. Eosdem consules Centurię cętere sine uariatiõe ulla dixerunt. Et pretor unus refectus. Q. Fuluius flaccus nonũ alij creati. T. Octacili⁹ Crassus iterum. Q. Fabius cons. filius

qui tum edilis curulis erat. P. cornelius lentulus. Comitiis ꝑtoꝝ
pfectis. S. C. factum. ut. Q. fuluio extra ordinem urbana pro
uincia esset. isq; potissimum consulibꝫ ad bellum profectis urbi
at aque preesset. Atq; magne niues eo anno fuere. Tyberis q; agros inun
dauit. cum magna strage pecoꝝ q; & hominum perni
tie. Quinto anno secundi punici belli. Q. Fabius Maximus quar
tum. M. Claudius Marcellus tertium consulatum ineuntes plus
solito conuerterant in se ciuitatis animos multis enim annis ta
le consulum par non fuerat. Referebant senes. si maximum tul
lum. cum P. Decio ad bellum Gallicum sic postea papyrium Car
dulium aduersus Samnites Brutiosq; & Lucanum cum tarẽtino
populo m. consules declaratos absens Marcellus cons. creatus
cum ad exercitum esset presenti fabio atq; ipso comitia habẽte
consularis continuatur. Tempus ac necessitas belli ac discrimen
summe rerum faciebant. ne quis aut in exemplum exquireret
aut suspectum cupiditatis imperio consulem haberet quĩ lau
dabant potius magnitudinem animi. quod cum summo impe
ratore esse opus rei p. sciret seq; tum haud dubie esse minoris
iudicii sui. siqua ex re oriretur q̃ utilitatem r. p. fecisset. Quo
die magistratum inierunt cons. senatus in capitolio ẽ habitus.
decretumq; omnium primum ut consules sortirentur compa
rarent q; inter se. ut̃ censoribꝫ creandis comitia haberet prius q̃
ad exercitum proficisceretur. Prorogatum deinde imperium
ommibus qui ad exercitum erant. iussisq; ĩ prouincis manere
Ti. Gracchus Luceriae ubi cum uolonum exercitu erat. C. Teren
tius Varro in agro piceno M. Pomponius in Gallico & P. prio
ris anni pro pr. Q. Minucius obtineret sardiniam Marcus va
lerius ad Brundusium ore maritimo intentus aduersus oms
motus Philippi Macedonum regis preesset. C. Cornelio Lentu
lo. pr. Sicilia decreta prouincia. T. Otacilio classis eadẽ quã
aduersus carthaginenses prior anno habuisset. Prodigia eo añno
multa nuntiata sunt. Quę quo magis credebant simplices ac re

ligiosi homines eo plura nuntiabantur. Lauinii in ede sospite iuno
nis coruos nidum fecisse: in Apulia palmam uiridem arsisse. Mãtuę
stagnum effusum Mincio amni cruentum uisum. et calibus cre
tã. et Romę in foro Boario sanguinem pluisse. & in uico istrio fon
tem sub terra: tanta ui aquam fluxisse: ut serias doliaq; quę in eo
loco erant prouoluta uelut impetus torrentis tulerit. Tactũ de cę
lo atrium publicum in Capitolio. ędem in campo uulcani. artem
in sabinis publicamq; uiam. murum ac portam Gauisiam alia uul
gata miracula erant. Hastam martis preneste sua sponte promo
tam. bouem in Sicilia locutum. infantẽ in utero matris in marru
cini' lo triumphe in clamasse: ex muliere spoleti uirum factũ. ha
drię aram in cęlo speciesq; hominum circum eam candida ueste
uisas esse. quin romę quoq; in ipsa urbe secundum apum examen
in foro uisum. Quod mirabile est: quia rarum affirmantes quidã
legiones se armatas in ianiculo uidere. concitauerunt ciuitatem
ad arma. Qui cũ ĩ ianiculũ iuissent negarunt quenquã ibi pre
ter assuetos collis eius cultores apparuisse. Hec prodigia hostiis ma
ioribꝫ procurata sunt ex aruspicum responso. & supplicatio oĩbꝫ
deis quorum puluinaria romę sint iniuncta est. Preparati' que
ad pacem in deum pertinebant de re. p. belloq; gerendo et quãtũ
copiarum: & ubi queq; essent. Consules ad senatum retulerunt.
D uo de xx legionibus bellum geri placuit binos cons. sibi summe
re placuit. binis galliam siciliamq; ac sardiniam obtineri duasq;
pabulum pretorem apulię duabꝫ uolonum. Ti. Grãchum circa lu
ceriam preesse singulas. C. Terentio proconsuli ad Picenum. &
M. Valerio ad classem circa Brundusium: & duas urbi presidium
relinqui duas hic ut numerus legionum expleretur. sex noue le
giones erant scribendę eas primo quoq; tempore cõs scribẽ iussit
& classem parare. ut cum eis nauibus quę pro Calabrię litoribus in
stationes essent. cl. longarum nauium classis eo anno expleretur.
D electu habito & nauibꝫ nouis deductis. Q. Fabius comitia censori
bꝫ creandis habuit. Creati. M. Attilius Regulus & P. Curi' philus

Cum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse. Ti. Octacilius eo cũ
classe proficisci iussus est. Cum deessent nautę cons. ex. S. C. dixerũt
ut qui. L. Emilio. C. Flaminio censoribus milibꝫ. eris. L. ipse aut
pater eius census fuisset usq; ad. C. milia aut cui postea tanta esset
facta nautam unum cum sex mensium stipendio daret. Qui supra
C. milia usq; ad. ccc. mil. tris nautas cum stipendio annuo. Qui su
pra. ccc. usq; ad decies. eris quinq; nautas. Qui supra decies septẽ
senatores octo nautas cum annuo stipendio darent. Ex hoc edic
to dati nautę armati instructiq; ab dominis cum. xxx. milia
dierum coctis cibariisq; naues conscenderunt. Tum primum est
factum. ut classis romana socius naualibꝫ priuata impensa paratis
compleretur. Hic maior solito apparatus. precipue conteruit cã
panos ne ab obsidione capuę bellum eius anni romani inciperẽt.
Itaq; legatos ad hannibalem oratum miserunt ut Capuam exer
citum ammouerer. ad eam oppugnandam nouos exercitus scri
bi romę. Nec ullius urbis defectionis magis infensos eorum aĩos
esse. Id quia tam trepidi nuntiabant maturandum hannibal ra
tus ne preuenirent Romani profectus arpis ad stifata in ueteri
bus castris super capuam consedit. Inde Numidis hispanisq; ad
presidium simul castrorum simul capue relictis cum coetero ma
exercitu ad lacum auerni per speciem sacrificandi re ipã ut tẽpta
ret puteolos quiq; ibi presidio erãt descendit. Maxime postq̃ han
nibalem Arpis profectum. & regredi in Campaniam allatum est nec
die nec nocte intermisso itinere ad exercitum redit. & T. Gracchũ
ab Luceria Beneuentũ copias ad mouere. Q. Fabium pre. is filius
consulis erat. Luceriam Graccho succedere iubet. In Siciliam eodẽ
tum tempore duo pretores profecti. P. Cornelius ad exercitum. Oc
tacilius qui maritimę orę reiq; nauali preesset. Et ceteri in suas
quisq; prouincias profecti. & quibꝫ prorogatum imperium erat
easdem quas priori anno regiones obtinuerunt. Ad hannibalem
cum ad lacum auerni esset quinq; nobiles iuuenes ab Tarento ue
nerunt. partim ad Transimenum lacum. partim ad Cannas capti

dimissiq; domos. cum eadem comitate qua usus aduersus om̄s
Romanorum socios penus fuerat. Ji memores beneficiorum
eius perpulisse magnam partem se iuuē tutis Tarentinæ referūt.
ut hannibalis amicitiam ac societatem q̄. p.r. mallent legatosq;
ab suis missos. rogare hannibalem: ut exercitum propius Taren
tum admoueat: si signa eius, si castra conspecta a Tarento sīt haud
ullam intercessuram morā qn urbs dedat̄ ī potestate iuniorum:
plebem in manu plebis rem Tarentinam esse. hannibal collauda
tos eos honoratosq; in gentib; promissis. domum ad cæpta matu
randa redire iubet, si in tempore ad futurum fore. hac cum spe
dimissi Tarentini. ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiū
di. Vrbem esse uidebat cum opulentam nobilemq; tum mariti
mam. & in macedoniam oportune uersam regemq; philippū hunc
portum si transiret in Italiā cū Brundusium Romani haberent pe
titurum. Sacro inde perpetrato ad quod uenerat. & dum ibi mo
ratur peruastato agro cumano usq; ad miseni promontoriū pu
teolos repente agmen conuertit ad opprimendum presidiū Ro
manum. Sex milia hominum erant, & locus munimento quoq;
non modo natura tutus. Triduum ibi moratus penus ab omni
parte temptato presidio deinde ut nihil procedebat ad populā
dum agrum Neapolitanum mag̃ ira q̄ potiunde urbis spe proces
sit. Aduentu eius in propinquum agrum nolana mota est plebs.
iam diu auersa a romanis & infesta senatui suo. Itaq; legati ad ar
cessendum hannibalem cum haud dubio promisso tradendę ur
bis uenerunt. Preuenit inceptum eorum Marcellus cons. a pri
moribus accitum die uno suessulam a calib; cum uulturnus ānis
traicientem moratus esset, contenderat inde prouinciam nocte
sex milia peditum, equites presidio senatui essent. nolam intro
misit. Et ubi a cons. omnia impigre facta sunt ad preoccupan
dā nolam: ita hannibal tempus terebat bis iam ante ne quicquā
temptata re segnior ad credendum Nolanis factus. Isdem die
bus &. Q. Fabius cons. ad Casilinum temptandum quod p̄sidio

punico tenebatur uenit & ad beneuentū uelut ex composito par
te altera hanno ex brutiis cum magna equitum peditumq; ma
nu altera. Ti. Gracchus ab Luceria accessit. Qui primo oppidum
intrauit. deinde ut hannonem tria milia ferme ab urbe ad calo
rem fluuium castra posuisse & inde agrum populari audiuit
& ipse egressus menibus mille ferme passus ab hoste castra locat.
Ibi contionem militum habuit Legiones magna ex parte uolo
num habeat. qui iam alterum annum libertatem tacite mereri
q̄ postulare palam maluerant. Senserat tamen hibernis egrediēs
murmur in agmine esse querentiū nūq̄ ne liberi militaturi es
sent. Scripseratq; senatui non tam quid desiderarent: q̄ qd meru
issēt. Bona fortiq; opa eoꝝ se ad eā diē usū. Neq; ad exemplum iusti
militis quicq̄ eis preter libertatem deesse. de eo permissum ipsi
erat faceret quod e. R. p. duceret esse. Itaq; priusq̄ cum hoste
manum consereret pronuntiat tempus uenisse libertatis ei' quā
diu sperassent potiunde. Postero die signis collatis dimicaturū
puro ac patenti campo: ubi sine ullo metu insidiarum uera uir
tute geri res posset. Qui caput hostis retulisset eum se ex templo
liberum iussurum esse. Qui loco cessisset & in eum seruili suppli
cio animaduersurum. Suam cuiq; fortunam in manu esse liber
tatis auctorem eis non se fore solum sed consulem. M. Marcellū
& uniuersos patres: quos consulti a se de libertate eorum sibi per
misissēt. Litteras inde cons. ac. S.C. recitauit ad quae clamor cū
ingenti assensu est sublatus. Pugnam poscebant: signumq; ut da
ret ex templo ferociter instabant. Gracchus prelio in posterum
diem pronuntiato: contionem dimisit. Milites Leti precipue
quibꝫ merces nauate in unum diem opere libertatis futura erat.
Armis expediendis quod reliquum diei fuit consumptum est. Po
stero die ubi signa ceperunt canere primi omnium parati instruc
tiq; ad pretorium conueniunt. Sole orto Gracchus in aciē copias
eduxit. Nec hostes moram dimicandi fecerunt. x. & vii. milia pe
ditum erant: maxima ex parte brutii ac Lucani equites. m. cc.

inter quos pauci admodum Italici ceteri numide fere omnes
mauriq. Pugnatum est & acriter & diu quattuor horis. Neu
tro inclinata est pugna. Nec alia magis Romanum impediebat
res q̃ capita hostium pretia libertati facta. Nam ut quisq. hostē
impigre occiderat primum capita egre inter turbam tumultuq.
abscidendo terebat tempus. deinde occupata dextra tenendo ca
put fortissimus quisq. pugnatō esse desierat. Segnibus ac timidis
tradita pugna erat. Quod ubi Tr. mil. Graccho nuntiauerunt ne
minem stantem iam uulnerari hostem carnificari iacentes & in
dextris militum pro gladiis humana capita esse. signum dari pro
pere iussit. proicerent capita inuaderentq. hostem. Nec dubiam
iam libertatem futuram strenuis uiris. Tum redintegrata pugna
est. & eques etiam in hostes emissus. Quibꝫ cum impigre Numide
concurrissent. nec segnior equitum q̃ peditum pugna esse. iterum
in dubium ducta res cum utrinq. duces. Romanus Brutium Luca
numq. totiens a maioribꝫ suis uictos subactosq. penus mancipia
Romana. & ex ergastulo militem uerbis obtereret. Postremo pro
nuntiat gracchus esse nihil quod de libertate sperarent, nisi eo die
fusi fugatiq. hostes essent. Ea demum uox ita animos accendit re
nouato clamore. uelut alii repente facti tanta ui se in hostem intule
runt ut substineri ultra non possent. Primo antesignani penorum.
deinde signa perturbata postremo tota impulsa acies. inde haud
dubie terga data ruuntq. fugientes in castra. adeo pauidi trepidiq.
ut non in portis quidem aut uallo quisq̃ restiterit ac prope continē
ti agmine Romani insecuti nouum de integro prelium inclusi ho
stium uallo ediderunt. Ibi sicut pugna impeditior in agustiis,
ita cædes atrocior fuit. Et adiuuere captiui qui rapto inter tu
multum ferro conglobati & a tergo ceciderunt penos & fugam
impedierunt. Itaq. minus duo milia hominum ex tanto exercitu,
& ea maior pars equitum cum ipso duce effugerunt. alii omnes
cæsi aut capti. Capta & signa duo de xl. Ex uictoribus duo milia
ferme cecidere. Preda omnis preter q̃ hominum captoꝝ militi

claram satis &
insignē uir
tutem
ess
e

concessa est & pecus exceptum est quod intra dies .xxxx. domini
cognouissent. Cum preda onusti in castra redissent quattuor miſ
ferme volonum militum qui pugnauerant segnius nec in castra ir
ruperant simul metu pene collem haud procul castris ceperunt. Po
stero die per tribunos militum inde deducti contione aduocata
a Graccho superueniunt. Vbi cum procos ueteres milites primū
ut cuiusq; uirtus atq; opera in ea pugna fuerat militaribo donis
donasset tunc quod ad volones attineret. oō aut malle laudato a se di
gnos indignosq; q̄ quenq; eo die castigatum esse. Quod bonum fau
stum felixq; rei p. ipsisq; esset. omnes eos liberos esse uberet. Ad hāc
uocem cum clamor ingenti alacritate sublatus esset ac nunc cōple
xi inter se gratulantesq; nunc manus ad celum tollentes bona oīa
p.r. Gracho ipsi precarentur. tum cum Gracchus prius q̄ oīs iure
libertatis æquasse inquit. neminem nota strenui aut ignaui milit⁹
notasse uolui. Nunc exsoluta iam fide publica ne discrimen omne
uirtutis ignauiæq; pereat nomina eorum qui detractare pugnæ
memores secessionem paulo ante fecerunt referri ad me iubebo. ci
tatosq; singulos iure iurando adigam. nisi quę moribo causa erit.
Non aliter q̄ stares cybum potumq; quod stipendia facient captuos
esse. Hanc mulctam ira equo animo feretis. si putabitis nulla igna
uię nota leuiore uos designari potuisse. Signum deinde colligendi
uasa dedit militesq; predam portantes agentesq; per lasciuiam ac
iocum ira ludibundi beneuentū reduere. ut ab epulis celebrem festi
q; diem actis non exacie reuerti uiderentur. Beneuentani omnes
turba effusa cum obuiam ad portas exissent complecti milites gra
tulari uocare in hospitium ad parata conuiuia omnibo in propa
tulo ædium fuerant. Ad ea inuitabant Gracchumq; orabāt. ut epu
lari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit. in publico
epularentur omnes ante suas quisq; fores. prolata omnia pulleati
aut lana alba uelatis capitibo volones epulati sunt. Alii accubāt
alii stantes qui simul ministrabant uescebantur. Que digna re iusu
aut simulacrum celebrari eius dei. Gracchus postq̄ Romā redit

pingi iuberet in ede libertatis. quam pater eius in auentino ex
mulctatitia pecunia faciendam curauit dedicauīq; Cū hec ad bn̄uētū
geruntur. hannibal depopulatus agrum Neapolitanum ad nolā
castra mouebat. Quem ubi aduentare consul sensit: Pomponio ꝓpr.
cum eo exercitu qui super suessulam in castris erat accito ire obuā
iubet parat. Nec moram dimicandi faceret. claudium Neronē cū
robore equitum silentio noctis per aduersam maxime ab hoste por
tam emittit, circūuentumq; occulte subsequi agmen hostium iubet.
Et cum ceptum prelium uideret. a tergo se obiceret. Id errore uiarꝝ
an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit incertum est.
Absente eo cum prelium cōmissum esset superior quidem haud du
bie romanus erat. Sed quia equites non affuer in tempore. ratio
composite rei turbata est, non ausus insequi cedentes. Marcellus
uincentibꝫ suis signum receptui dedit. Plus tamen duo. m. hostiū
eo die cesa traduntur. Romanis minus. cccc. Solis fere occasu. Ne
ro diem noctemq; ne quicq̄ fatigatis equis hominibꝫq; Ne uiso q̄
hoste rediens, adeo grauiter est a consule increpatus, ut per eum
stetisset diceretur, quo minus accepta ad cannas redderetur hosti
clades. Postero die Romanus in aciem descendit, penus tacita et
confessione uictus castris se tenuit. Tertio die silentio noctis omis
sa spe nolę potiundę: rei nunq̄ prospere temptatę. Tarentū ad cer
tiorem spem proditionis proficiscitur. Nec minore animo res Ro
manę domi q̄ militię gerebantur. Censores uacui ab operum locā
dorum cura propter inopiam erarii ad mores hominum regen
dos animum aduerterunt: castiganda q; uitia, quę uelut diutinis
morbis egra corpora ex se se gignunt, nata bello erant. Primum
eos citauerunt qui post canēsē pugnā rēp. deseruisse: italiaq; exces
sisse dicebāt. Prīceps eoꝝ. m. Cecili' metell' q̄ q̄stor tū forte eāt. Jusso dem̄
eo ceterisq; eiusdem noxe reis causam dicere, cum repurgari ne
quissent, pronuntiarunt uerba orationemq; eos aduersus rem. p.
habuisse: quo coniuratio deserendę italię causa fieret. Secūdum
eos citati nimis callidi exoluēdi iuris iurādi interpretes: q̄ captiuoꝝ

ex itinere regressi clam in castra hannibalis. solutum quod iura
uerant perdituros rebantur. His superioribꝫ q illis equi dempti q
publicum equum habebant tribuq moti erarii omnes facti. Neq
senatum modo, aut equestri ordine regendo cura se censorum te
nuit. Nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpserunt. qui
quadriennio non militassent. quibus neq uacatio iusta militiæ,
neq morbus causa fuisset. & ea supra duo milia hominum in era
rios relata tribuq omnes moti, additumq merci censoriæ, note
tristes. c. ut hi omnes quos censores notassent pedibꝫ mererent.
mitterenturq in siciliam ad cannensis exercitus reliquias. Cui mi
litum generi priusq̃ pulsus italia omnis hostis esset. finitum sti
pendiorum tempus erat. Cum censores ob inopiam erarii se iã
locationibꝫ abstinerent: ædium sacrarum tuendarum curuliũq
equorum prebendorum, ac similium his rerum, conuenere ad
eos frequentes qui haste huius generis assueuerant. hortariq
censores. ut omnia proinde agerent locarẽt ac si pecunia ĩ æra
rio esset. Neminem nisi bello confecto pecuniam ab erario peti
turum esse. conuenere deinde domini eorum quos Ti. Sempro
nius ad Beneuentum manu emiserat: arcessitosq se abtriũ iuris
mensariis esse dixerunt, ut pretia seruorum acciperent. cetera
non añ q̃ bello confecto accepturos esse. Cum hæc inclinatio ani
morum plebis ad sustinendam inopiam erarii fieret pecuniæ
quoq pupillares primo deinde uiduarũ ceptæ conferri nusq̃ eas
tutius sanctiusq deponere credentibꝫ qui deferebant q̃ in publi
ca fide. Inde sequi demptum paratumq pupillis ac uiduis foret
a questore per scribantur. Manauit ea priuatorum benignitas
ex urbe etiam in castra ut non eques, non centurio, stipendium
acciperent, mercennariumq increpantes uocarent qui accepissẽt
Q. fabius cons. ad Casilinum castra habebat, quod duum milium
campanorum, & septingentorũ militũ hannibalis tenebatur.
P residio præerat Statius metius missus ab Gn. Magio attelano q
eo anno Medixtuticus erat seruitiaq & plebem promiscue armat

ut castra Romana inuaderet. intento consule ad casilinum oppu
gnandum. Nihil eorum fabium fefellit. Itaq; Nolam ad collegam
mittit. altero exercitu dum casilinum oppugnatur opus esse qui
campanis opponatur uel ipse relicto nole presidio modico uenirẽ
uel si eum Nola teneret. & ne dum secure res ab hannibale essẽt. Ti
Gracchum procos. a Beneuento acciturum. Hoc numero Marcel
lus duobꝫ militum milibꝫ nole in presidio relictis cum cętero exer
citu casilinum uenit. aduentuq; eius campani iam mouentes se se
queuerunt. Ita a duobus consulibus casilinum oppugnari cępit.
Vbi cum multa succedentes temere menibꝫ Romani milites acci
perent uulnera. Neq; satis in cępto succederet. Fabius omittẽdã
rem paruam ac iusta magnis difficilem abscendendumq; inde cẽ
sebat. cum res maiores instarẽt. Marcellus multa magnis ducibꝫ
sicut non aggrediendа. ita semel aggressis non dimittenda essẽ
dicendo quia magnę famę momenta in utranq; partem fierent.
Tenuit ne in momento incepto abiretur. Vnęq; inde omniaq; alia
operum machinationumq; genera cum admouerentur campa
niq; fabium orarent. ut abire capuam tuto liceret. paucis egres
sis. marcellus portam qua egrediebantur occupauit. cędesq; pro
miscue. omnia circa portam primo deinde irruptione facta ẽt
in urbe cepta ẽ fieri. L. fere primo egressi campanorum cum ad
fabium confugissent. presidio eius capuam peruenerunt. Casili
num inter colloquia cunctationẽq; petentium fidem per occasio
nem captum est. Captiuiq; campanorum qui ue hannibalis militum
erant Romam missi. atq; ibi in carcere inclusi sunt. Oppidanorum
turba per finitimos populos in custodiam diuisa. Quibus diebus
a casilino re bene gesta recessum est. eis Gracchus in Lucanis aliqt
cohortes in ea regione conscriptas cum prefecto sociorũ i agros
hostium predatum misit. Eos effuse palatos hanno adortus haud
multo minorem q̃ a beneuento acceperat reddidit hosti cladẽ. atq;
in Brutios raptim ne Gracchus assequeretur concessit. Cons. Mar
cellus retro unde uenerat Nolam redit. Fabius in sãnum ad po

pulandos

pulandos agros recipiendasq; armis que defecerant urbes processit.
C audinus Samnis grauius deuastatus perusti pplanq; late agri pdeq;
pecudum hominumq; acte oppida ui capta. compulteria telesia
cōpsa Melę: Fuisule: & Orbitanum. Ex Lucanis: Blande: apulorū ācę
oppugnate. Milia hostium in his urbibus .xxv. capita aut occi
sa & recepti pfuge .ccc.lxx. Quo cū romā misisset consul uirgis in
comitio cesi omnes ac de saxo deiecti. Hęc a Q. fabio intra pau
cos dies gesta. Marcellum a gerendis rebus ualitudo aduersa no
le tenuit & a pr. Q. Fabio cui circa Luceriam prouincia erat
accua oppidum per eos dies ui captum. statiua ad ardoneas cō
munita. Dum hęc aliis locis ab romanis geruntur iam tarentum
peruenerat hannibal cum maxima omnium quacunq; ierat cla
de. In tarentino demum agro pacatum incedere agmen cępit.
N ihil ibi uiolatum. Neq; usq; iam excessum est apparebatq; nō
id modestia militum aut ducis nisi ad conciliandos tarentinoꝝ
animos fieri. Cęterum cum prope modo quis accessisset nullo ad
conspectum primum agminis ut rebatur motu facto castra ab ur
be ferme passus mille locat tarenti. Triduo anteq̄ hannibal ad
menia accederet a. M. Valerio pro Pr. qui classi ad Brundusium
preerat missus is prior conscripta iuuentute dispositisq; ad oēs
portas circaq; muros qua respostulabat stationes die ac nocte plu
rimum intentus: neq; hostib; neq; dubiis sociis loci quicq̄ pbuit
ad temptandum. Quę diebus aliquot frustra ibi assumptis hann
bal cum eorum nemo qui ad lacum auernę adissent aut ipi ue
nirent aut nuntium litteras ue mitterent: uana promissa teme
re secutum cernens. castra inde mouit. Tum quoq; intacto agro
tarentino quanq̄ simulata lenitas non dum profuerat tam̄ spe
labefactandę fidei haud absistens salapiā ut uenit frumentū ex
agris Metapontino atq; heradiensi iam media estas exacta erat &
hybernis placebat locus comportat. Predatum inde numidę ma
uriq; per sallentinum agrum proximosq; apulię saltus dimissi. Vn̄
cętere predę haud multum equoꝝ greges maxime abacti. Eqb;

ad quattuor milia domãda equitibus diuisa. Romani cum
bellum ne quicq̃ contemnendum in Sicilia oriretur, morsq; ty-
rãni duces magis impigros dedisset Syracusanos: q̃ causam aut
animos mutasset. M. marcello alteri consulum eam prouinciã
decernunt. Secundum hieronymi cædem primo tumultuatum
in Leontinis apud milites fuerat, uociferatumq; ferociter paren-
tandum regi sanguine coniuratorum esse. Deinde libertatis
restitutę dulce auditum nomen, crebro usurpatum spes facta ex
pecunia regia largitionis militieq; fungendę potioribus duci-
bus & relata tyranni feda scelera fediores q; libidines adeo mu-
tauere animos: ut in sepultum iacere corpus pauloante desi-
derati regis paterentur. Cum cęteri ex coniuratis ad exercitũ
obtinendum remansissent: theodotus & sosis Regiis equis q̃to
maximo cursu poterant, ut ignaros omnium regios opprime-
rent Syracusas contendunt. Cęterum pręuenerat non fama
solum qua nihil in talibꝫ rebus est celerius. sed nuntius etiam
ex Regis seruis. Itaq; Andronodorus & insulam & arcem & alia
quæ poterant, quęq; oportuna erant presidiis firmarat. Exapho-
ro Theodotus, ac Sosis post solis occasum iam obscura luce in-
uecti, cum cruentam regiam uestem atq; insigne capitis obstẽ-
tarent trauecti per Ticham simul ad libertatem simul ad arma
uocantes: in Acrandinã conuenire iubent. Multitudo pars pro-
currit in uias. pars in uestibulis stabant. pars ex tectis fenestriq;
perspectant. & q̃d rei sit rogitant. Omnia luminibꝫ cõlucẽt
strepituq; uario complentur. Armati locis patentibꝫ congre-
gantur. Inermes ex olimpi iouis templo spolia Gallorum hilli-
ciorũq; dona data hieroni a. P. R. fixaq; ab eo detrahunt pre-
cantes Iouem ut uolens propitius prebeat sacra arma, pro pa-
tria, pro deum delubris, pro libertate sese armantibꝫ. Hęc quoq;
multitudo stationibus per principes regionum urbis dispositis
adiungitur in insula. Inter cętera Andronodorus presidiis
firmat horrea publica. Locus saxo quadrato septus atq; arcis

inmodum emunitus capitur a iuuentute, que presidio eius
loci attributa erat. mittuntq; nuntios in Achradinam horrea
frumentumq; in senatus potestate esse. Luce prima populus oīs
armatus inermisq; in Achradinam ad curiam conuenit. Ibi pro
concordie ara que in eo sita loco erat, principibꝫ unus nomīe
Polyneus, contionem & liberam & moderatam habuit. Seruitu
dinis indignitatisq; homines expertos aduersus notum ma
lum irritatos esse. Discordia ciuilis quas importet clades. au
disse magis a patribus Syracusanos q̄ ipsos uidisse. Arma quod
impigre cepissent laudare: magis laudaturum si nō utantur
nisi ultima necessitate coacti. In presentia Legatos ad Androno
dorum mitti placere qui denuntient in potestate senatus ac po
puli si portes insule pateant reddat presidiū. Si tutelam alieni
regni: suum Regnum uelit facere eundem se censere: multo
acrius ab Andronodoro q̄ ab hieronymo repeti libertatem. Ab
hac contione legati missi sunt. Senatus haberi inde ceptus est.
quod sicut regnante hierone manserat publicum consiliū. ita
post mortem eius ante eandem diem, nulla de re neq; cōuocati
neq; consulti fuerant. Vt uentū ad Andronodorum est ipm
quidem monebat & ciuium consensus & cum alie occupate ur
bis partes tum pars insule uel ut munitissima prodita atq; alie
nata a se euocatum eum a Legatis. Demarata uxor filia hiero
nis, inflata ad hꝰ regiū aīs ac muliebri spiritu admonet sepe usur
pate dyonisii Tyrām uocis, qua pedibꝫ tractum. non insidētē
equo relinquere Tyrāniden dixerit debere. Facile esse momēto
quo quis uelit cedere possessione magne fortune facere & para
re eam difficile atq; arduum esse. Paululū sūmēt spatii ad ꝯsultā
dum ab Legatis, eis uteretur ad ꝯcessendos ex leontinis milites.
Quibus si pecuniam regiam pollicitus esset, omnia in potestate
eius futura. Hec muliebria consilia Andronodorus, neq; tota
aspernatus est. Neq; ex templo accepit tutiorē ad opes affectan
das ratus esse uiam si in presentia tempori cessisset. Itaq; legatos

renuntiare iussit futurum se in senatus ac populi potestate. Po
stero die luce prima patefactis insulę portis in forum achradi
nem uenit. Ibi ad aram concordię ex q̄ p̄die poline⁹ contiona
tus erat ascendit, orationemq; eam orsus est, qua primum cūcta
tionis suę ueniam petiuit. Si enim clausas habuisse portas non
separantem suas res a publicis sed strictis simul gladiis timentē
quis finis cædibꝫ esset futurus. Vtrum quod satis libertatis foret
contenti essent nece tyranni, an quicunq; aut propinquitate aut
affinitate, aut aliquib' ministeriis regiam contigissent, an q̄cūq;
aut propinquitate aut affinitate alienæ culpę rei trucidarentur.
Postq̄ animaduertit eos qui liberassent patriā, seruare eam liberta
tem uelle atq; consuli in mediis non dubitasse quin & corpus suū
& cętera omnia quę suę fidei tutelęq; essent, quoniam eum qui mā
dasset suus furor assumpsisset, patrię restitueret. Conuersus de
inde ad interfectores tyrāni, ac nomine appellans, Theodotum
ac Sosī facinus inquit memorabile fecistis, sed mihi credite: in
choata uestra gloria non dum perfecta est: periculumq; ingens
manet nisi faciē cōi cōcordię consulitis, ne libera efferatur res.
Post hanc orationem claues portarum pecunięq; regie ante pedes
eorum posuit atq; illo quidem die dimissi ex contione lęti circa oīa
fana deum supplicauerunt, cum cōiugibus ac liberis. Postero die
comitia pretoribꝫ creandis habita. Creatus in primis Androno
dorus cæteri magna ex parte interfectores tyranni, duos etiam
absentes Sopatrum: ac deomenem fecerunt. Qui auditis his q̄
Syracusis acta erant pecuniam regiam quę in leontinis erat syra
cusis deuectam questoribꝫ ad id ipm̄ creatis tradiderunt. Et ea
quę insula erat achradina tradita est: muriq; ea pars quę a cęte
tera urbe nimis firmo munimento intersepiebat insulā consesu
omnium deplecta est. Secutę & cętere res hanc inclinationē aīoꝝ
ad libertatem: hipocrates atq; epicides audita morte tyranni quā
hyppocrates etiā nuntio interfecto cælare uoluerat deserti a mi
litibꝫ quia id tutissimum ex presentibꝫ uidebatur, syracusas redi

ere. Vbi ne suspecti obseruarentur tanq̄ nouandi res aliquam occasionem querentes pretores primum deinde per eos ad senatum adeunt. Ab hannibale se missos ad hieronymum tanq̄ amicum ac socium paruisse imperio eius cuius imperator suus uoluerit: uelle ad hannibalē redire. Ceterum cum iter tutum non sit uagantibꝫ passim per totam siciliam romanis armis petere ut presidii dent aliquid quo locros in Italiam perducat̄ gratiam magnam eos parua opera apud hannibalem inituros. facile res impetrata. Abire enim duces regios tum peritos militię tum egentes eosdem atq; audaces cupiebant: sed quod uolebant nunq̄ maturato opus erat. Grauiter expediebant. Interī iuuenes militares & assueti militibꝫ nunc apud eos ipsos nunc apud transfugas quorum maxima pars ex naualibꝫ sociis romanorum erat. nunc etiam apud infime plebis homines crimina serebant in senatum optimatesq; ut moliri clam eos atq; struere ut syracuse per speciem reconciliandę societatis in dictionē romanorum sint. Deinde factio ac pauci auctores federis renouati dominētur. His audiendis credendisq; oportuna multitudo maior in dies syracusas confluebat. Nec epicidi solum speciē nouandarum rerum sed Andronodoro etiam prebebat. Qui fessus tandem uxoris uocibꝫ monentis nunc illud esse tempꝰ occupandi res dum turbata omnia noua atq; incondita libertati essent: dum Regis stipendiis passus obuersaretur miles: dū ab hannibale missi duces assueti militię iuuare possent incepta cū themistio cui Gelonis filia nupta erat rem consociatam paucos post dies Aristoni cuidam tragico auctori cui & alta archana cōmittere adsuerat incaute aperit. Huic & genus & fortuna honesta erant nec ars quia nihil tale apud grecos pudori est ea deformabat. Itaq; fidem potiorem ratus quam patrię debebat inditiū ad pretores defert. Qui ubi rem haud uanam esse certis īditiis comperierunt: consultis senatoribꝫ & auctoritate eorum presidio ad fores posito ingressos curiam themistum atq; andronodorum

interfecerunt. Et cum tumult⁹ ab re ĩ speciem atrocinior cãm igno
rantibꝫ ortus esset, silentio tandem facto indicem in curiam in
troduxerunt. Qui cum omnia ordine edocuisset & principiũ con
iurationis factum ab armonię gelonis filię nuptiis, quibus the
misto iuncta esset: afroꝝ hispanorumq; auxiliares instructos
ad cædem pretorum principumq; aliorum, bonaq; eorum predę
futura interfectoribꝫ pronuntiatum iam mercennariorũ manũ
assuetam imperiis andronodori paratam fuisse ad insulam rursus
occupandam singula deinde quę per quosq; agerentur: totamq;
uiris armisq; instructam coniurationem ante oculos posuit. Et
senatui quidem tam iure cæsi q̃ hieronymus uidebatur: ante cu
riam uarie atq; incerte rerum multitudinis clamor erat q̃ fero
citer minantem. In uestibulo curię corpora coniuratorum eo
metu compręsserunt: ut silentes ingentem plebem in contione
sequerentur. Sopatro mandatum a senatu & a collegis ut uerba
faceret. Is tanq̃ reos agebat acta ante uita orsus. Quecunq; post
hieronis mortem sceleste atq; impie facta essent andronodorum
ac themistum arguit fecisse. Quid enim sua sponte fecisse hiero
nymum puerum ac uix dum pubescentem facere potuisse: tuto
res ac magistratus eius sub aliena inuidia regnasse. Itaq; aut ante
hieronymum, aut certe cum hieronymo perire eos debuisse aut
illos debitos iam morti destinatos quæ alia noua scelera post mor
tem tyranni mollitos palam primo cum clausis andronodorus
insulę portis, hereditatem regni creuerit, q̃q; procurator tenue
rat pro domino possederit: proditus deinde ab eis qui in insula
erant circũsessus ab uniuersa ciuitate quę ad radinem tenuerit.
nec quicq̃ palam atq; aperto petitum regnum clam & dolo affecta
re conatus sit. Et ne beneficio quidem atq; honore potuerit uici:
cum inter liberatores patrię insidiator ipse libertatis creatus eẽt
pretor. sed animos eis regios, regias coniuges fecisse: alteri hiero
nis alteri Geloni⁹ filias nuptas. Sub hac uoce ex oĩbꝫ ꝑtib⁹ cõtiõis cla
mor oritur, nullam earum uiuere debere. nec quenq̃ superesse

tyrannorum stirpis. Hec natura multitudinis est, aut seruit
humiliter aut superbe dominatur. Libertatem quae media ē, nec
suscipere modice nec habere sciunt, & non ferme desunt irarum
indulgentes ministri qui auidos atq; intemperantes publicoꝝ
animos ad sanguinem & caedes irritent: sicut ex templo tum pre
tores rogationem promulgarunt, accepta pene priusq̄ promul
gata res esset: ut omnes e regia stirpe interficerentur. missiq; a
pretoribꝫ demaratam hieronis & armoniam Gelonis filiam con
iuges ādronodori 7 Themistii ītfecerūt. hieraclia eāt filia hieroīs uxor
zosippo, qui legatus a hieronymo ad Regem Ptolemeum missus
uoluntarium consciuerat exilium. Ea cum ad se quoq; uenire
prescisset, in sacrarium ad penates confugit cum duabꝫ filiabus
uirginibꝫ, resolutis crinibꝫ miserabiliq; alio habitu, & ad ea addidit
preces. nunc per memoriam hieronis patris gelonisq; fratris ne
se in noxiam inuidia hieronymi cōflagrare sinerent: nihil se ex
regno illius preter exilium uiri habere: neq; fortunam suam eādē
uiuo hieronymo fuisse q̄ sororis: neq; interfecto eo causam eandē
esse. Quod si andronori consilia processissent: illa cum uiro fuerit
regnatura sibi cum ceteris seruiendum. Siquis zosippo nūtiet in
terfcm hieronymūs ac liberatas Syracusas: quid dubium esset qn
ex templo conscensurus sit nauem, & in patriam rediturus, quā
tum spes hominum fallit in liberata patria coniugem eius ac li
beros de uita dimicare quid obstantes libertati, aut legibꝫ quod
a se cuiq̄ periculum a sola ac prope uidua & puellis inorbitatem
decedentibꝫ esse. At enim periculi quidem nihil ab se timere īui
sam tamen stirpem regiam esse. Ablegarent ergo procul a Syra
cusis siciliaq; & asportari alexandriam iuberent ad uirum
uxorem, ad patrem filias. Aduersis auribus animisq; cassis ne
tempus tereretur, ferrum quosdam expedientes cernebat: tum
omissis pro se precibꝫ, puellis ut saltem parcerent orare instituit
a qua ętate etiam hostes iratos abstinere ne tyrannos ulciscen
do quae odissent scelera ipsi imitarentur. Inter hęc abstractam

a penetralibꝫ uigulãt. Jn uirgines deinde respersas matris cruo
re impetum facunt quæ alienata mente simul luctu metuq; uelut
captę furore cursu q; se ex sacrario proripuerunt. tum si effugium
patuisset in publicum impleture urbem tumultu fuerunt. Tũ q̃q;
haud magno edium spatio inter medios tot armatos aliquotiẽs
integro corpore euaserunt. tenentibusq; cum tot ac tam ualide r
eluctande manus essent. se se eripuerunt. tandem uulneribꝫ con
fecte cum omnia replessent sanguine exanimes corruerunt. cę
demq; de se miserabilem. miserabiliorem casus fecit. Quod paulo
post nuntius uenit. mutatis repente ad misericordiam animis ne
interficerentur. Ira deũ ex misericordia orta. quod adeo festina
tum ad supplicium. neq; locus penitendi aut regressus ab ira relic
tus esset. Ira q; fremere multitudo & in locum Andronori ac them
stii nam ambo pr. fuerant. comitia poscere. quę nequa q̃ ex sentẽ
tia ꝓtę futura essent. statutus ẽ comitiis dies. quo nec opinantibꝫ
omnibꝫ unus ex ultima turba epicides nominauit. tum inde ali
hippocratem. crebriores deinde hę uoces. & cum haud dubio assẽsu
multitudinis esse. & erat confusa contio. non populari modo sed mi
litari quoq; quoq; turba magna ex parte etiam perfugis qui omnia
nouare cupiebant permixtus. Pretores dissimulare primo & trahẽ
dam rem esse. postremo uicti consensu. & seditionem metuẽtes pro
nuntiant pretores. nec illi statim creati nudauere quid uellent. r
q̃q̃ egre ferebant. Et de indutiis x. dierum legatos isse ad Appium
claudium. & impetrati eis alios qui de fedre antiquo renouando
agerent. missos ad murgantiã tum classem nauium c. Romani ha
bẽbat. q; euaderent motus ex cędibus tyrannorum ortis Syracusi
quo ue eos ageret. Noua atq; insolita libertas oppeniens. Per eos dẽ
dies cum ad Marcellum uementem in siciliam legati Syracusani
missi ab Appio essent. auditis conditionibꝫ pacis. marcellus posse re
conuenire ratus & ipse Legatos syracusas qui coram cum pretoribꝫ
de renouando fedre agerent misit. Etiam nequa q̃ ibi eadem ges
ac tranquillitas erat. Post q̃ pumicam classem accessisse pachinũ alla

tum est dempto timore. hippocrates & Epicides. nunc apud mercenarios milites nunc apud transfugas prodi Romano Syracusas criminabantur. At uero appius naues ad hostium portus qd alie partis hominbo animus accederet instatione habere cepit. Ingēs in speciem criminibus uanis accesserat fides ac primo tumultuo se decurrerat multitudo ad prohibendos si in terram egrederent. In hac turbatione rerum in contionē uocari placuit. Vbi cum alii alio tēderent. nec procul seditione res esset. appollinides principū unus. orationem salutarem ut in tali tempore habuit. Nec spē salutis nec pernitiem propiorē ūq̄ ciuitatum ulli fuisse. Si enī uno animo omnes uel ad Romanos uel ad carthaginenses inclinent nullius ciuitatis statum fortunatiorem gratioremq; fore. Si alia alio trahat res non inter pēnos romanosq; bellum atrocius fore q̄ inter ipsos Syracusanos cum intra eosdem muros pars una que suos exercitus sua arma suos habitura sit duces. Itaq; ut idē omnes sentiant summa ui agendum esse utra societas sit utilior. Longe minorus adeo rē momenti consultationem esse sed tamen hieronis potius q̄ hieronym auctoritatem sequendam in sociis legendis uel. L. annis feliciter expertam amicitiam. Nunc incognite quondam infidelitatis preferendam esse. etiam momenti aliquid ad consilium quod carthaginensibus ira pax negari posset. ut non utiq; in presentia bellum cum eis geratur cum Romanis ex templo aut pacem aut bellum habendum. Quo minus cupiditatis ac studii ulla est oratio habere. plus eo auctoritatis habuit adiectum est. pretoribus ac delectis senatorum militare etiam consilium. iussi. & duces ordinum prefecti q; auxiliorum simul consulere. Cum adstares esset. mediis ēo certaminibo. postremoq; belli cum romanis gerendi ratio nulla apparebat. Pacem fieri placuit. mittiq; cum eis legatos ad rem confirmandam. Dies haud ira multi intercesserūt: cum ex Leontinis Legati presidium finibus suis orantes uenerūt.
Legatio per oportuna ulsa. ut multitudinem in conditam ac tumultuosam exonerandam ducesq; eius ablegandos. hippocratem pre

tor ducere eo transfugas iussus. secuti multi ex mercennariis auxiliis quattuor. m. armatorum effecerunt. Et mittentibus & missis ea leta expeditio fuit. Nam & illis quod iam diu cupiebat nouandi res occasio data est: & ii sentinam quandam urbis rati exhaustam lerabantur. Ceterum leuauerunt modo in presentia uelut corpus egrum: quo mox in grauiore morbū recideret.

Hippocrates enim finitima prouincie romane primo furtiuis excursionibus uastare cepit. Deinde cum ad tuendos sociorū agros missum ab Appio presidium esset omnibus copiis impetū in oppositam stationem cum cede multorum fecit. Que cū essent nuntiata marcello. Legatos ex templo syracusas misit. qui pacis fidem ruptam esse dicerent. Nec belli defuturam unq̄ causam. nisi hippocrates atq; epicides non ab syracusis modo sed tota procul sicilia ablegarentur. Epicides ne aut reus criminis absentis fratris presens esset. aut deesset pro parte sua cōcitādo bello profectus est & ipse in leontinos. quia satis eos aduersus populum r. concitatos cernebat. uertere etiam a syracusis cepit.

Nam ita eos pacem pepigisse cum Ro: ut qui cunq; populi sub regibus fuissent & sue ditionis essent: nec iam libertatis cōtemptos esse. nisi etiam regnent ac dominentur. Renuntiandū igit eis esse. Leontinos quoq; æquū censere liberos esse. uel quod in solo urbis sue tyrannus cecidisset. uel quod ibi primum conclamatum ad libertatem. relictisq; regiis ducibus ad syracusas concursum. Itaq; aut excusandum id de fœdere esse. aut legem eam fœderis non accipiendam facile multitudini persuasum legatis syracusanorum & de cede stationis Romane querentibus. & hippocratem atq; epicidem abire seu locis seu quo alio mallent. dūmodo sicilia cederent. Timentibus ferociter responsum est neq; mandasse sese syracusanis ut pacem prose cum Romanis facerent. neq; teneri alienis fœderibus. hec ad romanos Syracusani detulerunt. abnuentes Leontinos in sua potestate ee. Itaq; integro secum fœdere bellum Romanos cum his gesturos. neq;

sese defuturos ei bello ita ut in potestatem redacti siue rursus
ditionis essent sicut pax conuenisset. Marcellus cum omni exer
citu profectus in leontinos, appio quoq; accito ut altera parte
aggrederetur: tanto ardore militum est usus ob iram inter con
ditiones pacis interfecte stationis ut primo impetu urbem ex
pugnarent. Hippocrates atq; epicides postq; capi muros refrin
giq; portas uidere marcem se se cum paucis recepere. Inde clam
nocte herbesum perfugiunt. Syracusanis viii milium armato⁹
agmine profectis domo ad imilam flumen nuntius occurrit cap
tam urbem esse. Cetera mixta falsa ueris ferens cedem promis
cuam militum atq; oppidano⁹ factam nec quē q; puberem arbitra
ri superesse. direptam urbem: bona locupletum donata. Ad nun
tium tam atrocem constitit agmen concitatus q; omnibus duce⁹
autem erant sosis & Dionysius quid agerent consultabant. erro
ris speciem haud uanam mendacio prebuerūt. uerberati ac secu
ri percussi transfuge ad duo in hominum. Ceterum leontinoru
militum q; aliorum nemo post captam urbem uiolatus fuerat.
suaq; omnia eis nisi que primus tumultus capte urbis assumse
rat restituebantur. Nec ut leontinos irent produtos ad cedem co
militones querentes perpelli potuere. nec ut eodem loco certiore
nuntium expectarent. Cum ad defectionem inclinatos animos
cernerent pretores. sed eum motum haud diuturnum fore si du
ces amentie sublati essent. exercitum ducūt megaram. ipsi cum
paucis equitibo herbesum proficiscuntur. spe territis omnibo per
proditionem urbis potiunde. Quod ubi frustra est fuit inceptū u
agendum rati. Postero die megaris castra mouerunt. ut herbesū
omnibo copis oppugnarent. hippocrates & epicides non tam
tutum prima specie q; unum spe undiq; abscisa consilium esse ra
ti se militibo p̄mitterent, & adsuetis magna ex parte sibi & tum
fama cedis cōmilitonum accensis. obuiam agmini procedunt.
Prima forte signa d c cretensium erant qui apud hieronymum
meruerant sub eis, & hannibalis beneficium habebant capti ad tra

symenum inter Romanorum auxilia dimissique. Quos ubi ex signis
armatorum habituque cognouere hippocrates atque epicides Ro
manos oleę ac uelamenta alia supplicia porrigentes orare ut reci
perent se se receptos tutarentur neu proderent Syracusanis a quibus
mox ipsi trucidandi pretores dederentur. Enim uero conclamat
bonum ut animum haberent omnem se cum illis fortunam ha
bituros. Inter hoc colloquium signa constiterant tenebaturque ag
men. Nec dum quę more causa foret peruenerat ad duces. Post
quam hippocratem & epicidem peruasit rumor fremitusque toto ag
mine erat haud dubie ad probantium aduentum eorum eorum ex
templo pretores ciuitatis equis ad prima signa perrexerunt qui
mos illos quae licentia cretensium esset rogitantes colloquia serē
do cum hoste iniussuque pretorum miscendique eos agmini suo cō
prehendi iniciique catenas iusserunt hippocretem. Ad quam uocē
tantus ex templo primum a Cretensibus clamor est ortus. Deinde
exceptus ab aliis ut facile si ultra tenderent appareret eis timen
dum esse. Solliciti incertique rerum suarum megaram unde pro
fecti erant referri signa iubent, nuntiosque de statu presenti Syra
racusas mittunt. fraudem quoque hippocrates addit. Inclinatis ad
omnem suspicionem animis & Cretensium quibusdam ad itine
ra insidenda missis uelut interceptas literas quas ipse composu
erat recitat. Pretores Syracusani marcello. Secundum salutē ut
ad solet scriptum erat, recte eum atque ordine fecisse quod in Leon
tinis nulli pepercisset. sed omnium mercennariorum militū eādē
esse causam. nec unquam Syracusas quieturas donec quicquam eorū ex
ternorum auxiliorum aut in urbe aut in exercitu suo esset. Itaque
daret operam ut eos qui cum suis pretoribus castra ad megaram ha
berent in suam potestatem redigeret. ac supplicio eorum liberaret
tandem syracusas. hec cum recitata essent cum tanto clamore ad
arma discursum est. ut pretores inter tumultum pauidi obequi
tauerint Syracusas. Et ne fuga quidem equorum seditio cōpressa
est impetusque in Syracusanos milites fiebant. Nec ab ullo tempe

ratum foret ni epicides atq; hippocrates ire multitudinis obuiam
issent. Non a mīa aut humano consilio sed ne spem reditus preci
derent sibi & cum ipsos simul milites fidos haberent simul obside
tum cognatos eorum atq; amicos tanto merito primū deiñ pigno
re sibi conciliarent. Expertiq; q̄ uaā aut leui aura mobile uulgus
esset militem nacti ex eo numero qui in Leontinis circūsessi erāt
subornant ut Syracusas perferret nuntium conuenientem eiꝰ quę
ad milas falso nuntiata erant auctorem se exhibendo aut uelut ui
sa quę dubia erant narrando concitaret iras hominum. Huic nō
apud uulgus modo fides fuit. sed senatum quoq; in curiam intro
ductum amonuit. haud uani quidam homines palam ferre perbe
ne detectam in Leontinis esse auaritiam & crudelitatē romanoꝝ
eadem si intrassent Syracusas aut fediora etiam quo maius sibi
auaritiæ premium esset facturos esse. Itaq; claudendas cūcti por
tas & custodiendam urbem censere. Sed non ab eisdem oīs timere
nec eosdem odisse ad militares pene omnes: partemq; magnam
plebis inuisum esse nomen romanum. Pretores optimatumq; pau
ci quanq̄ inflati uano nuntio erant tamen ad propiꝰ presentiusq;
malum cautiores esse. Et iam ad exaphylum erat hippocrates atq;
epicides. serebanturq; colloquia per propinquos popularium qui
in exercitu erant ut portas aperirent. sinerentq; cōmunem patrā
defendi ab impetu romanorum. Jam unis foribꝰ exaphyli apertis
cepti erant recipi cum pretores interuenerunt. Et primo impe
rio minisq; deinde auctoritate deterrendo postremo ut omnia
uana erant obliti maiestatis precibꝰ agebant ne proderent patriā
tyrānis ante satellitibus & tum corruptoribus exercitus. Sed sur
de adeo omnium aures concitate multitudinis erant quod nō mi
nore intus ui q̄ foris portę effringerentur. Effractisq; omnibus
tuto in exaphylo agmen receptum est. Pretores in acradinem cū
iuuentute popularium confugiunt. Mercennarii milites perfu
geq; & quicquid regiorum militum syracusis erat agmen hostium
augent. Ita acradina quoq; primo impetu capitur pretoresq; nisi

qui inter tumultum effugerunt omnes interficiuntur. nox eo
dibus finem fecit. Postero die serui ad pilleum uocati & carcere
uincti emissi confusaq; omnis multitudo hippocratem atq; epi
cidem creant pretores. Syracusęq; cum breue tempus libertas
affulsisset in antiquam seruitutē recciderant. Hec cum nuntia
ta essent romanis. ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad
Syracusas. Et ab appio Legati per portum missi forte in quinque
remi erant. premissa quadriremis, cum intrasset fauces por
tus capitur: legati egre effugerunt. Et iam non modo pacis sed
ne belli quidem iura relicta erant. Cum romanus exercitu' ad
olimpium iouis id templum est: mille & quingentis passibo ab ur
be castra posuit. Inde quoq; legatos permitti placuit. Quibus ne
intrarent urbem extra portam hippocrates atq; epicides obuiam
cum suis processerunt. Romanus orator non bellum se syracu
sanis sed opem auxiliumq; afferre ait. & his qui ex mecha cede elap
si perfugerant ad se & eis qui metu oppressi fedhorem non exci
lio solum sed etiam mortem seruitutemq; patiantur. Nec cedem
infandam sociorum multa romanos passuros. Itaq; si eis qui ad
se perfugerunt tutus in patriam reditus pateret cedis auctores
dedantur & libertas legesq; syracusanis restituantur: nihil ar
mis opus esse. Si ea non fiant quicunq; in moram sit bello perse cu
turos. Ad ea epicides si qua ad se mandata haberent responsū eis
aut se daturum fuisse: cum in eorum ad quos uenerit manu res Sy
racusana esset tum reuerterentur. Si bello lacessent ipsa re intel
lecturos. nequaq; idem esse syracusas ac Leontinos oppugnare.
I ta legatis relictis portas clausit. Inde terra mariq; simul cepte
oppugnari syracuse. terra ab exaphylo. mari ab achradina. cui
murus fluctu alluitur. Et quia sicut leontinos terrore ac primo
impetu ceperant non diffidebant uastam dissectam q; spatio ur
bem parte aliqua se uasturos. Omnem apparatum oppugnādę
urbium muris admouerunt. Et habuisset tanto impetu cepta
res fortunam nisi unus homo syracusis ea tempestate fuisset ar

chimedes. Iserat unicus spectator celi syderumq; mirabilior tam
inuentor ac machinator bellicorum tormentorum operumq;
quibus hostes ingenti mole agerent. ipse per leui momento ludi
ficaret. Murus per inequales ductius colles pleraq; alia & diffici
lia aditu. submissa quedam & que planis uallibꝫ adiri possent cuiq;
aptum uisum est loco. ita omni genere tormentorum instruxit.
achredine murum qui ut ante dictum est mari alluitur. ex qn
queremb; marcellus oppugnabat. & ceteris nauibꝫ sagiptarii fu
ditoresq; & velites etiam quorum telum ad remittendum in habi
le imperitis est. uix quenquā sine uulnere consistere in muro pa
tiebantur. Hisq; statim missilibꝫ opus est. procul muro tenebāt na
ues iuncte alie bine ad .v. remes demptis interioribus remis. ut
latus lateri applicarētur. cum exteriori ordine remorum uelut na
ues agerentur. turres contabulatas machinamentaq; alia quatiē
dis muris portabant. Aduersus hunc naualem apparatum archime
des uarie magnitudinis tormenta in muris disposuit. In eas que
procul erant naues saxa ingenti pondere emittebat. propiores le
uioribꝫ saxis. eoq; magis crebris patebant telis. Postremo ut suo
uulnere intacti tela in hostem ingererent. murum ab imo ad sum
mum crebris cubitalibꝫ fere caueis aperuit. per que caua pars sa
giptis. pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem.
Que propius quedam subibant naues. quo interiores ictibus tor
mentorum esset: in eas tollendo e super murum eminentē ferrea
manus firme cathene illigata. cum iniecta prore esset grauiq; li
bramento plumpi recelleret. ad celum suspensa prora nauē ipuppī
statuebat. Deinde remissa subito uelut ex muro cadentem nauē
cum ingenti trepidatione nautarum. ita unde affligebant ut &
si recepta reciderent. aliquantum aque acciperet. Ita maritima
oppugnatio est elusa omnisque uis est aduersa
tum ut totis uiribꝫ terra aggrederentur. Sed ea quoque pars
eodem omni apparatu tormentoꝝ instructa erat hieronis īpēsis
curaq; per multos annos archimedis unica arte. Natura etiam

uuabat loci quod saxeum cui impolita muri fundamenta sunt magna ex parte ita prodiue est ut non solum milia tormenta sed etiam que pondere suo prouoluta cliuo grauiter in hostem inciderent. Eadem causa ad subeundum arduum aditum insta bilemq; ingressum prebebant. Ita consilio habito quo omnis co natus ludibrio esset absistere oppugnatione atq; obsistendo ta tum arcere terra mariq; cõmeatib⁹ hostem placuit. Interim ⁊ marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus que in motu rerum ad carthaginenses defecerant pelo rum atq; herbesum dedentibus ipsis recepit megaram ui captã diruit ac diripuit ad reliquorum ac maxime syracusanorũ ter rorem. Per idem fere tempus & hymilco qui ad pachyni promõto rium classe diu tenuerat ad heracleam quam uocãt minoam .xx. milia peditum tria equitum .xii. elephantos exposuit nequaquã cum tantis copiis ante tenuerat ad pachynum classem. Et postq; ab hippocrate occupate syracuse erant profectus carthaginẽ adi tusq; ibi & a legatis hippocratis litteris q; hannibalis qui uenisse tempus aiebat siculis per summum decus recuperande & ipse ha ud uanus presens monitor facile perpulerat ut quante maxime possent peditum equitumq; copie in siciliam traicerentur. Aduc niens heracliam intra paucos inde dies agrigentum recepit. Ali arumq; ciuitatum que partis carthaginensium erant adeo acce se sunt spes ad pellendos de sicilia ro. ut postremo qui obsidebãt syracusis animos substulerint. Et parte copiarum satis defendi urbem posse rati ita inter se munera belli partiti sunt ut epicide preesset custodie urbis hippocrates himilconi coniunctus bellũ aduersus consulem ro. gereret cum .x. m. pedtum quingenti eq tib⁹ nocte per intermissa custodius loca profectus castra circa accillas urbem posuit. Munientib⁹ superuenit marcellus ab agri gento iam occupato cum frustra eo preuenire hostem festinans re tendisset rediens nihilminus ratus q; illo tempore ac loco syracu sanum sibi exercitum obuiam fore. Sed tamen metu hymilconis

penorumq; ut quibus nequaq̃ eis copiis quas habebat par esset
q̃ poterat maxime intentus atq; agmine ad omnes casus cõpo
sito ibat fortecura: q̃ erat aduersus peno' preparata aduersus syculos
usus fuit. Castris ponendis in compositos ac dispersos nactus eos
& plerosq; inhermes, quot peditum fuit circũuenit. Eques leui
certamine inito cum hippocrate acreas perfugit. Ea pugna de
fugientes ab Romanis, cum cohibuisset siculos marcellus syra
cusas redit. Et post paucos dies hymilco adiuncto hippocrate
ad flumen anatim octo ferme inde milia castra posuit. Subidẽ
fere tempus naues longe .v. & L. Carthaginensium cum Bomilca
re classis in magnum portum syracusis ex alto decurrere. Et ro
mana item classis .xxx. quinq; remes, Legionem primam panor
mi exposuere uersumq; ab Italia bellum adeo utq; populus in sici
liam intentus uideri poterat. Legionem ro. que panormi expoita
erat uenientẽ syracusas prede haud dubie sibi futuram hymilco
ratus, uia decipitur. Mediterraneo nanq; penus itinere duxit. Le
gio maritimis locis classe prosequente ad appium cla. pachynũ
cum parte copiarum obuiam progressum peruenit. Nec diutius
peni Syracusis morati sunt: & Bomilcar simul parum fidens na
uibus suis: dupplici facile numero classe aduentantibꝫ romanis
simul utilem in morã cernens. nihil aliud a suis q̃ inopia aggra
uari sociorum uelis in altum datis in affricam transmisit. & hy
milco secutus. Ne quicquã marcellus syracusas. siqua priusq̃ ma
ioribus copiis iungeretur occasio pugnandi esset. Postq̃ ea nulla
contigerat tutumq; ad syracusas & munimento & uiribꝫ hostẽ
cernebat ne frustr̃ assidendo expectandoq; obsidionem socioꝝ tp̃s
tereret castra inde mouit: ut quocunq; uocasset defectionis ab
romanis spes admoueret exercitum, ac presens suis refouentibꝫ
adderet animos. Mulgantiam primum prodito ab ipsis presidio
ro. recepit. Vbi frumenti magna uis cõmeatusq; omnis generis
conuecti erant a Romanis. Ad hanc defectionem erecti sunt &
aliarum ciuitatum animi presidiaq; romana aut pellebantur

arcibus aut prodita per fraudem opprimebantur. Henna in ex
celso loco ac prerupto undiq; sita tum loco inexpugnabili erat
tum presidium in arce ualidum, prefectumq; presidii haud sa
ne oportunum insidiantibꝫ habebat. L. Pinarius erat uir acer,
& qui plus in eo ne posset decipi q̃ in fide siculoꝝ reponeret, &
cum intenderent eum ad cauendũ omni cura auditę tot pro
ditiones defectionesq; urbium & clades presidiorum. Itaq; nocte
iusta parata instructaq; omnia custodiis, ac uigiliis erant, nec
ab armis aut loco suo abscedebat miles Quod ubi hennensiũ prĩ
cipes, iam pacti cum himilcone de proditione presidii animad
uerterunt, nulli occasioni fraudis, romanum patere placuerat
agendum, urbem arcemq; suę potestatis aiunt debere esse: si li
beri in societatem, non serui in custodiam: traditi essent roma
nis. Itaq; claues portaꝝ reddi sibi æquum censent, bonis socijs fi
dem suam, maximum uinculũ esse & ita sibi, pr. senatumq; grãs
habiturum: si uolentes ac non coacti mansissent in amicitia. Ad
ea romanus se in presidio impositum esse dicere ab imperatore
suo: clauesq; portarum & custodiam arcis ab eo accepisse, quas nec
suo nec hennensium arbitrio haberet, sed eius qui cõmisisset pre
sidium decederẽ apud romanos capitale esse: & nec liberorũ etiã
suorum causa parentes sanxisset. cons. marcellum haud pro
cul esse, ad eum mitterent Legatos, cuius iuris atq; arbitrii eẽt.
Se uero negare illi missuros & testari, si uerbis nihil agerent, uĩ
dictam libertatis suę quęsituros. Tum Pinarius ait illi. Si ad cõ
sulem grauamini mittere, sibi saltem darent populi concilium
ut sciretur utrum paucorum ea denuntianda: an uniuersę ci
uitatis essẽt. Cõsensu in posteꝝ diẽ cõtio edicit. Postq̃ ab eo col
loquio in arcem sese recepit conuocatis aliquibꝫ. Credo uos au
disse milites inquit quemadmodum presidia ro. a siculis cir
cũuenta & oppressa sunt per hos dies, eam uos fraudem deorum
primo benignitate: deinde uestra ipsi uirtute dies noctesq; perstã
do ac peruigilando in armis uitastis. Vtinam reliquum temp⁹ nec

patiendo infanda nec faciendo traduci possit. hęc occulta fraude
cautio est. qua quia ad huc minus cuiquam successit aperte ac
propalam claues portarum reposcunt. Quas postq̃ ut tradiderim⁹
carthaginensium ex templo henna erit: fediusq; hic trucidabim⁹
q̃ mulgantię presidium interfectum est. Noctem unam egre ad
consultandum sumpsi: qua uos cautiores periculi instantis face
rem. Orta luce contionem habituri sunt ad criminandum me
concitandumq; in uos populum. Itaq; crastino die: aut uestro aut
hennensium sanguine henna inundabitur: nec preoccupati peri
culum, nec occupantes periculi quicq̃ habebitis. Qui prior strĩxe
rit ferrum: eius uictoria erit. Intenti ergo omnes armatiq; sig⁹
expectabitis ego in contione ero: & tempus quoad omnia instruc
ta sint loquendo altercandoq; traham. Cum toga signum dede
ro: tum mihi undiq; clamore sublato turbam inuadite: ac sterni
te omnia ferro. & cauete ne quicq̃ hi⁹ sup̃sit. a quib⁹ aut uis aut
fraus timeri possit. Vos ceres mater ac proserpina precor, ceteri
superni inferiq; dii: qui hanc urbem: hos sacros lacus, lucosq; co
litis ut nobis uolentes propitii assitis, si uitandę non inferendę
fraudis causa hoc consilii capimus. Pluribus uos milites horta
rer si cum armatis dimicatio futura esset. Inermes incautos,
ad satietatem trucidabitis: & consulis castra in propinquo sũt:
ne quid ab himilcone & carthaginensib⁹ timeri possit. Ab hac
adhortatione dimissi corpora curant. Postero die alii aliis locis
ad obsidenda itinera claudẽdo⁹q; oppidanis exitus pars maxima
super theatrum circaq; assueti & ante spectaculum contionem
consistunt. Productus ad populum a magistratib⁹ prefectus ro
cum consulis de ea re uis ac potestatem esse non suam: pleraq; t
eadem quę prius pridie dixisset. Primo sensim ac plus reddere
claues. deinde iam una uoce omnes id iuberent: cunctantiq; &
differenti ferociter minitarentur: nec uiderentur ultra uim ul
timam dilaturi: tum prefectus toga signum ut conuenerat de
dit: militesq; intenti dudum ac parati alii superaduersam contio

nem clamore sublato decurrunt. Alii ad exitus theatri conferti
obsistunt. Ceduntur hennenses cauea inclusi coaceruantur q̄ nō
cede solum: sed etiam fuga cū alii sup̄ aliorum capita ruerent in
tegri saucius uiui mortuis incidentes cumularentur. Inde passi
discurritur & urbis captę modo fuga & cædes omnia tenet. Nihilo
remissiore militum ira qd̄ uire turbam inermem cædebant q̄ si
periculum par & ardor certaminis eos irritaret. Ita henna aut
malo aut necessario facinore retenta. Marcellus nec factū ip̄
bauit & predam hennensium militibus concessit ratus timore
deterritos proditionibus presidiorum siculos atq̄ ea clades ut
urbis in media sicilia sitę clareq̄ uel ob insignem munimento na
turali locum uel ob sacrata omnia uestigiis raptę quondam pro
serpinę prope uno die omnem siciliam peruasit: & quia cæde in
fanda rebantur non hominum tantum sed etiam deorum sedē
uiolatam esse: tum uero qui etiam ante dubii fuerant defecē ad
pęnos. hippocrates inde murgantiam: himilco agrugentum se se
recepit: cum acciti a proditoribꝫ ne quicq̄ ad hennam exercitum
admouissent: marcellus retro in Leontinos redit. frumentoq̄ &
cōmeatibꝫ aliis in castra conuectis: presidio ibi modico relicto,
ad syracusas obsidendas uenit. Inde appio claudio romam ad cō
sulatum petendum misso. T. Quintium Crispinum in eius locum
classi castrisq̄ prefecit ueteribꝫ: ipse hibernacula quinquemilia
passuum hexapylo: Leontinamq̄ uocant locum cōmunit ædifica
uitq̄. hæc in Sicilia usq̄ ad principium hiemis gesta sunt. eadem
æstate: & cum philippo rege quod iam ante susceptum fuerat mo
tum bellum est. Legati ab orico ad. M. Valerium. pr. uenerūt pre
sidium classi brundusii calabrięq̄ circa litoribus annuntiantes
philippum primum appolloniam temptasse leuibꝫ biremibꝫ cxx.
flumine aduerso subuectum. Deinde ut ea re tardiore spe fuerit
ad oricum clam nocte exercitum admouisse: eamq̄ urbem sitam in
plano neq̄ meniis neq̄ uiris atq̄ armis ualidam primo impetu in
oppressam esse. Hæc nuntiantes orabant ut opē ferret hostemq̄

haud

haud dubium romanis terra ac maritimis uiribus arcerent qui
ob nullam aliam causam nisi quod iminent Italie peterentur. M.
valeri psidio ei lo relicto T. valerio legato cum classe instructa pa
rataq. & quod longe naues militum quia capere non poterat in
onerarias impositis Altero die oricum peruenit urbemq. eam le
ui tenente presidio quod recedens inde reliquerat haud magno
certamine recepit. Legati eo ab apollonia uenerunt nuntian
tes sese in obsidione quod deficere ab romanis nollent esse neq.
substinere ultra uim macedonum posse nisi presidium mutatur
ro. facturos se que uellent pollicitos & cons. delectorum militum
.ccc. nauib longis mittit ad hostium fluminis cum prefecto ne
socium Nenio crispo uiro impigro & perito militie. His expositis
militib interram nauibusq. oricum retro unde uenerat ad ce
teram classem remissis milites procul a flumine per uiam minie
ab Rege obsessam eduxit & nocte ita ut nemo hostium sentiret ur
bem est ingressus Die insequente quieuere dum prefectus iuue
tutem appollonatium armaq. & urbis uires inspiceret. Vbi ea ui
sa inspectaq. satis animorum fecere simulq. ab exploratoribus
comperit quanta socordia ac negligentia apud hostes sit silentio
noctis ab urbe sine ullo tumultu egressus castra hostium adeo
neglecta atq. aperta intrauit ut satis constaret prius mille homi
num uallum intrasse quam quisquam sentiret ac si cede abstinuissent per
uenire ad tabernaclm regum potuisse. Cedes proximorum porte ex
citauit hostis. Inde tantus terror pauorq. omis occupauit ut non
modo alius quisquam arma capere aut castris pellere hostem conaret
etiam ipse rex sicut somno excitus erat prope seminudus fugiens
militi quoq. nec dum regi decoro habitu ad flumen nauesq. per
fugerit. Eodem & alia turba effusa est Paulo minus tria. m. militum
in castris aut capta aut occisa plus tamen hominum aliquanto cap
tum quam cesum est. Castris direptis apollinate captapultas balistas
tormentaq. alia que oppugnande urbi comparata erant ad tuen
da menia siquando similis fortuna uenisset apolloniam deuexe

Cetera omnis preda castrorum romanis concessa est. hæc cum oricum essent nuntiata. M. valerius classem ex templo ad hostium fluminis duxit, ne nauibꝫ capessere fugam rex posset. ⁊

Itaq; Philippus neq; terrestri neq; nauali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incensis nauibus terra macedoniam petit: magna ex parte inhermi exercitu spoliatoq; romana classis cum M. valerio orici hibernauit. Eodem anno in hispania uarie res gestę. Nam priusq̃ Romani amnem hyberũ trãsirent, ingentes copias hispanorum mago & hasdrubal fuderẽt: defecissetq; ab romanis ulterior hispania nisi. P. Cornelius traducto exercitu hyberum dubiis sociorum animis in tempore aduenisset. Primo ad castrum altum locus est insignis cæde magni hamilcaris: castra romani habuere. Arx erat munita: & cõuexerãt ante frumentum. quia omnia circa hostium plena erãt. agrum q; ro. impune incursatum ab equitibꝫ hostium fuerat & ad .xxx. m: aut moratorum: aut palantium per agros interfcã.

Cessere inde romani propius pacata loca: & ad montem uictoriæ castra cõmuniuere. Eo. Cn. Scipio cum omnibꝫ copiis. & hasdrubal Gisgonis filius tertius Carthaginensium dux, cum exercitu iusto aduenit: contraq; castra ro. transfluuium omnes consedere. P. Scipio cum expeditis clam profectus ad loca circa uisenda haud fefellit hostes. Oppressissentq; eum in patentibꝫ cãpis nisi tumulum in propinquo cæpisset. Ibi quoq; circumsessus aduentu fratris obsidione eximitur. Castulo urbs hispanie ualida ac nobilis, & adeo coniuncta societate pęnis, ut uxor inde hannibali esset, ad ro. defecit. Carthaginenses Illiturgum oppugnare adorti, quia presidium ibi Ro. erat uidebanturq; inopia maxime eum locum expugnaturi. Cn. Cornelius Scipio ut sociis pręsidioq; ferret opem, cum legione expedita profectus, inter bina castra cum magna cęde hostium urbem est ingressus, & postio die eruptioneq; felici pugnauit. Supra .xii. milia hominum cęsa duobus p̃liis pl⁹. x. m. capta cum vi. & xl. militaribꝫ signis. Ita ab Illi

tirgo recessum est. Bigerra inde urbs socia & hęc ro. erat a Cartha
ginensibus oppugnari cepta est. Eam obsidionem sine certamiē
aduenienſ. Cn. Scipio soluit ad mundam exinde castra punica mo
ta. & romani eo confestim secuti sunt. Ibi signis collatis pugnatū
per quattuor ferme horas egregieq; uincentibus Romanis signū
receptui est datum quod corn. Scipionis femur tragula confixū
erat. pauorq; circa eum ceperat milites, ne mortiferum esset uul
nus. Ceterum haud dubium fuit quin nisi ea mora interuenisset
castra eo die punica capi potuerint. Iam non milites solum sed ele
phanti etiam usq; ad uallum acti erant, super quod ipsi. ix. & xxx.
elephanti pilis confixi. Hoc quoq; prelio ad. xii. m. hominum di
cuntur cęsa: prope tria. m. capta cum signis militaribus. vii. & l.
A d aurigem inde urbem pęni recessere, & ut territis instaret secu
tus Romanus ibi item scipio lecticula in aciem in latus cōflixit.
N ec dubia uictoria fuit minus tam̄ dimidio hostium q̄ antea
quia pauciores superfuerant qui pugnarent occisum. Sed gens
nata instaurandis reparandisq; bellis magonem ad conquisitio
nem militum fratrem misit. ipse breui repleuit exercitum. ani
mosq; ad temptandum de integro certamen fecit. Alii pleriq; mi
lites siqui pro parte totiens intra paucos dies uicta, hisdemq; it
animis quibꝫ prius coorti eodemq; euentu pugnauere. Plus. viii.
m. hominum cęsa & non multo minus q̄ mill. capta, & signa mili
taria. L. viii. & spolia plurima gallica fuere anuli aurei, torques
armilleq; magnus numerus. Duo etiam insignes reguli gallorū
męnia capta & ciuis maro nomina erant eo prelio ceciderunt.
O cto elephanti capti tres occisi. Cum iam prospere res in hispania ēēnt
uerecundia romanos tandem cępit saguntum oppidum quod cau
sa belli esset. octauum iam annum sub hostium potestate esse. Itaq;
id oppidum inde pulso presidio punico receperunt. cultoribusq;
antiquis quos & uis reliquerat belli restituerunt. & Tudertanos q̄
cōtraxerant eis cū carthaginensibꝫ bellum in potestate redactos, sub
corona uendiderunt, urbemq; eorum deluere. Hęc in hispania

Q. Fabio M. Claudio conss. gesta. Rome cum Tr. Pl. noui magi
stratum inissent ex templo censoribꝫ. P. furio & M. attilio ap.
Metello tribuno plebis dies dicta ad populum est. Questorē eū
proximo anno adempto equo: tribu mouerant atq; erarium fece
rant propter coniurationem desertę Italię ad Cannas factā Sed
nouem tribunorum auxilio ueriti causam in magistratu dicerē.
dimissiq; fuerant: ne Lustrum perficerent mors prohibuit. P. furi
M. attilius magistratu se abdicauit. Comitia consularia habita
a Fabio Maximo cons. Creati conss. ambo absentes. Q. Fabius ma
consulis filius: & T. Sempronius Gracchus iterum. Pretores fuit
M. attilius: & qui tum ędiles curules erant. P. Sempronius Tutida
nus: & Cn. Fuluius Centumalus & M. ęmilius Lepidus. Ludos sce
nicos per quatriduum eo anno primum factos a curulibꝫ edilibꝫ
memorię pditur. Ędilis Tuditonus hic erat: qui ad Cannas aliis pa
uore in tanta clade torpentibus. per medios hostes auxiliis eru
pit. Comitiis perfectis auctore. Q. Fabio consule designati consu
les Romam accersiti magistratum inierunt senatumq; de bello ac
prouinciis suis pretorꝫq; & de exercitibꝫ quibꝫ cuiq; pre essent cō
suluerunt. Itaq; prouincię atq; exercitus diuisi. Bellum cum han
nibale consulibꝫ mandatum & exercitum unus quem ipse Sēpro
nius habuerat. Alter quem Fabius cons. ęę binę erant legiones
M. Emilius pr. cuius peregrina sors: iurisdictionē attilio colle
gę pretori urbano mandarat ut Luceriam prouinciam haberet. Le
gionesq; duas: quibus. Q. Fabius qui tum consul erat: pretor pre
fuerat. Pretori Sempronio prouinciam ariminum Cn. Fuluio Su
essulam cum binis hisdem legionibꝫ euenerunt. ut fuluius Vrbanas
legiones duceret. Tutidanus a. M. Pomponio acciperet. proroga
ta imperia prouincię qui. M. Claudio Sicilie finibus eis quibꝫ re
gnum hieronis fuisset. Lentulo propr. prouincia uetus. Octaci
lio classis exercitus. nulli additi noui. M. Valerio grecia mace
doniaq; cum legione & classe quam haberet. M. Mutio cum ue
teri exercitu. duę autem legiones erant. sardinia. C. Terentio le

alr ab augure

gio una qui iam preerat picenum. Scribi preterea duę legiones
urbanę iusse: & xx. mil. sociorum. his ducibꝫ his copiis aduer
sus multa simul aut mota aut suspecta bella munierunt ro. ipe
rium. Consules duabus urbanis legionibꝫ scriptis supplementoq;
in alias lecto priusq̃ ab urbe mouerent prodigia procurarunt q̃
nuntiata erant Murus ac portę tactę & aricię etiam iouis edes
de cęlo tacta fuerant & alia ludibria oculorum auriumq; credi
ta proueris. Nauium longarum speties in flumine & Tarracinę
quę nulle erat uisę. et in iouis uicilini templo quod in compsa
no agro est arma concrepuisse. & flumen amiterni cruentum
fluxisse. his procuratis ex decreto pontificum profecti cõsules.
Sempronius in Lucanos in apuliam Fabius pater filio legatus ad
Suessulam in castra uenit. Cum obuiam filius progrederetur lic
toresq; uerecundia maiestatis eius ante irent taciti preter unde
cim fasces equo preuectus senex ut consul animaduerteret pro
ximum lictorem iussit ut is descenderet ex quo inclamauit: tũ
demum desiliens experiri inquit uolui fili saltem scires consu
lem te esse. In ea castra Classius altinius arpinas clam nocte cum
tribus seruis uenit promittens si sibi premio foret se arpos pro
diturum esse. Eam rem cum ad consilium retulisset Fabius aliis
pro transfuga uerberandus necandus q; uideri ancipitis animi
cõmunis hostis. qui post Cannensem cladem, tanq̃ cum fortuna
fidem stare oporteret ad hannibalem discessisset traxisset q; ad de
fectionem arpos. tum quoniã res ro. contra spem uotaq; eius ue
lut resurgeret turpius uideatur nouam referre proditionẽ pro
ditis pro septem mil. uirali iudicio esset semp q; aliunde sẽtir &
infidus sociis. uanus hostis ad falleriorum Pyrrhiue proditorẽ
tertium transfugis documentum esset. Contra ea consulis pater
fabius temporum oblitos homines in medio ardor belli tanquã
in pace libero de quoq; arbitrio agere aiebat. Et cum illud potius
agendum atq; eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne quis
socii a populo romano desciscant: & non uocitent documentum

aut dicatur statui oportere: siquis resipiscat: & antiquam societa
tem respiciat. Quod si abire a romanis liceat: redire ad eos non
liceat: redire ad eos non liceat: quid dubium esset: quin breui
desiderata a sociis Romana res: foederibus punicis omnia in Italia
uisura sit: Se tamen non eum esse: qui altinio fidei quicq̃ cẽseat
habendum: sed mediam consequuturum consilii uiam: neq; eum
pro hoste: neque pro socio in presentia habitum: Libera custodia
haud procul a castris placere in aliqua fida ciuitate eum seruare
per belli tempus. Perpetrato bello tum consultandum utrum de
fectio prior plus merita sit pene an hic reditus ueniae. Fabio assẽ
sũ est: catenisq; ligatus traditus & ipse & comites & auri satis: q;
magnum pondus secum attulerat ei seruari iussum. calibus eũ
inter diu solutum custodes sequebantur: nocte clausum adserua
bant. Arpis domi primum desiderari queriq; est ceptus. Deinde
fama per totam urbem uulgata tumultum pro principe amisso
fecit: metuq; rerum nouarum ex templo nuntii ad hannibalem
missi. quibus nequaq̃ offensus penus quia & ipsum ut ambigue
fidei uirum suspectum iam pridem habebat. & causam nactus erat
tam ditis hominis bona possidendi uendendiq;. Ceterum ut ire
magis q̃ auaritiae datum crederent homines: crudelitati quoq;
grauitatem addidit. coniugem eius ac liberos in castra accitos:
questione habita primum de fuga deinde aliunde in quantum
auri argentiq; domi relictum esset satis cognitis omnibus uiuos
combussit. Fabius ab subsellia prefectus. arpos primũ instituit
oppugnare. Vbi cum mille fere passibus castra posuisset contem
platus ex propinquo situm urbis meniaq; quae pars tutissima me
nibus erat: quia maxime neglectam custodia uidet: eam potissi
mum aggredi statuit. Comparatis omnibꝫ quae ad urbes oppu
gnandas usui sunt: centurionum robora ex toto exercitu dele
git: tribunosq; uiros fortes eis prefecit. & milites sex centos quã
tum satis uisum est attribuit. eosq; ubi quarte uigilie signum ce
cinisset ad eum locum scalas iussit ferre. Porta ibi humilis & an

gusta erat infrequenti uia per desertam parietem urbis. Eam
portam urbis scalis prius transgressos ad murum pergere ex inte-
riore parte aut claustra refringere iubet: & tenentes partem ur-
bis cornu signum dare: ut cetere copie admouerentur: parata
omnia atq; instructa esse habiturum. Ea impigre facta & quod
impedimentum agentibus fore uidebatur, id maxime ad fallen-
dum uiuit. Imber a media nocte cohortus custodes uigilesq; di-
lapsos e stationibus subfugere in tecta coegit. Sonitusq; primo lar-
gioris procelle strepitumq; molestum ad portam exaudiri prohi-
buit. Lentior deinde æqualiorq; accedens auribus magnam par-
tem hominum sopiuit. Postq̃ portam tenuerunt: cornicines in
uia paribus interuallis dispositos canere iubent ut consulem ex-
citent. Et ubi factum ex composito est: signa efferri consul iubet:
ac paulo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur: tũ
demum hostes excitati sunt iam & imbre conquiescente, & pro
pinqua luce. Presidium in urbe erat hannibalis: quinque milia
ferme armatorum & ipsi arpini tria milia hominum armabant.
Eos primos peni, nequid a tergo fraudis esset hosti opposuerunt. Pu-
gnatum primo in tenebris angustisq; uiis est, cum romani non
uias tantum sed tecta etiam porte proxima occupassent, ne peti
superne ac uulnerari possent. Cogniti interius quidam arpini &
romani: atq; inde colloquia cepta fieri. Percunctantibus romanis
quid sibi uellent arpini, q̃ ob noxam romanorum aut quod me-
ritum penorum pro alienigenis: ac barbaris Italici aduersus uetere
socios romanos bellum gererent: & uectigalem ac stipendiariã
Italiam a frice facerent. Arpinis purgantibus ignaros omnium se-
uenum a principibus datum pene captos oppressosq; a paucis esse
initio orto plures cum pluribus colloqui. Postremo pr̃. arpinus
a suis ad cons. deductus fideq; data inter signa aciesq; arpini re-
pente pro romanis aduersus carthaginen̄ arma uerterunt: hispa-
ni quoque paulominus mille homines nihil preterea cum cõsule
pacti, q̃ ut sine fraude punicum emitteretur presidium ad cons.

transtulerunt signa. Carthaginensibꝫ portę patefacte emissiq; cū
fide incolumes ad hannibalem salapiam uenerunt. Arpi sine cla
de ullius preterq̄ unius ueteris proditoris noui perfuge resti
tuti ab romanis. hispanis duplicia cibaria dari uissa. operaq; eorꝫ
forti ac fideli per sępe res. P. usa est. Cum cons. alter in apulia al
ter in lucanis esset: equites. cxii. nobiles campani: per spetiem
predandi in hostium agro permissu magistratuum ab capua pro
fecti ad castra ro. quę super Suessulam erant uenerunt. Statio
ni militum qui essent dixerunt. conloqui se se cum pr. uelle Cn.
Fuluius castris preerat. Cui ubi nuntiatum est. x. ex eo numero
iussit inermes deduci ad se. Vbi q̄ postularent audiuit nihil autē
aliud petebant: q̄ ut capua recepta bona sibi restituerentur in fi
dem omnes accepti. & ab altero. pr. Sempronio tuditano oppidū
atrinū expugnatum. Amplius L xx. hominum capta. eris argē
tiq; signati aliquantum. Romę fedum incendium per duas noctes
ac diem unum tenuit. Solo equata omnia inter salinas & portam
carmentalem cum equimelio iugularioq; uico in templis fortunę
ac matris matutę & extra portam late uagans ignis sacra profa
naq; multa absumpsit. Eodem anno. P. & Cn. Cornelius cum his
pania res prospere essent multosq; & ueteres reciperent socios &
nouos adducerent in africam quoq; spem extenderunt. Syphax
erat rex numidarum subito Carthaginensibꝫ hostis factus. Ad
eum centuriones. iii. legatos miserunt qui cum eo amicitiam
societatem q; facerent. & pollicerentur si perseueraret urgere bel
lo Carthaginenses: gratam eam rem fore senatui populoq; ro. &
annisuros ut in tempore bono cumulatam eam gratiam referāt.
Grata ea legatio barbaro fuit conlocutusq; cum legatis: de ratione
belli gerendi ut ueterum militum uerba audiuit. q̄ multarū rerꝫ
gnarus ipse esset: ex comparatione tam ordinate disciplinę aium
aduertit. Tum primum ut pro bonis ac fidelibꝫ facerent orauit
ut duo legationem referrent ad imperatores suos: unus apud se se
magister rei militaris r̄manēt. rudem ad pedestria bella numidarū

esse gentem equis tantum habilem. Ita iam unde a principijs gen
tis maiores suos bella gessisse. ita se a pueris insuetos. Sed habere
hostes pedestri fidentes marte. cui se equari robore uirium uelit. &
sibi pedites comparandos esse. & ad id multitudine hominum re
gnum abundare. sed armandi ornandiq. & instruendi eos artem
ignorare. omnia uelut forte congregata turba sua insciа ac teme
raria essent facturos & in presentia quod uellet legati responderit.
Fide accepta ut remitteret ex templo eum si imperatores sui nō
comprobasset factum. Q. Statorio nomen fuit qui ad regem roman
sit cum duobus rō relata numida legatos in hispaniam misit ad
accipiendam fidem ab imperatoribus rō. hisdem mandauit ut
protinus numidas qui intra portas seu presidia carthaginensiū
auxiliares essent ad trānsitionem perlicerent. Et Statorius ex multa
iuuentute regi pedites conscripsit ordinatosq. proxime more
romanum instruendo & decurrendo signa sequi & seruare or
dines docuit. & operi aliisq. iustis militaribus ita assuefecit ut bre
ui rex non equiti magis q̄ pediti fideret. collatisq. equo campo si
gnis iusto prelio carthaginensem hostem superaret. Romanisq. huic
in Hispania legatorum regis aduentus magno emolumento fuit.
Nanq. ad famam eorum transitiones crebre a numidis cepte fieri:
ita cum syphace Romanis iuncta amicitia est. Quod ubi Cartha
ginenses accipere ex templo ad galam in parte altera Numidiae
massilia ea gens uocatur regnantem legatos mittunt filiū eius
Massinissam habebat vii. & x. annos natum. ceterum iuuenem ea
indole ut iam eum appareret. eius regnum opulentius q̄ cum acce
pisset facturum. Legati quoniam sibi placere se Romanis uiderent ut
potentior societate eorum aduersus regem populosq. Africe cēt
arebant melius fore galam quoque carthaginensibus iungi q̄ primū
arte q̄ syphacem in hispaniam aut Romani in Africam transeant oppri
mi syphacem nihil dum preter nomen ex fedele rō habentē posse.
Facile persuasum est gale filio deposcente id bellum: ut mitteret in
exercitum: qui carthaginensibus legionibus iunctus magno prelio

Syphaõe deuicit .xxx. mil. inde eo plelio hominum cęsa dicun
tur Syphax cum paucis equitibus in maurusios ex acie numida
rum extremi prope occeanum aduersus Gades colunt refugit.
A ffluentibus ad famam eius undiq; barbaris, ingentes breui copias
armauit. Dum quibus: anteq̃ hispaniam angusto direptam fre
to: trauceret: Massinissa cum uictore exercitu aduenit isq; ibi
cum syphace ingenti gloria perse sine ullis carthaginensiũ opib;
gessit bellum. In hispania nihil memorabile gestum: preterq̃ q; cel
tiberorum iuuentutem, eadem mercede qua facta cum carthagi
nensibus erat. imperatores ro. ad se perduxerunt: & nobilissimos
al supra hispanos ultra .ccc. in̄ in Italiam ad sollicitandos populares
qui inter auxilia hannibalis erant miserunt. Id modo eius anni &
in hispaniam ad memoriam insigne est. quod mercenariũ mili
tem in castris neminem ante q̃ tum Celtiberos Romam habuerũt.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO LIBER QVINtus

DVM HEC IN AFRICA:
atq; in hispania geruntur: hannibal
in agro Tarentino estatem consump
sit. spe per proditionem urbis taren
tinorum potiunde. Ipsorum interim
salentinorum ignobiles urbes ad eũ
defecerunt. Eodem tempore in Bru
tiis ex duodecim populis qui anno
priore ad penos desciuerant consen
tini & taurini in fidem populi .r. redierunt: & plures redissent:
ni T. Pomponius vehietanus prefectus socium prosperis aliquot
populationibus. & in agro Brutio iusti ducis speciem nactus tu
multuario exercitu coacto cum hannone conflixisset. Magna
ibi uis hominum sed incondite turbe agrestium seruorumq; cęsa

aut capta est: nimium q iacture fuit: quod prefectus inter ceteros
est captus. & tum temerarie pugne auctor & ante Publicanu' oib
malis artibus & rei p. & societatibus infidus dānosus q Sempro
nius cons. in Lucanis multa prelia parua haud ullo digna memo
ratu fecit & ignobilia oppida lucanorum aliquot expugnauit q
diutius trahebant bellum & uariabant secunde aduerseq res nō
fortunam magis q̄ animos hominum tanta religio & ea magna
ex parte extra ciuitatem incessit ut aut homines aut dii repēte
alii uiderentur facti. Nec iam in secreto modo atq intra parietes
ab hoste tenebantur romani ritus sed in publico ac foro capitolioq
mulierum turba erat. Nec sacrificātiū nec precantium deos mo
re patrio sacrificli ac uates ceperant hominum mentes quorū
numerum auxit rustica plebs ex diutino bello infestisq agris
egestate & metu in urbem compulsa. Et questus ex alieno erro
re facilis quem uelut ex concesse artis usu exercebant. Primo se
crete bonorum indignationes ex audiebantur. Deinde ad patres
etiam ad publicam querimoniam excessit res. Incusati grauiter ab
senatu edile triuzuiriq capitales: quod non prohiberent cōmoue
ri eam multitudinem e foro ac disiicere apparatus sacrorū conati
essent. haud procul abfuit quin uiolarentur. Vbi potentius iā esse
id malum apparuit q̄ ut minoris per magistratus sedaretur. M.
Emilio pretori urbis negocium ab senatu datum est ut & his re
ligionib populum liberaret. Is & contione. S. C. recitauit & edixit
ut quicunq libros uaticinos precationes ue aut artem sacrificā
di haberet eos libros omnes litterasq ad se ante: kl. apriles de
ferret. Neu quis in publico sacro ue loco nouo aut externo ritu
sacrificaret. Aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sūt. L.
Cornelius Lentulus pontifex maximus: & C. Papyrius C. F. mas
so pontifex: & P. Furius pilus augur & C. papyrius Iemasso decē
uir sacroꝝ. In Lentuli locum. M. Cornelius Seruilius Cepio pon
tifices suffecti sunt. Augur creatus. L. Quintius Flaminius decē
uir sacrorum. L. Cornelius Lentulus Comitiorum consularium

iam appetebat tempus. Sed quia consules a bello intentos auocare non placebat & Sempronius cons comitiorum causa dictatorem dixit. C. Claudium centonem. A beo magister equitum est dictus. Q. Fuluius Flaccus. Dictator primo comitiali die creauit consules Q. Fuluium Flaccum magistrum equitum & App. Claudium pulchrum cui sicilia prouincia in pretura fuerat. Tu pretores creati. Cn. Fuluius Flaccus. Claudius nero. M. iunius Silanus. P. Cornelius Sulla. Comitijs perfectis dictator magistratu abiit. Edilis Curulis fuit eo anno cum M. Cornelio cethego P. Cornelius Scipio cui post africanus fuit cognomen. huic petenti edilitatem cum obsisterent Tr. pl. negantes rationem eius esse habendam quod non dum ad petendum legitima ætas esset si me inquit omnes quirites edilem facere uolunt satis annorū habeo
T anto inde fauore ad suffragium ferendum in tribo discursum est ut tribuni repente ab incepto desiuerint. Edilitia largitio haec fuit. Ludi ro. pro temporis illius copus magnifice facti & ne die unum instaurati & congii olei in uicos singulos dati. L. Iulius T. Apulius & M. Fundanius fundus. Ediles plebei aliquot matronas apud populum probri accusauerunt. Quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebei per biduum instaurati & Iouis epulum fuit ludorum causa. Q. Fuluius Flaccus Tertium. Appius Claudius consulatum ineunt & pretores prouincias sortiti sunt. P. Cornelius Sulla. urbanam & peregrinam. quae duorum ante sors fuerat. Cn. Fuluius Flaccus Apuliam. C. Claudius nero Suessulā marcus Iulius syllanus creatus consul. Consulibo bellū cū hannibale & bine legiones decretę. Alteram a fabio superioris anni consule altera a fuluio centumalo acciper pretor fului flacci quae Lucerie sub. emilio pretore. Neronis Claudii quae in piceno sub. C. Terentio fuissent legiones essent. Supplementū ineas quisq. scriberet si. M. Iunio inter consules legiones urbane prioris anni datę. T. Sempronio Graeco & P. Sempronio Tuditano imperium prouincieq. Lucane Gallie cum suis exercitibo prorog

te. Item P. Lentulo qua uetus prouincia in Sicilia esset. M. marcel
lo syracuse & qua hieronis regnum fuisset. T. Octacilio classis
greca. M. Valerio Sardinia. Q. mutio Sceuole hispanie. P. & Cn.
Cornelius ad ueteres exercitus due urbane Legiones a consu
libus scripte. Summa q trium & xx legionum eo anno effecta
est. Delectum consulum. M. Postumius Pyrgensis cum mag°
prope motu rerum factum impediit publicanus erat Postumi°
qui multis annis parem fraude auaritiaq neminem in ciuitate
habuerat preter L. Pomponium Veietanum quem populantem
temere agros in Lucanis ductu hannonis priore anno ceperant
carthaginenses. hu quia publicum periculum erat a ui tempesta
tis: in his que portarentur ad exercitus & ementiti erant facta
naufragia & ea ipsa que uera renuntiauerant fraude ipsorum
facta erant non casu in ueteres quassatas naues paucis & parui
pretii rebus impositis cum mersissent eas in alto exceptis in pre
paratas scaphas nautis multiplices fuisse merces ementiebatur.
E a fraus indicata. M. Emilio pretori priore anno fuerat ac p eū
ad senatum delata: nec tamen ullo senatus consulto notata qa
patres ordinem publicanorum tali tempore offensum nolebant
populus seuerior uindex fraudis erat excitatiq tandem duo
tribuni pl. Spurius & L. Caruilla cum rem inuisam infamemq
ceruerent ducentum milium eris mulctam. M. Postumio ī di
xerunt. Cui certande cum dies aduenisset consilium tam fre
quens plebis adesset & multitudinem arx capitolii uix capens
per orata causa una spes uidebatur esse: si C. Seruilius casca tribu
nus plebis qui propinquus erat cognatusq postumio priusq ad
suffragium tribus uocarentur intercessisset testibus datis tribu
ni populum submouerēt: super re illa que lata est ut sortirētur
ubi latini suffragium ferrent. Interim publicani casce instare
ut concilio diem eximeret populus reclamaret. Et forte in cor
nu primus sedebat casa cui simul metus pauorq animum uersa
bat. Cum in eo parum presidii esset turbande rei causa publicani

al senat° consultis

per uacuum in sūmo occupato loco: in eū irruperunt. iurgan
tes simul cum populo tribunisq. Nec procul dimicatione res
erat: cum Fuluius consul tribunis: Videtis ne inquit uos in
ordinem coactos esse: & rem ad seditionem spectare: nippere
dimittatis plebis concilium. Plebe dimissa senatus uocatur.
& consules referunt de concilio plebis turbato ui atq audacia
publicanorum. M. Furium camillum. cuius exilium ruina ur
bis secuta fuerit. damnari se ab īgratis ciuibus passum esse. x. ui
ros ante eā quoꝝ legibus ad eam diem uiuerent. multos postea
principes ciuitatis iudicium de se populi passos. Postumiū pyr
gensem suffragium populorum extorsisse: concilium plebis
substulisse. Tribunos in ordinem coegisse: contra populū romanū
aciem introduxisse. locum occupasse. ut Tribunos pl. a plebe
intercluderet. tribꝫ in suffragium uocari prohiberet. Nihil ali
ud a cede ac dimicatione continuisse homines. nisi patientia
magistratuum: quod cesserunt in presentia furori atq audacie
paucorum. uinciq se ac populum ro. passi sunt. & comitia que
reus ui atq armis prohibiturus erat: ne cā querentibꝫ dimica
tionem daretur: uoluntate ipsius substulerunt. Hec cum ab op
timo quoq pro atrocitate rei acta essent. uimq eam contra rē
p. & pernitioso exemplo factam senatus decerneret. confestim
caruilii. tr. pl. omissa multe certatione rei capitalis diem po
stumio dixerunt. ac ni uades daret prendi a uiatore atq in car
cerem duci iusserunt. Postumius uadibus datis non affuit. tr.
pl. uocauerunt plebem. que ita sciuit. si m. posthumius ante
kl. maias non prodisset citatusq eo die non respondisset: neq
excusatus esset: uideri eum in exiliū esse. bonaq eius uenire: ipi
aqua & igni placere interdici. singulos deinde eorum qui turbe
ac tumultus concitatores fuerant. rei capitalis diem dicere ac ua
des poscere cæperunt. Primo non dantes. deinde eos qui dare pos
sent in carcerem coiciebant. Cuius rei periculum uitantes. pleriq
in exilium abierunt. hunc fraus publicanorum. deinde fraudē

audacia protegens exitum habuit. Comitia deinde pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia unus pontifex. M. Cornelius Cethegus habuit. Reliqui certamine petierunt Fulvius Flaccus consul, qui & ante bis consul & censor fuerat & T. Manlius Torquatus, & ipse duobus consulatibus & censura insignis, & Licinius Crassus qui aedilitatem curulem petiturus erat. Hic senex honoratosque iuuenes in eo certamine deiecit. Ante hunc intra C. annos & XX. nemo praeter P. Cornelium Calussam pontifex maximus creatus fuerat qui sella curuli non dum sedisset. Consules delectum cum egre conficerent quod inopia uirorum non non facile in utrumque, ut & noue urbane legiones & supplementum ueteribus scriberetur sufficiebat, senatus absistere eos incepto uetuit, & trium uirum bonos creari iussit. Alteros qui extra alteros qui ultra quinquagesimum lapidem in plateis forisque & conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent. Et siqui roboris satis ad ferenda arma habere uiderentur etiam si non dum militari aetate essent, milites facerent tr. pl. Si iis uideretur ad populum ferrent, ut qui minores VII. & X. annis sacramento dixissent, bis perinde stipendia procederent ac si VII. & X. annos aut maiores milites facti essent. Ex hoc sunt creati triumuiri bini ad conquisitionem ingenuorum per agros faciendam. Eodem tempore ex Sicilia litterae M. Marcelli depoſtulantis milites q cum P. Lentulo militabant in senatu recitatae sunt. Cannensi re liquaeque cladis hic exercitus erat relegatus in Siciliam sicut ante dictum est, ne ante punici belli finem in Italiam reportarentur.
H I permissu Lentuli priores equitum centurionumque & robora ex legionibus peditum legatos in hiberna ad M. Marcellum miserunt. E quibus unus potestate dicendi facta, consulem te M. Marcelle in Italiam adisse[m] eum primum de nobis & si non inquum certe triste factum est, nisi hoc speraussemus, in prouinciam nos morte regum turbatam, ad graue bellum aduersus siculos simul penosque missi, & sanguine nostro uulneribusque nos tibi satisfacturos esse sicut

patrum memoria qui capti a pyrrho ad eracleam erant aduersus
pyrrhum ipsum pugnantes satisfecerunt q̃q̃ quod obmeritum
nostrum succensuisti p. c. nobis aut succensetis ambos mihi con
sules & uniuersum senatum intueri uideor: cum te marcelle in
tueor. Quem si ad cannas consulem habuissemus melior & res P.
& nostra fortuna foret. Sine queso priusq̃ de conditione nostra
queror. Noxam cuius arguimur nos purgare. Si non dei ira nec
fati cuius lege immobilis rerum humanarum ordo seriet sed cul
pa perimus. ad cannas cuius tandem ea culpa fuit militum an
imperatorum: equidem miles nihil unq̃ dicam de imperatore
eo cui presertim sciam gratias ab senatu actas quod non despe
rauerit de re p. cui post fugam actam sit per omnes annos pro
rogatum imperium ceteros item ex reliquiis cladis eius quos
tribunos militum habuimus honores petere & gerere & prouin
cias obtinere audiuimus. An non uobis uestrisq; liberis igno
scitis facile p. c. in hec uilia capita seuitis: & consuli prioribus
q; aliis ciuitatis fugere cum spes alia nulla esset: turpe nõ fuit:
milites utiq; morituros in aciem misistis. Ad alliam prope omis
exercitus fugit. ad furculas ncaudinas ne expertus quidẽ cer
tamen arma tradidit hosti: ut alias pudendas clades exercituũ
taceam tamen tantum abfuit ab eo ut illa ignominia in exerciti
bus quereretur: ut ea urbs roma per eum exercitum qui ab allia
in veios transfugerat recuperaretur & caudine legiones que sin
armis redierant romam armate remisseq; in Samnium eundẽ
illum hostem subiugum miserint qui hac sua ignominia letatus
fuerat. Cannensem uero quisq̃ exercitum fuge aut pauoris in si
mulare potest ubi plus L. milia hominum ceciderunt unde con
sul cum equitibus. Lxx. fugit unde nemo superest: nisi quem
hostis cedendo fessus reliquit. Cum captiuis redemptio merca
batur nos uulgo homines laudabant quod rei p. nos seruasse
mus quod ad consulem venusiam redussem: & speciẽ iusti exercit
fecissem. Nc deteriore cõditiõe sim q̃ ap̃ pr̃es nr̃os fuerãt captiui q̃ppe

illis arma tantum atq; ordo militandi locusq; in quo tenderēt
in castris mutatus est. que tamen semel nauata r.p. opera & uno
felici prelio recuperauerunt. Nemo eorum relegatus in exilii
est. Nemini spes emerendi stipendia adempta. hostis denicq; est
datus cum quo dimicantes aut uiram semel aut ignominiam fi
nierūt. Nos quibus nisi quod cōmisimus ut quisq; ex castensi
pugna siue acie miles ro superesset nihil obici potest. non solum
a patria procul stamq; sed ab hoste etiam relegati sumus. ubi senes
camus in exilio nequa spes nequa occasio abolende ignominie.
neq; placande ciuium ire. neq; denique bene moriendi sit.
neq; ignominie finem. nec uirtutis premium petimus. modo
experiri animum & uirtutem exercere liceat. laborem & pericu
lum petimus. ut uirorum ut militum officio fungamur. Bellum
in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur. ur
bes alias penis. alias Ro. expugnat. peditum & equitum acies cō
currunt ad syracusas terra mariq; res geritur. clamorem pugnā
tium streptumq; armorum excaudimus. resides ipsi ac segnes. o
tanq; nec manus nec arma habemus. Seruorum legionibus. T. Sem
pronius consul totiens iam cum hoste signis conlatis pugnauit.
opere pretium habent libertatem ciuitatemq;. Pro seruis tamen
ad hoc bellum emptis nobis simul congredi cum hoste liceat. & pu
gnando querere libertatem. Vis tu mari. uis terra. uis acie. uis
urbibus oppugnandis experiri uirtutem asperam queq; ad labo
rem periculumq; deposcimus ut quod ad castras faciendum. hic
q; primum fiat. quoniam quicquid postea uincimus. id omne de
stinatum ignominie est. Sub hec dicta ad genua Marcelli procu
buerunt. Marcellus. id nec uiris nec potestatis sue esse dixit. sena
tui scripturum se. omnia q; de sententia patrum facturum esse. H
ec littere ad nouos consules allate. ac per eos in senatu recitate sūt
C onsultusq; de his literis ita decreuit senatus. militibus qui ad Can
nas cōmilitones suos pugnantes deseruissent. senatui nihil uide
ri rem P. cōmittendam esse. Si Claudio proconsuli aliter uidere

faceret quod e re P. fideque sua duceret dum nequis eorum
munere uacaret ne dono militari uirtutis gratia donaretur
Neu in Italiam reportarentur donec hostis in terra italie esset.
Comitia deinde a pretore urbano de senatus sententia plebisque
scita sunt habita quibus creati sunt v. uiri muris turribusque
reficiendis & triumuiri bini uni sacris conquirendis donisque
per signandis. Alteri reficiendis edibus fortune & matris in
tra portam carmentalem. Sed & spei extra portam que priore
anno incendio consumpte fuerant. Tempestates fede fuere in
albino monte. biduum continenter lapidibus pluit tacta de ce
lo multa due in capitolio edes uallum in castris multis locis sup
suessulam. et duo uigiles exanimati murus turresque quedam cum
his non modo icte fulminis sed etiam discusse. Reate saxum ingens
uisum uolitare sol rubere solito magis sanguinique similis. horum
prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. Et per aliquot
dies sacrum nouendiale fuit Cum Tarentinorum defectio: iam
diu & in spe hannibali & in suspicione romanis esset, causa forte
extrinsecus maturande eius interuenit. Phyleas Tarentinus
diu iam per speciem legationis rome cum esset uir inquieti ani
& minime ocium quo tum diutino senescere uidebantur patientis:
aditum sibi ad obsides Tarentinos inuenit. Custodiebantur in
atrio libertatis maiori cura quia nec ipsis nec ciuitati eorum fal
lere Romanos expediebat. Hos crebris colloquiis sollicitat cor
ruptisque edituis duobus qui cum primis tenebris custodiae eduxis
set: ipse comes occulti itineris factus profugit. iii Luce prima
uulgata per urbem fuga est missique qui sequerentur a Terraci
na comprehensos omnes retraxerunt deducti omnes in comi
tio uirgisque approbante populo caesi de saxo deiciuntur. huius
atrocitas pene duarum nobilissimarum in Italia graecarum ciui
tatum animos irritauit tum publice tum & priuatim ut quisque tam fede
interemptos aut propinquitate aut amicitia contingebat. Ex his
xiii fere nobiles iuuenes Tarentini coniurauerunt, quorum pri

cipes Nico & Philemenus erant. hi priusq̄ aliquid mouerent
conloquendum cum hannibale rati. Nocte per speciem uenādi
urbem egresi ad eum proficiscuntur. Et cum haud procul ca
stris abessent ceteri silua prope uiam sese occultauerunt. Nico
& Philemenus progressi ad stationes comprehensiq; ultro id pete
tes ad hannibalem deducti sunt. Qui cum & causas consilii sui: &
quid pararent exposuissent collaudati honoratiq; promissis iube
tur ut fidem popularibus facerent. predandi causa se urbe egres
sos, pecora Cāthaginensium, que pastum propulsa essent ad urbem
agere tuto ac sine certamine. Id facturos promissum est: cōspec
ta ea preda iuuenum est. minusq; iterum ac sepius id ad eos au
dire miraculā fuit: congressi cum hannibale rursus fide sanxe
runt. liberos Tarentinos leges iura suaq; omnia habituros. Neq;
ullum uectigal Peno pensuros: presidium ue inuitos recepturos.
prodita presidia Carthaginensium fore. Hæc ubi conuenerunt.
tunc uero Philemenus consuetudinem nocte egrediendi redeū
diq; in urbem frequentiorem facere. Et erat uenandi studio insi
gnis, canesq; & alios apparatus sequebatur: captumq; ferme aliqd
aut ab hoste ex preparato allatum reportando donabat: aut pre
fecto aut custodibꝫ portarum. Nocte maxime cōmeare propter
metum hostium credebant. Vbi iam eo consuetudinis adducta
res est, ut quocunq; noctis tempore sibi sibilo dedisset signū por
ta aperiretur: tempus agende rei hannibali uisum est. Tridui uia
aberat: ubi quominus mirum esset uno eodemq; loco statiua eū
tam diu habere egrum simulabat. Romanisquoq; qui in presidio
tarenti erant, segnis eius mora, suspecta esse desiderat. Ceterum
postq̄ Tarentum ire constituit, decem milibꝫ peditum atq; eqtū
quos in expeditione uelocitate corporum ac leuitate armorū
aptissimos esse ratus est, electis quarta uigilia noctis signa mouit.
P remissisq; octuaginta fere numidis equitibꝫ precipit ut discur
rerent circa uias, perlustrarentq; omnia oculis. Neqs agrestiū ꝓcl
spectator agminis falleret q; pregressos retraherent, obuios occi

derent ut predonum magis q̃ exercitus accolis species esset. Ipse
raptim agmine facto xv. ferme miliũ spatio castra a Tarento po
suit. & ne ibi quidem nuntiato quo pergerent tantum conuoca
tos milites monuit uias omnes irent nec diuerti quenq̃ aut ex
cedere ordinem agminis paterentur & in primis intenti ad ĩpe
ria accipienda essent. ne quid non ducum iussu facerent. Se in
tempore editurum que uellet agi. Eadem ferme hora taren
tum fama preuenerat numidas equites paucos populari agros
terroremq; late agrestib' iniecisse. Ad quem nuntium nihil ultra
motus prefectus ro. q̃ ut partem equitum postero die luce p̃ma
iuberet exire ad arcendum populationibus hostem Interea adõ
nihil obedienter curatum est ut contra pro argumento fuerat
illa procursatio numidarum hannibalem exercitumq; castris
non mouisse. Hannibal excubias nocte mouit dux phileme
nus erat. Cum solito capite uenationis onere ceteri proditores
ea que composita erant expectabant conuenerat autem ut phi
lemenus portula assueta uenationem inferens armatos indu
ceret. Parte alia portã temenitida adiret hannibal ea mediter
ranea regio est orientem spectabat aliquantum intra mẹnia
includunt. Cum portę appropinquaret editus ex composito ti
ignis ab hannibale est refulsitq;. Idem redditum ab Nicone si
gnum. Extinctę deinde flamę utrinq; sunt. hannibal silentio
ducebat ad portam. Nico ex improuiso ad portas sopitos uigi
les in cubilibus suis obtruncat portamq; aperit. hannibal cum
peditum agmine ingreditur equites subsistere iubet ut quo
res postulet occurrere libero campo possent & Phylomenus por
tule parte alia qua cõmeare consueuerat appropinquabat. Nota
uox eius & familiare iam signum cum excitasset uigilẽ dicen
tis uix substinere grandis bestię onus portula aperitur. Inferẽ
tes aprum duo' iuuenes secutus ipse cum expedito uenatore
uigilem incautius miraculo magnitudinis in eos qui ferebant
uersum uenabulo traiecit. Ingressi deinde xxx. fere armati.

ceteros

ceteros uigiles obtruncant, refringuntq; portam maximam: &
agmen sub signis confestim irrumpit inde cum silentio in forū
ducti hannibali sese coniunxerunt. Tum duo milia gallorum pe
nus in tres diuisas partes per urbem dimittit tarentinos & in fra
q̄ maxime frequentia occupare iubet. Tumultu orto Romanos
passim cedi oppidanis parci. Si fieri id posset precipit iuuenibꝫ
Tarentinis ut ubi quem suorum procul uidissent: quiescere ac si
lere ac bono animo esse iuberent: iam tumultus erat clamorq;
qualis esse in capta urbe solet. sed quid rei esset nemo satis pro cer
to scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere co
hortos. Romanis seditio aliqua cum fraude uideri ab oppidaīs
mota. Prefectus primo excitatus tumultu in portum confugit.
Inde accepta scapha in arcem confugit. Terrorem & tuba audita
ex theatro faciebat. Nam & romana erat a proditoribus ad hoc
ipsum preparata: & inscienter a greco inflata, quis aut quibꝫ
daret incertum efficiebat. Vbi illuxit & romanis pu
nica & gallica arma cognita tātū dubitationem exemerunt. Et
Romanos greci passim cede stratos cernentes ab hannibale cap
tam urbem senserunt. Postq̄ lux certior erat & Romani q cedibꝫ
superfuerant in arcem confugerant: conticiscebatq; paulatim tu
multus. Tum hannibal Tarentinos sine armis conuocare iubet.
Conuenere omnes preterq̄ qui cedentes in arcem romanos ad
omnem adeundam simul fortunam prosecuti fuerant. Ibi han
nibal benigne allocutus Tarentinos testatusq; que prestitisset
ciuibus eorum quos ad transimenum aut ad cannas cepisset:
simul in dominationem superbam Romanorum inuectus reci
pere sese in domos suas quēq; iussit & foribꝫ nomen suum inscri
bere se domos eas que inscripte non essent signo ex templo da
to diripi iussurum. Siquis in hospitio ciuis ro. uacuas autem te
nebat domos nomen inscripsisset: eum se pro hoste habiturum.
Contione dimissa: cum titulis notate fores discrimen pacate ab ho
stili domo fecissent, signo dato ad diripienda hospitia ro. discur-

sum passim est. Et fuit prede aliquantum. Postero die ad oppu
gnandum arcem ducit. Quam cum & mari quo in pene insule
modum pars maior circūluit p̄alti rupibꝫ & ab ipsa urbe muro &
fossa ingenti septam uideret. eoq; nec ui nec operibꝫ expugna
bilem fecit ne aut se ipsum cura tuendi Tarentinos a maiori
bꝫ rebus moraretur: aut in relicto sine ualido presidio Taren
tinos impetum ex arce cum uellent Romani facerent. uallo ur
bem intersepire statuit ab arce. Non sine ulla eī spe cum prohi
bentibus opus romanis manum posse conseri. Et si ferocius ꝓ
currissent magna cede ita attenuari presidii uires: ut facile
per se ipsi Tarentum urbem ab his tueri possent. Vbi ceptū opus
est. patefacta repente porta in munientes impetum fecerunt
romani. Pelliq; se statio passa est: que pro opere erat: ut si successu
cresceret audacia: pluresq; & longius pulsos prosequerentur.
Tum signo dato: cohorti undiq; peni sunt: quos instructos ad hoc
hannibal tenuerat nec sustinuere impetum romani: sed ab effu
sa fuga loci angustie eos impedita que alia iam opere cepto alio
apparatu operis morabantur. Plurimi in fossam precipitati occi
siq; sunt plures in fuga q̄ in pugna. Inde & opus nullo prohibē
te fieri ceptum. Fossa ingens ducta: & uallum intra eam erigitur
modicumq; post interuallo murum etiam eadem regione adde
re parat ut uel sine presidio tueri se aduersus ro. possent. Reli
quit tamen modicum presidiū: vt simul interfaciendo muro ad
iuuaret. Ipse profectus cum ceteris copiis ad galesum flumen
.v. milia ab urbe abest posuit castrā. Ex his statiuis regressus ad
inspiciendum quod opus aliquantum opinione eius celerius
creuerat. spem cepit etiam arcem expugnari posse. Et est nō
altitudine ut cetera tuta. sed loco plano posita & ab urbe muro
tantum ac fossa diuisa. Cum iam machinationum omni genere
& operibꝫ oppugnaretur: missum a metaponto presidium roma
nis fecit animum. aut nocte ex īprouiso opera hostium inuade
rent. Alia disiecerunt. alia igni corruperunt. Isq; finis hannibali

fuit ea parte arcem oppugnandi Reliqua erat in obsidione spes.
Nec ea satis efficax quia arcem tenentes quae in penne insula po
sita imminet faucibus portus mare liberum habebant. Vrbs cō
tra exclusa cōmeatibus maritimis. propiusq; inopiam erant
obsidentes. q̄ obsessi. hannibal conuocatis principibus tarenti
norum omnes presentes difficultates exposuit. neq; arcis tam
munitę expugnandę cernere uiam. Neq; in obsidione quicq̄
habere spei donec mari potiantur hostes. Quod si naues sint qbꝫ
cōmeatus inuehi prohibeant. ex templo aut cessuros aut dedi
turos se hostes assentiebant tarentini. Ceterum ei qui consilium
afferre opem quoq; in eam rem esse censebant punicas enim na
ues ex sicilia accitas id posse facere suasq; sinu exiguo intus in
clusas esse. Cum claustra portus hostis haberet. quemadmodum
inde in apertum mare euasuras. Euadent inquit hannibal mul
ta quae impedita natura sunt consilio expediuntur. Vrbem enī
positam habetis plane & satis late uię patent in omnes partes uia
quae in portu per mediam urbem ad mare transmissa est. plaustris
transueham naues haud magna mole. & mare nostrum erit quo
nunc hostes potiuntur. & illinc mari hic terra circūsedebimus
arcem. immo breui aut relictam ab hostibus. aut cum ipsis ho
stibus capiemus. hec oratio non spem modo effectus sed ingen
tem etiam ducis admirationem fecit. contracta ex templo un
diq; plaustra iunctaq; inter se. & machinę opera ad subducendas
naues admotę. munitumq; iter quo faciliora plaustra minorq;
moles in transitu esset. lumenta inde & homines contracti & opꝰ
impigre ceptum. paucosq; post dies classis instructa ac parata
circumuehitur arcem & ante ipsum portum anchoras iacit. hūc
statum rerum hannibal tarenti reliquit. regressus ipse in hiber
na. Ceterum defectio tarentinorum utrum priore anno an hoc
facta sit in diuersum auctores trahunt. Plures pro priores q
etate memorię rerū hoc āno tradunt factum. Romę conss. preto
resq; usq; ad ante diem v. kl. maias Latinę tenuerunt. eo die per

petrato sacro un monte, in suas quisq; prouincias proficiscuntur.

Religio deinde noua obiecta est ex carminibꝫ marcianis. Vates hic marcius illustris fuerat & cum unquisitio priore anno ex s.c. talium librorꝫ fieret in M. emilii pr. urbis qui eam rem agebat manus uenerant. Is protinus nouo pretori Sullæ tradiderat. Ex huius martii duobꝫ carminibꝫ alterius postea ẽ aucta dedita cũ rato auctoritas euentu. Alterius quoq; cuius non dum tempus uenerat afferebat fidem. Priore carmine camensis predicta clades in hæc fere uerba erat. Amnem trougenam camam roma ne fuge ne te alienigenæ cogant in campo diomedis conserere manus. Sed neq; credes tumbi donec compleueris sanguine cãpum: multaq; milia occisa tua deferat amnis in pontum magnũ. Ex terra frugifera piscibus atq; auibꝫ feris queq; incolunt terras ne fiat esca caro tua. Nam mihi ira iupiter fatus est. Et Diomedis argiui campum & camam flumen qui miscebatur in his locis uera atq; ipsam cladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum non eo tantum obscurius quia incerniora futura preteritis sunt sed quia per plexius etiam scripturæ genere. Hostes romam si expellere uultis uomicam quæ gentium uenis longe appollini uouendos censeo ludos, qui quot annis comm̃ appollini fiant cum populus dederit ex publico partem priuatis uti cõferant pro se suisq; eis ludis faciendis præerit pretor is qui uis populo plebiq; dabit summum. Decemuiri græco ritu hostiis sacra faciant: hoc si recte facturis gaudebitis semper fietq; res uestra melior. Nam si diu extinguet per duelles uestros, quæ uestros capos pascit, placide. Ad id carmen explanandum diem unum sumpserunt: postero die. s.c. factum est ut x uiri libros de ludis appollini, req; diuina faciendis inspicerent. Et cum inspecta relata q; ad senatum essent censuerunt patres appollini ludos uouendos faciendosq; & quando ludi facti essent. xii. milia æris pretori ad rem diuinam & duas hostias maiores dandas. Alterum s.c. factũ est ut decemuiri sacrum ritu græco facerent. his q; hostiis appollini bo

ue femina aurata. Ludos pretor in circo maximo cum facturus
esset edixit ut populus per eos ludos stipem appollini quantũ com
odum esset conferret. Hec est origo ludorum appollinarium uic
toriae non ualitudinis ergo ut pleriq; rẽt uotorũ fcos q; popls spec
tauit coronatus matronę supplicauere apertis uulgo ianuis in
propatulo epulati sunt. Celeberq; dies omni ceremoniarum ge
nere fuit. Cum hannibal circa tarentum conss ambo in Sam
nio essent sed circumsessuri capuam uiderentur quod malum di
uturnae obsidionis esse solet iam famem campani sentiebant qa
sementem facere prohibuerant eos romani exercitus. Itaq; lega
tos ad hannibalem miserunt orantes ut priusq̃ coss in agros suos
educerent legiones uieq; omnes hostium presidiis insiderentur.
frumentum ex propinquis locis conuehi iuberet capuam. hanni
bal hannonem ex brutiis cum exercitu in campaniam transire
& dare operam ut frumenti copia fieret & campanis iussit. hãno
ex brutiis profectus cum exercitu uitabundus castra hostium
coss q; qui in samnio erant cum beneuento iam appppĩquarũ xxx
passuũ milia ab urbe ipsa loco edito castra posuit. Inde ex socius
circa populis, quo estate comportatum erat deuehi frumentum
in castra iussit presidiis datis quę cõmeatus eos prosequerentur.
Capuam inde nuntium misit qua die in castris ad accipiendum
frumentum presto essent omni undiq; genere uehiculorũ iumẽ
torum ex agris contracto. Id pro cetera socordia negligentiaq;
a campanis actum paulo plus. cccc. uehicula missa & pauca pre
terea iumenta. Ob id castigati sunt ab hannone quod ne fames
quidem quę mutas accenderet bestias curam eorum stimula
re posset. Alia pro dicta dies ad frumentum maiore apparatu pe
tendum. Ea omnia sicut acta erant cum enuntiata beneuenta
nis essent. Legatos x. ex templo circa ad coss. bouianum castra
ro. erant miserunt. Qui cum auditis ea quae ad capuam agerẽtur
& inter se comparassent ut alter in campaniam exercitum duce
ret fuluius cui ea prouincia obuenerat profectus nocte beneuẽ

al
boue aurato: &
capris dub
albis a
ura
ti
s

tum menia est ingressus. Ex propinquo cognoscit hannonē
cum exercitus partes profectum frumentatum: per questorē
campanis datum frumentum. id duo mil. plaustrorū inconditā
in hermemq; aliam turbam aduenisse: per tumultum ac trepi
dationem omnia agi: castrorumq; formam & militarem ordi
nem imistis agrestibꝫ his ex terris sublatum. His satis cōper
tis consul militibus edicit signa tantum armaq; in proximam
expedirent noctem: castra punica expugnanda esse. Quarta ui
gilia profecti sarcinis omnibꝫ impedimentisq; beneuenti relictis
paulo ante lucem cum ad castra peruenissent: tantum pauoris
iniecerunt ut si in plano castra posita essent haud dubie primo
impetu capi potuerint. Altitudo loci & munimenta defenderūt:
quia nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili aditu poterant.

al' ascensu

Luce prima prelium ingens accensum est: nec uallo modo tutā
tur peni sed ut quibꝫ locus equior esset turbant nitentes per
ardua hostes. Vincit tamen omnia pertinax uirtus, & aliquot
simul partibꝫ ad uallum ac fossas peruentum est: sed cum mul
tis uulneribꝫ & militum pernitie. Itaq; conuocatis tribunis mi
litum consul absistendum temerario incepto ait: tutius sibi ui
deri reduci eo die exercitum beneuentum: deinde postero ca
stris se hostium iungi. Ne exire inde campani ne ue hanno re
gredi posset. Id quod facilius obtineatur: collegam quoq; & exer
citum se eius acciturum: totumq; eo uersurum bellum. Hec con
silia ducis cum iam receptui caneret: clamor militum aspernan
tium tam segne imperium disiecit. Proxima porte hostium erat
cohors peligna, cuius prefectus vibius ereptum uexillum trans
uallum hostium traiecit: execratus inde seq; & cohortem: si eius
uexilli hostes potiti essent. Princeps ipse per fossam uallumq; in
castra irrumpit. Iamq; intra uallum peligni pugnabant cum al
tera parte. valerio Flacco tribuno militum tertie legionis ex pro
brante romanis ignauiam qui sociis captorū castrorū cōcedēnt dec⁹.
T. Pedanius princeps primus centurio cum signifero signum

ademisset. iam hoc signum & hic centurio inquit, intra uallum
hostium erit. Sequantur qui capi signum ab hoste prohibituri
sunt. Manipulares sui primum transcendentem fossam: deinde
legio tota secuta est. Iam consul ad conspectum transgredientium
uallum mutato consilio ab euocando ad incitandos honorandos
q uersus milites ostendere in quanto discrimine & periculo for
tissima cohors sociorum & ciuium legio esset. Itaq pro se quisq
omnes pqua atq iniqua loca, cũ ũdiq tela coniicerentur armaq
& corpora hostes obicerãnt peruadunt irrumpuntq. Multi uul
nerati etiam quos uires sanguis desereret: ut intra uallum hostiũ
caderent nitebantur. Captaq momento temporis uelut in plano
sita castra nec permunita. Cedes inde non iam pugna erat oĩbꝫ
intra uallum permixtis. Supra .vi. mil. hostium cesa: supra .vii.
mil. cum frumentatoribꝫ campanis omniq plaustrorum & iu
mentorum apparatu capta: & alia ingens preda fuit quam hañ
populandus passim cum isset ex sociorum populi R. agris traxe
rat. Inde deiectis hostium castris beneuentum reditum est. predã
q ibi ambo conss. nam & app. claudius eo post paucos dies uenit
uendiderunt. diuiserunt q & donati quorum opera castra hostiũ
capta erãt añ alios vi bi acceus pelignus & pedanius princeps ter
tie legionis. Hanno ab comino crito quo nuntiata clades est ca
strorum cum paucis frumentatoribus quos forte secum habue
rat. fuge magis modo in brutios rediit. q̃ itineris. Et legati cam
pani audita sua suorum q sociorum clade, legatos ad hanniba
lem miserunt. qui nuntiarent duos conss. ad beneuentum esse
diei iter a capua tantum non ad portas & muros bellum esse ni
prope re subueniat, celerius capuam q̃ arpos in potestatem hostiũ
uenturam. Nec tarentum quidem non modo arcem tanti debere
esse pretii q̃ ut capuam, quam carthagini equare sit solitus de
sertam in defensam q populo ro. tradat. Hannibal cure sibi fore
rem campanam pollicitus in presentia duo m. equitum cum le
gatis mittit, quo presidio agros populationibꝫ possit prohibere

Romanis iterum sicut aliarum rerum arcis Tarentine presiduq; qd
ibi obsideretur cura est. cum seruilius legatus ex auctoritate pa
trum a P. Cornelio pr. in hetruriam ad frumentum coemendum
missus cū aliq̄t nauib' onustis ī portū tarētinū ītra hostiū custodias
pueīt. Cui' aduētu q̄ an̄ ī exigua spe uocati sepe ad trāsitionē ab ho
stib' per colloq̄a erant. Vltro ad trāseūdū hostē uocabāt sollicitabāt q̄ 7
erat satis ualidū presidiū: traductis ad arcem tarenti tuendā mi
litib'. Itaq; meta pontini exempto metu quo tenebantur ad hāni
balem defecere. Hoc idem eadem ora maris & thurini fecere. Mo
uit eos non tarentinorum magis defectio metapontinorumq;
quib' inclidem ex achaia oriundi etiam cognatione iuncti erāt
q̄ ira in Romanos propter obsides nuper interfectos. Eorum ami
ci cognatiq; litteras ac nuntios ad hannonem magonemq; q̄ in
propinquo in Brutus erant miserunt si exercitum ad menia āmo
uissēt. se in potestatē eorum urbem tradituros esse. M. Attinius
Thuris cum modico presidio preerat. Quem facile elici ad certa
men temere ineundum rebantur posse nō tā militum quos per
paucos habebat fiducia. q̄ iuuentutis Thurine. Eam ex indv
stria certuriauerat armaueratq; ad tales casus. Diuisis copiis
inter se duces peni cum agrum Thurinum ingressi essent hāno
cum peditum agmine infestis signis ire ad urbem pergit. ma
go cum equitatu tectus collib' ad tegendas insidias subsistit
oppositis. Attinius peditum tantum agmine per exploratores
comperto copias in aciem educit. fraudis intestine & hostium in
sidiarum ignarus. Pedestre prelium fuit insigne paucis in p̄ma
acie pugnantib' romanis. Thurinis expectantib' magisq̄ ad iu
uantib' euentum. Et Carthaginensium acies de industria pedē
referebat. ut a tergo collis ab equite suo insessi hostem ī cautū
pertraheret. Quo ubi uentum est cohorti cum clamore eq̄tes
propere inconditam Thurinoꝝ turbam: nec satis fido animo
unde pugnabat stantem ex templo in fugam auerterunt. Roma
ni q̄q̄ circūuentos hinc pedites hinc equites urbebant tamen

aliquandi pugnam traxere. Postremo & ipsi terga uertunt atq
ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati cum popularium
agmen patentibꝫ portis accepissent ubi romanos fusos ad urbē
ferri uiderunt conclamant instare penum permixtos q̄ hostes
urbem inuasuros ni propere portas claudant. Ita exclusos ro
prebuere hosti ad cedem. Attinius tamen cum paucis recept⁹.
S editio inde paulisper tenuit cū alii urbē tuēdā Jñ alii cedēdū for
tunę & tradēdā urbem uictoribus recenserent. Ceterum ut ple
runq̄ fortuna & consilia mala uicerunt. Attinio cum suis ad
mare ac naues deducto magis quia ipsi ob imperium in se mite
ac iustum consilium uolebant q̄ respectu romanorum cartha
ginenses in urbē accipiunt. conss a Beneneuento in campanū
agrum legiones ducunt non ad frumenta modo que iam in hi
bernis erant corrumpenda sed ad capuam oppugnandam. No
bilem se consulatum tam opulente urbis excidio rati facturos
simul & ingens flagititum imperio dempturos quod urbi tam
propinque tertium annum impunita defectio esset. Ceterum
ne Beneuentum sine presidio esset & ut ad subita belli si hanni
bal quod facturum haud dubitabant ad opem ferendam sociis
capuam uenisset equites uim substinere possent. Ti. Gracchū ex
Lucanis cum equitatu ac leui armatura Beneuentum uenire
iubent. Legionibus statiuisq̄ ad obtinendas res in Lucanis ali
quem preficeret. Graccho priusq̄ ex Lucanis moueret sacrifi
canti triste prodigium factum est. Ad exta sacrificio preparato
angues duo ex occulto allapsi lambere iecur cōspectiq̄ repente
ex oculis abierunt. Id cum auruspicū monitu sacrificium in
stauraretur atq̄ intentius exta reserata seruarēt̄ itū ac tertio
uenisse tradunt libatoq̄ eo cinere intactos angues abisse. Cum
auruspices ad imperatorem id pertinere prodigium premonu
issent & ab occultis cauendum hominibꝫ consultisq̄ nulla tam
prouidentia factum imminēs moueri potuit. Flauius Lucan⁹
fuit caput partis eius Lucanorum cuius pars ad hannibalem

defecisset: qui cum romanis stabat: & iam anno in magistratu
erat ab hisdem illis creatus. pr̄. Is mutata repente uoluntate locū
gratiem apud penum querens. neq; transire ipse. neq; trahere ad
defectionem Lucanos satis habuit. nisi imperatoris & eiusdem
hospitis proditi. capite ac sanguine fedus cum hostibus sanxisset
A d magonem qui in brutiis preerat. clam in colloquium uenit. fi
deq; ab eo accepta. si romanum is imperatorem tradidisset: libe
ros cum suis legibus. uenturos in amicitiam lucanos deduc̄ penū
in locum pacis. gracchum adducturus. mago ibi pedites equites
q; armare. & capere eas latebras. ubi ingentem numerum occu
leret: loco satis inspecto atq; undiq; explorato. dies composita rei
gerende est. flauius ad ro. imperatorem uenit. rem se ait magnā
inchoasse. ad quam perficiendam ipsius gracchi opera opus esset.
O mnium populorum pretoribꝫ: qui ad penum illo cōmuni italiæ
motu descissent persuasisse. ut redirent in amicitiam romanorꝫ.
quando res quoq; romana quæ prope exitum clade cannensi ue
nisset. in dies melior atq; altior fieret: hannibalis uis senescere et
ac prope ad nichilum uenisset. ueteri delicto haud ī placabiles fo
re romanos. Nullam unq̄ gentem magis exorabilem promptio
remq; ueniæ dandę fuisse: quotiens rebellioni etiam maiorum
suorum ignotum. Hæc cum abse sint dicta. ceterum ab ipso grac
cho eadem hęc audire mallet eos presentesq; contingere dextram
id pignus fidei secum ferre: sed locum conciliis edixisse a cōspec
tu amotum haud procul a castris ro. Ibi paucis uerbis transige
re posse. ut omne nomen Lucanum in fide ac societate romana
sit. Gracchus fraudem & sermoni & rei abesse credens. ac simili
tudine ueri captus cum lictoribus ac turba equitum. e castris pro
fectus duce hospite in insidias precipitatus. Hostes subito exor
ti: & ne dubia proditio esset Flauius is se adiungit. Tela undiq; in
gracchum atq; equites coniiciuntur. Gracchus ex equo desiliit:
idem ceteros facere iubet: hortaturq; ut quod unum reliquum
fortuna fecerit idem honestent uirtute. Reliquum autem qd eēt

paucis a multitudine in ualle silua montibꝫ q̄ septa circunuentis
preter mortem id referre: utrum presenti corpore pecorū mo
do multi trucidentur: an toto animo a patiendo expectandoq̄ ꝛ
euentu in impetum atq̄ iram uerso agentes, audentes q̄ perfusi ho
stium cruore: inter expirantium inimicorum cumulata arma &
corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes pete
rent. Qui eam uictimam pre se ad inferos misisset, eum decus exi
mium egregiumq̄ solatium suę morti inuenturum. Inter hec
dicta paludamento circū leuū brachium in torto: nam nec scuta
secum tulerant in hostes impetum fecit. Maior q̄ pro numero ho
minum editur pugna, iaculis maxime aperta corpora romanorū.
Et cum undiq̄ ex altioribus locis in cauam uallem quo itum esset
transfiguntur: Gracchum iam nudatum presidio, uiuū capere
pęni nituntur. Ceterum cospicatus Lucanum hospitem inter ho
stes adeo infestus confertos inuasit: ut parci ei sine multorum per
nitie non posset. Exanimem eum mago ex templo ad hanniba
lem misit: poniq̄ cum captis simul fascibꝫ ante tribunal impera
toris iussit. Hec sera fama est, Gracchus ad campos qui ueteres
uocantur in Lucanis periit. Sunt qui in agro Beneuentano ꝓpe
calorem fluuium ostendant: a castris cum lictoribꝫ ac tribꝫ ser
uis lauandi causa progressum: cum forte inter salicta innata ri
pis laterent hostes nudum atq̄ inhermem saxis que uoluit amnis
propugnantem interfectum. Sunt qui aruspicum monitu quīgē
tos passus a castris progressum: uti loco puro ea quę antedicta
prodigia sunt procuraret: ab insidentibꝫ forte locum duabꝫ tur
mis numidarum circunuentum scribant. Adeo nec locus, nec ra
tio mortis in uiro tam claro & insigni constat. Funeris quoq̄ Grac
chi uaria fama. Alii in castris ro sepultum a suis. Alii ab hānibale
& ea uulgatior fama est, tradunt in uestibulo punicorum castrorum
rogum structum esse: armatum exercitum decurrisse, cum tripu
dius hispanorum motibꝫq̄ armorum ⁊ corporum suę cuiq̄ genti assueti, ipso
hannibale, omni rerum uerborumq̄ honore exequias celebrante

Hec tradunt qui in lucanis rei geste auctores sunt. Si illis qui ad
calorem fluuium interfectum memorant credere uelis capitis
tantum Gracchi hostes potiti sunt. Eo delato ad hannibalē mis
sum ab eo confestim cartalo: qui in castra ro. ad Cn. Cornelium
questorem deferret. Is funus imperatoris in castris celebran
tibus cum exercitus Beneuentanis fecit. conss agrum Campa
num ingressi cum passim popularentur eruptione oppidanorū
& magonis cum equitatu territi & trepidi ad signa milites pa
latos passim reuocauerunt. Et uix dum instructa acie fusi sup̄
m. & quingentos milites amiserunt. Inde ingens ferocia super
be suopteq; ingenio creuit genti multisq; prelius lacessibant roma
nos sed intentiores ad cauendum conss. una pugna fecerat in
caute atq; inconsulte inita. Restituit hi animos & illis minuit
audaciam parua una res. Sed in bello nihil tam leue est quod nō
magne interdum rei momentum faciat. T. Quintio crispino Ba
dius Campanus hospes erat per familiari hospitio iunctus. Creue
rat consuetudo quod eger Rome apud Crispinū Badi' an̄ defectionē
cāpanā libali comitq; fuerat. Tum Badi' pgressu' an̄ stationes que
pro porta stabant uocari Crispinum iussit. Quod ubi crispino nū
tiatum est ratus colloquium amici ac familiare queri manente
memoria etiam in discidio publicorum federum priuati iuris
paululum a ceteris processit. Postq̄ in conspectu uenere prouoco
te inquit ad pugnam crispine Badius. Conscendamus equos sū
motis aliis uter bello melior sit decernamus. Ad ea Crispinus
nec sibi nec ulli ait hostes deesse in quibꝫ uirtutem ostendāt se &
si in acie occurreret declinaturum: ne hospitali cede dextrā uio
let. Conuersusq; abibat enim uero ferocius tum campanus incre
pare mollitiem ignauiamq; & se digna probra in insontē iacere
hospitalem hostem appellans simulantemq; parcere cui sciat pa
rem se non esse. si parum publicis federibus ruptis dirempta
simul & priuata iura esse putet. Badium Campanum L. Quintio
crispino ro. palam omnibus duobus exercitibus audientibus

renuntiare hospitium nihil sibi cum eo consociatum nihil fede
ratum hospitu cum hoste cuius patriam ac penates publicos pri
uatosq; oppugnatum uenisset. Si uir esset congrederetur. Diu
cunctantem Crispinum perculere turmales ne impune insulta
re Campanum pateretur. Itaq; tantum moratus dum imperato
res consuleret: permitterent ne sibi extra ordinem in prouocan
tem hostem pugnare permissu eorum arma cepit equumq; con
scendit & badium nomine compellans ad pugnam euocauit. ⁜
Nulla mora a Campano facta est infestus equis concurrerūt. Cris
pinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta trāsfixit
superquem delapsum cum uulnere ex equo desilut ut pedes ia
centem conficeret. Badius priusq̄ opprimeretur. parma atq eq̄
relicto ad suos aufugit. Crispinus equum & arma capta: & cruē
tam cuspidem insignis spolus ostentans cum magna laude &
gratulatione militum ad conss. deduct' ē laudatusq; ibi magni
fice & donis donatus. hannibal ex agro Beneuentano castra ad
capuam cum mouisset tertio post die q̄ uenit copias in aciē edu
cit. haud q̄ q̄ dubius quod Campanis absente se paucos ante dies
secunda fuisset pugna quin multo minus se suumq; totiens uic
torem exercitum substinere romani possent. Cetū postq̄ pugnari
ceptum est equitum maxime in cursu cum iaculis obruerentur
laborabatq; romana acies donec signum equitibus datum ē ut
in hostem immitterēt equos. Ita equestre prelium erat cū procul
uisus Sempronianus exercitus cui C. Cornelius questor preerat
utriq; parti parem metum prebuit ne hostes noui aduentarent.
Velut ex composito utrinq; signum receptui datur reductiq; ī ca
stra prope equo marte discesserunt: plures tamen ab romanis pri
mo incursu equitum ceciderunt. Inde conss. ut auerterent a ca
pua hannibalem nocte que secuta est diuersi Fuluius in agrū cu
manum Claudius in Lucanos abiit. Postero die cum uacua ca
stra romanorum nuntiatum hannibali esset & duobus agmini
bus diuersos abiisse incertus primo utrum sequeretur appium

istituit sequi. Ille circunducto hoste qua uoluit alio itinere ad ca
puam redit. Hannibali alia in his locis bene gerende rei fortuna
oblata est. M. Centenius fuit cognomine pennula insignis inter
primi pili centuriones, & magnitudine corporis & animo. Is
perfunctus militia per. P. Cornelium suillam. Pr. in senatum
introductus petit a patribus uti sibi quinq. m. militum daren
tur, se peritum & hostis & regionum: breui opere pretium factu
rum, quibus artibus ad id locorum nostri & duces & exercitus
capti forent. his aduersus inuentorem usurum. Id promissum
non magis stolide q̄ stolide creditum: tanq̄ eedem militares &
imperatorie artes essent. Data pro quinq. octo. m. militum pars
dimidia ciues pars socii. Et ipse aliquantum uoluntariorū iti
nere in agris consciuit: ac prope dupplicato exercitu in luca
nos peruenit, ubi hannibal nequaq̄ secutus. C. Claudium sub
stiterat. Haud dubia res est, quippe inter hannibalem ducem
& centurionem exercitusq. alterum uincendo ueteranū, al
terum nouum totum, magna ex parte etiam tumultuarium
ac semiermē. Vt conspecta inter se agmina sunt: & neutra pars
detractauit pugnam, ex templo extructe acies sunt, pugnatū
tamen ut in nulla pari re duas amplius horas concitata & donec
dux stetisset, romanam aciem. Postq̄ is non pro uetere fama so
lum sed etiam metu futuri dedecoris, si sua temeritate contrac
te cladi superesset obiectans se hostium telis cecidit. Fusa ex
templo est. ro. acies. Sed adeo ne fuge qdem iter patuit, omnibus
uiis ab equite insessis, ut ex tanta multitudine uix. x. euaserīt:
ceteri passim alii alia peste absumpti sunt. Capua a consulibus iterū
summa ui obsideri cepta est, quecq. in eam rem opus erant con por
tabantur parabantur q. Casilinum frumentum conuectum: ad
uulturni hostium, ubi nunc urbs est, castellum cōmunitū ante
Fabius maximus muniuerat, presidium impositum, ut mare
proximum & flumen in potestate essent in ea duo maxima ca
stella, frumētū: qd̄ ex sardinia nuper missum erat, quodq. mu

tinuis pr̄ ex hetruria coemerat. ab hostia conuectum est. ut exer
citui per hiemem copia esset. Ceterum super eam cladem quae
in Lucanis accepta erat. volonum quoq; exercitus qui uiuo Grac
cho summa fide stipendia fecerat uelut exauctoratus morte
ducis. ab signis decessit. Hannibal non Capuam neglectam, ne
que ut tanto discrimine desertos uolebat socios. sed prospero ex
temeritate unius romani ducis successu, in alterius ducis exer
citusq; opprimendi occasionem imminebat. Cn. Fuluiū pr. apu
li legati nuntiabant. primo dum urbes quasdam apulorum q̄
ad hannibalē desciuissēt oppugnaret. intentius rem egisse postea
nimio successu: & ipsum & milites preda impletos in tantam li
centiam socordiamq; effusos. ut nulla disciplina militię esset. Cū
sepe alias tum paucis diebus ante expertus. qualis sub inscio du
ce exercitus esset in Apuliam castra mouit. Circa herdoneam, ro
legiones & pretor Fuluius erāt. Quod ubi allatum est hostes ad
uentare prope est factum. ut iussu pretoris signis conuulsis in
aciem exirent. Nec res magis ulla tenuit q̄ spes haud dubia suo
id arbitrio ubi uellēt acturos. Nocte insequenti. hannibal cum
tumultuatum in castris & plerosq; ferociter signum ut daret in
stituisse duci ad arma uocantis. sciret haud dubius prospere pu
gnę occasionem dari tria milia expeditorum militum in uillis
circa uepribusq; & siluis disponit. qui signo dato simul omne se la
tebris exirent & magonem duo fere. m. equitum qua fugam in
clinaturam credebat omnia itinera insidere iubet. His nocte pre
paratis. prima luce in aciem copias educit. Nec Fuluius cunctat⁹
non tam sua ulla spe q̄ militum impetu fortuito tractus. Itaque
eadem temeritate qua processum in aciem est. instruitur ipsa
acies ad libidinem militum forte procurrentium consistētiūq;
quo loco ipsorum tulisset animus. deinde per libidinem aut me
tum deserentium locum. Prima legio & sinistra ala primo in
structę & in longitudinem porrectę acies clamantib⁹ tribunis:
nihil introrsus roboris ac uirium esse & quacunq; impetum fe

cisset hostis perrupturos nihil quod salutare esset non modo
ad animum sed ne ad aures quidē āmutebat. Et hannibal qdē
haud quaq̄ simili sententia: neq; simili exercitu neq; ita extruc
to aderat. ergo ne clamorem quidem atq; impetum primū eoꝝ
romani substinuere. Dux stultitia & temeritate Centenio par,
nequaq̄ animo comparandus ubi rem inclinatam: ac trepidā
tes suos uidit: equo arrepto cum cc. ferme equitibus effugit.
Cætera a fronte pulsa a tergo atq; aliis circūuenta acies eo usq; cę
sa ut ex duo de xx. milibus hominum duo m. haud amplius eua
serint. Castris hostes potiti sunt. Hec clades alia sup aliā Romā
cum essent nuntiate ingens quidem & luctus & pauor ciuita
tem cępit. Sed tamen qa consules ubi summa rerum esset: ad id
locorum prospere gererent minus his cladibus cōmouebantur.
Legatos ad conss mittunt C. Letorium. M. metilium: qui nūtia
rent ut reliquias duorum exercituū cum cura colligerent da
rentq; operam ne per metum ac desperationem hosti se dederēt.
ob id quod post Cannensem accidisset cladem. & ut desertores de
exercitu volonum conquirerētur. Idē negotii. P. Cornelio datum
cui & delectus mandatus erat. isq; per fora conciliabulaq; edixit.
ut conquisitio volonum fieret: iiq; ad signa reducerent. Hęc oīa
intentissima cura acta. App. Claudius cons. D. Iunio ad hostium
uulturni: M. aurelio Cotta puteolis preposito. qui ut queq; naues
ex hetruria a sardinia accessissent ex templo in castra frumen
tum mitterent. ipse ad capuam regressus. Q. Fuluium collegam
inuenit casilino oīa inde portantem. molientem ad oppugnādā
capuam. Tum ambo circunsederunt urbem. & claudium neronē
pr. ab Suessula ex claudianis castris exciuerunt. Is modico ibi
presidio relicto ad tuendum locum: ceteris cum omnibꝫ copiis
ad capuam descendit. Ita tria pretoria circa capuam erecta tres
exercitus diuersis partibꝫ opus aggressi fossa ualloq; circūdare
urbem parant. & castella excitant modicis interuallis: multisq;
simul locis cum prohibentibꝫ opera campanis ex euentu pugnāt.

ut postremo portis muroq; se contineret Campanus. Prius tamen
q̃ hec continuarentur opera. Legati ad hannibalem missi qui que
rerentur desertam ab eo capuam ac prope redditam romanis
obtestarenturq; ut tunc saltem opem non circũsessis modo sed
etiam circũuallatis ferret. Consulibꝫ lutere a P. Cornelio p̃tore
misse: ut priusq̃ clauderent capuam operibꝫ potestatem campaĩs
facerent: ut qui eorum uellent exirent a capua suasq; res secum
afferrent. liberos fore suaq; omnia habituros qui ante idus mar
tias exissent. Post eam diem quiq; ibi mansissent hostium futuros
numero. Ea pronuntiata Campanis atq; ita spreta ut ultro mina
rentur dicerentq; contumelias. hannibal ab herdonia Tarentũ
duxerat legiones spe aut ui aut dolo artis Tarentine potiunde.
Quod ubi parum processit ad Brundusium flexit iter prodi id
oppidum ratus. Ibi quoq; cum frustra tereretur tempus Legati
Campani ad eum uenerunt querentes simul orantesq; Quibus
hannibal magnifice respondit & antea soluisse obsidionem &
nunc aduentum suum conss. non laturos. Cum hac spe dimissi
legati uix regredi capuam iam duplici fossa ualloq; cinctam po
tuerunt. Cum maxime capua circũuallaretur Syracusanorum
quoq; oppugnatio ad finem uenit preter q̃ ui ac uirtute ducis
exercitusq; intestina etiam proditione adiuta. Nan q; Marcel
lus in initio ueris ĩct' utrũ agrigẽtũ ad himilconem & hyppocratẽ
uerteret bellum an obsidione Syracusas premeret. quanq̃ nec ui capi
uidbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem nec
fame. quoniam prope liberi ab Carthagine commeatus haberent al aleret
tamen ne quid inexpertum relinqueret transfugas Syracusanos.
erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi uiri in defectionẽ
ab Romanis quia a nouis consiliis aborrerent pulsi colloquiis sue
partis temptare hominum animos uissit: & fidem dare si traditæ
Syracusæ forent liberos eos ac suis legibus uicturos esse. Non erat
colloquii copia quia multorum animi suspecti omnium curam ocu
losq; conuerterant ne quid falleret tale ãmissum. Seruus un' exulũ

pro tranfuga intromiſſus in urbem, conuentis paucis initium
colloquendi de tali re fecit. Deinde piſcatoria quidam naue re
tibus operti circumuectiq; ita ad caſtra. ro. colloquiq; cum tranſ
fugis & idem ſepius eodem modo alii atq; alii poſtremo ad
Lxxx. fachi. Et cum iam compoſita omnia ad proditionē eſſet
inditio delegato ad epycidē per attalum quendam indignantē
rem creditam, ſibi non eſſe necati oſ: & cōcruciari ſūt. Alia ſub
inde ſpes, poſtq̄ hęc uana ſpes euaſit, excepit. Dāpnippus q̄dam
lacedemonius miſſus a Syracuſis ad Philippum regem, captuſ
ab romanis nauib⁹ erat. Huius uniq; redimendi & epycide cu
ra erat ingens. Nec abnuit Marcellus. Iam tum ętholoꝝ cuī gē
tis ſocii Lacedemonii erant amicitiam affectantibus romanis,
ad colloquium de redemptione eius miſſis, medius maxime
utriſq; oportunus locus ad portum troglorum propter turrim
quam uocant Galeagrā eſt uiſus. Quo cum ſepius cōmearet unꝰ
ex romanis ex propinquo murum contemplatus numerando
lapides, extimandoq; ipſe ſecum qui in fronte paterent ſingulī
altitudinem muri quantum proxime coniectura poterat, pmen
ſuſ humiliorem q; aliquanto priſtina opinione ſua & ceterorum
omniū ratus eſſe & uel mediocribus ſcalis ſuperabilem. ad Marcel
lum rem defert. Haud ſpernanda reſ uiſa. Sed cum aditi locus,
quia ob id ipſum intentius cuſtodiebatur, non poſſet occaſio que
rebatur. Quam obtulit tranſfuga. diem feſtum nuntians diane
per triduum agi. Et quia alia in obſidione deſint, uino largiq; epu
las celebrari: & ab epycide preburo uniuerſe plebi, & per tribus a
principib⁹ diuiſo. Dubie accepit marcellus, cum paucis tribu
norum militum conloquutus electiſq; per eos ad rem tantam agē
dam audiendamq; idoneis centurionibus militibusq;, & ſcalis in
occulto comparatis, ceteris ſignum dari iubet, ut mature corpora
curarent, quietiſq; darent, noctem in expeditione eundum eſſe.
1 nde ubi id tpis uiſum quo die epulatis iam uino ſaniatis, priꝯ
cipiumq; ſōni eſſet, ſigno unus milites fere ſcalas iuſſit. 7 ad m. ftre

milites armati tenui agmine per silentium eo deducti. Vbi sine
strepitu ac tumultu primi euaserunt in murum. secuti ordine
alii. cum priorum audacia dubiis etiam animum faceret. Iam
mille armatorum ceperant partem. cum cetere amote. pluribus
q; scalis murum euadebant. Signo ab excapylo dato. quo per inge
tem sollicitudinem erat peruentum. qua magna pars in turri
bus sepulti aut sopiti uino erant. aut semigraues potabant. pau
cos tamen eorum impressos in cubilibus interfecerunt. Prope
excapylon est portula. magna ui refringi cepta. & ex muro ex
composito tuba datum signum erat. & iam undiq; non furtim
sed aperte gerebatur res. Quippe ad epopilas frequentem custo
dis locum peruentum erat. trendi q; magis hostes erant. q; falle
di sicut territi sunt. Nam simul ut tubarum est auditus cant⁹.
clamor q; tenentium muros partemq; urbis omnia teneri custo
des alii per murum fugere. alii salire de muro precipitari q; tur
ba pauentium. magna pars tamen ignara tanti mali erat. & grau
tis omnibus sono unoq; & inuaste magnitudinis urbe. partium se
sum non satis pertinentem in omnia. sub luce excapylo effracto
marcellus omnibus copiis urbem ingressus excitauit. conuer
tit q; omnes ad arma capienda. opemq; siqua posset iam capte
prope urbi ferendam. Epycides ab insula quam ipsi nason uocat
cuato profectus agmine. haud dubius quin paucos per negligen
tiam custodum transgressos murum expulsurus foret. occurre
tibus pauidis tumultum augere eos dictitans & maiora ac terri
biliora afferre. postq; conspexit omnia circa ad epipolas armis co
pleta lacessito tantum hoste paucis missilibus retro in acradinam
agmen conuertit. non tam uim multitudinem q; hostium me
tuens. q; nequa intestina fraus. per occasionem oriretur. clausasq;
inter tumultum acradine atq; insule inuenuret portas. Marcellus
ut menia ingressus excelsioribus locis urbem ferme omnem
ulla tempestate pulcherrimam. subiectam oculis uidit. illachry
masse dicitur. partim gaudio perpetrate rei. partim uetusta gl'ia

urbis atheniensium classis demerse. & duo ingentes exercitus cū
duobus clarissimis ducibus deiecti occurrebant. & tot bella cum
Carthaginensibꝫ tanto cum discrimine gesta. tot tam opulenti
tyranni regesq; preter ceteros hiero. tum recentissime memorie
rex. tum ante omnia que uirtus ei fortunaq; sua dederat. benefi
ciis in populum ro. insignis. Ea cum uniuersa occurrerent animo.
subiretq; cogitatio iam illa momento hore arsura omnia & ad cine
res reditura. priusq̄ agradinem ammoueret. premitit Syracusa
nos. qui intra presidia ro. ut ante dictum est fuerant. ut alloquio
leui pellicerent hostes ad dedendam urbem. Tenebant acradine
portas murosq; maxime transfuge. quibus nulla erat perconditio
nes ueniae spes. hi nec adiri muros nec alloqui quenq̄ passi. Itaq; mar
cellus postq̄ inceptum irritum fuit ad erialum signa referre iussit.
Tumulus est in extrema parte urbis uersus a mari. uiaq; imminens
ferenti in agros mediterranea quae insule per cōmodus ad cōme
atus excipiendos. Preerat huic arci Philodemus argius ab epicide
impositus. Ad quem missus a marcello sosisun⁹ ex ĩtefectoribus ty
rani cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset re
tulit marcello tempus ad deliberandum sumpsisse. Cum is diem de
die differret. dum hyppocrates atq; himilco ammouerent castra
legiones haud dubius si in arcem accepisset eos delere. ro. exerci
tum inclusum muris posse. Marcellus ut euryalum neq; tradi
neq; capi uidit posse inter Neapolim & Thicam nomina partium
urbis & instar vrbium sunt posuit castra timens ne si frequentia
intrasset loca contineri ab discursu miles auidus prede posset. Le
gati eo ab ab Thica & Neapoli cum infulis & uelamentis uenerūt
precantes ut a cedibus & ab incendiis parceretur. De quorum pre
cibus q̄ postulatis magis concilio habito. marcellus ex omnium
sententia edixit militibꝫ ne quis liberum corpus uiolaret cetera
prede futura. Castraq; pro muro tectis parietum septa. portis re
ligione platearum patentibꝫ stationes presidiaq; disposuit. neq̄s
in discursu militum impetus in castra fieri posset. Inde signo dato

milites

mlutes discurrere. retractisq; foribꝰ cum omnia terrore ac tumul
tu streperent. a cedibꝰ tamen temperatum est. Rapinis nullis ante
modus fuit q̄ omnia diuturna felicitate cumulata bona egessere.
Inter hec & philodamus cum spes auxilii nulla esset fide accepta
ut immolatus ad Epycidē reduret reducto p̄sidio tradidit tumu
lum Romanis. Auersis omnibꝰ ad tumulum ex parte capte urbis
Bomilcar noctem eam nactus qua propter uim tempestatis sta
re ad anchoram in salo Romana classis non posset cum .xxxv.
nauibus ex portu syracusano profectus libero mari uela i altum
dedit. v. & L. nauibus Epycide & syracusis relictis: edoctisq; carth
ginensibus in quanto res syracusana discrimine esset. cum .C. na
uibus post paucos dies redit multis ut fama est donis ex hieroīs
gaza ab Epycide donatus. Marcellus curialo rcepto p̄sidioq; addito
una cura erat libera. Ne qua ab tergo uis hostium in arcem acceptā
inclusos impeditosq; menibꝰ suos turbaret. Acradinem unde tri
nis castris peridonea dispositis loca spe ad inopiam omnium rerū
inclusos redacturū se circumsedit. Cum per aliquot dies quiete
stationes utrinq; fuissent repente aduentus hyppocratis & hi
milconis ut ultro undiq; oppugnarentur Romam fecit. Nam &
hyppocrates castris ad magnum portum cōmunitis signoq; his
dato qui Acradinam tenebant castra uetera romanorum adortus
est quibus crispinus preerat. Et Epycides eruptionem instatoes
Marcelli fecit. & classis punica litore quod inter urbem & castra
Ro. erat appulsa est: nequid presidii crispino sumitu ab Marcello
posset. Tumultū tamen maiorem hostes prebuerunt q̄ certamen.
Nam & crispinus hyppocratem non repulit tantum munimentis
sed insecutus est etiam trepide fugientem & Epycidē Marcellus
compulit in urbem: satisq; iam etiam in posterum uidebatur prou
sum. Ne quid ab repentinis eorum in cursionibꝰ periculi foret.
Accessit & pestilentia cōmune malum quod facile utrorūq; animo
auerteret a belli consiliis. Nam tempore autūni & locis natura
grauibus multa tamen magis extra urbem q̄ in urbe tollerāda

uis estus per utraq; castra omnium ferme corpora mouit ac primo
temporis ac loci uitio & egri erant & moriebantur. Postea curatio
ipsa & contactus egrorum uulgabat morbos ut aut neglecti de
sertiq; qui incidissent morerentur aut insidentis curātisq; eadē
uis morbi repletos secum traheret. quotidianaq; funera & mors
ob oculos esset & undiq; dies noctesq; ploratus audirent. Postre
mo ita assuetudine mali efferauerant animos ut non modo lacbri
mis iustoq; comploratu prosequerentur mortuos. sed ne efferrēt
quidem aut sepellirent iacerent strata exanimata corpora in cō
spectu similem mortem expectantium. mortuiq; egros egri ua
lidos tum metu tum tabe ac pestifero odore corporum confice
rent. Et ut ferro potius morerentur quidam inuadebant soli ho
stium stationes. Multo tamen uis maiō pestis penoꝝ castra q romā
diu circunsedendo Syracusas cede aquisq; affecerant magis &
hostium exercitu siculi primum uidere ex grauitate loci uulga
ri morbos in suas quisq; propinquas urbes dilapsi sunt. Et car
thaginenses quibus nunq̄ receptus erat cum ipsis ducibꝫ hyppo
chrate atq; himilcone ad internitionem omnes perierunt. Mar
cellus ut tanta uis ingruebat mali traduxerat in urbem suos
infirmaq; corpora tecta & umbre recreauerant. multi tamen ex
ro exercitu eadem peste absumpti sunt. Delecto terrestri puni
coq; exercitu siculi qui hyppochratis milites fuerant. Haud ma
gna oppida ceterum & situ & monumentis tuta tria milia alte
rum ab Syracusis alterum xv. ab hostio & cōmeatus e ciuitatibꝫ
suis comportabant & auxilia arcessebant. Interea Bomilcar ite
rum cum classe profectus Carthaginem ita exposita fortuna
sociorum ut spem faceret non ipis modo salutarem opem ferre
posse sed romanos quoq; in capta quodāmodo urbe capi perpu
lit ut honerarias naues q̄ plurimas omni copia rerum secū onu
stas mitterent classemq; suam augerent. Igitur c. xxx. nauibus lō
gis. vii. c. honerariis profectus a carthagine satis prosperos euētus
ad trahiciendum in Siciliam habuit sed idem uenti superare eū

pachinum prohibebant. Bomilcaris aduentu fama primo deide
preter spem mora, cum gaudium & metum inuicem romanis Sy
racusanis q; prebuisset. epycides metuens ne si pergerent iidem
qui tum solebant flare abortu solis per dies plures uenti classi
punica africam repeteret. tradita acradina mercennariorum m
litum ducibo ad Bomilcarem negauit classem instationem uer
sam in africam habentem atq; timentem naualem prelium. Non
tam quod impar uiribus aut numero nauium esset. quippe & e
plures habebat. q; quod uenti aptiores romane q; sue classi flaret
perpulit tamen ut fortunam naualis certaminis experiri uellet.
Et marcellus cum & siculum exercitum ex tota insula conciri
uideret & cum ingenti cōmeatu classem punicam aduentare.
ne simul terra mariq; inclusus urbe hostium urgeretur. quanq;
par nauium numero erat. prohibere aditu Syracusarum Bomil
carem constituit. Due classes infeste circa promontorium pachi
num stabant ubi primum tranquillitas maris in altum euocasset
concursure. Itaq; cadente iam euro qui per dies aliquot seuerat
prior Bomilcar mouit. Cuius prima classis petere altum uisa est
quo facilius superaret promontorium. Ceterum postq; tendere
ad se romanas naues uidit incertum qua subita territus re Bo
milcar uela in altum dedit. missisq; nuntiis heracleam. qui onera
rias naues retro in africam repetere iuberent. ipse sicilia preter
uectus Tarentum petit. Epycides a tanta repente destitutus spe
ne obsidio magna ex parte capte urbis reduret. agrigentum nau
gat expectaturus magis euentum. q; inde quicq; moturus. Que
ubi in castra siculorum sunt nuntiata. epycide Syracusis excessis
se. a carthaginensibus relictam insulam & prope uerum romanis
traditam. Legatos de conditionibo dedēde urbis explorata pri
per colloquia uoluntate eorum qui obsidebantur. ad marcellum
mittunt. Cum haud ferme discreparet. queq; ubiq; regum fuisset
romanor esset. siculis cetera cum libertate ac legibus suis ue
seruarētur. euocatis ad colloquium his quibus ab epycide credite

referant missos se simul ad Marcellum simul ab eo ad exercitum
siculorum aiunt ut una omnium qui obsiderentur quiq; extra
obsidionem essent fortuna esset. Ne ue alteri proprie sibi pacis
cerentur quicq̃. Recepti deinde ab his ut necessarios hospites q;
alloquerentur. Expositis que pacta iam cum marcello haberẽt
oblata spe salutis perpulere eos ut secum prefectos epicidis po
liciorum & philistonem & epicidẽ cui sydon cognomen erat ag
grederentur. Interfectis his & multitudine ad contionem voca
ta & inopiam quam ipsi inter se fremere occulte solita erant con
questi. quanq̃ tot mala urgerent negarent fortunam accusandã
esse. quod ipsorum esset potestate eapaterentur. romanis causã op
pugnandi syracusas fuisse caritatem syracusanor̃ non odiũ. Nã
ut occupatas res a satellitib⁹ hãnibalis deiñ hieronymi hyppocratis q;
epicide audierint. tum bellum mouisse. & obsidere urbem cepis
se. ut crudeles tyrannos eius non ipsam urbem expugnare nt.
Hyppocrate uero interempto epicide intercluso ab syracusis. &
prefectis eius occisis. carthaginensib⁹ omni possessione sicilie
terra mariq; pulsis quam superesse causam romanis cur non per
inde ac si hiero ipse uiueret unicus romanorum amicitie cultor
si incolumes syracusas esse uelint utaq; nec urbi nec hominibus ali
ud periculum q̃ a se metipsis esse. si occasionem reconciliandi se ro
manis preterm̃isissent. Eam autem qualis illo momento hor̃e sit
nullam deinde fore si simul libertas ab impotentibus tyrannis
apparuisset. Omnium ingenti assensu audita oratio est. Pretores
tamen prius creari q̃ legatos nominari placuit. Et ipsorum deide
pretorum numero missi oratores ad marcellum quorum princeps
neq; primo inquit syracusani a uobis defecimus. sed hieronymus
nequaq; tam in uos impius q̃ in nos. nec postea pacem tyranni q;
de composita syracusanus quisq̃ sed satellites regii hyppocrates
aq; epicides oppressis nobis. hinc metu hinc fraude turbauerunt
nec quisq̃ dicere pot aliquando nobis libertatis tempus fuisse qd
pacis uobiscum non fuerit. Nunc certe cede eorum qui oppres

sas tenebant syracusas: cum primum nostri arbitrii esse cepimus
ex templo uenimus ad tradenda arma dedendos nos urbem me
nia: nullam recusandam fortunam que imposita a uobis fuerit.
Gloriam capte nobilissime pulcherrimeque urbis gretarum dii tibi
dederunt marcelle. Quicquid unquam terra mariq memorandum
gessimus id tui triumphi titulo accedit. Fame ne credi uelis quanta
urbs a te capta sit quam posteris quoque eam spectaculo esse quoque i
terra: quisque mari uenerit nunc nostra de atheniensibus cartha
ginensibusque trophea nunc tua de nobis ostendat incolumesque sy
racusas familie uestre sub clientela nominis marcellorum tute
laque habendas tradas: Ne plus apud uos hieronymi quam hieronis
memoria momenti faciat. Diutius ille multo amicus fuit quam hic ho
stis: & illius benefacta etiam presensistis. huius amentia ad per
nitiem tantum ipsius ualuit. Omnia & impetrabilia & tuta erant
apud Romanos inter ipsos plus belli ac periculi erat. Nanque trans
fuge tradi se romanis rati mercennariorum quoque auxilia mili
tum in eundem compulere metum arreptisque armis pretores primum
obtruncant. Inde ad cedem syracusanorum discurrunt. Quosque fors
obtulit: irati interficere atque omnia que in promptu erant diripue
re. Tum ne sint ducibus essent sex prefectos creauere ut terni
acradine & terni agnas preessent. Sedato tandem tumultu ex se
quentibus sciscitando que acta cum Romanis essent dilucere id
quod erat cepit aliam suam ac profugarum causam esset. In tempore
Legati a marcello redierunt falsa eos suspicione incitatos memo
rantes nec causam expetende pene eorum ullam romanis ee ee
Erat e tribus acradine prefectis hispanus mericus nomine. Ad
eum inter comites legatorum de industria unus ex hispanorum
auxiliaribus est missus. Qui sine arbitris mericum nactus primum
quo in statu reliquisset hispaniam & nuper inde uenerat expo
nit omnia Romanis sibi obtineri armis posse eum si opere pretium
faciat: principem popularium esse seu militare cum romanis seu
in patriam reuerti libeat. Contra si mallet obsideri pergat quam spe

esse terra mariq; clauso. Motus his mericus: cum legatos ad marcel
lum mitti placuisset fratrem inter eos mittit. Qui per eundem illū
hispanum secretum ab aliis ad marcellum deductus cum fidem
accepisset composuissetq; agendę rei ordinem acradinam redit. t
T um mericus ut a suspicione proditionis auerteret omnium aīos,
negat sibi placere legatos cōmeare, ultro citroq; neq; recipiendum
quenquā neq; mittendum. Ex quo intentius custodie seruentur
oportuna diuidenda prefectis esse, ut suę quisq; partis tutandę re⁹
sit. Omnes assenserunt partibus diuidendis. ipsi regio obuenit ab
arethusa usq; ad hostium magni portus: id ut scirent romani fecit.
I taq; Marcellus nocte nauem onerariam cum armatis remulco qua
driremis trahi ad acradinem iussit. exponiq; milites regione por
te quę prope fontē arethusam est. Hoc cum quarta uigilia factū
esset, expositosq; milites porta ut conuenerat recepisset mericus.
L uce prima Marcellus omnibꝫ copiis męnia acradine aggreditur
ita ut non eos solum qui acradinem tenebant in se conuerteret, sed
ab nasso etiam agmina armatorum concurrerent, relictis statio
nibꝫ suis ad uim & impetum romanorum arcendum. In hoc tumul
tu actuarię naues instructe iam ante, circumuecteq; ad Nassū ar
matos exponunt. Qui improuiso adorti semiplenas stationes &
ad apertas fores portę, qua paulo ante excurrerant armati haud
magno certamine Nassum cepere: desertam trepidatione & fuga
custodum neq; ullis minus presidii aut pertinacię ad manēdū,
q̄ in transfugis fuit quia ne suis quidem satis credentes se medio
certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse nassū dedit ⁊ acradiē
regionem unam teneri: mericuꝫ presidio suis adiunctuꝫ receptui
cecūt ne r̄gię opes q̄ꝝ fama maior q̄ res erat diriperentur: suppręs
so impetu militum ut iis qui in acradine erant transfugis spatiū
locusq; fugę datus est. Syracusani tandem liberi metu porti acra
dinę apertis oratores ad marcellum mittunt: nihil petentes aliud
q̄ incolumitatem sibi liberisq; suis. marcellus concilio q̄ aduocato
& adhibitis ē̄ Syracusanis qui per seditiones pulsi ab domo intra pre

sidia ro erant. Respondit non plura per annos. L. bene fcā hiero
nis q̄ paucis his annis maleficia eorum qui Syracusas tenuerūt
erga rem. P. esse. Sed pleriq; eorum quo debuerunt recidisse: fe
derumq; ruptorum ipsos a se grauiores multo q̄ populus. Ro.
uoluerit penas exegisse. Sequidem tertium annum circūsede
re Syracusas non ut populus reseruatam ciuitatem haberet: sed
ne transfugarum duces captam & oppressam tenerent. Quid po
tuerint Syracusani facere ex templo uel eos Syracusanorum eē
qui intra presidia ro. fuerint uel hispanū ducē mericū q̄ p̄sidiū
tradiderit uel ipsorum Syracusanoꝝ postremo serum quidem
sed forte omnium sibi consilium laborum periculorumq; circa
mœnia Syracusana terra mariq; tam diu exhaustoꝝ nequaquā
tantum fructum esse quod capere Syracusas potuisset. Inde que
stor cum presidio ad nassum & accipiendam pecuniam regiā cu
stodiendamq; missus: diripiēdaq; urbs militi data ē & custodib' diui
sis per domos eorum qui intra presidia ro. fuerunt. cum multa
ire multa auaritie fœda exempla ederentur: Archimedem me
morie proditum est in tanto tumultu quantum capte urbis in
discursu diripientium militum ciere poterat intentum formis
quas in puluere descripserat ab ignaro milite q̄s etiā interfectū
E gre id marcellum tulisse: sepulture q; curam habitam & propin
quis etiam inquisitis honori presidioq; nomen ac memoriam
eius fuisse. hoc maxime modo Syracuse capte. In quibꝫ predæ
tantum fuit quantum uix capta Carthagine tum fuisset cum
qua uiribus æquis certabatur. Paucis ante diebus q̄ Syracuse
caperentur. T. octacilius cum quinq; remibꝫ. Lxxx. vticam a Li
libeo traiecit. Et cum ante lucem portum intrasset honerarias
frumento onustas cepit egressusq; in terram depopulatus est ali
quantum agri circa vticam: predamq; omnis generis retro ad na
ues egit. Lilibeum tertio die q̄ profectus inde inde erat cū. cxxx
honerariis nauibus frumento predaq; honustis redit. idq; fru
mentum ex templo Syracusas misit: quod ni tam in tempore sub

uenisset uictoribus uictisq; pariter pernitiosior fames instabat. Ead
æstate in hispania cum ferme biennio nihil admodum memorable
factum esse consiliis q; magis q̃ armis bellum gereretur. Romani
Imperatores egressi hybernis copias coniunxerunt. Ibiq; cõsilium
aduocatum omniumq; in unum congruere sententię quando
ad id locorum id modo actum esset ut hasdrubalem tendentem
in italiam retinerent tempus esse id iam agi ut bellum in hispa
nia finiretur. Et satis ad id uirium credebatur accessisse xx. m.
celtiberorum ea hieme ad arma excitati tres exercitus erant has
drubal Gisgonis filius & mago coniunctis castris quinq; ferme
dierum dierum itinere ab ro. aberant. Propior erat himilchonis
filius hasdrubal uetus in hispania imperator ad urbem nomine
antorgum exercitum habebat. Eum uolebant prius opprimi du
ces. ro. & spes erat satis superq; ad id uirium esse. Illi instabat cura
ne fuso eo perculsi alter hasdrubal & mago in auios saltus mon
tesq; recipientes se se bellum extraherent. Optimum igitur rati
diuisis bifariam copiis totius simul hispanię amplecti bellum ita
inter se diuiserunt: ut P. cornelius duas partes exercitus roma
norum sociorumq; aduersus magonem duceret atq; hasdrubalẽ
Cn. Cornelius cum tertia parte ueteris exercitus celtiberis aduic
tis cum hasdrubale barchino bellum gereret. Vna profecti ambo
duces exercitusq; celtiberis pregredientibus ad urbem antorgum
in conspectu hostium dirimente amne ponunt castra. Ibi Cn. Cor
nelius Scipio cum quibus ante dictum est copiis subsistit & P.
Scipio profectus ad destinatam belli partem hasdrubal postq̃ ani
maduertit exiguum ro. exercitum in castris & spem omnem in
celtiberorum auxiliis esse peritus omnis barbaricę & precipue
omnium gentium earum in quibus per tot annos militabat per
fidię facili linguę cum utraq; castra plena hispanorum essent per
occulta colloquia paciscitur magna mercede cum celtiberorum
principibus ut copias inde abducerent. Nec atrox uisum facinus
N on enim ut in romanos uerterent arma agebatur & merces quãta

uel pro bello satis esset dabatur ne bellum gererent: & tum quies
ipsa tum reditus domum fructusq; uidendi suos suaq; grata uul
go erant. Itaq; non ducibus facili q̄ multitudini persuasum ē simil
ne metus quidem ab Romanis erat quippe qui tam paucos sibi re
tinerent. Id quidem cauendum semper Romanis ducib; erit exē
plaq; hec uere pro documentis habenda ne ita externis credant
auxiliis ut non plus sui roboris suarumq; uirium proprie in cast's
habeant. Signis repente sublatis celtiberi abeunt. nihil aliud que
rentibus causam ob tibusq; romanis ut manerent respondē
tes: q̄ domestico se auocari bello. Scipio postq̄ socii nec precibus nec
ui retineri poterant nec se aut parem sine illis hosti esse aut frat's
rursus coniugi uidit posse nec ullum aliud salutare consilium ꝛ
īpromptu esse retro quantum posset cedere statuit in id omni
cura intentus ne cubi hosti equo se cōmitteret loco. Qui transgres
sus flumen prope uestigiis abeuntium insistebat. Per eosdem dies
P. Scipionem par terror periculum maius ab nouo hoste urgebat.
Masinissa erat iuuenis qui eo tempore erat socius Carthaginensiū
quem deinde clarum potentemq; romana fecit amicitia. Is cū equi
tatu numidarum aduenienti P. Scipioni occurit & deinde assi
due dies noctesq; infestus aderat ut non uagos tantum procul
a castris lignatum pabulatumq; progressus exciperet sed ipsis ob
equitare castris inuectusq; in medias sepe stationes omnia ingē
ti tumultu turbaret. Noctibus quoq; sepe in cursu repentino in
portis ualloq; trepidatum est nec aut locus aut tempus ullū ua
cuum a metu ac sollicitudine erat Romanis compulsiq; intra
uallum adempto rerum omnium usu cum prope iusta obsidio ēēt
futuramq; arctiorem eam appareret: si se indebilis quem cū vii
m & quingentis Suessanorum aduentare fama erat penis cōiun
xisset. Dux cautus & prouidens Scipio uictus necessitatib; teme
rarium capit consilium ut nocte Indibili obuiam iret: & quocunq;
occurrisset loco prelium consereret. Relicto igitur modico pre
sidio in castris: prepositoq; Ti. Fonteio Legato media nocte pro

fectus cum obuiis hostibus manus conseruit. Agmina magis
q̄ acies pugnabant. Superior tamen ut in tumultuaria pugna
romanus erat. Ceterum & equites numide repente quos fefel
lisse se dux ratus erat: a lateribꝫ circūfusi magnum terrorem
intulere. Contracto aduersus numidas certamine nouo: tertiꝰ
insuper aduenit hostis: duces pęni assecuti a tergo iam pugnātes
ancepsq; prelium romanos circūsteterat: incertos inquem po
tissimum hostem quamue in partem conferti eruptionem face
rent. Pugnanti hortantiq; imperatori & offerenti se ubi pluri
mus labor erat: latus dextrum lancea traiicitur. Cuneusq; is
hostium qui in confertos circa ducem impetum fecerat: ut exa
nimem labentem ex equo Scipionem uidit: alacres gaudio cū
clamore per totam aciem nuntiantes discurrunt: Imperatorē
ro. cecidisse hec peruagata passim uox: ut & hostes haud dubie
pro uictoribꝫ & Romani pro uictis essent fecit. Fuga confestim
ex acie duce amisso fieri cępta est. Ceterum ad erumpendum
inter numidas aliaq; leuium armatorum auxilia haud diffi
cilis reseāt: ita effugere tantum equitū e quantiū equos uelo
citate peditum uix poterant: cęsiq; prope plures in fuga q̄ in pu
gna sunt: nec super fuisset quisq̄ ni precipiti iam ad uesperum
die nox interuenisset. haud segniter inde duces pęni fortuna
usi confestim e prelio uix necessaria quiete data militibꝫ ad
hasdrubalem hamilcaris citatum agmen rapiunt: non dubia
spe cū copiaꝰ coniūxisset alium ro. exercitum debellari posse.
Quo ubi est uentum inter exercitus duces uictoria recenti le
tos gratulatio ingens facta imperatore tanto cum omni exer
citu deleto: & alteram haud dubiam parem uictoriam expectā
tes. Ad Romanos non dum quidem fama tantę cladis perue
nerat: sed mestum quoddam silentium erat: & tacita diuinatio
qualis iam presagientibus animis imminentis mali esse solet.
Imperator ipse preter q̄ quod a sociis se desertum hostium tan
tum auctas copias sentiebat coniectura etiam ratione ac suspi

cione accepte cladis q̃ ad ullam bonam spem promior erat. Quo
nam enim modo hasdrubalem ac magonem nisi defuncto suo
fratre bellum sine certamine & adducere exercitum potuisse?
Quomodo autem non obstitisset aut a tergo secutus fratrem ut
si prohibere quominus in unum cogerent & duces & exercitus
hostium non posset: ipse certe cum fratre coniungeret copias.
Hasdrubal curis id modo esse salutare in presens credebat ce-
dere in quantum posset. Et inde una nocte ignaris hostibus &
ob id quietis aliquantum emensus est iter: luce ut senserunt
profectos hostes premissis numidis q̃ poterant maxume cita
to agmine sequi ceperunt. Ante noctem assecuti numide nec
a tergo nunc in latera incursantes consistere ceperunt ac tuta
ri agmen quantum possent. Tamen tuto ut simul pugnarent
procederent q̃ scipio hortabatur: priusq̃ pedestres copie asse
querentur. Ceterum nunc agendo nunc substinendo agmen
cum aliquandiu haud multum procederetur & nox iam insta
ret reuocare prelio suos scipio & collectos in tumulum quenda
non quidem satis tutum presertim agmini perculso editore
tamen q̃ cetera que circa erant subducit. Ibi primo impedimen
tis & equitatu in medium receptis circumdati pedites haud diffi
culter impetus incursantium numidarum arcebant. Deinde
postq̃ toto agmine tres imperatores cum tribus iustis exercitib
aderant apparebat parum armis ad tuendum locum sine mum
mento ualituros esse. Circunspectare atq̃ agitare dux cepit si
quomodo posset uallum circum iniicere. Sed erat adeo nudus
tumulus & asperi soli ut nec uirgulta uallo cedendo nec terra
cespiti faciendo aut ducende fosse alii ue ulli operi apta inueni
ri posset: nec ferme quicq̃ satis arduum aut abscisum erat qd
hosti aditum ascensum ue difficilem preberet omnia fastigio le
ui subuexa. Vt tamen aliquam imaginem uallo obicerent clete
las illigatas oneribus uelud struentes ad altitudinem solitã cir
cundabant cumulo sarcinas omnis generis obiecto. Vbi ad molie

dum clitelle defuerant. Punici exercitus postq̃ aduenere in tu
mulum quidem perfacile agmen erexere. munitionis uero facies
noua primo eos uelut miraculo quodam tenuit: & cum duces un
diq; uociferarent̃ quid starent & non ludibrium illud uix fęmi
nis pueris ue morandis satis ualidum distraherent diriperent q;
captum hostem: teneri latentem post sarcinas: hec contemptĩ du
ces increpabant. Cęterũ neq; transilire nec moliri onera armatis
dedissent obiecta nec cędere stipatas clitellas ipsis q; sarcinis fa
cile erat. Traditis diu obiecta onera armatis dedissent uiam plu
ribusq; idem partibꝫ fieret capta iam undiq; castra erant. Pauci
a multis perculsiq; auctoribꝫ passim cedebantur. Magna pars tñ
militum cum in propinquas refugisset siluas in castra P. Scipiois
quibꝫ T. Fonteius Legatus p̃erat perfugerunt. Cn. Scipionem alii
in tumulo primo impetu hostium cęsum tradunt. Alii cum pau
cis in propinquam castris turrim perfugisse hanc igni circunda
tam: atq; ita exustis foribꝫ q̃ nulla potuerunt moliri ui captã oms
q; intus cum ipso imperatore occisos anno octauo postq̃ in hispa
niam uenerant. Cn. Scipio consul inde. xxx. die post fratris mortẽ
est interfectus. Luctus ex morte eorum non rome maior q̃ per
totam hispaniam fuit. quid apud ciues partem doloris & exercitus
amissi, & alienata prouincia, & publica trahebat clades. Hispanię
ipsos lugebant desiderabantq; duces. Cneus tñ magis quod diu
tius prefuerat his priorq; & fauorem occupauerat & specim̃ iu
stitię temperantieq; romanę primus dederat. Cum deletus exer
citus amissęq; hispanię uiderentur uir unus retinuit easdem re
stituitq;. Erat in exercitu L. marcius septimii filius eques roma
nus impiger iuuenis animiq; & ingenii aliquanto maioris q̃ ꝓ
fortuna in qua erat natus. huic ad summam indolem accesserat
Cn. Scipionis disciplina sub qua per tot annos militię artẽ edoctꝰ
fuerat. & ex fuga collectis militibꝫ & quibusdam de presidiis de
ductis haud cõtẽnendum exercitum fecerat coniunxerãtq; cum
C. Fonteio. P. Scipionis Legato. Sed tantum prestitit eques. Ro.

auctoritate inter milites atq; honore ut castris extra hyberum cō
munitis cum ducem exercituum comitus militaribus creari
placuisset subeuntes alii aliis in custodiam ualli stationesq; donec
per omnes suffragium iret ad L martium cuncti summam impe
rii detulerunt. Omne inde tempus exiguum ad fuit munendis
castris conuehendisq; cōmeatibꝫ consumptum & omnia imperia
militis tum impigre tum haud quaq; abiecto animo exequebatur.
Cæterum postq; hasdrubalem Gisgonis filium uenientem ad reli
quias belli delendas transisse hyberum & appropinquare alla
tum est signumq; pugnæ propositum a nouo duce milites inde
runt recordari quos paulo ante imperatores habuissent: quibꝫ
ducibus & copiis freti prodire in campum ad pugnam soliti essent
flere omnes repente & offensare capita & alii manus ad cælum
tendere deos incusantes alii strati humo suum quisq; nomina
tum ducem implorare. Neq; sedari lamentatio poterat excitan
tibus centurionibus manipulares & ipso mulcente & increpante
martio quod i muliebres & inutiles se proiecissent fletus pot
q; ad tutandos semet ipsos & rem P secum acuerent animos &
ne inultos imperatores suos iacere sinerent cum subito cla
mor tubarum q; sonus iam enim prope ualum hostes erat ēcau
ditur: inde uerso repente in ira luctu discurrunt ad arma:
ac uelut accensi rabie discurrunt ad portas & in hostem negligē
ter atq; incomposite uenientem occurrunt. Ex templo impro
uisa res pauorem incutit penis: mirabundiq; unde tot hostes tā
subito exorti prope delecto exercitu forent unde tanta auda
cia ac fiducia suis uictis ac fugatis quis imperator duobus Sci
pionibus cæsis extitisset quis castris præesset quis signum de
disset pugnæ. Ad hec tot iam nec opinata primo omnium in
certi stupentesq; sese referunt pedem deinde ualida impressione
pulsi terga uertunt & aut fugientium fœda cædes fuisset aut te
merabilis periculosa sequentium impetus ni martius prope
dedisset signum obsistensq; ad prima signa quosdam ipse re

tinens concitatam repressit aciem. inde in castra auidos ad huc ce
dis sanguinisq; reduxit. Carthaginenses trepide primo ab hostiũ
uallo acti: postq̃ neminem insequi uiderunt. substitisse metu ra
ti: contemptiq; rursus & sedato gradu in castra abeunt. Par ne
gligentia in castris custodiendis fuit. Nam & si propinquus ho
stis erat. tamen reliquias esse duorum exercituum ante paucos
dies deletorum succurrebat. Ob hoc cum omnia neglecta apd
hostes essent. exploratis his martius: ad consilium prima specie
temerarium magisq̃ audax animum adiecit. ut ultro castra ho
stium oppugnaret. facilius esse ratus unius hasdũbalis oppugna
ri castra. q̃ si se rursus tres exercitus. ac tres duces iunxissẽt sua
defendi. Simul autem si cessisset ceptis recepturum se afflictas res
aut si pulsus esset. tamen ultro inferendo arma contemptũ sui
dempturum. Ne tamen subita res. & nocturnus terror & nõ sue
fortune consilium perturbaret: alloquendos ad hortandosq;
sibi milites ratus contione aduocata ita disseruit. Vel mea erga
imperatores nostros uiuos mortuosq; pietas. Vel presens oĩum
nostrum milites fortuna. fidem cui uis facere potest. mihi hoc
imperium ut amplum iudicio uestro ita re ipsa graue ac sollicitũ
esse. Quo enim tempore nisi metus merorem obstupefaceret.
uix ita compos mei essem. ut aliqua solatia inuenire egro animo
possem. Cogor uestram omnium uicem quod difficillimum in luc
tu est. unus consulere. Et ne tum quidem. ubi quonam modo has
reliquias duorum exercituum patrie conseruare possem cogitã
dum est: auertere animum ab assiduo merore libet: presto est
enim acerba memoria: & Scipiones me ambo dies noctesq; curis
in somnisq; agitant: & excitant sepe somno. ne se ne inuictos p
viii annos in his terris milites suos cõmilitones uestros. ne u. r. p.
patiar multam: & suam disciplinam suaq; instituta sequi iubent: &
ut imperiis uiuorum nemo obedientior me uno fuerit. ita post
mortem suam. quod in quaq; re facturos illos fuisse maxime cen
seam. id optimum ducere: uos quoq; uelim milites. non lamentis

lachrimisq; tanq̃ extintos prosequi uiuunt. uigẽt q; fama rerũ
gestarum sed quotienstũq; occurreret memoria illorum: uelut
si adhortantes signum q; dantes uideatis eos, ita prelia inire.
Nec alia profecto species hesterno die oculis animis q; nostris o
oblata, memorabile illud edidit prelium: quo documentũ de
distis hostibus, non cum scipionibus extinctum esse nomen ro
manorum. Et cuius populi uis atq; uirtus non obruta sit cãnensi
clade: Ex omni profecto seuitia fortunæ emersuram esse: Nũc
quia tantum ausi estis sponte uestra: experiri libet quantum au
deatis duce uestro auctore. Non enim hesterno die cum signum
receptui dedi sequentibus effuse uobis turbatum hostem fran
gere audaciam uestram sed differre in maiorem gloriam atq;
oportunitatem uolui. ut postmodũ preparati incautos armati
inermes atq; etiam sopitos per occasiones aggredi possetis. Nec
huius occasionis speciem milites forte temere: sed ex re ipsa cõ
ceptam habeo: A uobis quoq; profecto siquis querat quonam m̃o
pauci a multis uicti a uictoribꝫ castra tutati sitis nihil aliud res
pondeatis q̃ id ipsum timentes uos omnia & operibus firmata
habuisse ipsos paratos instructosq; fuisse. Et ita se res habet. Ad
id quod ne timeatur fortuna facit, minime uti sunt homines, qa
quod negl exeritis incautum apertum q; habeas. nihil omnium
nunc metuunt minus hostes. q̃ ne obsessi modo ipsi atq; oppugna
ti castra sua ultro oppugnemus. Audeamus quod credi non po
test ausuros nos: eo ipso quod difficillimum uidetur facillimum
erit. Tertia uigilia noctis silenti agmine ducam uos. Explora
tum habeo: non uigiliarum ordinem, non stationes iustas esse cla
mor in portis est auditus ut primus impetus castra cẹpit tũ iter
torpidos sõno pauentesq; ad nec oppinatum tumultum & iner
mes in cubilibus suis oppressos. illa cædes edatur a qua uos he
sterno die reuocatos egre ferebatis. Scio audax uideri consiliũ
sed in rebus asperis & tenuibꝫ perfortissima quæq; consilia tutis
sima sunt. quia si in occasionis momento: cuius preter uolat opor

tunitas cunctatus paululum fueris: ne quicquam mox omissam que
ras. Vnus exercitus in propinquo est: duo haud procul dubio absūt
N unc aggredientibus par aliq̄ oportunitas ē 7 iā tētatis uīas atq; illoꝝ ui
res. Si diem proferimus & hesterne eruptionis fama contenti de
sierimus periculum est, ne omnes duces omnesq; copię conueniāt.
T res deinde duces tres exercitus substinebimus hostium: quos Cn.
Scipio incolumi exercitu non substinuit ut diuidendo copias pe
riere duces nostri ita se parati ac diuisi opprimi possunt hostes.
A lia belli gerendi uia nulla est. Proinde nihil preter noctis proxime
oportunitatem expectemus. Ite diis bene iuuantibus corpora cu
rate ut interi uigentesq; eodem animo in castra hostium irrūpatis
quo uestra tutati estis. Leti audierunt a nouo duce nouum consili
um & quo audacius erat magis placebat. Reliquum diei expediē
dis armis & curatione corporum consumptum & maior pars
noctis quieti data est: quarta uigilia mouere. Erant ultra ꝓxiā
castra sex. m. interuallo distantes alię copię penorum. Vallis caua
inter erat condensa arboribꝫ. In huius siluę medio ferme stadio
cohors. ro. arte punica abditur: & equites ita medio itinere inter
cepto cętere copie silenti agmine ad proximos hostes ductę. Et
cum statio nulla pro portis neq; in uallo custodię essent uelut in
sua castra nullo unq̄ obsistente penetrauere. Inde signa canunt
& tollitur clamor. Pars. ro. semisōnes hostes cędunt pars ignes es
cas stramento arido tectis iniciunt: pars portas occupant ut fu
gam intercludant. hostes simul ignis clamor cedes uelut aliena
tos sensibus nec audire nec prouidere quicq̄ sinunt. Incidunt
inermes inter cateruas armatorum. Alii ruunt ad portas. Alii
interseptis itineribꝫ supersaliunt uallum & ut quisq; euaserat
protinus ad castra altera fugiunt: ubi a cohorte & equitibꝫ exoc
culto proruentibus circumuenti cęsiq; ad unum omnes sunt.
Q uāuis siquis etiam ex ea cęde effugisset: adeo raptim captis pro
pioribus castris in altera transcursum castra ab. ro. est ut preue
nire nuntius cladis non posset. Vbi uero quo longius ab hoste abe

rant. & quia sub luce publica pabulatum lignatum. & predatum
quidam dilapsi fuerant. neglecta magis omnia. ac soluta inuene
nere. Arma tantum posita in stationibus. milites inermes aut
humi sedentes accubantesq; aut obambulantes ante uallum por
tasq;. Cum his tam securis solutisq; romani calentes ad huc ab re
centi pugna. ferocesq; uictoria prelium ineunt: Itaq; nequaquā
in portis potuit resisti. Intra portas concursu ex castris ad p̄mū
clamorem & tumultum facto atrox prelium oritur. Diuq; te
nuissent ni cruenta scuta. ro. uisa indicium alterius cladis atq;
penis atq; inde pauorem iniecissent. hic terror in fugam uer
tit oms: effusiq; qua iter est. nisi quos cedes oppressit. Exuūt
castris: atq; ita nocte ac die bina castra hostium oppugnata duc
tu L. martii. ad. xxxvii. m. hostium cesa. auctor est Claudius
qui annales accilianos ex greco in latinum sermonem uertit. t
captos ad. m. dccc. xxx. predā ingentī partā nec abfuisse cli
peum argenteum pondo. cxxxviii cum imagine Barchini has
drubalis. Valerius antias una castra magonis capta tradit Sep
tem milia cesa hostium altero prelio eruptione pugnatum cū
hasdrubale. x. m. occisa: quattuor. m. ccc. xxx. captos. Piso. v.
mil hominum: cum mago cedentes nostros effuse sequeretur
cesa ex insidiis scribit. apd oēs magnum nomen martii ducis ē
& uere glorie eius etiam miracula addunt. Flammam ei cōtio
nanti fusam e capite sine eius sensu cum magno pauore circū
stantium militum: monumentumq; uictorie eius de penis usq;
ad incensum capitolium fuisse. in templo clypeum Martiū ap
pelatum cum imagine hasdrubalis. Quiete deinde aliquandiu
in hispania resfuere. utrisq; post tantas inuicem acceptas in la
tasq; clades cunctantibꝫ periculum sume rerum facere. Dū hec
in hispania geruntur. Marcellus captis Syracusis cum cetera
in Sicilia tanta fide atq; integritate composuisset. ut nō modo
suam gloriam: sed etiam maiestatem populi. R. augeret. orna
menta signa urbis tabulasq; quibus habundabat Syracuse romā

deuexit. Hostium quidem illa spolia & parta belli iure. Ceterum
inde primum initium mirandi grecarum artium opera: licentiaq;
hinc sacra profanaq; omnia uulgo spoliandi facta est: que postre
mo in romanos deos, templum id ipsum primum quod a marcel
lo exunie ornatum est uertit. Visebantur enim ab externis ad
portam capenam, dedicata a Marcello templa, propter excellen
tia eius generis, ornamenta quorum per exigua pars comparet.
Legationes omnium ferme ciuitatum Sicilie ad eum conuenie
niebant: dispar ut causa earum, ita contio erat. Qui ante captas
Syracusas: aut non desciuerant, aut redierant in amicitiam: ut
socii fideles accepti cultiq; quos metus post captas Syracusas
dediderat, ut uicti a uictore leges acceperunt. Erant tamen ha
ud parue reliquie belli circa agrigentum. Epicides & hanno du
ces reliqui prioris belli: & tertius nouus ab hannibale in locū hyp
pocratis missus. Libi penicus eū generis hippocinatis mutinen
populares uocabant: uir impiger & sub hannibale magistro omī
belli arte edoctus. Huic ab Epycide & hannone Numide dati
auxiliares: cum quibꝫ ita peruagatos hostium agros, ita socios
ita socios ad retinendum in fide animos eorum ferendoq; in
tempore cuiq; auxilium adit ut breui tempore totam Siciliam
impleret nominis sui: nec spes alia maior apud fauentes rebus
carthaginensium esset. Itaq; inclusi menibus ad tempus agrigēti
dux penus Syracusanusq; non consilio mutinis q̄ fiducia magis
ausi egredi extra muros, ad hiemeram amnem posuerunt ca
stra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, ex templo copias
mouit & ab hoste quattuor ferme. m. interuallo consedit: qd
agerent pararent ue expectaturus. Sed nullum neq; locum neq;
tempus cunctationi consilioue dedit Mutines. Trangressus
amnem ad stationes hostium cum ingenti terrore ac tumultu
inuectus: postero die prope iusto prelio compulit hostem intra
munimenta. Inde reuocatus seditione numidarum in castris
facta: cum ccc ferme eorum heracleam minoiam cōcessissent

ad mitigandos reuocandosq; eos profectus magnopere mouis
se duces dicitur ne absente se cum hoste manus consererent.
I d ambo egre passi duces magis hanno iam ante anxius glorie
eius. mutinem sibi modum facere degenerem affrum impe
ratori Carthaginensi misso ab senatu populoq;. Is perpulit cūc
tantem epycidem ut transgressi flumen in aciem exirent. Nā
si mutinem operirentur & secunde pugne fortuna euenisset: t
haud dubie mutinis gloriam fore. Enim uero indignum ra
ratus Marcellus se qui hannibalem subnixum uictoria cañēsi
ab Nola repulisset: is terra mariq; uictis ab se hostibus cedere. ar
ma propere capere milites & efferri signa iubet. Instruente exer
citum, decem effusis equis aduolant ex hostium acie numide
nuntiantes populares suos primum ea seditione motos: qua
ccc. ex numero suo concesserunt heracleam: dein quo prefec
tum suum obtrectantibus ducibus glorie eius sub ipsam certa
minis diem ablegatum uideant quieturos in pugna. Gens fal
lax promissi fidem prestitit. Itaq; & romanis creuit animus nū
tio celeri per ordinem misso destitutum ab equite hostem esse:
quem maxime timuerant & territi hostes preterq̄ quod ma
xima parte uirium suarum non iuuabātur timore etiam ī cus
so ne ab suo & ipsi equite oppugnarentur. Itaq; haud magna uis
certaminis fuit: primus clamor atq; impetus rem decreuit.
N umide cum in concursu quieti stetissent in cornibus: ut ter
ga dantes suos uiderunt fuge tantum parumper comites fcī.
P ostq̄ omnes agrigentum trepido agmīe petētes uiderūt ipī metu
obsidionis passim in ciuitates proximas dilapsi. Multa milia ho
minum cesa capta: & octo elephanti. Hec ultima in sicilia mar
celli pugna fuit: uictor inde in syracusas redit. Jam ferme ī exi
tu annus erat. Itaq; senatus decreuit Rome ut. P. Cornelius
pretor litteras capuam ad conss. mitteret dum hannibal pro
cul abesset: nec ulla magna discriminis res ad capuam gerere
tur. Alter eorum si ita uideretur ad magistratus subrogandos

romam ueniret. Litteris acceptis inter se coss. comparant ut Claudi comitia perficeret. Fuluius ad Capuam ueniret ibiq; maneret. Consules Claudius creauit Cn. Fuluium Cẽtimalum & P. Sulpitium Seruilium Quinti filium Galbam qui nullum antea Curulẽ magistratum gessisset. Pretores deinde creati Cornelius cethegus C. Sulpitius Piso. pisoni iurisdictio urbana. Sulpitio Sicilia. cethego Appulia. Lentulo Sardinia euenit. Consulibus prorogatum in annum imperium est:

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO LIBER SEXTVS:

CORNELIVS Cn. Fuluius Centimalus. P. Sulpitius Galba coss. cum idibus martiis magistratum inissent senatu in capitolium uocato: de re P. de administratione belli de prouinciis exercitibusq; patres consuluerunt. Fuluio ap. Claudio prioris anni consulibus prorogatum imperium est: atq; exercitus quos habebant decreti adiectumq; ne a Capua quam obsidebant: abscederent priusq̃ oppugnassent eam. Tum cura maxime intentos habebat Romanos non ab ira tantum que in nullam unq̃ ciuitatem iustior fuit q̃ quod urbs tam nobilis ac potens sicut defectione sua traxerat aliquot populos: ita recepta inclinatura rursus animos uidebatur ad ueteris imperii respectum. Ex prioris anni pretoribꝫ. M. Iunio hetruria. P. Sempronio Gallia cum binis legionibus quas habuerant prorogatum est imperium. Prorogatum & M. marcello ut proconsule in Sicilia reliquias belli perficeret: Eo exercitu quem haberet si supplemento opus esset. suppleret de legionibꝫ qbꝫ. p. Corneli pro pr̃. i Sicilia pre essẽ dũ ne quẽ

litem legeret exeo numero quibus senatus missionem redituq;
in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpitio cui Sicilia eue
nerat due legiones quas P. Cornelius habuisset decrete. & supple
mentum de exercitu Cn. fului qui priore anno in Apulia fe
de cesus fugatusq; erat. huic generi militum senatus eundem
quem cannensibus finem statuerat militie. Additum etiã utro
riq; ignominie est. ne in oppidis hibernarent. Ne ue hiberna
propius ullam urbem. x. milibꝫ passuum ædificarent. L. Corne
lio in sardinia due legiones date. Quibꝫ Q. Mutius prefuerat. t
supplementum si opus esset. coss. scribere iussi. Otacilio & M. Va
lerio sicilie Grecieq; ora. cum legionibꝫ classibusq; quibꝫ preerat
decrete. Quinquaginta Greci cum legione una. centum sicili
cum duabus legionibꝫ habebant. Tribus & xxxx. legionibus ro.
eo ãno bellum terra mariq; est gestum. Principio eius anni. cum
de litteris. L. martii referretur. res geste magnifice senatui uise.
Titulus honoris quod in imperio non populi iussu. non ex auctori
tate patrum dato prosr. senatui scripserat. magnam partem ho
minum offendebãt. Rem mali exempli esse imperatores legi. ab
exercitibus & solẽne auspiciatorum comitiorum in castra. & pro
uincias procul ab legibus magistratibusq; ad militarem temerita
tem transferri. Et cum quidam referendum ad senatum censẽ
rent. melius uisum differri eam consultationem donec profici
scerentur equites qui ab martio litteras detulerunt. Rescribi ti
de frumento & uestimentis exercitus placuit. eam utranq; rem cu
re fore senatui. ad scribi autem prosr. L. martio non placuit. nec
id ipsum quod consultationi reliquerant pro preiudicato ferret.
dimissis equitibꝫ de nulla re prius. coss. retulerunt. Omniũq; in
unum sententie congruebant agendum cum tribunis pl. esse.
primo quoq; tempore ad plebem referrent. quem cum imperio
mitti placeret in hispaniam ad eum exercitum cui Cn. Scipio im
perator prefuisset. Ea res cum tribunis acta promulgataq; est:
sed aliud certamen occupauerat animos. C. Sempronius blesus. de

dicta Cn. fuluium ob exercitum in apulia amissum in contioni
bus uexabat. multa imperatoris temeritate atq; inscitia exerci
tum in locum precipitem perduxisse dictitans. Neminē preter
Cn. Fuluium ante corrupisse omnibꝫ uitiis legiones suas. q̄ pro
derent. Itaq; uere dici posse prius eos perisse q̄ uiderent hostē.
Nec ab hannibale sed ab imperatore suo uictos esse. Neminem cū
suffragium ineat. satis cernere. cui imperium. cui exercitum ꝑ
mittat. Quid interfuisse inter. Ti. Sempronium. cum ei seruoꝝ
exercitus datus esset. breui effecisse disciplina atq; imperio. ut
nemo eorum generis aut sanguinis sui memor in acie esset. pre
sidio sociis hostibus terrori essent. cum ad beneuentum aliasq;
urbes eos uelut e faucibus hannibalis ereptos populo. ro. resti
tuisset. Cn. Fuluium. Quiritum Romanorum exercitum hone
ste genitos liberaliter educatos. seruilibus uitiis imbuisse. Ergo
effecisse ut feroces & inquieti inter socios. ignaui & imbelles
inter hostes essent. nec impetum modo penorum sed ne clamo
rem quidem substinere possent. nec hercule mirum esse milites
in acie nō stetisse cū ꝑmus oīum ī perator fugeret. magis mirari
se aliquos stantes cecidisse. & non omnes comites Cn. Fuluii fu
isse pauoris ac fugę. C. flaminium. L. Paulum. L. Posthumium. Cn.
ac. P. Scipiones cadere in acie maluisse. q̄ deserere circūuentos
hostibus suos exercitus. Cn. Fuluium prope unum nuntium de
leti exercitus romam rediisse. Facinus indignum esse. cannēsē
exercitum quod ex acie fugerit. in Siciliam deportatum. Ne
prius inde dimittatur. q̄ hostis ex italia discesserit. & hoc idem
in Cn. fuluii legionibꝫ. Nuper decretum. Cn. Fuluii fugam ex
prelio ipsius temeritate cōmisso. impunitam esse. & eum in Ga
nea lustrisq; ubi iuuentam egerit. senectutem acturū: milites
qui nihil aliud peccauerint. q̄ quod imperatoris similes fuerint.
relegatos prope in exilium ignominiosam pati militiam. adeo
imparem libertatem rome diti ac pauperi. honorato atq; in ho
norato esse. Reus ab se culpam in milites transferebat. sic eos fe

rociter pugnam poscentis productos in aciem non eo quo uo
luerit m̄ quia serum diei fuerit sed postero die & tempore &
loco æque instructo seu famam seu uim hostium non substinuis
se: cum effuse omnes fugerunt se quoq; turba ablatum ut varo
nem Cannensi pugna ut multos alios imperatores. Quid autem
solum se restantem prodesse .r. p. nisi mors sua remedio publicis
cladibus futura e'e potuisset non se inopia cōmeatus non in
loca iniqua incauta incaute deductum non agmine in explo
rato euntem insidiis circumuentum ui aperta armis acie uic
tum nec suorum animos nec hostium in potestate habuisse.
suum cuiq; ingenium audaciam aut pauorem facere. Bis est
accusatus pecuniaq; anquisitum tertio testibus datis cum pre
terq̄ quod probris onerabatur iurati per multi dicerent fuge
pauorisq; initium a pretore ortum ab eo desertos milites cum
haud uanum timorem uocis crederent terga dedisse tanta ira
accensa est ut capite anquirendum contio subclamaret. De eo
quoq; nouum certamen ortum. Nam cum bis pecunia anquisis
set tertio capite se anquirere diceret tribuni pl. appellati cum
lege negarunt se in mora esse quo minus quod ei mor maiorum
permissum est seu legibus seu moribus mallet anquireret qd
uel capitis uel pecunię iudicasset priuato tum Sempronius per
duellionis se iudicare. Cn. Fuluio dixit diemq; comitiis ab c. cal
phurnio pretore urbis petit. Inde alia spes ab eo tentata est: si
adesse iudicio. Q. Fuluius frat' posset: florens tum fama rerum
gestarum: & propinqua spe potiundę capuę. Id cum per litteras mi
serabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fuluius negassētq;
patres e re. P. esse abscedi a capua priusq̄ dies comitiorū aderat
Cn. Fuluius exulatum tarquinios abiit. Id ei iustum exiliū esse
sciuit plebs. Inter hæc uis omnis belli uersa in capuam est. Obsi
debatur tamen carius q̄ oppugnabatur nec aut famē tollerare
seruitia aut plebs poterant aut mittere nuntios ad hannibalem
per custodias armatas. Inuentus est autem numida quidam t

qui acceptis litteris euasurum se professus promissum prestare.
Per media romanorum castra nocte egressus spem accendit capa
nis. dum aliquid uirium superesset, ab omni parte eruptionem
temptandi. Ceterum in multis certaminibus equestria prelia fer
me prospere faciebant. pedites superabantur: sed nequaquam tam
letum uincere quam triste uinci ulla parte erat ab obsesso & prope
expugnato hoste. Inita tandem ratio est, ut quod uiribus deerat
arte equaretur. Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes
maxime uigore ac leuitate corporum ueloces. eis parmę bre
uiores quam equestres & septena iacula quaternos longa pedes da
ta: prefixa ferro quale hastis uelitaribus inest. & Eos singulos
in equis suis accipientes equites assuefecerunt & uehi post se se &
desilire pertinaciter, ubi datum signum esset. Postquam assuetudi
ne quotidiana satis intrepide uisum est fieri in campum quod me
dius inter castra murumque erat aduersi instructi campanorum
equites processerunt. Et ubi ad coniectum teli uentum est si
gno dato uelites desiliunt. Pedestris inde acies ex equitatu re
pente in hostium equites incurrit. iaculaque cum impetu alia su
per alia emittunt quibus plurimis in equos uirosque passim iniec
tis per multos uulnerauerunt. Pauoris tamen plus ex re noua
quam inopinata iniectum est: & in perculsum hostem equites iuecti
fugam stragemque eorum, usque ad portas fecerunt. Inde equitatu
quoque superior ro. acies fuit. Institutum ut uelites in legionibus
essent: Auctorem peditum equiti immiscendorum centurionem
quintum nauium erant honoriqui ei id apud imperatorem fuisse.
Cum in hoc statu ad Capuam res essent: hannibalem in diuersum
tarentinę arcis potiundę capueque retinendę trahebant curę. Vi
cit tamen respectus Capuę: in quam omnium sociorum hostiumque
conuersos uidebat animos. documento futurę qualemcunque euen
tum defectio ab Romanis habuisset. Igitur magna parte impedi
mentorum relicta in Brutiis & omni grauiore armatura cum
delectis exercitibus peditum equitumque quam poterat aptissimus

ad maturandum: in campaniam contendit. secuti tamen tam rap-
tim euntem tres & .xxxx. elephanti: In ualle occulta post tifata mõ-
tem imminentem capuę consedit. Aduenienis cum castellum Ga-
latiam presidio impulso cepisset in circũsedentes capuam se uertit.
premissis nanq; nuntiis capuam quo tempore castra Romana ag-
gressurus esset: ut eodem & illi ad eruptionem parati portis omĩbꝫ
se se effunderent. ingentem prebuit terrorem. Nam alia parte ipẽ
adortus est. alia campani omnes pedites equitesq; & cum his puni
cum presidium cui Bostar & hanno preerant erupit. Romani ut
in re trepida ne ad unam concurrendo partem aliquid in defen-
sum relinquerẽt ita inter se copias parati sunt. App. Claudius Cã-
panis. Fuluius hannibali est oppositus. C. nero pro Pr. cum eq-
tibus sex legionum uia quę Suessulam fert. C. fuluius Flaccus le-
gatus cum sociali equitatu constitit e regione uulturni amnis.
P relium non solito modo clamore ac tumultu est ceptum sed alio-
rum uirorum equorum armorum q; sonum disposita in muris cã-
panorum imbellis multitudo tantum æris crepitu qualis in defcũ
lune silenti nocte fieri solet edidit clamorem ut auerteret etiã
pugnantium animos. Campanos facile uallo appius arcebat.
M aior uis ab altera parte Fuluiũ, hannibal & pęni urgebant. Legio
ibi sexta loco secessit: qua pulsa cohors hispanorũ cum tribus
elephantis usq; ad uallum peruasit. ruperatq; mediam aciem ro-
manorum: & in ancipiti spe ac periculo erat. utrum in castra per-
rumperet an includeretur a suis. Quem pauorem legionis peri-
culumq; castrorum Fuluius ubi uidit. Q. nauiũ prioresq; alios
centurionum hortatur. ut cohortem hostium in uallo pugnãtẽ
inuadant. In summo discrimine rem uertit. aut uiam dandã his
esse & minore conatu q̃ condensam aciem irrupissent. in castra
inrupturos aut conficiendos sub uallo esse. Nec magni certami
rem fore. esse paucos & absuis interclusos & quę dum paueat ro-
manis interrupta acies uideatur. etiam si se utrunq; uideatur
etiam si se utrunq; in hostem uertat ancipiti pugna medios cir-

cunuenturam. Nauius ubi hec imperatoris dicta accepit secūdi
hastati signum adēptum signifero in hostes infert: iacturū in me
dios eos minitans nisi propere sequantur milites & partem capes
sant pugnę. Ingens corpus erat & arma honestabant & sublatum
alte signum conuerterat ad spectaculum ciues hostesq. Cęterū
postq̄ ad signa peruenerat hispanorum tum undiq. in eum tragu
lę coniectę & prope in eum unum tota acies uersa. Sed neque ho
stium multitudo, neq. telorum uis arcere impetum eius uiri po
tuit: & M. attilius legatus primi principis ex eadem legione: si
gnum inferri in cohortem hispanorum coegit: & qui castris pre
erant L. Portius licinius. & Ti. Popilius legati pro uallo acriter
pugnabant. elephantesq. transgredientes in ipso uallo confodiūt.
Quorum corporibꝫ cum completa esset fossa, uelut aggere, aut pōte
iniecto transitum hostibꝫ dedit. Ibi per stragem iacentium elephā
torum atrox edita cędes. Altera in parte castrorum iam pulsi
erant campani punicumq. presidium & sub ipsa porta capuę
que ad Vulturnum fert pugnabatur. Neq. iam armati irrū
pentibus ro. resistebant: nisi quod porta balistis scorpionibusq.
instructa missilibus procul hostes arcebat. Et suppressit impe
tum romanorum uulnus imperatoris. App. Claudii. cui suos
ante prima signa ad hortanti sub leuo humero summū pectꝰ
gessa ictum est. magna tamen uis hostium ante portam est
cęsa: cęteri trepidi in urbem compulsi. Et hannibal postquā
cohortis hispanorum stragem uidit: sum̄aq. ui castra hostiū
defendi ommissa oppugnatione recipere signa & conuerte
re agmen peditum obiecto ab tergo equitatu ne hostis īstaret
cępit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit
sed Flaccus receptui cani iussit: satis ad utrunq. profectū ra
tus, ut & campani q̄ haud multum in hannibale presidii esset
& ipse hannibal sentiret. Cęsa eo die, qui huius pugnę auctores
sunt, octo .m. hominum de hannibalis exercitu: tria ex cāpa
nis tradunt. Signaq. Carthaginensibus .xv. adempta: duo de .xx.

campanis. Apud alios nequaquã tantam molem pugne inue
niri: pluſq; pauoris q̃ certaminis fuiſſe cum inopinato ĩ caſtra
ro. numide; hiſpaniq; cum elephantis irrupiſſent: elephanti per
media caſtra uadentes ſtragem tabernaculorum ingentiſom
tu ac fugam abrumpentium uincula iumentorum facerent.
F raudẽ quoq; ſuper tumultum adiecta ĩmiſſis abhannibale qui
habuit aliquem gnarum latine lunguę q̃ iuberẽt coſ ũbis q̃m
amiſſa caſtra eſſent: proſe quenque militũ ĩpetimos mõtes
fugere. Sed ea celeriter cognita fraus oppreſſaq; magna cęde
hoſtium eſt. elephantoſ igni e caſtris exactos. Hoc ultimum
ut cũq; unitum funtumq; eſt ante dedutionem capuę prelium.
M ediatinucus qui ſummus magiſtratus apud campanos eſt. eo ano
Seppius Leſius erat loco obſcuro tenuiq; fortuna ortus. Matre
eius quondam propupillo eo procurantem familiare oſtentũ.
cum reſpondiſſet haruſpex ſummum quod eſſet ĩperium ca
puę peruenturum ad eum puerum: nihil ad eam spẽ agnoſcẽ
dyeſſe ferunt. ne tu prędica peráuaſ reſ campanorum ubi
ſummus honos ad filium meum peruenet. Ea ludificatio
uerti & ipſa in uerum uertit. nam cum fame ferroq; urgerẽ
tur nec ſpes ulla ſupereſſet ſiſti in ſpeciem honorum erant
honores detractantibus. Leſius quærendo deſertam ac pro
diuam a primoribus capuam ſummum magiſtratum ultimũ
omnium campanorum cępit. Ceterum hannibal ut nec hoſtẽ
eluci ãpli ad pugnã uidit nec per caſtra eorum perrumpi ad ca
puam poſſe: ne ſuos quoq; commeatus intercluderent nouo cõ
ſules abſcedere aburtuo incepto & mouere a capua ſtatuit ca
ſtra. Multa ſecum quonam ire pergeret inde uoluenti ſuoit
animum impetus caput ipſum belli romam petendi. Cuius
rei ſemper cupite pretermiſſam occaſionem poſt cannẽſem
pugnam & alii uulgo fremebant: & ipſe non diſſimulabat:
nec opinato pauore ac tumultu non eſſe deſperandum. ex
aliquam partem urbis occupari poſſe. Si roma in diſcrimine

esset Capuam ex templo omnissuros. aut ambos imperatores roma
nos aut alterum ex his. Et si diuisissent copias utrunq; infirmiorē
factum aut sibi aut campanis bene gerende rei fortunam daturos
esse. Vna ea cura angebat ne ubi abscessisset ex templo dederētur
Campani numidam promptum ad omnia audenda donis perli
cit ut litteris acceptis specie transfugę castra ro. ingressus per
alteram partem Capuam clam peruadat. Littere autem erant ad
hortatione plene profectionem suam quę salutaris illis foret ab
stracturam ad defendendam romam ab oppugnanda capua du
ces atq; exercitus ro. ne deponerent animos tollerando paucos
dies totam soluturos obsidionem. Inde naues in flumine uul
turno comprehensas duci gladio quod iam ante presidii cā fecerat
castellum iussit: quarum ubi tantā copiā esse. iiii ut una nocte
exercitus traici posset allatum est. cibariis. x. dierum prepara
tis deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit. Id
prius q̄ fieret ita futurum compertum ex transfugis Fuluius
Flacc⁹ senatui romam cum scripsisset uarie hominum animi pro
cuiusq; ingenio affectu sunt. Vt in re tam trepida senatu ex tem
plo uocato. P. Cornelius cui asinæ cognomen erat exercitus ōsq;
duces ex tota italia neq; capuæ neq; ullius alterius rei memor ad
urbis presidium reuocabat. Fabius maximus abscedi a Capua ter
reriq; & circūagi ad nutus cōminationesq; hannibalis flagitio
sum ducebat. Qui ad cannas uictor ire tamen ad urbem ausus nō
esset eum a capua repulsum spem potiunde urbis romæ cępisse.
N on ad Romam obsidendam sed ad capuam liberandam obsidio
ne ire Romam cum eo exercitu qui ad urbem esset Jouem fe
derum ruptarum ab hannibale testem deosq; alios defensuros
esse. Has diuersas sententias media sententia. P. Valerii flacci ui
cit quiq; utriusq; rei memor imperatoribus qui ad capuam eēnt
scribendum censuit quid ad urbem presidii esset quantas hāni
bal copias duceret aut quanto exercitu ad capuam obsidendā
opus esset ipsos scire. Sed & romam e ducibus alter & exercitus

pars mitti posset ut ab reliquo & duce & exercitu capua recte ob
sideretur inter se computarent Claudius Fuluiusq; utri obsidē
da capua utri ad prohibendā obsidione patriam Romam uenie
dum esset. Hoc. S. C. capuam perlato. Q. Fuluius proconsul cui
college ex uulnere impedito egre diu eundum romam erat e tri
bus exercitibus milite electo ad. xv. m. peditum mille equites
vulturnum traducit. Inde cum hannibalem latina uia iturum
satis comperisset ipse per appie municipia que pp eam uiam sūt
sedicam oram lauinium premisit ut cōmeatus paratos ex ur
bibus haberent & ex agris deuiis in uiam perferrent presidiaq;
in urbes contraherent ut sua cuiq; res. p. in manu esset. hānibal
quo die uulturno est transgressus haud procul a flumiē castra
posuit. Postero die preter cales in agrum sedicinum peruenit.
I bi diem unum populando moratus. per suessulam allifanumq;
& casinatem agrum uia latina ducit. Sub casinum biduo sta
tiua habita & passim populationes facte. Inde preter Interan
nam Aquinumq; in Fregellanum agrum ad Lirim fluuium uē
tum ubi intercisum pontem a fregellanis morandi itineris cau
sa inuenit. Et fuluium vulturnus tenuerat amnis. Nauibus
ab hannibale incensis rates ad trahiciendum exercitum ī ma
gna inopia materie egre comparantem. Traiecto ratibus exer
citu reliquum Fuluio expeditum iter non per urbes modo sed
circa uiam expositis benigne cōmeatibus erat. alacresq; milite
alius alium ut adderet gradum memor ad defendendum ire
patriam hortabantur. Romam fregellanus nuntius diē noc
temq; itinere continuato ingentem attulit terrorem tumul
tuosius q̄ allatum erat cursus hominum affigentium uana au
ditis totam urbem concitat. Ploratus mulierum non expri
uatis solum domibus exaudiebantur. sed undiq; matronae
in publicum effuse circa deum delubra discurrunt crinibus
sparsis aras uerrentes nixe genibꝫ supinas manus ad celum ac
deos tendentes orantesq;: ut urbem ro. e manibus hostium eri

perent: matresq; ro. & liberos paruos inuiolatos seruarent. Se
natus magistratibꝫ in foro presto est: siquid consules uelint. Alii
accipiunt imperia: disceduntq; ad suas quisq; officiorum par
tes. Alii offerunt se si quo usus opere sit: presidia in arce in capi
tolio in muris circa urbem in monte etiam albano atq; arce es
quilina ponuntur. Inter hunc tumultum. Q. fuluium procons.
profectum a Capua affertur: cui ne minueretur imperium: si in
urbem uenisset decernit senatus ut Q. fuluio parcū consuli
bus imperium esset. hannibal infestus per populato agro fre
gellano propter incisos pontes per frusinatem ferentinatēq;
& anagninum agrum in Lauicanum uenit. Inde algido tuscu
lum petiit: nec receptus menibꝫ infra tusculum destrorsus Ga
bios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso octo milia
passuum ab Roma posuit castra: quo propius hostis accedebat
eo maior cædes fiebat fugientium precedentibus numidis: plu
resq; omnium generum atq; ætatum capiebantur. In hoc tumul
tu fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu romam est in
gressus. media urbe per carinas esquilias contendit. Inde egres
sus inter esquilinam collinamq; portam posuit castra. E diles
plebis cōmeatum eo comportarunt. cons̄s senatusq; in castra
uenerunt. Ibi de summa rei P. consultatum: placuit cons̄ cir
ca portas collinam esquilinamq; ponere castra. C. calphurniū
pretorem urbanum capitolio atq; arci preesse & senatū fre
quentem in foro contineri: siquid in tam subitis rebus cōsul
to opus esset. Inter hæc hannibal ad anienem fluuium tria .m.
passuum ab urbe castra admouit. Ibi statiuis positis ipse cum
duobus milibus equitum a porta collina usq; ad herculis tē
plum est progressus. atq; unde proxime poterat menia situq;
urbis ob equitanis contemplabatur. Id eum tam licent' atq;
otiose facere: flacco indignum uisum est. Itaq; immisit eq
tes. sūmoueriq; atq; in castra redigi hostium equitatū iussit.
C um cōmissum prelium esset: consules transfugas numidaꝝ

qui tum in auentino ad mil. & cc. erant media urbe transire es
quilia iusserunt. Nullos aptiores inter conualles tectaq; hortorū
& sepulchra & vacuas undique uias ad pugnandum futuros ra
ti. Quos cum ex arce capitolioq; cliuo publico in equis discurrēte
quidam uidissent. captum auentinum conclamauerunt. Ea res
tantum tumultum ac fugam prebuit. ut nisi castra punica extra
urbem fuissent effusura se omnis multitudo pauida fuerit. Tūc
in domos atq; in tecta refugiebant. uagosq; in uiis suos pro hosti
bus lapidibus telisq; incessebant. Nec comprimi tumultus ape
ririq; error poterat. refertis itineribꝫ agrestium turba pecorūq;
quę repentinus pauor in urbem compulerat. E questre preliū
secundum fuit sūmotiq; hostes sunt. Et quia multis locis cōpri
mendi erant tumultus qui temer̄ oriebantur placuit omnesq;
dictatores cons. censores ue fuissent cum imperio esse donec
recessisset a muris hostis. Et diei quod reliquum fuit. & nocte
insequenti multi temere excitati tumultus sunt compressiq;.
P ostero die transgressus amnem hannibal in aciem omnes co
pias eduxit. Nec Flaccus consulesue certamen detractauere.
I nstructis utrinq; exercitibus in eius pugnę casum in qua urbs
romana premium uictori esset. Imber ingens grandine mix
tus ita utranq; aciem turbauit ut uix armis retentis in castra
sese receperint nullius rei minore q̄ hostium metu. Et poste
ro die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit.
V bi recepissent se in castra mira serenitas cum tranquillitate
oriebatur. In religionem ea res apud penos uersa est auditaq;
uox hannibalis fertur potiundę sibi urbis romę modo mētē
non dari modo fortunam minuere etiam per melius & alixe
paruę magneq; res. Magna illa quod cum ipse ad menia urbis
romę armatus sederet. milites sub uexillis in supplementum
hispanię profectos audiuit. Parua autem quod eos dies eū for
te agrum in quo ipse haberet castra uenisse: Nihil ob id dimi
nuto pretio cognitum ex quodam captiuo est. Id uero adeo su-

perbum atq; indignum uisum, eius soli quod ipse bello captū possi
deret. haberet q; inuentū romę emptorem, ut ex templo uocato pre
cone tabernas argentarias quę circa forum romanum essent, ius
serit uenire. His motus ad Turiā fluuium castra retulit. sex. m.
passuum ab urbe. Inde ad lucum fęronię pergit ire templum ea
tempestate inclitum diuitiis. Capenates aliiq; accolę eius erant
P rimitias frugum eo donaq; alia pro copia portantes, multo auro
argentoq; id exornatum habebant. his omnibꝫ donis tum spolia
tum templum æris acerui cum rudera milites religione induti ia
cerent post perfectionem hannibalis magni inuenti. huius popu
latio templi haud dubia inter scriptores est. Cęlius Romam eun
tem ac freto deuertisse hannibalem tradit iterq; eius ab Reate. Cu
piliisq; & ab amiterno orditur ex Campania in Samnitum inde
in pelignos peruenisse. preterq; oppidum sulmonem instituit in
martianos transisse. inde albensi agros in marsos. hinc amitrnū
Forulosq; uicum uenisse. Neq; ibi error est quod tanti exercitus
uestigia intra tam breui eui memoriam potuerint confundisse
ipse enim ea constat. Tantum id interest uenerit ne eo itinere ad
urbem an ab urbe in Campaniam redierit. Cęterum non quantū
Romanis pertinacię ad premendam obsidione capuam. Rō fuit
tantum ad defendendam hannibali. Nanq; & Lucanos in Bru
tiū agrum in fretu ū ac regium tāto cursu contendit ut pro
pe repentino aduentu incautos oppresserit. Capua & si nichilo se
gnius oppressa per eos dies fuerat. tamen aduentum Flacci sēsit.
E t āmiratio orta est non simul regressum hannibalem. Inde per
colloquia intellexerunt relictos se desertosq; & spem capuę reti
nendę deploratam esse apud pęnos. Accessit edictum procōsulis
ex S. C. propositum uulgatumq; apud hostes ut qui ciuis Campa
nus ante certam diem transisset sine fraude esset. Nec ulla facta
est transitio metu magis eos q̄ fide continente quia maiora in
defectione deliquerant q̄ quibus ignosci posset. Cęterum quē
admodum nemo priuato consilio ad hostem transibat. ita nihil

salutare in medium consistebat. Nobilitas r. P. deseruerat. neque
in senatum cogi poterat. In magistratu haud erat qui non sibi ho
norem adiecisset. sed in dignitate sua uim ac ius magistratui quē
gerebat dempsisset. Iam ne in foro quidem aut publico loco prīci
pum quisq̄ apparebat. domibus inclusi. patrię occasum cum suo exi
tio in dies expectabant. Summa curę omnis Bostarem hannonemq.
prefectos presidii punici uersa erat. suo non sociorum periculo
sollicitos. His conscriptis ad hannibalem litteris non libere m̄
sed etiam aspere, quibus non capuam solum traditam in manum
hostibus. sed ne quoq; presidium in omnes cruciatus proditos in
cusabant. Abisse eum in Brutios uelut auertente se ne capua in
oculis eius caperetur. At hercule romanos ne oppugnatione qdē
urbis romę abstrahi a capua obsidenda potuisse tanto constan
tiorem inimicum ro. q̄ amicum penum esse. Si redeat capuam
bellumq; omē eo uertat & se & campanos paratos eruptioni fore.
Non cum reginis neq; Tarentinis bellum gesturos transisse alpes.
ubi Romanę legiones sint ibi & Carthaginensium exercitus de
bere esse. Sic ad Cannas sic ad Transimenum rem bene gestam coeū
do conferendoq; cum hoste castra fortunam temptando. In hāc
sententiam littere conscriptę numidis proposita mercede iā pro
fessis operam dantur. Hi specie transfugarum cum ad Flaccum
in castra uenissent ut inde tempore capto abirent famesq; que
tam diu capuę erat. nulli non probabilem causam transitionis fa
ceret mulier repente campana in castra uenit scortum transfu
garum unius. indicatq; imperatori ro. numidam fraude compo
sita transisse. litterasq; ad hannibalem ferre. Id unum ex his qui
sibi rem aperuisset arguere se se paratam esse. Productus primo
satis constanter se mulierem ignorare simulabat. Paulatim deīn
conuictus ueris cum tormenta posci & parari uideret. fassus id
ita esse. litteręq; prolate & additum etiam inditio quod celabat.
& alios specie transfugarum numidas uagari in castris ro. hi su
pra. Lxx comprehensi. & cum transfugis nouis mulctati uirgis

manibusq; precisis, capuam rediguntur. Cōspectum tam triste
supplicium fregit animos campanorum. Concursus ad curiam
populi factus coegit Iesum senatum uocare & primoribus qui
iam diu publicis consiliis aberant, propalam minabantur: nisi ue
nirent in senatum circa domos eorum iturosse & in publicū os
ui extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratu
prebuit. Ibi cum ceteri de legatis mittendis ad imperatores ro.
agerent, vnus virrius qui defectionis auctor ab romanis fu
erat interrogatus sententiam. Negat eos qui de legatis & de pa
ce ac deditione loquantur meminisse nec quid factum fuerint
si romanos in potestate habuissent: nec quid ipsis patiendum
sit. Quid uos inquit eam deditionem fore censetis qua quondā
ut aduersus samnites auxilium impetraremus, nos nostraq; o
mnia romanis dedimus? iam e memoria excessit, quo tēpore
& in qua fortuna a p.r. defecerimus? iam quemadmodum in
defectione presidium quod poterat emitti per cruciatum & ad
contumeliam necauerimus, quotiens in obsidentes q̄ inimici eru
perimus castra oppugnauerimus. Hannibalem uocauerimus ad
opprimendos eos? hoc quod recentissimum est, ad oppugnandam
romam hinc eum miserimus? Age contra, que illi infeste in nos
fecerint repetite: ut ex eo quid speretis habeatis. Cum hostis alie
nigena in italia esset & hannibal hostis, & cuncta bello arderet
omnissis omnibus, omnisso ipso hannibale, ambos consules &
duos consulares exercitus ad capuam oppugnandam misertt.
Alterum annum circūuallatos inclusosq; nos fame macerat, &
ipsi nobiscum ultima pericula grauissimos labores per pessi cir
ca uallum ac fossas sepe trucidati, & prope ad extremum castra
excuti. Sed ommitto hec. Vetus atq; usitata res est in oppugnan
da hostium urbe labores ac pericula pati. copias peditum equi
tumq; castra oppugnauit, & ex parte cepit. Tanto periculo mi
hil moti sunt ab obsidione. Profectus transvulturnum perussit
calenum agrum, nihil tanta sociorum clade auocati sunt. Ad

ipsam urbem romam infesta signa ferri iussit. eam quoq; tē
pestatem imminentem spreuerunt. Transgressus amenem ānē
tria milia passuum ab urbe castra posuit postremo ad menia ipa
& ad portas accessit. romam se adempturum eis. nisi omitterēt
capuam ostendit & non omiserunt. Feras bestias cæco impetu
ac rabie concitatas. si ad cubilia & catulos earum ire pergas.
ad opem suis ferendam auertas. Roma circunsessa romanos.
coniuges. liberi. quorum ploratus hinc prope exaudiebatur. arę
foci deorum delubra. sepulchra maiorum temerata atq; uiola
ta a Capua non auerterunt. Tanta auiditas supplicii expetendi
tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. Nec iniuria forsitan
nos quoq; idem fecissemus. si data fortuna esset. Itaq; quoniam
aliter diis immortalibus uisum est. cum mortem nec recusare
quidem debeam. cruciatus contumeliasq; quas parat hostis dum
liber. dum mei potens sum: effugere morte preterq̄ honesta ēt
leui possum. Non uidebo ap. Claudium & Q. Fuluium uicto
ria insolenti subnixos. neq; iunctus per urbem romanam triū
phi spectaculum trahar. ut deinde in carcerem aut ad palū de
legatus lacerato uirgis tergo. ceruicem securi romanę subiciā.
Nec dirui incendiq; patriam uidebo. Nec rapi ad stuprum ma
tres campanas uirginesq; & ingenuos pueros. Albam unde ipi
oriundi erant a fundamentis proruerunt. Ne stirpis. ne me
moria originum suarum extaret. Ne dum eos capuę partitu
ros credam. cui infestiores q̄ carthagini sunt. Itaq; quibus ue
strum ante fato cedere. q̄ hęc tot tam acerba uideant in animo
est. his apud me hodie ępulę instructę paratę q; sunt. Satiatis ui
no cyboq; poculum quod mihi datum fuerit circūferetur. Ea po
tio corpus a cruciatu. animum a contumeliis. oculos aures a ui
dendis audiendisq; omnibꝫ acerbis indignisq; quę manent uic
tos uindicabit. Parati erunt qui magno rogo in propatulo ediū
accenso corpora exanimata iniciāt. Hęc una uia & honesta &
libera ad mortem. Et ipsi uirtutē mirabūt hostes ⁊ hāmbali for-

tes socios sciet ab se desertos ac proditos esse. hanc orationem viuij
virrii plures audierunt cum assensu q̄ forti animo id quod proba
bant exequi potuerunt. Maior pars senatus multis sepe bellis ex
pertam populi R. clementiam haud diffidentes sibi quoq; placa
bilem fore. Legatos ad dedendam romanis capuam decreuerunt
miseruntq; viuium virrium septem & xx senatores domum se
cuti sunt epulatiq; cum eo & quantum facere potuerant alienati
mentibus uino ab imminentis sensu mali uenenum omnes sūp
serunt. Inde misso conuiuio dextris inter se datis ultimoq; com
plexu conlachrimantes suum patrieq; casum alii ut eodem rogo
cremarentur manserunt. Alii domos digressi sunt. Impletę uino
cybisq; uenę minus efficacem in maturanda morte uim ueneni
fecerunt. Itaq; noctem totam pleriq; eorum & diei insequentis
partem cum animam egissent: omnes tamen priusq̄ aperirētur
ab hostibus portę expirarunt. Postero die porta Iouis quę aduer
sus castra romana erat iussu procōs aperta est. Ea intromissa
legio una & duę alę cum C. Flaminio Fuluio legato. Is cum oīū
primum arma telaq; quę capuę erant ad se conferenda curasset
custodiis ad omnes portas dispositis ne quis exire aut emitti pos
set. presidium punicum cōprehendit senatum campanum ire
in castra ad imperatores. ro. iussit quo cum uenissent ex templo
his omnibus catenę iniectę iussiq; ad questores deferre quod au
ri argentiq; haberent. Auri pondo. Lxx. fuit. Argenti tria milia
pondo & cc. senatores. v. & xx. cales in custodiam duo de xxx.
theanum missi. quorum de sententia maxime descitum ab Ro
manis constabat. De supplicio campani senatus haud quaquam
inter Fuluium Claudiumq; conueniebat. Facilis impetrandę ue
nię Claudius. Fuluii durior sententia erat. Itaq; Appius romam
ad senatum arbitrium eius rei totum reiciebat. percunctandi et
æquum esse potestatem fieri patribus: num cōmunicassent cōsilia
cum aliquo sociorum latini nominis municipiorum & num ope
eorum in bello forent. & ad municipiorum adiuti. Id uero minime

cõmutendum esse Fuluius dicere ut sollicitarentur crumimbus
dubiis sociorum fidelium animi & subucerentur indicibus qui
neque quid facerent quicq̃ unq̃ pensi fuisset. Itaq; se etiam que
stionem oppressurum extincturumq; ab hoc sermone cum digres
si essent. & Appius q̃uis ferociter loquentem collegam non dubi
taret tamen literas super tanta re ab roma expectaturum. Ful
uius ne id ipsum impedimentum incepto foret. dimittens p̃to
rum tribunis militum ac prefectis sociorum imperauit uti du
obus equitum delectis denuntiarent ut ad tertiam buccinã pre
sto essent. Cum hoc equitatu nocte Theanum profectus prima
luce portam intrauit. atq; in forum perrexit. Concursuq; ad pri
mum equitum ingressum facto magistratum sedicinum citari
iussit. imperauitq; ut produceret campanos quos in custodia ha
beret. Producti omnes uirgisq; cesi ac securi percussi. Inde cita
to equo calesperrexit. Vbi cum in tribunali consedisset. produc
tiq; campani deligarentur ad palum. equestris ab roma uenit
literasq; a. C. Calpburnio populoq; Ro fuluio tradit. Murmur
ab tribunali totam contionem peruasit differri rem integrã ad
patres de campanis. Et fuluius id ita esse ratus acceptas neque
resolutas cum in gremio reposuisset. precoi imperauit ut lucto
rem lege agere uideret. Ita quoq; de his qui calibus erant sũptu
supplicium. Tum littere lecte senatusq; consultum serum ad impe
diendam rem actam que summa ope ad properata erat ne impe
diri posset. Consurgentem iam fuluium taurea Iubellius campa
nus per mediam uadens urbem turbamq; nomine inclamauit.
Et cum mirabundus quid nam sese uellet inquireret residens
flaccus. me quoq; inquit iube occidi. ut gloriari possis multo
fortiorem q̃ ipse es uirũ abstre occisum esse. Cum Flaccus nega
ret profecto satis compotem esse mentis. modo prohiberi etiam
se id uellet. S. C. diceret. tum Iubellius. Quando quidem ingt
capta patria propinquis amicisq; amissis. cum ipse manu mea cõ
iugem liberosq; interfecerim ne quid indigni paterentur mihi

ne mortis quidem copia eadem est. que his ciuibus meis petatur
a uirtute inuise huius uite uindicta. Atq; ita gladio quem ueste
texerat per aduersum pectus transfixus ante pedes imperatoris
moribundus procubuit. Quia & quod ad supplicium attinet cam
panorum & pleraq; alia de flacci unius sententia acta erant. mor
tuum. ap. Claudium sub deditionem capue quidam tradūt hūc
quoq; ipsum tauream neq; sua sponte uenisse cales neq; sua ma
nu interfectum. sed cum inter ceteros ad palum deligat⁹ quia
parum inter strepitus exaudiri possent que uociferabantur. si
lentium fieri Flaccum iussisse Tum Tauream illa que ante me
morata sunt dixisse: uirum se fortissimum a nequaquam pari
ad uirtutem occidi. Sub hec dicta iussu procons. preconem ita
pronuntiasse. Lictor uiro forti adde uirgas & in eum primum
lege age. Lectum quoq; S. C. priusq̄ securi feriret quidam aucto
res sunt. Sed quia adscriptum in. S. C. fuerit si ei uideretur inte
gram rem ad senatum reiceret interpretatum esse quid magis
e re. P. duceret: existimationem sibi permissam. Capuam a calib⁹
reditum est a Telaq; & calatia in deditionem accepte. Ibi quoq;
in eos qui caput rei erant animaduersum est. Ita ad. Lxx. prin
cipes senatus interfecti. ccc. ferme nobiles campani in carcerē
conditi alii per sociorum latini nominis urbes in custodias da
ti uariis casibus interierunt. Multitudo alia ciuium cāpanoꝝ
uenundata de urbe agroq; reliqua consultatio fuit. quibusdam
delendam censentibus urbem preualidam propinquam inimi
cam. Ceterum presens utilitas uicit. Nam propter agrum quē
omni fertilitate terre satis constabat primum in italia esse urbs
seruata est. Vt esset aliqua sedes aratorum urbis frequentande
multitudo incolarum libertinorum & institorum opificumq;
retenta. ager omnis & tecta publica. p. R. facta. Ceterum habi
tari tantum tanq̄ urbem capuam frequentariq; placuit corpus
nullum ciuitatis. Nec senatus nec plebis concilium nec magistra
tus esse. sine consilio publico sine imperio multitudinem nulli⁹

rei inter se sociam ad consensum inhabilem fore prefectum ad
omnia iura reddenda ab roma quot annis missuros Ita ad ca
puam res compositę consilio ab omni parte laudabili. seuere &
celeriter in maxime noxios animaduersum: multitudo ciuiũ
dissipata in nullam spem reditus. Non seuitum incendijs ruinisq;
intecta inoxia. murosq; & cum emolumento quesita etiã apud
socios. lenitatis speties. in columitate urbis nobilissime opulen
tissimeq; cuius ruinis omnis campania. omnes qui campaniam
circa accolunt populi ingemuissent. Confessio expressa hosti
quanta uis in romanis ad expetendas penas ab infidelibo socis
& q̃ nihil in hannibale auxilii esse ad receptos in fidem tuendos
Romani patres perfuncti quod ad capuam attinebat cura. C. ne
rone ex his duabus legionibus quas ad capuam habuerant. sex
milia peditum. & ccc. equites quos ipse legisset. & socium lati
ni nominis peditum numerum parem. & octingẽtos equites
decernunt. Eum exercitum puteolis in naues impositum nero
in hispaniam transportauit. Cum terraconem nauibo uenisset
expositusq; ubi copijs & nauibo subductis socios quoq; naualis mul
titudinis augendę causa armasset. profectus ad liberum flum
exercitum ab T. fonteio & marcio accepit. Inde pergit ad ho
stes ire. Hasdrubal hamilcaris ad lapides atros castra habebat in
auletanis. Is locus est inter oppida ilurgum & mentissam. hui
saltus fauces nero occupauit. hasdrubal ne in arto resesset. sed
caduceatorem misit. qui promitteret si inde missus foret. se oẽm
exercitum ex hispania deportaturum. Quam rem leto aio Ro
manus accepisset. diem posterum hasdrubal conloquio petiuit
ut romam leges conscriberentur de tradendis arcibus urbiũ
dieq; statuenda ad quam presidia deducerentur. sua q; omnia
sine fraude peni deportarent. Quod ubi impetrauit. extemplo
primis tenebris. atq; inde tota nocte quod grauissimum exer
citus erat hasdrubal quacunq; posset euadere e saltu iussit. Da
ta sedulo opera est ne multi ea nocte exirent. ut ipsa paucitas

cum ad hostem silentio fallendum aptior tum ad euadendum per
artas semitas ac difficiles esset. Ventum in sequenti die ad colloqū
est. sed loquendi plura scribendiq; dedita opera que in rem non
essent die consumpto. in posterum dilatum est. Addita in sequēs
nox spaciū dedit & alios emittendi. Nec postero die res finē inue
nit. Ita aliquot dies disceptando palam de legibus noctisq; emit
tendis clam e castris carthaginensibꝫ assumptę. Et postq̄ maior
pars emissa exercitus erat. iam ne his quidem que ultro dicta erāt
stabatur. minusq; ac minus cum timore simul fide decrescente cō
ueniebat. Iam ferme pedestres omnes copię euaserant e saltu cū
prima luce densa nebula saltum omnem camposq; circa intexit.
Quod ubi sensit hasdrubal mittit ad Neronem qui in posterū diē
conloquium differret. Illum diem religiosum carthaginensibus
ad agendum quicq̄ rei feriatum esse. Ne tum quidem suspecta
fraus. Cum data esset uenia eius diei ex temploq; hasdrubal cū
equitatu elephantisq; castris egressus sine ullo tumultu in tutū
euasit Hora ferme quarta depulsa sole nebula aperuit diem ua
cua hostium castra conspexerunt Romani Tum demum Claudi'
punicam fraudem agnoscens ut se dolo captum sensit proficiscē
tem institit sequi paratus confligere acie. sed hostis detractabat
pugnam. Leuia tamen prelia inter extremum punicum agmen
precursoresq; romanorum fiebant. Inter hec hispanię populi n̄
qui post cladem acceptam defecerant redibant ad Romanos: nec
ulli noui deficiebant. Et Romę senatui populoq; post receptā ca
puam. Non Italię iam maior q̄ hispanię cura erat & exercitum
augeri: & imperatorem mitti placebat. Non tamen quem mitte
rent satis constabat. quoniam illud ubi duo summi imperatores
intra dies. xxx. cecidissent qui in locum duorum succederet:
extraordinaria cura deligendum esse. Cum alii alium nomina
rent postremum eo decursum est ut populus proconsule creādo
in hispaniam comitia haberet: diemq; comitiis consules eduxerīt.
Primo expectauerant ut qui se tanto imperio dignos crederent

nomina

nomina profiterentur. Que ut destituta expectatio est. reinte
gratus luctus accepte cladis desideriumq; imperatorum amissor.
M æsta itaq; ciuitas prope inops consilii. comitiorum die tamen in
campum descendit atq; in magistratus uersi circūspectant ora
principum aliorum alios intuentium. fremuntq; adeo perditas
res desperatumq; de re. P. ee. ut nemo audeat in hispaniam impe
rium accipere. Tum subito. P. Cornelius illius qui in hispaniam
ceciderat filius quattuor & xx. ferme annos natus professus
se petere: in superiore unde conspici posset loco constitit. Inque
postq̄ omnium ora conuersa sunt clamore ac fauore ex templo
ominati sunt felix faustumq; imperium. Iussi deinde inire confu
sum suffragium ad unum omnes non centurie modo sed etiam
homines. p. Scipioni imperium esse in hispaniā iusserunt. Ceterū
post rem actam ut iam resederat impetus animorum ardorq; si
lentium subito ortum & tacita cogitatio quidnam egissent. Noui
qd̄ fauor plus ualuisset q̄ ratio etatis maxime penitebat quidā
fortunā etiam domus horrebant. Nomenq; ex funestis duabus
familiis in eas prouincias ubi inter sepulchra patris patruiq;
res gerende essent proficiscentis. Quod ubi ab re tanto impetu
acta sollicitudinem curāq; hominum animaduertit aduocata
contione ita de etate sua imperioq; mandato & bello quod ge
rundum esset magno elatoq; animo disseruit. ut ardorem eum
qui resederat excitaret rursus innouaretq; & impleret homines
certioris spei q̄ quantum fides promissi humani aut ratio aut
fiducia rerum subire solet. Fuit enim Scipio non ueris tantum
uirtutibus mirabilis. sed arte quoq; quadam abiuuenta ī ostē
tationem earum compositus pleraq; apud multitudinem aut
per nocturnas uisa speties aut uelut diuinitus mentem monita
agens. siue & ipsi capti quadam superstitione animi siue ut īpe
ria consiliaq; uelut forte oraculi missa sint nec cunctatione asse
querētur. Ad hoc tam inde ab initio preparans animos ex quo
togam uirilem sumpsit nullo die prius ullam publicam priua

tamq; rem egit: q̄ in capitolium iret. Ingressusq; edem conside
ret: & plerūq; solus in secreto ibi tempus tereret. Hic mos per
omnem uitam seruabatur. Seu consulto seu temere uulgate
opinioni fidem apud quosdam fecit ut stirpis eum diuinę uirtu
esse retulitq; famam in Alexandro magno prius uulgatam. & in
nitate & fabula parem. anguis immanis concubitu conceptum
& in cubiculo matris eius persępe uisam prodigii eius speciem in
teruentuq; hominum euolutam repente. atq; ex oculis elapsam.
His miraculis nunq̄ ab ipso elusa fides est. quin potius aucta arte
quadam nec abnuendi tale quicq̄ nec palam affirmandi. Mul
ta alia eiusdem generis. alia uera. alia simulata. admirationis hu
manę in eo iuuene excesserant modum. quibus freta nunc ci
uitas, ętati haud quaquam mature tantam molem rerum. tan
tumq; imperium permisit. Ad eas copias quas exuetere exerci
tu hispania habebat. queq; a puteolis cum C. Nerone traiecte
erant. x. milia peditum & mille equites adducuntur. & M. Iu
nius Syllanus propretor aduitor ad res gerendas datus est.
Ita cum. xxx. nauium classe. omnes autem quinq; remes erāt
hostius riberinis profectus. preter oram tusci maris. alpesq; gal
licum sinum & deinde pyrenei circuuectus promontorium:
emporius urbe greca: oriundi & ipsi a phocea sunt. copias expo
suit. Inde sequi nauibus iussis. Tarraconem pedibo profectus.
conuentum omnium sociorum & enim legationes ad famā eius
ex omni se prouincia effuderant habuit. Naues ibi subduci ius
sit. remissis quatuor triremibo massiliensium que officii cā
ab domo prosecute fuerant. Responsa inde legationibus suspē
sis uarietate tot casuum dare cępit ita elato ab ingenti uirtu
tum suarum fiducia animo. ut nullum ferox uerbum excide
ret. ingensq; omnibus que diceret cum maiestas inesset. tum
fides. Profectus ab Tarracone & ciuitates sociorum & hiberna
exercitus adiit. conlaudauit q; milites quod duabus tantus cla
dibus deinceps ictis prouinciam obtinuissent. Nec fructum se

cundarum rerum sentire hostis passi omni cis hiberum agro eos
arciuissent. sociosq; cum fide tutati essent. Martium secum habe
bat cum tanto honore ut facile appareret nihilminus q̃ uereri
nequis obstaret gloriæ suæ. Successit inde Syllanus neroni. &
in hiberna noui milites deducti. Scipio omnibus quę adeunda
agenda q; erant mature additis paratisq; Tarraconem concessit.
Nichilo minor fama apud hostes scipionis erat q̃ apud ciues socioq;
& diuinatio quędam futuri quo minus ratio timoris reddi po
terat. eo temere maiorem inferebat metum. In hiberna diuersi
concesserant. hasdrubal Gisgonis usq; ad occeanum & gadis. ma
go in mediterranea maxime supra castulonensem saltum. Has
drubal hamilcaris filius proximus hibero circa saguntũ hiber
nauit. Estatis eius extremo quo capta est capua & Scipio in his
paniam uenit. punica classis ex Sicilia Tarentum accita. ad arcẽ
dos cõmeatus presidii. ro. quod in arce Tarentina erat. Clauserat
quidem omnis ad arcem a mari aditus sed assidendo diutius ꝛ
artiorem annonam socius q̃ hostibꝫ faciebat. Non enim tantum
subuehi oppidanis per pacata litora apertosq; portus presidio ꝛ
nauium punicarum poterat: quantum frumenti classis ipsa tur
ba nauali mixta ex omni genere hominum absumebat. ut arcis
presidium etiam sine inuecto quia pauci erant ex ante prepara
to sustentari posset. Classiq; Tarentinis ne inuectum quidẽ suffi
ceret. tandem maiore gratia quam uenerat. classis demissa est
annona haud multum laxabat quia remoto maritimo presidio
subuehi frumentum non poterat. Eiusdem æstatis exitu. Mar.
marcellus ex Sicilia prouincia cum ad urbem uenisset. a C. Cal
phurnio pr. senatus ei ad ędem bellonę datus. Ibi cum de rebꝫ
ab se gestis disseruisset. questus leniter non suã magis q̃ militẽ
uicem quod prouincia confecta exercitum deportare non licuisset
postulauit ut triumphanti urbem inire liceret. Id non impetratũ
cum multis uerbis actum esset. utrum nimis conueniret cuius
nomine absentis ob res prospere gestas ductu eius supplicatio de

creta foret, & diis immortalibus habitus honos ei presenti ne-
gare triumphum, ante q̄ tradere exercitum successori iussisset.
quod nisi manente in prouincia bello decernetur eum quasi de
bello triumphare cum exercitus testis meriti atq; ĩmeriti triũ
phi abesset. Medium uisum ut ouans urbem iniret. Tr. pl. ex
auctoritate senat⁹ ad populum tulerunt ut. M. marcello qua
die urbem ouans iniret imperium esset. Pridie q̄ urbem iniret
in monte albano triumphauit. Inde ouans multam pre se predã
in urbem intulit. cum simulacro captarum Syracusarum, Cata
pultæ Balisteq; & alia omnia instrumenta belli lata, & pacis diu
turnæ regieq; opulentie ornamenta argenti ærisq; fabrefacta
uasa alia supellex pretiosaq; uestis, & multa nobilia signa q̄bus
inter primas grecie urbes Syracuse ornate fuerant. Punice q̄q;
uictoriæ signum. viii. ducti elephanti. Et non minimum fuit ꝗ
spectaculum cum coronis aureis precedentes Sosis Syracusanus
& Mericus hispanus. Quorum altero ducente nocturno Syracu
sas introitum erat: alter Nassum quodq; ibi presidi erat prodide
rat. His ambobus ciuitas data & quingena iugera agri solidi in
agro Syracusano qui aut regius aut hostium populi. ro. fuisset.
& ædes Syracusis cuius uellet eorum in quos belli iure animaduer
sum esset. Mærico hispanisq; qui cum eo transierant, urbs agerq;
in Sicilia ex his qui a populo. ro. defecissent iussa dari. Id. M. Cor
nelio mandatum ut ubi ei uidetur urbem agrumq; eis assignaret
in eodem agro Syracusano qui aut regius aut hostium populi. ro.
fuisset & ædes Syracusis cuius uellet eorum in quos belli iure ani
maduersum esset. In eodem agro belligeni perquem inlectus ad trã
sitionem mericus erat. cccc. iugera agri decreta. Post profectio
nem ex Sicilia marcelli punica o classis octomilia peditũ tria
numidarum equitum exposuit: ad eos murgenie terre defece
runt secute defectionem earum hylua & marcella sunt. ignobilio
res quedam alie & numide prefecto mutine uagi per totam Sici
liam sociorum populi. ro. agros urebant. Super hec exercitus. ro.

iratus. partim quod cum imperatore non deuectus ex prouincia cet.
partim quod in oppidis hibernare uetiti erant. segni fungebantur
militia. magisq; eis auctor ad seditionem q̄ animus deerat. Inter
has difficultates. M. Cornelius pretor & militum animos. nunc cō
solando. nunc castigando sedauit. & ciuitates omnes quę defece
rant in deditionem redegit. atq; ex his murgantiam. hispanis qb;
urbs agerq; debebatur ex. S. C. attribuit. conss. cum ambo apu
liam prouinciam haberent. minusq; iam terroris a pęnis & hanni
bale esset. sortiri iussi apuliam macedoniamq; prouinciam. sul
pitio macedonia euenit. isq; Leuino successit. Fuluius romam co
mitiorum causa arcessitus. cum comitia consulibus rogandis ha
beret prerogatiua ueturia iuniorꝝ declarauit. T. Manliū Tor. &
T. Octacilium qui presens erat gratulandi causa turba coiret.
Nec dubius esset consensus populi: magna Torquatꝰ circūfusus
turba ad tribunal consulis uenit. petitq; ut pauca sua uerba au
diret centuriamq; quę tulisset suffragium reuocari iuberet.
Erectis omnibus expectatione quid nam postulaturus esset ocu
lorum ualitudinem excusauit impudentem & gubernatorē &
imperatorem esse. qui cum alienis oculis ei omnia agenda sint.
Postulet sibi aliorum capita ac fortunas cōmiti. Proinde si uidet
& redire in suffragium ueturiam iuniorum iuberet. & memi
nisset in consulibus creandis belli quod in italia sit. temporumq;
rei. P. uix dum requies esset muris a strepitu & tumultu hostili.
quo paucos ante menses assederint ante męnia. ro. Post hec cum
centuria frequens subclamasset. nihil se mutare sententię eosdēq;
conss. dicturos esse. tum Torquatus. Neque ego uestros inquit
mores consul ferre potero. neq; uos imperium meum. Redite
in suffragium & cogitate bellum punicum in italia. & hostium
ducem hannibalem esse. Tum centuria & auctoritate mota uiri
ad admirantium circa fremitum. petiit a consule ut ueturiā se
niorum citaret. uelle se se cum maioribꝫ natu conloqui. & ex
auctoritate eorum. conss. dicere. Citatis ueturię senioribus

datum secreto ⁊ in oculi cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dicere esse. duobus tam plenis honorum. Q. Fabio & M. marcello. Et si utiq; nouum aliquem ad usu' penos cōs. creari uellent. M. Valerium Leuinum egregie aduers' philippū regē res gessisse tra mari q; Ita de trib; cōsultanoē data senioribus dumtis iuniores suffragium ineunt. M. marcellum Claudium fulgentem tum sicilia domita. & M. valeriū absentes conss. dixerunt. Auctoritatem prerogatiue omnes cēturie secute sunt. Eludant nunc antiq̄ murantes non eq̄dē siqua sit sapientium ciuitas. quam docti fungunt magis q̄ norūt aut principes grauiores rēperatioresq; a cupidine imperii aut multitudinem melius moratam censeant fieri posse. Cēturiam uero iuniorum seniores consulere uoluisse. quibus imperii suffragium mandaret uix ut uerisimile sit parentium quoq; hoc seculo ulli leuisq; apud liberos auctoritas fecit. Pretoria inde comitia habita. P. manlius ualens & L. manlius Acidin' &. C. Letorius & L. Cincius balmentus creati sunt. Forte ita ĩcidit ut comitiis perfectis nuntiaretur. T. Octacilium que. T. Manlius & omnis interpellatus ordo comitiorum esset. collegam absentem daturus fuisse uidebatur populus mortuum in Sicilia esse. Luci Appollinares & priore anno fuerant. & eo anno ut fierent repente a calphurnio pretori senatus decreuit. ut in perpetuum uouerentur. Eodem anno prodigia aliq̄t uisa nuntiata q; sunt. In æde concordie uictoria que in culmine erat fulmine icta decussaq; ad uictorias que in arce fixe erant hesit. neq; inde procidit. & anagnia. & flagellis nuntiatum est. murum portasq; de cælo igne tactas. & in foro subertano sanguinis riuos per diem totum fluxisse. & freti lapidibus pluuisse. & reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis maioribus sunt procurata. & obsecratio in unū diem populo indicta. & nouendiale sacrum. Sacerdotes publici aliq̄nti eo anno mortui sunt. nouiq; suffecti. In locum

M. ęmilii numidę decem uiri sacrorum. M. æmilius lepidus
in locum. M. Pomponii mathonis pontificis. C. Liuius in lo
cum Sulpicii. P. Caruilli maximi auguris. M. Seruilius. T.
Octacilius crassus pontifex, quia ex acto anno mortuus erat,
ideo nominatio in locum eius non est facta. C. Claudius fla
mendialis: quod exta perperam dederat Hāmonio abiit. Per
idem tempus. M. Valerius leuinus temptatis prius per secreta
colloquia principum animis ad indictum ante ad id ipsum cō
cilium aetolorum classe expedita uenit. Vbi cum Syracusas
capuamq; captam in fidem in Italiaq; rerū secūdarū successū ostēs
tasset adiecissetq; iam inde a maioribus traditum morē ro
manis colendi socios: ex quibus alios in ciuitatem atq; æquū
secum ius accepissent. Alios in ea fortuna haberent ut socii
esse q̄ ciues mallent. ætholos eo in maiore futuros honore:
quod gentium transmarinarum in amicitiam primi uenissēt
Philippum eis & macedonas graues accolas esse: quorū se uī
ac spiritus fregisse uigorem & eo redactum esse: ut non his
modo urbibus quas per uim ademisset ætholis excedant sed
ipsam macedoniam infestam habeant & a carnatas quos egre
ferrent ætholi a corpore suo diremptos restituturum se in
antiquam formulam uirisq; ac ditionis eorum. Hæc dicta
promissaq; a romano imperatore Scopas qui tum pretor gen
tis erat & Dorimachus princeps ætholorum affirmauerunt
auctoritatem suam in ore cum uerecundia ac maiore cū fide
uim maiestatemq; populi .ro. extollentes. Maxime tamen spes
potiundę mouebat a cānanię. Igitur conscriptę conditiones
quibus in amicitiam societatemq; populi .ro. uenirent. Addi
tumq; ut si placeret uellentq; eodem iure amicitię ælei lace
demoniiq; & athalus & pleuratus & scerdiledus essent asię
athalus. hi Tracum & illiriorum reges. Bellum ut ex templo
ętholi cum Philippo terra gererēt Nauibusq; minus .xx. q̄q;
remib; adiuuaret romanus urbium corcire tenus ab ætho

lica incipienti, solum tectaq; & muri cum agris ætholorũ alia
omnis preda p. r. essent. darent q; operam romani ut acarniã
ætholi haberent. Si ætholi pacem cum Philippo facerent, federi
ad scriberent, ita ratam eorum pacem: si philippus arma ab ro
manis sociisq; qq; eorũ ditionis essent abstinuissent. Item si ppls
Ro. federe iungeretur regi ut caueret ne ius ei bellum inferẽ
di ætholiis sociis eorum esset. hæc conuenerunt conscriptaq;
biennio post olimpiæ ab ætholiis in capitolio ab romanis ut te
stata sacratis monimentis esset sunt posita. More cã fuerant
retenti Romę diutius legati ætholorum nec tamen impedim̃
to id rebus gerendis fuit. Et ætholi ex templo mouerunt ad
uersus Philippum bellum. & Leuinus zacynthum parua insula
est propinqua ætholię urbem unam eodem quo ipsa est nomĩe
habet. eam preter arcem accepit. & oleniadas. Nassumq; acar
nanum captas ætholis contribuit. Philippum quoq; satis impli
catum bello finitimo ratus ne italiam penosq; & pacta cum hãni
bale posset respicere: corciram ipse se recepit. Philippo ætholoꝝ
defectio pelle hibernanti allata est. Itaq; quia primo uere motu
rus exercit⁹ in græciam erat, Illyrios finitimasq; eius urbes al
terno metu quietas, ut macedonia haberet expeditionẽ subitã
in originorum atq; appollinatum fines fecit. egressosq; appolli
natas cum magno terrore ac pauore compulit intra muros
uastatis proximis illiricis in pelagoniam eadem celeriter uer
tit iter. Inde dardanorum urbem sitam in macedonia transitum
dardanis facturam cępit. His raptim actis memor ætholici uĩcs
tiq; cum eo romani belli per Pelagoniam & Lymfum & Boitiã
in Thessaliam descendit. Ad bellum secum aduersus ætholos
capessendum incitari posse homines credebat. Et relicto ad fa
uces thassalię perseo cum quattuor milib⁹ armatorum ad arcẽ
dos aditu ætholos. ipse prius q̃ maioribus occuparetur rebus
in macedoniam atq; inde Traciam exercitum ac medos eduxit.
Incurrere ea gens in macedoniam solita erat. Vbi r̃gem occu

patum externo bello ac sine presidio esse regnum sensisset. ad
frangendas igitur uastare agros & urbem ianforynnam caput
arcemq; modice oppugnare cepit. Scopas ubi profectum in Thra
ciam regem occupatumq; ibi bello audiuit. armata omni iuuē
tute ætholorum bellum inferre acarnanie parat. Aduersū qd
se acarnanum gens & uiribus impar & iam mēnia Oleniadas
Nassumq; amissa cernens. romanaq; insuper arma ingruere ita
magis instruit q̄ consilio bellum coniugibus liberisq; & senio
ribus super. Lx. annos in propinquam epirum missis ab qn
decim ad. Lx. annos coniurant nisi uictores se non redituros.
Qui uictus acie excessisset eum ne quis urbe tecto mensa lare
reciperet. Diram execrationem in populares obtestationem
q̄ sanctissimam potuerunt aduersus hospites composuerunt.
Precatiq; simul epyrotas sunt: ut qui suorum in acie cecidissēt
eos uno tumulo contegerent. adhiberentq; humatis titulū. Hic
siti sunt acarnēs. qui aduersus uim atq; iniuriam ætholorum
pro patria pugnantes mortem oppetierunt. Per hec incitatis
animis castra extremis finibus suis obuiam hosti posuerunt.
Nuntiis ad Philippum missis quanto res in discrimine esset. omit
tere Philippum id quod in manibꝫ erat coegerunt bellū. Iāpho
rina per deditionem recepta & prospero alio successu rerum
ætholorum impetum tardauerat: primo coniurationis fama
acarnanie: deinde auditus philippi aduentus regredi etiā in
intimos coegit fines. Nec philippus q̄q̄ ne opprimerentur acar
nanes itineribus magnis ierat ultra Clinē est progressus. Idē
cum audisset reditum ætholorum ex acarnania: & ipse pellā
rediit. Leuinus ueris principio a corcira profectus. nauibus
superato leucate promontorio. cum uenisset naupactum anti
cyram inde se petiturum edixit. ut p̄sto ibi scopas ætholiq; essent.
Sita anticyra est in locis de leua parte sinum corinthia cū intrā
tibus breue terrestre iter: eo breuis. Nauigatio a naupacto ē.
Tertio ferme post die utrinq; oppugnari cepta est. Grauior a

mari oppugnatio erat: quia & tormenta machineq; omnis gn̄is
in nauib; erant: & romani inde oppugnabant. Itaq; intra paucos
dies recepta urbs per deditionem ætholis traditur. Preda ex nau
pacto romanis cessit. Leuino litere reddite: cōs. eū absētem de
claratum & successorem uenire. P. Sulpitium. Ceterum diutur
no ibi morbo implicitus serius spe omnium romam uenit. M.
Marcellus cum idibus martiis consulatum inisset: senatum eo
die moris modo causa habuit. professus nihil se absente collega
neq; de re. P. neq; de prouinciis acturum. Scire se frequentes si
culos prope urbem in uillis obtrectatorum factorū suorum esse:
quibus tantum abesse, ut per se non liceat palam rom.e crimīa
edicta ficta ab inimicis uulgare ut insimularent aliquem sibi
timorem absente collega dicendi de consule esse. ipse eis ex tēplo
daturus senatum fuerit. Vbi quidem collega uenisset, non pas
surum quicq̄ prius agi. q̄ ut siculi in senatum introducantur.
D electum prope a. M. Cornelio per totam Siciliam habitum. ut q̄
plurimi questum de se romam uenirent: eundem literis falsis ur
bem implesse bellum in Sicilia esse ut suam laudem minuat. Mode
rati animi gloriam eo die adeptus consul senatum dimisit: ac pro
pe iustum iustitium omnium rerum futurum uidebatur: donec
alter consul ad urbem uenisset. Ocium ut solet excitauit plebis
rumores. belli diuturnitate & uastatos agros circa urbem: qua in
festo agmine isset hannibal exhaustam delectibus italiam: & pro
re. q; cannensis exercitus cesus querebātur & consules bellicosos
ambos uiros acres nimis & feroces creatos, qui uel in pace trāqlla
bellum excitare possent. Ne dum in bello respirare ciuitatē forent
passuri. Interrupit hos sermones nocte que pridie quinquatriis
fuit. pluribus simul locis circa forum incendium ortum. Eodem
tempore septem taberne que postea quinque & argentarie que nc̄
noue appellantur arsere comprehensa postea priuata edificia. ꝫ
N eq; enim tum basilice erant comprehense lautumie forūq; pisca
torium & atrium regium. Edes ueste uix defensa est: tredecim ma

xime seruorum opera qui in publicum redempti ac manumissi
sunt. Nocte & die continuatum incendium fuit. Nec ulli dubiū
erat humana id fraude factum esse quod pluribꝫ simul locis &
his diuersis ignes coorti essent. Itaq; consul ex auctoritate sena
tus pro contione edixit qui quorum opa id conflatum incēdiū
profiteretur premium fore fore. libero pecuniam seruo liberta
tem. Eo premio inductus campanorum calauiorum seruus: ma
nus ei nomen erat: indicauit dominos: & hi quinq; preterea iu
uenes nobiles campanorum quorum parentes a fuluio securi ꝑ
cussi erant id incendium fecisse uulgoq; facturos alia ni com
prehendātur comprehensi familieq; eorum: & primo eleuabat
index. indiciumq; pridie eum uerberibꝫ castigatum ab domini
discessisse per iram ac leuitatem. Ex re fortuita crimen comen
tum. Ceterum ut coram arguebantur & questio ex ministris
facinoris foro medio haberi cepta est. fassi omnes atq; in domi
nos seruosq; conscios animaduersum est. Indici libertas data. &
xx. milia æris. Consule leuino capuam pretereunti circumfusa
multitudo campanorum est obsecrantium cum lachrimis ut
sibi romam ad senatum ire liceret: oratum siqua misericordia
tandem flecti possent: ne se ad ultimum perditum irēt nomq;
campanorum a Q. Flacco deleri sinerent. Flaccus sibi ꝑuatam
simultatem cum campanis negare ullam esse: publicas inimici
tias hostiles esse & futuras quod eo animo esse in P. romano
sciret. Nullam enim in terris gentem esse nullum infestiorem
populum nomini ro. Ideo se menibus inclusos tenere eos quia
siqui euasissent: aliqua uelut feras bestias per agros uagari & la
niare & trucidare quodcunq; obuium detur. Alios ad hanniba
lem transfugisse. Alios ad romam incendendam profectos: īuen
turum in semiusto foro consulem uestigia sceleris campanorum
ueste ædem petitam & eternos ignes & conditum in penetrabili
fatale pignus imperii ro. Se minime censere tutum esse cāpa
nis potestatem intrandi romana menia fieri. Leuinus Cāpano

iureiurando a Flacco ad actos quinto die q̃ abse natu respõsu
accepissent capuam redituros. sequi se romam iussit. Hac cir
cunfusus multitudine. simul siculis obuiam egressis. siculisq;
romam prebuit. clarissimarum urbium excidio ac ac celeber
rimis uiris uictos bello accusatores in urbem adducentes. De
re. P. tamen primum. ac de prouinciis ambo consules ad sena
tum retulere. Ibi Leuinus quo statu macedonia & grecia etho
li acarnanes. locriq; essent. quasq; ibi res ipse egisset. terra ma
riq; exposuit. Philippum inferentem bellum ætholis. in mace
doniam retro abse compulsum ad intima penitus regni abisse
Legionemq; inde deduci posse. classem satis esse ad arcendum
italia regẽ. Hæc de se. deq; puincia cui prefuerat consultum. De
prouinciis cõmunis relatio fuit. Decreuere patres ut alteri cõ
sulum italia bellumq; cum hannibale prouincia esset. Alter clas
sem cui. T. Octacilius prefuisset. Siciliamq; prouinciam cũ L.
Cintio pretore obtineret. Exercitus eis duo decreti: qui in he
truria galliaq; essent. Ce quattuor erant legiones urbanæ. Duę
superioris anni in hetruriam. duę quibus Sulpicius consul pre
fuisset in galliam mitterentur: gallię & legionibus preesset T
quem consul cuius italia prouincia esset prefecisset. In hetru
riam. C. Calphurnius post preturam rogato in annum imperio
missus & Q. fuluio Capua prouincia decreta. prorogatumq; in
annum imperium exercitus ciuium sociorumq; minui iussus
ut ex duabus legionibus una legio quinq; mil. peditum & ccc.
equites essent. dimissis qui plurima stipendia haberent & socioꝝ
septem milia peditum & ccc. equites relinquerentur. Eadem
ratione stipendiorum habita in ueteribus militibꝫ dimittendis
Cn. Fuluio consuli superioris anni nec de prouincia apulia. nec
de exercitu quem habuerat qcq̃ mutatum. tantum in annum
prorogatum imperium est. P. Sulpitius collega eius omnẽ exer
citum preter socios nauales iussus dimittere ẽ. Item ex Sicilia
exercitus cui. M. Cornelius preesset ubi consul in prouinciam

uenisset dimitti iussus. L. Quintio ad obtinendam siciliam can
nensis milites dari duarum instar legionum. Totidem legio
nes in sardiniam. M. Valsoni pr. decretę quibus. L. Cornelius
in eadem prouincia priore anno prefuerat. Vrbanas legiones
ita scribere. conss. iussi. Ne quem militęs facerent qui in exer
citu. M. Claudii. m. Valerii fulvii q. fuissent. Ne uc eo anno plu
res q̄ una & xxx. romanę legiones essent. his. S. C. perfectis. sor
titi prouincias conss Sicilia & classis marcello italia cum bello
aduersus a hannibalem Leuino cuenit. Que sors uelut uterum
captis syracusis ita exanimauit siculos expectatione sortis in
consulum conspectu stantis ut complorato eorum flebiles q̄
uoces & ex templo oculos hominum conuerterent. & postmo
dum sermones prebuerunt. Circumbāt enim senatorum cum
ueste sordida affirmantes se non modo suam quisq̄ patriā sed
totam siciliam relicturos si eo marcellus uterum cum imperio
rediisset. Nullo suo merito eum ante implacabilem in se fuisse
quid uratum quod romam de se questum uenisse siculos sciat
facturum obrui ethne ignibus aut mergi freto satius illi fu
ię esse q̄ uelut dedi noxę inimico. hę siculorum querelę do
mos primum nobilium circūlatę celebrateq̄ sermonib⁹ quos
partim misericordia siculorum partim inuidia marcelli exci
tabat in senatum etiam peruenerunt. Postulatum a consulibus
est ut de permutandis prouinciis senatum consulerent. Mar
cellus si iam auditi ab senatu siculi essent aliam forsitan futurā
fuisse sententiam suā dicere. Nunc ne quis timore frenari eo
dicere posset quo minus de eo libere querantur. in cuius pote
statem mox futuri sint. si collegę nihil interesse mutare se pro
uinciam paratum esse: deprecari senatus preiudicium. Nam
cum extra sortem collegę optionem dare prouincię iniquum
fuerit quanto maiorem iniuriam uno contumeliam esse sortē
suam ad eum transferri. ita senatus cum quid placeret magis
ostendisset q̄ decreuisset dimittitur. Inter ipsos conss. pmutatō

prouinciarum rapiente fato marcellum ad hannibalem facta ē
ut ex quo primum post aduersæ gloriam pugnę ceperat in eius
laudem postremi romanorum imperatorum prosperis tū maxīe
bellicis rebus caderet. Permutatis prouinciis siculi in senatum
introducti multa de hieronis regis fide perpetua erga populum
Ro. uerba fecerunt in gratiam publicam auertentes hierony
mum ac postea hyppocratem atq; epyciden tyrānum cum ob
ob alia tum propter defectionem ab romanis ad hannibalē in
uisos fuisse sibi. Ob eam causam & hieronymum a principibus
iuuentutis pro publico interfectum consilio & in epycidis hyp
pochratis q; cedem. Lxx. nobilissimorum iuuenum coniuratio
nē fcām: quos mora mācelli destitutos qa ad predictum tempus
exercitum ad syracusas non admouisset indicio facto omnes
ab tyrannis interfectos. Eam quoq; hyippochratis atq; epycidis
tyrannidē marcellum excitasse. leontinis crudeliter direptis.
N unq̄ deinde principes syracusanorum desisse ad marcellum trā
sire. polliceriq; se urbem cum uellet ei tradituros. Sed eū p̄mo ui
capere maluisse de iñ cum id neq; terra neq; mari omnia exp̄tus
potuisset. auctores traditarum syracusarum. fabrum erarium
sosim & merichum hispanum. quam principes syracusāoꝝ hr̄e
totiens id ne quicq̄ ultro offerentes preoptasse quo scilicet iu
stiore de causa uetustissimos socios populi. ro. trucidaret ac diri
peret. Si non hieronymus ad hannibalem defecisset. sed populus
syracusanus & senatus. si portas marcello syracusani publice: &
nō oppressis syracusanis tyrāni eoꝝ hyppocrates 7 epycide clausissē
si carthagiñsiū aīs bellum cū po. ro. gessissēt quid quam quod fece
rit. nisi ut deleret syracusas facere hostiliter Marcellum potusse
cēte preter mœnia & tecta ex hausta urbis sacra fracta ac spolia
ta deum delubra: diis ipsis ornamentisq; eorum ablatis nihil
relictum syracusis esse. Bona quoq; multis adempta. ita ut ne nu
do quidem solo reliquiis direptis. nec alere sese ac suos possent.
O rare patres conscriptos. ut si nequeant omnia. saltem que cōpa

rari cognosciq; possint restitui dominis iubeant. Talia cōquestos
cum excedere extemplo ut depostulatis eorum patres cōsuli
possent. Leuinus iussisset. maneat inquit Marcellus, ut corā
iis respondeam. Quando ea conditione pro uobis. P. C. bella
gerimus. ut uictos armis accusatores habeamus duę capte
hoc anno urbes, capua fuluium reum: Marcellum syracuse habe
bāt: Reductis in curiam legatis: tum consul. Non adeo maie
statis inquit. p. r. imperiiq; huius oblitus sum. P. C. ut si de mō
crimine ambigeretur consul d cām accusantibꝫ gre
cis fuerim sed non quid ego fecerim in disquisitionem uenit.
Sed quicquid isti pati debuerint, qui si non fuerunt hostes: ni
hil interest: nunc an uiuo hierone Syracusas uiolauerim. Sin
autem disciuerunt portas, legatos nostros ferro atq; armis pe
tierunt, urbem ac mēnia clauserunt, exercitumq; carthaginē
sium aduersus nos tutati sunt, quis passos esse hostilia cum fe
cerint indignātur: tradentes urbem principes Syracusanorū
aduersatus sim. Sosim & mericum hispanum. Quibus tanta cre
derem potiotiores habui: non estis extremi Syracusanorum,
quippe qui aliis humilitatem obiciatis. Quis est uestrum qui
se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem
accepturum promiserit odistis & execramini eos qui fecerunt: &
ne his quidem contumeliis in eos dicendis parcitis. Tantum abest
ut & ipsi tale quicq̄ facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum. p. c.
quam isti obiciunt maxime argumento est. me neminem q̄ na
uatam operam rei. p. nostre uelit auersatum esse. & ante q̄ obsi
derem Syracusas. Nunc legatis mutendis, nunc ad conloquium
eundo, temptaui pacem. Et postea q̄ neq; legatos uiolandi uere
cundia erat. nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibꝫ
responsum dabatur: multis terra mariq; exhaustis laboribus, tā
dem ui atq; armis, Syracusas cepi. Quę captis acciderint apud
hannibalem & carthaginenses uictos se iustius q̄ apud uictoris
populi senatum quererētur. Ego. p. c. Syracusas spoliatas si nega

Oratio M. Marcelli

turul esſem. nunq̃ ſpoliſ earum urbem romam exornare Que
aut ſingulis uictoriis aut ademi aut dedi cum belli ure tum ex
cuiuſq; merito ſatis ſcio me feciſſe. ea uos rata habeatis p.c. nec
magis rei p. interest q̃ mea quippe fides exſoluta est. Ad rem p.
pertinet Ne acta mea reſcindendo alios in posterum ſegniores
duces faciatis. Et q̃n coram & ſiculorum & mea uerba audiſtis
p.c ſimul templo excedemus ut me abſente liberius conſuli ſe
natus poſſit. Ita dimiſſis ſiculis & ipſe in capitolium ad delectũ
diſceſſit. Conſul alter depoſtulatis ſiculorum ad patres retulit.
Li cum diu de ſententiis certatum eſſet & magna pars ſenatus pn̄
cipe eius ſententie T. manlio torquato cum tyrannus bellum gere
dum fuiſſe cenſerent hoſtibus & syracuſanorum & populi r. ur
bem recipi non capi. Et receptam legibus antiquis & libertate
ſtabilire non feſſam miſeranda ſeruitute bello affligi. Inter ty
rannorum & ducis romani certamina premium uictoris in me
dio poſitam urbem pulcherrimam ac nobiliſſimam. Periſſe hor
reum atq; erarium quondam populi ro. cuius munificentia ac
domus multis tempeſtatibꝫ hoc demiq; ipſo punico bello ad iura or
nataq; res. p. eſſet. Si ab inferis exurgat rex ipſe hiero fidiſſimus
imperii ro. cultor quo ore aut syracuſas aut romam ei oſtendi poſ
ſe. cum ubi ſemirutam ac ſpoliatam patriam reſpexerit ingredi
ens romam in ueſtibulo urbis prope in porta ſpolia patrie ſue uiſi
ruſ ſit. hec talia q; eũ ad inuidiam conſulis miſerationemq; ſyra
lorum diceretur. Mitius tamen decreuerunt patres cũ tur
celli que ut gerens bellum uictorq; egiſſet rata habenda & ſe in reli
quum cum senatu fore rem syracuſanam mandaturos q. cõſuli
Leuino quo ſine iactura rei p. fieri poſſet fortunis eius cuntatis
conſuleret. Miſſis duobus ſenatoribus in capitolium ad cõſulẽ
ut reduret in curiam & introductis siculis s.c. recitatum eſt.
Legatiq; benigne appellati ac dimiſſi ad genua ſe marcelli cõſulis
proiecerunt obſecrantes ut que deplorande ac leuande cala
mitatis ea dixiſſent ueniam eis daret & in fidem & clientelam

se urbemq; Syracusas acciperet. post hęc hos consul clementēs
appellatos eos dimisit. Campanis deinde senatus est datus quor
oratio miserabilior causaq; durior erat. Neq; enim meritas penas
negare poterant nec tyranni erant in quos culpam deferrēt.
sed satis pensum penarum. Tot ueneno absumptis tot securi per
cussis senatoribus credebant paucos nobilium superesse: quos
nec sua conscientia ut quicq̄ de se grauius consulerent impule
rit nec uictoris ira capitis dampnauerit. Eos libertatem sibi su
isq; & bonorum aliquam partem orauerunt ciues. ro. affinitati
bus plerosq; & propinquis iam iam cognationibus ex cōnubio
uetusto iunctos. Sūmotis deinde e templo paulisper dubitatum
an arcessendus a Capua. Q. fuluius esset mortuus enim post cap
tam Claudius consul erat: coram imperatore qui res gessisset sic
inter marcellum siculosq; disceptatum fuerat disceptaretur.
Deinde cum M. attilium. C. Fuluium fratres Flacci legatos eius atq;
minutium. & L. Veturium philonem. item Claudii Legatos qui
omnibus gerendis rebus affuerant in senatu uiderent nec fului
um auocari a Capua nec differri Campanos uellent interrogat⁹
sententiam. M. attilius Regulus cuius ex his qui ad Capuam fue
rant maxima auctoritate erat. In consilio inquit arbitror me fu
isse consulibus Capua capta cum quereretur qui campanorum
bene meritus de re. P. nostra esset duas mulieres compertum est
Bestiam appiam atellanam, capuę habitantem & fauculam ciuiū
quę quondam quęstum corpore fecisset. illam quotidie sacrifi
casse pro salute & uictoria populi. ro. hanc captiuis egentibꝫ ali
menta clam suppeditasse. Cęterorum omnium campanorū eun
dem erga nos animum quem carthaginensium fuisse securiq;
percusso⁹ a. Q. Fuluio uicisse magis quorum dignitas inter alios
q̄ quorum culpa eminebat per senatum agi de Campanis q ciue⁹
ro. sunt in iussu populi non uideo posse. Idq; & apud maiores
nostros in satrianis factum esse cum defecissent ut. M. antisti⁹
R. pl. prius rogitationem ferret sciretq; plebs uti senatui de Sa

trianis sententię dicendę ius esset. Itaq; censeo cum. Tr. Pl. agē
dum esse ut eorum unus plures ue rogationem ferant ad ple
bem quod nobis statuendi de campanis ius fiat. L. Atilius Tri
bunus pl. ex auctoritate senatus plebem in hęc uerba rogauit
O mnes Campani Atellani Calatini Sabatini qui sedidere in ar
bitrium dictionemq; p. r. Fuluio pro cons. quosq; secum una
dediderunt agrum urbemq; diuina humanaq; utensiliaq; si
ue quid aliud dediderunt de his rebus quid fieri uelitis uos
rogo Quirites. Plebs sic iussit. quod senatus iuratus maxima
pars censeat qui assidēs id uolumus iubemusq; Ex hoc plebei sci
to senatus consultus appię diuięq; primū in bona ac liberta
tem restituit. Siqua alia premia petere a senatu uellent uenire
eas romam. Campanis in familias singulas decreta facta q̄ nō
opere pretium est omnia enumerare. Aliorum bona publican
da ipsos liberosq; eorum & coniuges uendendas extra filias
quę enupsisset. priusq̄ in. p. r. potestatem uenirent. Alios inui
cula condendos ac de his posterius consulendum. Aliorum Cā
panorum summam et census distinxerunt publicanda nec ne
bona essent. pecua captiua preter equos & mancipia preter pu
beres uirilis sexus & omnia que solo continerentur restituēda
censuerunt dominis. Campanos omnes Atellanos Calatinos
Sabbatinos extra q̄ qui eorum aut ipsi aut parentes eorū apd
hostes essent liberos esse iusserunt. Ita ut nemo ciuis roma
ni aut latini nominis sed ne ue quis eorum qui capuę fuissēt
dum porte clause essent in urbe agro ue campano intra certam
diem maneret. Locus ubi habitarent transtiberim qui nō cō
tingeret Tyberim daretur. Qui nec capuę nec in urbe campana
quę a populo. ro. defecisset per bellum fuissent. eos cis Lirim
amnem romam uersus uersus. Qui ad Romanos transissent
priusq̄ hannibal capuam ueniret cis vulturnum emouēdos
censuerunt. Ne quis eorum propius mare. xv. milibus passuū
agrum ædificiumq; haberet qui eorum transtiberim emoti

essent. Ne ipsi posteri ue eorum uspiam pararent haberẽt ue
nisi in vehiente agro: sutrino. nepesino ue agro. dum ne quis
maior q̃ quinquaginta iugerum agri modus esset, senatorũ
omnium quiq; magistratus capuę, atellę Galathiæ gessissent
bona uenire capuæ iusserunt. libera corpora quę uenundari
placuerat romam mitti ac romę ueniret. Signa statuas æneas
quę captę de hostibus dicerentur, quę eorum sacra ac profana
essent ad pontificum collegium reiecerunt. Ob hæc decreta
mestiores aliquanto q̃ romam uenerant Campanos dimiserẽt.
Nec iam. Q. Fuluii seuitiam in se se, sed iniquitatem deum atq;
execrabilem fortunam suam incusabant. Dimissis Siculis cã
panisq; dilectus habitus. Scripto deinde exercitu de remigũ
supplemento agi ceptum. In quam rem cum neq; hominum sa
tis, nec exqu pa[illegible] stipendiumq; acciperent pecuniæ
quicq̃ ea tempestate in publico esset edixerunt. cons̃s. ut pri
uatim ex censu ordinibusq; sicut antea remiges darent, cum
stipendio cibisq; dierum triginta. Ad id edictum tantus fremit⁹
hominum tanta indignatio fuit. ut magis dux q̃ materia seditio
ni deesset. Secundum siculos Campanosq; plebem romanam per
dendam lacerandamq; sibi consules sumpsisse. Per tot annos t̃buto
exhaustos nihil reliqui preter terram nudam ac uastam habere:
tecta hostes incendisse: Seruos agricultores. r. p. abduxisse. nc̃
ad militiam paruo ære emendo. Nunc remiges imperando. siqd
cui argenti eris ue fuerit stipendio remigum & tributis annuis
ablatum, se ut dent quod non habeant, nulla ui nullo imperio
cogi posse. bona sua uenderent. in corpora quę reliqua essent
seruirent. Ne unde redimantur quidem quicq̃ superesse. hec
non in occulto sed propalam in foro atq; oculis ipsorum cõsulũ
ingens turba circunfusa fremebant. Nec eos sedare cons̃s nũc
castigando nunc consulando poterant. Spatium deinde his tri
bu se dareq; ad cogitandum dixerunt, quo ipsi ad rem inspiciẽ
dam expediendam usi sunt. Senatum postero die habuerunt

de remigum supplemento. Vbi cum multa disserunssent. cū equa
plebis recusatio esset. uerterunt orationem eo. ut dicerent pua
tis seu equum seu iniquum onus iniungendum esse. Nam ūde
cum pecunia in erario non esset paraturos nauales socios quo
modo aut sine classibus aut Siciliam obtineri. aut italiā Philip
pum arceri posse. aut tuta Italię litora esse. cum in hac difficul
tate rerum consilium hereret. ac prope torpor quidam occupas
set hominum mentes tum Leuinus. coñs. magistratus senatu:
& senatu populo sicut honore prestitit: ita ad omnia que dura
atq; aspera essent subeunda ducem debere esse. Siquid iniūge
re inferiori uelis: id prius in te ac tuos ipse iuris statueris: fa
cilius omnes obedientes habeas. Nec unpensa grauis est: cū ea
plusq; pro uirili parte sibi quenq; capere principum uideant.
l taq; classem habere atque ornare uolumus. ppls. ro. priuatos
sine recusatione remiges dare. Nobis met ipsis primum unpe
remus aurum argentum signatum. omnes senatores crastina
die in publicum conferamus: ita ut anulos sibi quisq; & coniugi
& liberis & filio bullam. et quibus uxor filię ue sunt singulas un
cias pondo auri relinquat. Argenti qui curuli sella sederunt eq
ornamenta & libras pondo. ut lignum patellamq; deorum causā
habere possint. Ceteri senatores libram argenti tantum æris si
gnati quina milia in singulos patres familię relinquamus. Cete
rorum aurum argentum æs signatum. ad triumuiros mensarios
ex templo deferamus. Nullo ante s.c. facto aut uoluntaria colla
tio & certamen adiuuande rei p. excitet ad emulandum animos
primum equestris ordinis. deinde reliquę plebis. hanc unā uiā
multa inter nos collocuti coñs. inuenietis. Ingredimini uis
bene iuuantibus res. p. incolumis & priuatas res facile saluas pre
stat publica prodendo: tua ne quicquam serues. In hec tanto aſo
consensum est: ut gratię ultro consulibus agerentur. Senatu īde
misso prose quisq; aurum argentum & æs in publicum conferūt.
tanto certamine iniecto ut pruna inter primos nomina sua uel

lent

lent in publicis tabulis esse. Nec trium uiri accipiundo nec scribe
referundo sufficerent. Hunc consensum senatus equester ordo
est secutus equestris ordinis plebs. Ita sine edicto sin̄ cohortatione
magistratus. Nec remiges in supplementum nec stipendio res
P. eguit. Paratis omnibus ad bellum conss in prouincias profci
sunt. Neq; aliud magis tempus belli fuit quo Carthaginenses ro
maniq; pariter uariis casibus immixtis magis in ancipiti spe ac
metu fuerint. Nam romanis & in prouinciis hinc in hispaniam
aduersę res, hinc prospere in sicilia, luctum & letitiam miscue
rant. Et in italia cum Tarentum amissum dampno & dolore
tum arce cum presidio retenta, preter spem gaudio fuit. Et ter
rorem subitum pauoremq; urbis romę obsessa & oppugnata capua
post dies paucos capta in letitiam uertit. Transmarinę quoq; res qua
dam uicę pensatę. Philippus hostis tempore haud satis oportuno
factus ætholi noui ad sciti socii attalusq; asię rex iam uel despon
dente fortuna Romanis imperium orientis. Carthaginense quoq;
capua amissa & Tarentum captum equabant. Et ut ad menia ur
bis Romanę nullo prohibente se peruenisse in gloria ponebant.
ita pigebat irriti incepti pudebatq; adeo se spretos. ut sedentib
ipsis ad romana menia: Alia porta exercitus romanus in hispa
niam duceretur. Ipse quoq; hispanię quo propius spe uenerant
tantis duobus ducib; exercitibusq; cęsis debellatum ibi ac pul
sos inde romanos esse eo tempor plus a L. martio tumultuario
duce ad uanum & irritum uictoriam redactam esse indigna
tionis prebebant. Ita æquante fortuna suspensa omnia utriq;
erant: integra spe integro metu uelut illo tempore primū bel
lum inciperent. hannibalem ante omnia angebat quod Capua
pertinacius oppugnata a Romanis quam defensa a se multorum Italię
populorum animos auerterat quos neq; omnes tenere presidiis
nisi uellet in multas paruasq; partes carpere exercitum quod mi
nime tum expediebat poterat nec deductis presidiis spei libe
ram uel obnoxiam timoris sociorum relinquere fidē. Preceps

in auaritiam & crudelitatem animus: ad spolianda quæ tueri
nequibat. ut uastata hosti relinqueret inclinauit. Id fedum con
silium cum incepto tum exitu etiam fuit: neq; enim indigna
patientiũ modo ab alienabantur animi, sed cæterorum etiã q̃ppe
ad plures exẽplum q̃ calamitas pertinebat. Neq; consul Romanus
tentandis urbibus unde spes aliqua se ostendisset deerat. Sala
piæ principes erant Dasius & Blatius. Dasius hannibali amicus
Blatius quantũ ex tuto poterat rem .ro. fouebat, & per occultos
nuntios spem proditionis fecerat. marcello. sed sine adiutore
Dasio res transigi nõ poterat. Multum ac diu cunctatus & tũ
quoq; magis inopia consilii potioris q̃ spe effectus Dasiũ appel
labat. At ille cum abre auersus, tum emulo potentatus inimi
cus rem hannibali aperit. Arcessito utroq; hannibal cum pro
tribunali quędam ageret, mox de Blatio cogniturus, starẽtq;
sũmoto populo accusatore & reus, blatius de proditione Da
siũ appellabat. enĩ ũ ille uelut ĩmaniter restar̃ exclamabat sub oc̃lis
hãnibalis secunde proditione agi. Hannibali atq; eis qui aderãt
quo audacior res erat: minus uerisimilis res uisa. Emulationẽ
profecto atq; odium esse & id crimen afferri. Quod quia testem
habere non posset liberius fingentis, ita inde dimissi sunt. Nec
Blatius ante abstitit tam audaci incepto q̃ idem obtundẽdo
docendoq; q̃ ea res ipsis patriæq; salutaris esset peruicit ut
presidiũ punicũ hi autẽ numidę erat, Salapia q; traderetur mar
cello. Nec sine cæde multa tradi potuit. Longe fortissimi equi
tum toto punico exercitu erant. Itaq; q̃q̃ improuisa res fuit. ·i
N ec usus equorum in urbe erat: tamen armis inter tumultum
captis, & eruptionem temptauerunt, & cum euadere neqrent
pugnantes ad ultimum occubuerunt. nec plus. L. ex his in po
testatem hostium uiui uenerunt. plusq; aliquanto dãpni hęc
ala equitum amissa hannibali q̃ Salapia fuit. Nec deinde unquã
penus quo longe plurimum ualuerat superior equitatu fuit. ·i
P er idem tempus cum in arce tarentina uix inopia tolerabilis

esset spem omnem presidium quod ibi erat romanum: prefectusq;
presidii atq; arcis. M. Leuius, in comeatibus ab Sicilia missis habebat.
Qui ut tuto preterueherentur oram Italie: classis xx. ferme nauiū
regii stabat. Pre erat classi cōmeatibꝫq; D. Quintius obscuro gn̄e
ortus, ceterum multis fortibus factis militari gloria illustris. ⁊
Primo v. naues quarum maxime due triremes a marcello ei tra
dite erant habuit. postea rem impigre sepe gerenti, tres addite
quinq; remes. Postremo ipse a sociis reginisq; & a uellia & a pesio
debitas ex federe exigendo classes. xxx. nauium sicut ante
dictum est efficit. huic ab regio profecte classi Democrates cū
cum pari classi nauium tarentinarum numero quindecim milia
ferme ab urbe ad sacri portam obuius fuit. Velis tum forte ī pro
uidus futuri certaminis romanus ueniebat. sed circa Crotonē
sibarunq; suppleuerat remigio nauis instructamq; & armatam
egregie pro magnitudine nauium classem habebat. Et tū forte
sub id fere tp̄s ⁊ uēti uis oīs c̄cidit ⁊ hostes in ꝯ fuē: ut cōponda ar
mam̄ta expediēdūq; r̄migē ac militē ad īminēs certam̄ satis tp̄ris
esset. Raro alias tātis aīs uiste cōcurrerē classes q̄ppe cum ī maioris
discrimen rei q̄ ipse erant pugnarent. Tarentini ut recuperata
urbe ab romanis post centesimum prope annum, arcem etiam libe
rarent. spem cōmeatus quoque hostibus si nauali prelio possessio
nem maris ademissent interclusuri Romani ut retenta posses-
sione arcis ostenderent non ui ac uirtute sed proditione ac
furto tarentum amissum. Itaq; ex utraq; parte signo dato cū ro
stri cōcūrissent: neq; retro nauem inhiberent nec dirimi ab se pa
terentur. quā quis inuectus nauem erat, ferrea iniecta manu
ita conserebant ex propinquo pugnam ut non missilibꝫ tantū
sed gladiis etiam prope collato pede querēt. Prore inter se uīc
te herebant puppes alieno remigio circūagebantur. Ita ī arto
stipate erāt naues, ut uix ullū telū ī mari uanum ītꝫcidēt frōtibꝫ ue
lut pedestris acies urg̃bāt. ꝑuieq; naues pugnātibꝫ erāt. Insigni tn̄
ītꝫ cetās pugna fuit duarꝫ q̄ prime agmīis cōcūrerē ītꝫ se. In Roma

na naue ipse Quintus erat, in tarentina Nico cui Precom fuit co
gnomen: non publico modo sed priuato etiam odio inuisus atq;
infestus Romanis, quod eius factionis erat, que tarentū hanni
bali prodiderat. Hic Quintium simul pugnantem hortantēq;
suos incautum hasta transfigit. Ille atq; preceps cum arma pro
cidit ante portam. Victor Tarentinus inturbatam duce amisso
nauem impigre transgressus cum summouisset hostes & porta
am Tarentinorum esset, puppim male conglobati tuerentur
Romani, repente & alia a puppe triremis hostium apparuit.
Ita in medio circumuenta romana nauis capitur. Hinc ceteris
timor iniectus ut prętoriam nauem captam uidere fugiētesq;
passim. Alię in alto mersę, alię in terram remis abreptę, mox
mox prędę fuerunt. Turinis metapontinusq; exonerarus q̄
cum cōmeatu sequebantur: per pauce in potestatē hostiū uenē.
Alię ad incertos uentos hinc atq; illinc obliqua transferente ue
uela, in altum euectę sunt. Nequaq̄ pari fortuna per eos dies
Tarenti res gesta. Nam ad quatuor milia hominum frumenta
tum egressa cum in agris passim uagarentur. Lucius qui arci
presidio q; romano preerat, intentus in omnes occasiones gerē
de rei. C. Persium impigrum uirum cum duobus milibus arma
torum ex arce emisit. Qui uage effusos per agros palatosq; ador
tus cum diu passim cecidisset, paucos ex multis turpi fuga in ce
dentis semapertis portarum foribus in urbem compulit, ne
urbs eodem impetu caperetur. Ita equate res ad Tarentum ro
manis uictoribus. mari frumentum spes quę in oculis fuerat
utrosq; frustrata pariter. Per idem tempus Leuinus consul iam
magna parte anni circū acta in Siciliam ueteribus nouisq; so
cius expectatus cum uenisset, primū ac potissimum omnium
ratus Syracusanis noua pace inconditas componere res. Agri
gentum inde, quod belli reliquum erat, tenebaturq; a carthagi
nensium ualido presidio, duxit legiones & affuit fortuna in
cepto. Hanno erat imperator carthaginensiū, sed omnem in

mutatione numidisq; spem repositam habebat. per totam siciliam
uagus preda agebat ex sociis romanorum. neq; interclusi ab
agrigento ui aut arte ulla nec quin erumperet ubi uellet prohi
beri poterat. Hec eius gloria quia iam imperatoris quoq; fame
officiebat postremo in inuidiam uertit. ut ne bene geste quide
res iam hamom propter auctorem satis lete essent. postremo
perfecturam filio suo dedit. ratus cum imperio auctoritatem
quoq; & inter numidas eruperum. Quod longe aliter euenit.
Nam ueterem fauorem eius sua insuper inuidia auxit. neq; ille
indignitatem iniurie tulit. Confestimq; ad leonum occultos
nuntios misit de tradendo agrigento. Per quos ut est facta fi
des compositusq; rei gerende modus portam ad mare ferente
numide cum occupassent pulsis inde custodibus aut cesis ro
manos ad ipsum missos in urbem acceperunt. Et cum agmine
iam in medio urbis ac forum magno tumultu retur ratus han
no non aliud q̄ tumultum ac secessionem id quod & ante acci
derat numidarum esse. ad comprimendam seditionem proces
sit. Atq; ille cum ei multitudo maior q̄ numidarum procul
uisa. & clamor romanus haud quaq; ignotus ad aures accidis
set. priusq; ad ictum teli ueniret. capessit fugam peraduersam
portam emissus assumpto comite. M. epycide cum paucis ad
mare peruenit nactoq; oportune paruum nauigium relicta ho
stibus sicilia. de qua per tot annos certatum erat. in Africam tra
iecerunt. Alia multitudo penorum siculorumq; ne tēptato qd
certamine cum ceci in fugam ruerent. clausiq; exitus esset cir
ca portas cesa. Oppido recepto Leonus qui capita rerum agri
genti erant uirgis cesos securi percussit. ceteros predamq; uē
didit omnem pecuniam romam misit. Fama agrigentinorum
cladis sicilia cum peruasisset omnia repente ad romanos in
clinauerunt. Prodita breui sunt .xx. oppida sex ui capta uolu
taria deditione in fidem uenerunt ad .xl. Quarum ciuitatū
principibus cum pro cuiusq; merito cons. premia penasq; exsol

uisset, coegissetq; siculos positis tandem armis ad agrum colen
dum animos conuertere, ut esset non incolarum modo alim̄
tis frugifera insula, sed urbis romę atq; italię id quod multis
sepe tempestatibꝫ fecerat annonam leuaret. ab Agatirna incō
ditam multitudinem secum in Italiam transuexit. Quattuor
milia hominum erant mixti ex omni conluuione exules ober
rati, capitalia ausi, pleriq; & cum in ciuitatibꝫ suis ac sub legibꝫ
uixerant & postq̄ eos ex uariis causis fortuna similis conglo
bauerat Agatirnae per latrocinia ac rapinam tolerantes uitā.
H os neq; relinquere Leuinus in insula, tum primum noua pace
coalescente, uelut in materiam nouandis rebus, satis tutum
ratus est. Et reginis usui futuri erant ad populandum Bru
tium agrum, assuetam latrociniis querentibꝫ manum. Et qd
ad Siciliam attinet eo anno bellum dilatum est. In hispania
principio ueris. P. Scipio nauibꝫ deductis, euocatisq; edicto tar
raconem sociorum auxiliis: classem onerariasq; ostium inde
hiberi fluminis petere iubet. Eodem legiones ex hibernis con
uenire cum iussisset, ipse cum quinq; milibꝫ sociorum ab Tarra
cone profectus ad exercitum est. Quo cum uenisset alloquē
dos maxime ueteres milites qui tantis superfuerunt cladibꝫ
ratus, conuocata contione ita disseruit. Nemo ante me nouus
imperator militibꝫ suis priusq̄ opera eorum usus esset gratias
agere iure ac merito potuit: me uobis priusq̄ prouinciā aut
castra uiderem obligauit fortuna, primum quod ea pietate
erga patrem patruumq; meum uiuos mortuosq; fuistis. deīn
quod amissam tanta clade prouincię possessionem integram
& P. R. & successori mihi uirtute uestra obtinuistis. Sed cum
iam benignitate deum id paremus atq; agamus: non ut ipsi
maneamus in hispania, sed ne peni maneant: nec ut pro ripa
hiberi stantes arceamus transitum hostis, sed ui ultro transe
amus transferamusq; bellum. Vereor ne cui uestrum maius
id audaciusq; consilium, q̄ aut pro memoria claudiū nuper

Oratio Scipionis.

acceptarum aut pro ętate mea uideatur. Aduersę pugnę in his
pania nullius in animo q̄ meo minus oblitterari possunt q̄ ppe
cui pater & patruus intra .xxx. dierū spatiū ut aliud sup aliud cu
mularetur familię nostre funus interfecti sunt. Sed ut familia
ris orbitas ac solitudo frangit animum, ita publica cum fortu
na tum uirtus desperare de summa rerum prohibet eo fato: quo
damnata nobis sors est, ut magnis omnibus bellis uicti uice
rimus. Vetera omitto. Porsenam gallos. Samnites: a punicis
bellis incipiam. Quot classes quot duces quot exercitus prio
re bello amissi sunt. Iam quid hoc bello memorem: omnibus
aut ipse affui cladibus: aut quibus affui maxīe unus omnium
eas sensi. Trebia. Transimenus: cannę: quid aliud sunt q̄ moni
menta occisorum exercituum consulumq; romanorum: Ad
de defectionem italię. Sicilię. maioris partis sardinię: adde ul
timum terrorem ac pauorem castra punica inter anienem ac
męnia romana posita: & uisum prope in portis uictorem hañi
balem. In hac ruina rerum stetit una integra atq; īmobilis uirt'
populi romani. Hęc omnia strata humi erexit ac sustulit: uos
primi omnium milites post cannensem cladem, uadenti has
drubali ad alpis Italiamq; qui si se cum fratre coniunxisset:
nullum iam nomen esset. p. r. ductu auspicioq; patris ei obsti
tistis. Et hę secundę res illas aduersas sustinuerunt. Nunc be
nignitate deum omnia secunda prospera in dies letiora ac
meliora in italia Siciliaq; geruntur. In Sicilia Syracusę agrigē
tum captum pulsi tota insula hostes recepta q; prouincia in
ditione. P. r. est. In italia arpi recepti capua capta, iter omē
ab urbe Roma trepida fuga emensus hannibal in extremū
angulum agri Bruttii compulsus, nihil iam maius precatur
deos q̄ ut incolumi credere atq; abire ex hostium terra liceat.
Quid igitur minus conueniat milites q̄ cum alię super alias cla
des cumularentur ac dii prope ipsi cum hannibale starēt. uos
hic cum patribus meis ęquentur enim ipsi etiam honore nomi

al'.
donata

nis substinuisse labentem fortunam. P. r. nunc eosdem quia illic
omnia secunda letaq; sunt animis deficere: Nuper quoq; que acci
derunt utinam tam sine meo luctu q̄ uestro transissent. Nunc
dii imortales imperii r. presides centuriis omnibus ut mihi impe
rium iuberent dari, fuere auctores. hisdem auguriis & auspiciis
& per nocturnos etiam omnia leta ac prospera portendunt: aīus
quoq; meus maximus mihi ad hoc tempus uates presagit nr̄am
hispaniam esse: breui extorrem hinc omne punicum nomen ma
ria terrasq; feda fuga impleturum. Quod mens sua sponte diuiāt:
idem subiicit ratio haud fallax. Vexati ab his socii nostrā fidem
per legatos implorant. Tres duces discordantes prope, ut defecerīt
alii ab aliis trifariam exercitus in diuersissimas regiones distra
xere. Eadem in uiros ingruit fortuna: que nuper nos afflixit.
N am & deseruntur a socius ut prius a celtiberis nos deduxere exer
citus: que patruo patriq; meo causa exitii fuit. nec discordia inte
stina coire eos in unum sinet. neq; singuli nobis resistere poterunt.
V os modo milites fauete nomi Scipionum soboli imperatorum ue
stroꝝ uelut accisis recrescenti stirpibus. Agite ueteres milites no
uum exercitum nouumq; ducem traducite hiberum: traducite
in terras cum multis fortib; factis sepe a uobis peragratas. Bre
ui faciam, ut quēadmodum nunc noscitatis in me patris p̄riuq;
similitudinem oris uultusq; & liniamenta corporis: ita ingenii
fidei uirtutisq; exemplum effigiem uobis reddam: ut reuixisse
aut renatum sibi quisq; scipionem imperatorem dicat. Hac ora
tione accensis militum animis relicto ad presidium regioni ei⁹
m. Sillano cum tribus milib; peditum & ccc equitibus. Ceteras
omnes copias: erant autem xxv. milia peditum duomilia quin
genti equites hiberum traiecit. Ibi quibusdam suadentib; ut q̄m
inter tam diuersas regiones discessissent punici exercitus proxi
mum aggrederetur periculo esse ratus: ne eo facto in unū omnes
contraeret: nec paresset unus exercitib; Carthaginem nouam
interim oppugnare statuit: urbem tum ipsam opulentam suis

opibus: tum hostium omni bellico apparatu plenam: ibi arma: ibi
pecunia: ibi totius hispanie obsides erant: sitam preterea tū opor
tune ad trauciendum in africam: tum super portum satis āplum
q̄te uis classi. & nescio an nū in hispanie oram q̄ nostro adiacet
mari: nemo omnium quo iretur sciebat preter. C. Lelium is
classe circūmissus ita moderari cursum nauium erat iussus eo ut
dem tempore exercitus ostenderet & classis portum intraret.
S eptimo die ab hibero Carthaginē uentum est: simul terra ma
riq; castra a regione urbis qua in septentrionem uersa est posita
his a tergo nam natura tuta erat nullum uallum obiectū Cetera
sita carthago sic est. Sinus est maris media ferme hispanie ora
maxime uento africo oppositus & quingentos passus introrsus
retractus paulo plus passuum in altitudinem patens huius ī ostio
sinus parua insula obiecta ab alto portum & omnibus uentis
preter q̄ africo facit ab intimo sinu pene insula excurrit tumu
lus is ipse in quo condita urbs est ab ortu solis & a meridie cinc
ta mari ab occasu stagnum claudit patulum & ad septentrionē
fusum incerte altitudinis ut cunq; exestuat mare continēti ur
bem iugum. cc. fere & quinquaginta passus patens coniūgit
V nde cum tam parui operis munitio esset non obiecit uallum
imperator romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans siue
subeunti sepe ad menia urbis recursus pateret. Cetera q̄ mu
nienda erat cum perfecisset: naues etiam in portu uelut ma
ritimam quoq; ostentans obsidionem instruxit: circūuentus
q; classe cum monuisset prefectos nauium ut uigilias noctur
nas interim seruarent: omnia ubiq; primo obsessum hostem
conari: regressus in castra ut consilii sui rationē quod ad ur
bem potissimum oppugnandam bellum orsus est esset militi
bus ostenderet & spem potiunde hortando faceret: contione
aduocata ita disseruit. Ad urbem unam oppugnandam siquis
uos adductos credit: id magis operis uestri q̄ emolumenti ra
tionem exactam milites habet oppugnabitis enim uē menia

unius urbis: sed in una urbe uniuersam ceperitis hispaniam. hic
sunt obsides omnium nobilium regum populorumq; qui simul
in potestate uestra erunt: ex templo omnia quę nunc sub cartha
ginensibus sunt in ditionem tradent. Hic pecunia omnis hosti-
ne qua neq; illi gerere bellum possunt: quippe qui mercenma
rios exercitus alant: & quę uobis maxuno usui ad conciliãdos
animos barbarorum erit: hic tormenta: arma: omnis appara
tus belli est: qui simul instruet & hostes nudabit. Potiemur
preterea tum pulcherrima opulentissima q; urbe: tum oportu
nissima portu egregio: unde terra mariq; quę belli usus poscũt
suppeditentur. Quę cum magna ipsi habebimus: tum dempse
rimus hostibus multo maiora: hec illis arx: hoc horreum: era
rium: armamentarium: omnium rerum receptaculum ẽ: hĩc
rectus in africam cursus est: hec una inter pyreneum & gades
statio: hinc omni hispanię imminet africa. Sed quoniam uos in
structos & ordinatos cognosco ad carthaginem nouam oppu
gnandam totis uiribus & bono animo transeamus. Cũq; oms
una uoce hoc ut faciendum subclamarent, eos carthaginem
duxit: tunc terra mariq; iubet. Contra hanno penos dux cũ
terra mariq; instrui oppugnationem uideret & ipse copias
ita disponit. Oppidanorum duo milia ab ea parte qua castra
romana erant opponit quingentis militibus arcem insedit
quingentos tumulo urbis in orientem uersa unponit multi
tudinem aliam quo clamor quo subita uis uocasset, resisten
tem ad omnia occurrere iubet. Patefacta deinde porta, eos
quos inuia ferente ad castra hostium instruxerat mittit. Ro
mam duce ipso precipiente parũper cessere, ut propiores sub
sidiis in certamine ipso submittendis essent. Et primo haud
impares stetere acies: subsidia deinde deinde identidẽ sub
missa ẽ castris non auerterunt solum in fugam hostes sed ado
ssusis institerunt, ut nisi receptui cecinisset, permixti fugiẽ
tibus irrupturi fuisse in urbem uiderentur. Trepidatio uero

non prelio maior q̄ tota urbe fuit. M ulte stationes pauore atq; lo
ca deserta sunt. relictiq; muri. cū qua cuiq; proximum erat dissilu
issent. qd ù obuersus Scipio in tumultum quem mercuriū dicūt:
aduertit multis partibus nudata defensoribus menia esse. Omne'
e castris exercitos re ad oppugnandam urbem & ferre scalas iu
bet. Ipse p̄se trium iuuenum ualidorum scutis oppositis ig̃es em̃
tam uis omnis generis telorum e muris uolabat. ad urbem suc
cedit. hortatur imperat. que in rem sunt quod plurimum ad
accendendos militum animos intererat. testis spectatorq; uirtu
tis atq; ignauie cuiusq; adest. Itaq; in uulnera ac tela ruunt neq;
illos muri. neq; superstantes armati arcere queunt. quin certa
tim ascendunt. & ab nauib9 eodem tempore ea que mari ablui
tur pars urbis oppugnari cepta est. Ceterum tumultus ide ma
ior q̄ uis haberi poterat. dum applicant. dum partim exponunt
scalas. militesq; dum qua cuiq; p̄ximum est in terram euadere
properant ipsa festinatione & certamine alia alios impediunt.
Inter hec iam repleuerat penus armatis muros. & uis magna &
ingenti copia congesta telorum suppeditabat. Sed neq; uiri nec
tela nec quicq̄ aliud æque q̄ menia ipsa se se defendebant. Ra
re enim scale altitudini æquari poterant. & quo queq; altiores
eo infirmiores erant. Ita q; cum summus quisq; euadere non
posset. subirent tamen alie onere ipso frangebantur. Quidam
stantibus scalis. cum altitudo caliginem oculis effudisset. ad ter
ram delati sunt. Et cum passim homines scalæq; ruerent. & ipso
successu. audacia atq; alacritas hostium crescceret. signum re
ceptui datum est. Quod spem non presentis modo ab tanto cer
tamine ab labore quietis obsessis. sed etiam in posterum dedit
scalis & corona capi urbem non posse. opera & difficilia esse. &
tempus daturum ad ferendam opem imperatoribus suis. Vix
prior tumultus conticuerat cum Scipio ab defessis iam uulne
ratisq; recentes integros q; alios accipere scalas iubet. ut maio
re aggredi urbem. Ipse ut ei nuntiatum est. estum decedere

quod per piscatores tarraconenses nunc leuibus cimbis nunc ū
ea siderent uagis peruagatos stagnum compertum habebat faci
lem ad murum transitum dari: eo armatos duxit. Medium fer
me diei erat & ad id quod sua sponte cedente in mare estu tra
hebatur aqua: acer etiam septentrio ortus inclinatum stagnū
eodem quo estus ferebat. & adeo nudauerat uada ut alibi umbi
lico ten' aqua esset alibi genua uix superaret. Hoc cura ac ratio
ne compertum in prodigium ac deos uertens Scipio qui ad
transitum romanis mare uerterent & stagnum auferrent ꝛ
uiasq; antea nunq̄ unitas humano uestigio aperirent. Neptu
num iubebat ducem itineris sequi ac medio stagno euadere ad
menia a terra ingens labor succedentibus erat. Nec altitudiē
tantum menium impediebantur sed quod euntis ad ancipitis ꝛ
utrinq; ictus subiectos habebant romanos ut latera infestiora
subeuntibus q̄ corpora aduersa essent. At parte in alia quietus
& per stagnum facilis transitus & in murum ascensus ind fuit
N am neq; opere emunitus erat: ut ubi ipsius loci ac stagni presi
dio satis creditum foret: nec ulla arma eorum statio aut custo
dia opposita intentis omnibus ad opem ferendam unde pericu
lum ostendebatur. Vbi urbem sine certamine intrauere: ꝓgūt
inde quanto maximo cursu poterant ad eam portam circa quā
omne contractum certamen erat. In quo adeo intenti omnium
non animi solum fuere sed etiam oculi auresq; pugnantiū spec
tantiumq; ad hortantium pugnantes ut nemo sentiret ante ab
tergo captam urbem q̄ tela in aduersos inciderunt. Vtrinq;
ancipitem hostem habebant. Tunc uerberatis defensoribꝫ metu
& menia capta & porta intus forisq; pariter refringi cepta. Et
mox cedendo confectis ac distractis ne inter impediretur fori
bus armati impetum fecerunt. Magna multitudo & muro' tran
scendebat sed ipsi passim ad cedem oppidanoꝝ uersi. Illa que por
tam ingressa erat iusta acies cum ducibus cum ordinibus me
dia urbe in forum processit. Inde cum duobus itineribꝫ fugiē

tes uideret hostes alios ad tumulum in orientem uersum, qui te
nebatur quingentorum militum presidio. Alios in arcem ĩ quã
& ipse Mago cum omnibus fere armatis qui muris pulsi fuerãt
refugerant partim copiaꝝ ad tumulum expugnandum mittit
partim ipse ad arcem ducit. & tumulus primo impetu est captꝰ:
& mago arcem defendere conatus cum omnia hostium plena
uideret neq; se tutum esse arcemq; & presidium dedidit. Quoad
dedita arx est cedes tota urbe passim facte. Nec ulli puberum
qui obuius fuit parcebatur. Tum signo dato cedibus finis fcs
ad predam uictores uersi que ingens omnis generis fuit libe
rorum capitum uirilis sexus ad decem milia capta. Inde qui
ciues noue Carthaginis erant dimisit urbemq; & sua omnia
que reliqua eis bellum fecerat restituit. Opifices ad duo milia
hominum erant eos publicos fore p. r. edixit cum spe propin
qua libertatis si ad ministeria belli enixe operam nauasset. Ce
teram multitudinem incolarum iuuenum ac ualidorum ser
uorum in classem ad supplementum remigum dedit: & auxe
rat nauibus octo captiuis classem. Extra hanc multitudinem
hispanorum obsides erant quorum perinde ac si sociorum li
beri essent cura habita. Captꝰ 7 apparatꝰ ingẽs belli catapulte ma
xime ferme. c. xx. minores. cc. Lxxxi. baliste maiores. xxiii.
minores. Lii. scorpionum minorumq; & armorum & telorum
ingens numerus. Signa militaria. Lxxiiii. & auri & argẽtiq;
relata ad imperatorem magna uis. Patere aure e fuerũt. cc. lxxvi
libre ferme omnes pondo argenti facte signateq; decem et
octo milia & ccc. pondo uasorum argentoꝝ: magnus nũs.
Hec omnia. C. flãminio questori appensa adnumerataq; sũt. In
tici xl. milia modioꝝ hordei. cclxx. At naues onerarie lxiii.
in portu expugnateq; quedam cum suis oneribus frumẽto ar
mis aere preterea ferroq; & linteis & sparto & nauali alia ma
teria ad classem edificandam ut minimum omnium inter tã
tas opes bellicas carthagho ipsa fuerit. Eo die Scipio. C. Lelio cũ

sociis naualibus urbem custodire iusso, ipse in castra legiones redu
xit, fessosq; milites omnibus uno die belli operibus, quippe qui &
acie dimicassent & capienda urbe tantum laboris periculiq; adis
sent & cum his qui arcem confugerant iniquo etiam loco pugnas
sent curare corpora iussit. Postero die militibus naualibusq; so
cius conuocatis primum diis immortalibꝫ laudesq; & gratias egit
qui se non urbis solum opulentissime omnium in hispania uno
die compotem fecissent: sed ante eo congessissent omnis africe
atq; hispanie opes, ut ne hostibus quicq̃ relinqueretur & sibi ac suis
omnia superesset. Militum deinde uirtutem conlaudauit quod
eos non solum eruptio hostium: non altitudo menium: non ex
plorata stagni uada: non castellum in alto tumulo situm: ꝛ non
munitissima arx deteruisset: quo minus trascenderent omnia
perrumperentq;. Itaq; q̃q̃ omnibꝫ omnia deberet precipuũ tñ
muralis corone decus eius esse, qui primus murum ascendisset.
P rofiteretur qui se dignum eo ducere & dono. Duo professi sunt
Q. Tiberilius centurio legionis quarte, & sex digitꝰ socius naua
ualis. Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, q̃ studia exci
tauerant uterq; sui corporis hominum sociis. C. Leliusq; classis
legionariꝰ M. Sempronius Tutidanus aderat. Ea contẽtio cũ
prope seditionem ueniret: Scipio tres recuperatores cũ sedaturꝫ
pronuntiasset qui cognita causa testibus auditis iudicarẽt ut
prior in oppidum transcendisset. C. Lelio & M. Sempronio ad
uocatis partis utriusq; Cornelium Caudinum de medio adiecit.
E osq; tres recuperatores considere & causam cognoscere iussit.
C um res eo maiore ageretur certamine quod admoti tãte digni
tatis nõ tã aduocati, q̃ moderatores studiorum fuerant. C. Lelius
relicto consilio ad tribunal ad Scipionem accedit, eumq; docet
rem sine modo ac modestia agi: ac ꝓpe ẽẽ ut manꝰ et inter se con
serant. Cetera & si uis absit: nihilominus detestabili exemplo rẽ
agi. Quippe ubi fraude ac periurio decus petatur uirtutis. Sta
re hinc legionarios milites hic classicos per omnes deos apparatos

iurare magis q̄ uelint q̄ quę sciant uera esse, & obstringere periu
rio. Non se solum suumq; caput, sed signa militaria, & aquilas
sacramentiq; religionem. Hec ad eum de sententia P. Cornelii
M. Sempronii deferre. Scipio conlaudato Lelio ad contionē ad
uocauit pronuntiauitq; se satis compertum habere. Q. Tiberiliū
& sex. Digitium pariter in murum ascendisse, se q; eos uirtutis
causa coronis muralibꝫ donare. Tum reliquos prout cuiq; meri
tum uirtusq; erat donauit. Ante omnes C. Lelium prefectum
classis, & omni genere laudis sibi met ipsi æquauit, & corona au
rea ad .xxx. libr̄. donauit. Tum obsides ciuitatum hispaniæ
uocari iussit, quoꝝ quantus numerus fuerit piget scribē: q̄ppe
ubi alibi .ccc. ferme alibi .dcc .xxv. fuisse inueniam. Eaq; &
alia inter auctores discrepant presidium punicum, alius x. aliu'
vii. aliu'd non plus q̄ duum milium fuisse scribit, capta alibi su
pra quinq; & xx. inuenias scorpiones maiores minoresq; ad
L x. captos scripserim si auctorem grecum sequar silenum: si
ualerium antiatem maiorum scorpionum sex milia minorū
x. tria milia. Adeo nullus metiendi modus est. Nec ducibus
quidem conuenit. Pleriq; Lelium prefuisse classi: sunt qui M.
Iunium silanum dicant. Armem prefuisse punico presidio, dedi
tumq; Romanis antias ualerius magonem alii scriptores tradūt.
Non de numero captarum nauium, non de pondere auri atq; ar
genti, & redactę pecunię conuenit. si aliqua assentiri necesse est
media simillima ueris sūt. Ceterꝫ scipio uocatis obsidibus p̄mum
uniuersos bonum animum habere iussit uenisse se in populi R.
potestatem qui beneficio q̄ metu obligare homines malit exte
rasq; gentes fide ac societate iunctas habere q̄ tristi subiectas ser
uitio. Deinde acceptis nominibꝫ ciuitatum recensuit captiuos
quid cuiusq; populi essent, & nuntios domum misit ut ad suos
quisq; recipiendos ueniret. Si quarum forte ciuitatum legati
aderant, eis presentibꝫ suos restituit. Ceterorum curam benig̃
tuendorum C. Flaminio questori attribuit. Inter hec e media

turba obsidium, mulier magno natu mandoni uxor. q̄ fr̄ idibilis
Ileerge tum Reguli erat, flens ad pedes imperatoris procidit ob
testariq; cepit ut curam cultumq; feminarum impensius cu
stodibus cōmendaret. Cum Scipio nihil defuturum profecto
diceret. tum rursus mulier. haud magni ista facimus inquit.
Quid enim huic fortunę non satis est alia mihi cura etatem in
tuenti. Nā ipsa extra periculum iniurię muliebris sū alie me stimlāt
etate & forma florentes circa eam Indebilis filię: eę q̄ nobilita
te pariq; eam omnes proparente colebant. Tum Scipio meę ppliq;
ro. disciplinę cā facerem inquit. ne quid quod sanctum usquā
esset, apud nos uiolaretur. Nunc ut id curem impensius. ur̄a
quoq; uirtus dignitasq; facit, quę nec in malis quidem oblitę
decoris matronalis estis. Spectatę deinde integritatis uiro tra
didit eas: tueriq; haud secus uerecunde ac modeste q̄ hospitium
coniuges ac matres iussit. Captiua deinde a militibus adduci
tur adducitur ad eum adulta uirgo adeo eximia forma ut qua
cunq; se uerteret, omnium conuerteret oculos. Scipio per cunc
tatus patriam parentesq; inter cętera accepit desponsatam eā prin
cipi cęlitberorum adolescenti cui Luceio nomen erat. Ex templo
igitur parentibus sponsoq; ab domo accitis cum interim audirē
deperire eum sponsę amore ubi primum uenit accuratiore eum
sermone q̄ parentes alloquitur. Iuuenis inquit iuuenem appel
lo minor sit inter nos huius sermonis uerecundia. Ego cū spō
sa uocata a militibus nostris ad me deducta esset audiremq; eā
tibi cordi esse & forma faceret fidem: quia ipse si frui licerē lu
do etatis presertim in lecto & leto legitimoq; amore & nō res. P.
animum nostrum occupasset, ueniam mihi dari sponsam īpēsiu
amanti uellem: tuo cuius spōsa ē amori faueo. Fuit sponsa tua
apud me eadem qua apud soceros tuos parentesq; suos uerecū
dia: seruata est tibi ut inuiolatum & dignum me teq; dari tibi
donum posset. hāc mercedem unam pro eo munere paciscor:
amicus. P. r. sis. Et si me uirum bonum credis esse qualē patrem

patruumq; meum iam ante hę gentes norant scias multos nostri si
miles in ciuitate ro. esse. Nec ullum in terris populum hodie dici
posse quem minus tibi hostem tuusq; esse uelis: aut amicum malis.
A dolescens simul pudore gaudioq; percussus: dextram scipionis te
nens deos omnes inuocare ad gratiam illi pro se referendā quanq̄
iam sibi nequaq̄ satis facultatis pro suo animo atq; illius erga se ect.
P arentes inde cognatiq; uirginis appellati. qui quoniam gratis sibi
redderetur uirgo ad quam redimendam satis magnum attulisset
auri pondus orare scipionem ut id ab se donum acciperet cęperūt.
H aud minorem eius rei apud se gratiam futuram esse affirmantes
q̄ reddite inuiolatę foret uirginis. Scipio quando tanto opere pete
rent accepturum se pollicitus poni ante pedes iussit. uocatoq; ad
se luceio super dotem inquit quam accepturus a socero es. hęc tibi
a me dotalia dona accedent. Aurumq; tollere ac sibi habere iussit.
h is letus donis honoribusq; dimissus domum impleuit populares lau
dibus & meritis Scipionis uenisse diis simillimum iuuenem uincē
tem omnia tum armis tum benignitate ac beneficus. Itaq; delectu
clientium habito cum mille & cccc equitibus intra paucos dies ad
Scipionem redit. Scipio retentum secum Lelium dum captiuos obsi
desq; & predam ex consilio eius disponeret satis omnibus composi
tis data quinque reme captiuis Magone & quindecim fere sena
toribus qui simul cum eo capti erant in naue impositis nuntium
uictorię romam mittit. Ipse paucos dies quibus morari Cartha
gine statuerat exercendis naualibus pedestribusq; copiis ab
sumpsit. Primo die legiones quattuor milium in armis spatio de
currerunt. Secundo die arma curare & tergere ante tentoria
iussit. Tertio die rudibus inter se īmodum iustę pugnę concur
rerunt. p̄pilatisq; missilibus iaculati sunt. Quarto die quies da
ta. Quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem labo
ris quietisq; quod Carthaginem morati sunt seruauerunt. Re
migium classis ciuesq; milites tranquillo in altum euecti agili
tatem nauium simulacris naualibus pugnę experiebantur. ii

Hęc extra urbē terra mariq; corpora simul animosq; ad bellum
acuebant. res. p. ipsa strepebat apparatu belli. fabris omnium ge-
nerum in publica officina inclusis data cuncta cura pari subibat
Nunc operibus aspiciendis tempus dabat. quęq; in officinis q̄q;
nauali bus sociorum fabrorum multitudo plurima in singulas
dies certamine ingenti faciebat. his ita inchoatis refectisq; quos
quassauerant muris dispositisq; presidiis occurato iam urbem
tarraconem est profectus. A multis legationibus protinus i uia
aditur quas partim dato responso ex itinere dimisit partim
distulit Tarraconem. quo omnibus in suis ueteribus sociis edi-
xerat conuentum. & cuncti fere qui cis hiberum incolunt ppli
multi etiam ulterioris prouincię conuenerunt. Carthaginen-
sium duces. primo ex industria famam captę Carthaginis com-
presserunt. Deinde ut clarior res erat q̄ ut tegi ac dissimula-
ri possent. eleuabant uerbis. Nec opinato aduentu ac prope fur-
to unius diei urbem unam hispanię interceptam. Cuius tā par-
uę & premio datum insolentem iuuenem in modico gaudio:
speciem magnę uictorię imposuisse. At ubi appropinquare tres
duces tres uictores hostium exercitus audisset. occursuram
ei exemplo domesticorum funerum memoriam. Hęc in uul-
gus iactabant haud quaquam ipsi ignari. quantum sibi ad
omnia uirium Carthagine amissa decessisset :~

TITI LIVII PATAVINI HISTO-
RICI DE SECVNDO BEL-
LO PVNICO LIBER
VI. EXPLI-
CIT.

INCIPIT SEPTIMVS.

HIC STATVS REI hispanie erat in italia autē cōs. Marcellus salapia per proditionē recepta marmoreas & meles de sāmnitibus ui cepit ad tria milia militum ibi hannibalis que presidii cā relicta erant oppressa. Prede aliq̄tum cuius fuit militi concessa. Tritici quoq; ducenta .xl. milia modiū &c x. milia ordei inuenta. Ceterum nequaquā inde tātū gaudium fuit quanta clades intra paucos dies accepta. ē haud procul ab urbe herdonea. Castra ibi Cn. fuluius pro cōs. habebat spe recipiende herdonee que post cannensem cladē ab romanis defecerat. Nec loco satis tuto posita nec presidiis firmata. Negligentiam insitam ingenio ducis augebat spes ea quod labare iis aduersus penum fidem senserat: postq̄ salapia amissa excessisse his locis in bruti os hannibalem auditū est. Ea omnia ab herdonea per occultos nuntios delata hannibali simul curam socie retinende urbis & spem fecere icautū hostem aggrediendi. Exercitu expedito ita ut famam prope preueniret magnis itineribus ad herdoneam contendit. et quo plus terroris hosti obiceret: acies instructa accessit. Parti audacia romanus consulto & uiribus impar copiis raptim eductis conflixit. Quinta legio & sinistra ala acriter pugnam inierunt. Ceterum hannibal signo equitibus dato ut cum pedestre equestreq; occupassent presenti certamine oculos animosq; circumuecti, pars castra hostium terga oppugnātiū inuaderent: ipe in fuluii similitudinem nominis quia Cn. fuluium pri. bienio ante in hisdem deuicerat locis, increpans similem euentū pugne fore affirmabat. Neq; ea spes uana fuit: nam cum comminus acie & peditum certamine multi cecidissent romanorum

starent tamen ordines signaq; equestris a tergo tumult' simul a castris
clamor hostilis auditus: sextam legionem ante que in secunda ii
acie posita prior ab numidis turbata est. quinta deinde atq; eos
qui ad prima signa erant auertit. Pars in fugam effusa: pars i me
dio cesa ubi & ipse. Cn. Fuluius cum xi tribunis militum cecidit
Romanorum sociorumq; quot cesa in eo prelio milia sunt quis pro
certo affirmet cum tredecim milia alibi haud plusq̄ septem in
ueniam. castris predaq; uictor potitur. Herdoneam quia & defu
turam fuisse ad Romanos comperit. Nec mansuram in fide si
inde abscessisset: multitudinem omnium metapontū ac thurios
traducta incendit. Occidit & principes qui cum Fuluio colloqa
occulta habuisse comperti sunt. Romani qui ex tanta clade eua
serant diuersis itineribus emersi ad Marcellum. cons. i samniū
perfugerunt. Marcellus nihil admod tanta clade territus litte
ris rome ad senatum de duce & exercitu ad herdoneam amisso
scribit. Ceterum eundem se qui post Cannensem pugnam ferocē
uictoria hannibalem contudisset ire aduersus eum breuēq; illi
letitiam qua exultat facturum. Et rome quidem luctus cū igens
ex preterito: tum timor in futurum erat. Consul ex Sānio Luca
nos transgressus ad Munistronem in conspectu hannibalis loco
plano cum penus collem teneret posuit castra. Addidit & aliam
fidentis speciem quod prior in aciem eduxit. Nec detractauit han
nibal ut signa portis efferri uidit. Ita tamen aciem instruxerūt
ut penus dextrum cornu in collē erigeret romani sinistrum ad
oppidum applicarent. Ab hora tertia cum ad noctem pugnā ex
tendissent fesseq; pugnando prime acies essent ab Romanis pri
ma legio & dextra ala ab hannibale hispani milites effunduntur
baleares. Elephanti quoq; cōmisso iam certamine in prelium ac ti
diu pugna neutro inclinata stetit. Prime legioni tertia dextre ale
sinistra subiit. & apud hostes integri a fessis pugnam accepere. ii
Nouum atq; atrox prelium ex tam segni repente exarsit recentibꝰ
animis corporibusq; sed nox in certam uictoriam diremit. Pugnā

tis postero die Romali ab sole orto in multum diei stetere ī acie.
V bi nemo hostium aduersus produit. spolia per otium legere. &
congestos in unum locum cremauere suos. Nocte insequenti ꝛ
hannibal silentio mouit castra & in Apuliam abiit. Marcellus ubi
lux fugam hostium aperuit: sauciis cum presidio modico ī Mu
nistrone relictis, prepositoq; hic. L. furio purpurione. Tr. militū
uestigiis institit sequi. Ad venusiam adeptus est eum. Ibi ꝑ dies
aliquot cum ab stationibus procursaretur: mixta equitum pe
ditumq; tumultuosa magis prelia q̄ magna & ferme omnia ro
manis secunda fuere. Inde per Apuliam ducti exercitus sin̄ ullo
memorando certamine, cum hannibal nocte signa moueret lo
cum insidiis querens marcellus nisi certa luce & explorato an
te non sequeretur. Capue interim Flaccus dum bonis p̄ncipū
uendendis, agro qui publicatus erat locando locauit autem omē
frumento tempus terit: ne deesset materia in campanos seuiē
di nouum in occulto gliscens per inditium protractum est faci
nus. Milites ædificiis emotos simul ut cum agro tecta urbis fru
enda locarentur. simul metuens ne suum quoq; exercitum sicut
hannibalis nimia urbis amenitas emolliret in portis muris q;
sibi met ipsos tecta militalit' coegerat ædificare. Erāt autem ple
raq; ex cratibus ac tabulis facta: alia harundine texta, stramen
to in tecta omne uelut de industria alimenti ignis. Hec noctis
una hora: ut oīa incenderent. centum septuaginta campani ꝛ
principibus blossis fratribus coniurauerunt. Inditio eius rei ex
familia blossiorum fcō portis repente iussu procons. clausis cū
ad arma signo dato milites concurrissent comprehensi omnes
qui in noxa erant & questione acriter habita damnati necatiq;
in dicibus libertas & æris de na milia data. Nucerinos & acerra
nos querentes, ubi habitarent non esse acerris ex parte incensi'
nuceria deleta, Romam fuluius ad senatum misit. Accerranis
permissum ut ædificarent que incensa erant. Nucerini Atellam
quid id maluerant Atellanis calatinam migrare iussis traducti

Inter multas magnasq; res. que nunc secunde nunc aduerse oc
cultabant cogitationes hominum. ne Tarentine quidem arcis
excidit memoria. m. Ogolinius & P. Aquilius in hetruriam le
gati ad frumentum coemendum quod tarentum portaretur
profecti. & mille milites de exercitu urbano par numerus ro
manorum sociorumq; eodem in presidium cum frumento mis
si sunt. Iam estas in exitu erat comitiorumq; consularium ista
bat tempus. sed lictere marcelli negantis e. R. P. esse. uestigiū
abscedi ab hannibale cui cedenti certamq; abnuenti grauius in
staret ipse. curam iniecerant. ne aut. cons. marcellum tum ma
xime res agentem a bello auocarent. aut in annum consules
deessent. Optimum uisum est q̄q̄ extra italiam esset ualerium po
tius. cons. ex Sicilia reuocare. Ad eum littere iussu senatus ab. L.
manl. pretore urbis misse cum litteris. cons. M. marcelli ut ex
his noscere que causa patribus eum potius q̄ collegam reuocandi
ex prouincia esset. Eo fere tempore legati a rege Siphace romam
uenerunt quaeq; prelia prospera cum Carthaginensibus fecisset
memorantes regem nec inimicitiorem ulli populo q̄ carthagi
nensi. nec amicitiorem q̄ romano affirmabant esse. Misisse eum
antea legatos hispaniam ad Cn. & P. Cornelios imperatores. ro.
Nunc ab ipso uelut fonte petere romanam amicitiam uoluisse. Se
natus non legatis modo benigne respondit. sed & ipse legatos cū
donis ad regem misit. L. Geminium petelium. P. Popilium. Do
na tulere togam & tunicam purpuream. sellam eburneam pa
teram ex quinq; pondo auri factam. Protinus & alios affrice re
gulos iussi adire. his quoq; que darentur portata toge pretex
tate & terne pondo patere auree. & Alexandriam ad Ptolemeū
& Cleopatram reges. M. Attilius & M. Acilius legati ad cōmemo
randam renouandamq; amicitiam missi. Dona tulere regi togā
& tunicam purpuream cum sella eburnea. Regine pallā pictam
cum amiculo purpureo. Multa ea estate qua hec facta sunt ex
propinquis urbibus agrisq; nuntiata sunt prodigia Tusculi agnū

romanę dextra leuaq; insederant uias: & portā castrorum duci
principumq; fugam clauserat addita trepidatione elephantorum
quos territos æque hostes timebant. Cęsa igitur ad viii mil. ho
minum. hasdrubal iam ante q̄ dimicaret pecunia rapta elephan
tisq; premissis q̄ plurimos poterat de fuga excipiens preter tagū
flumen ad pyreneum tendit. Scipio castris hostium potitus, cum
preter libera capita omnem predam militibꝫ concessit in recēsen
dis captiuis x. mil. peditum, duo. m. equitum inuenit: & hispanos
sine pretio omnes domum misit: afros questori uendere iussit. Cir
cūfusa inde multitudo hispanorum, & ante deditorꝫ 7 p̄die captorꝫ
regē eū ingēti cōsensu appellauit. Tum Scipio silentio per preconē
facto sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites
sui appellassent regum nomen alibi magnum romę intolerabile
esse. regalem animum in esse. Si id hominis ingenio amplissimū
ducerent, tacite iudicarent, uocis usurpatione abstinerent. Sen
sere etiam barbari magnitudinem animi: cuius miraculo nomi
nis alii mortales stuperent: id ex tam magno fastigio aspernātis.
D ona inde regulis principibusq; hispanorum diuisa. Ex magnaq;
copia captorum equorum. ccc. quos uellet eligeret indebilem t
iussit. Cum affros uenderet iussu imperatoris questor puerū
adultum inter eos forma insigni cum audisset & regii generis
esse ad scipionem misit, quem cum percunctaretur Scipio, quis
& cuias & cur id etatis in castris fuisset. Se lachrymans numidā
esse ait: massium populares uocare orbum a patre relictū. apud
maternum auum Galam Regem numidarum educatum: cum
auunculo massinissa qui nuper cum equitatu subsidio carthagi
nensibus uenisset, in hispaniam traiecisse, ꝓhibitū ꝑꝑ etatē a massanis
sa nunq̄ ante prelium inisse, eo die quo pugnatum cum romanis
esset, in scio auunculo clam armis equoq; sumpto in aciem exisse
ibi pro lapso equo effusum in preceps, captum a romanis esse. Sci
pio cum asseruari numidam iussisset, que pro tribunali agenda
erant peragit. Inde cum se in pretorium recepisset, uocatū eum

interrogat, uellet ad massinissam reuerti. Cum effusis gaudio la-
chrymis cupere uere diceret: tum puero anulum aureum: tunicā
lato clauo cum hispano sagulo & aurea fibula: equumq; ornatum
donat iussisq; prosequi quoad uellet equitibus dimisit. De bello in
consilium habitum & auctoribus quibusdam ut confestim hasdru-
balem consequeretur, anceps id ratus, ne mago atq; hasdrubal cū
eo iungeret copias, presidio tantum ad insidendum pyreneū misso:
ipse reliquum æstatis recipiendis in fidem hispaniæ populis absūp-
sit. Paucis post prelium factum ad Betulam diebꝫ: cum Scipio redi-
ens iam Tarraconem saltu castulonensi excessisset. hasdrubal gis-
conis filius, & mago imperatores ex ulteriore hispania ad hasdru-
balem uenere, serum post male rem gestam auxilium consilium in
cætera exequenda belli haud parꝫ oportuni ibi conferentibꝫ: quid
in cuiusq; prouinciæ regione animorum hispanis esset. Vnus hasdru-
bal Gisgonis, ultimam hispaniam earum ad occeanum & gades uer-
git, ignaram adhuc romanorum esse: eoq; Carthaginensibus satis
fidam censebat. Inter hasdrubalem alterum & magonē constabat,
beneficiis Scipionis occupatos omnium animos, publice priuatimq;
esse. Nec transitionibus fore ante finem, q̄ omnes hispani milites, +
aut in ultima hispaniæ ammoti, aut traducti in Galliam forent. Itaq;
etiam si senatus Carthaginensium non censuisset eundum tamen
hasdrubali fuisse in italiam, ubi belli caput & rerum summa esset.
S imul & hispanos omnes procul a nomine Scipionis & extra hispa-
niam abducere exercitum eius tum transitionibꝫ, tum aduerso
prelio imminutum: hispanis simul repleri militibus, & magonem
hasdrubali Gisgonis filius simul tradito exercitu: ipsum cū grā-
di pecunia ad conducenda mercede auxilia in baleares traiecē.
H asdrubalem Gisgonis cum exercitu penitus in lusitaniam abire:
nec cum romanis conserere. Massinisse ex omni equitatu quod ro-
boris esset, tria mil. equitum expleri: eumq; uacuum per citerio-
rem hispaniam sociis opem ferre: hostium oppida atq; agros po-
pulari his decretis: ad exequenda quæ statuerant digressi. hæc

eo anno in hispania acta. Rome fama scipionis in dies crescere.
F abio Tarentum captum ingenio magis q̄ uirtute glorie tam
esse. Fuluii senescere famam. Marcellus et ex aduerso rumore
esse, super quam quod male pugnauerat: quia uagante per italiā
hannibale media estate venusiam in tecta milites adduxisset.
I nimicus erat ei. C. Publicius bibulus. Tr. pl. Is iam a prima pugna
que aduersa fuerat assiduis contionibus infamem in uisumq; i
plebi Claudium fecerat: etiam de imperio abrogando eius agebat
cum tamen necessarii Claudii obtinuerunt, relicto uenusie lega
to: marcellus romam rediret: ad purganda ea que inimici decer
nerent, nec de imperio eius abrogando absente eo ageretur. For
te sub idem tempus & Marcellus ad deprecandum ignominiam
& Fuluius cons. comitiorum causa romam uenit. Actum de īpe
rio Marcelli in circo Flaminio est, ingenti concursu plebisq; & oūi
ordinum. Accusauit. tr. pl. non Marcellum modo sed omnē no
bilitatem, fraude eorum & cunctatione fieri: ut hannibal deci
mum annum italiam prouinciam habeat: diutius ibi q̄ carthagi
ne uixerit habere fructum imperii prorogati Marcello populū. R
bis cesum estiua exercitum eius venusie sub tectis agere. hāc tri
buni orationem ita obruit Marcellus cōmemoratione rer̄ suar̄.
ut non rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur
sed postero die: cons. eum ingenti consensu centurie omnes cre
arent. Additur collega. T. Quīti' Crispin' q tc̄ p̄tor erat. Post'o die
p̄tores creati. P. licini' Crassus diues pōtifex max. P. licini' varr' Sex. Iu
lius Cesar. Q. Claudius comitiorum ipsorum diebus sollicita ci
uitas de hetrurie defectione fuit. Principium eius rei ab ārētini'
fieri. C. Calphurnius scripserat: qui eam prouinciam propr. obti
nebat. Atq; confestim eo missus Marcellus. cōs. designatus, qui rē
inspiceret ac si digna uideretur exercitu accito bellum ex apu
lia in hetruriam, transferret eo metu compulsi hetrusci quieue
runt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac
legibus suis. Responsum a senatu est. ut redirent cum Fabius. cons.

romam uenisset. Ludi Romani & plebei eo anno in singulos dies
instaurati. ediles curules fuere. cornelius Gaudinus 7 Sgius Sulpicius
Galba plebeius. C. Seruilius 7 Q. Cecilius Metellus Seruiliũ negabãt iure
aut Tribunum pl. fuisse aut edilem esse, quod patrem eius quẽ
trium uirum agrarium, occisum a Bouis circa mutinam esse opi
nio per decem annos fuerat. uiuere atq; in hostium potestate eẽ
satis constabat. Vndecimo anno punici belli consulatum inierũt.
Mar. Marcellus Quintũ ut numeraretur consulatus, quẽ uitio cre
atus non gessit. & Quintius Crispinus Vtrisq; consulibus italia de
creta prouincia est. & duo consulares prioris anni exercitus. Ter
tius tum erat Venusie cui Marcellus prefuerat, ita ut ex tribus
eligerent duos quos uellent tertius ei daretur, cui tarentum &
salẽtini ꝓuĩcia eueĩss&. Cetse ꝓuĩcie ita diuise ꝑtoribꝫ. P. Licinio Varo
urbana. P. Licinio crasso pontifici maximo peregrina. & quo se
natus censuisset sexto iulio cesari sicilia. Q. claudio flaminio ta
rentum. Prorogatum in annum imperium est. Q. Fuluio flacco
ut prouinciam capua ĩ qua 7 T. Quĩtius prefuerat cum una legio
ne obtineret. Prorogatum imperium in annum est & celio hosti
lio tubulo ut pro pr. in hetruriam ad duas legiones. S. C. acce
deret. C. Calphurnio prorogatum & L. Veturio Philoni est. ut
pro pr. galliam tandem prouinciam hisdem duabus legionibus
obtineret quibus pretor obtinuisset quod in L. Veturio idem
in C. aurunculeio decretum ab senatu latumq; est de imperio pro
rogando ad populum qui pretor sardiniam prouinciam cũ du
abus legionibus obtinuerat. Addite ei ad presidium prouincie
quinquaginta naues, quas P. Scipio ex hispania misisset & P.
Scipioni & M. Syllano sue hispanie suiq exercitus in annum de
creti. Scipio ex LXXX. nauibꝫ quas aut secum ex italia adduc
tas aut capta carthagine hẽbat quinquaginta in sardiniã trãs
mittere iussus: quia fama erat magnum naualem apparatum
eo anno Cartagini esse. CC. nauibus omnem oram italie siciliæ
sardiniæq; impleturos: & in Sicilia ita diuisa res est. Sexto cesa

ri exercitus cannensis datus est. M. Valerius Leuinus ei quoque
prorogatum imperium est: classem que ad siciliam erat nauium
Lxx. obtineret. Addēt eo xxx. naues que ad tarentum priore
anno fuerant cum ea c. nauium classe si uideretur ei predatū
in affricam trauceret. & P. Sulpitio ut eadem classe macedoniā
greciamq; prouinciam haberet: prorogatum in annū imperiū
rium est. De duabus que ad urbem ro. fuerant legionibꝫ nihil
mutatum. Supplementum quo opus esset scriberent. conss. per
missum Vna & uiginti legionibus eo anno defensum imperium
ro. est. Et P. Licinio uarro. Pr. urbis negocium datum ut lon
gas naues xxx. ueteres reficeret que in hostia erant. & xx.
naues sociis naualibus impleret ut quinquaginta nauiū classe
oram magis uicinam urbi ro. tueri posset. C. Calphurnius ueti
tus ab arretio mouere exercitum: nisi cum successor uenisset.
I dem & tubulo imperatum ut inde precipue caueret nequa no
ua consilia caperentur. Pretores in prouincias profecti. Consu
les religio tenebat quod prodigiis aliquot nuntiatis non facile
litabant. Et ex campania nuntiata erant Capue duas edes for
tune & martis & sepulchra aliquot de celo tacta cum adeo mi
nimis etiam rebꝫ parua relligio inserit deos mures in ede iouis
aurum rosisse. Casini examen apum ingens in foro consedisse
& hostie murum portamq; de celo tactam. Cere uulturium uolas
se ī edē iouis uulsinis sāguine lacū manasse. Hoꝝ prodigioꝝ causa
diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostie maiores sine
litatione cese diuq; non impetrata pax deum in capita consulū
re publica in columi exitiabilis prodigiorum euentus uertit. Lu
di apollinares. Q. fuluio. ap. Cl. cos a. P. Cor. Sylla p̄tore urbis p̄mū
facti erant. Inde omnes deinceps pretores urbani fecerant. sed
in unum annum uouebant dieq; incerto faciebant. Eo anno pe
stilentia grauis incidit in urbē agrōq; que tamen magis in mor
bos longos q̄ in perniciabiles euasit. Eius pestilētie cā & suppli
catum per compita tota urbe est. & P. Licinius Varrus Pr. urbis

legem ferre ad populum iussus: ut ludi in perpetuum instauratam
diem uouerentur. Ipse primus ita uouit fecitq; ante diem tertiū
nonas quintiles: is dies deinde solemnis seruatus. De Arretinis &
grates agerent. statum quoq; ciuitatis: ea uictoria mouit: ut ta
inde haud secus: q; in pace res inter se contrahere uendendo emen
do: mutuum dando. argentum creditum soluendo: auderent. C.
Claudius consul cum in castra redisset: caput hasdrubalis: quod ser
uatum cum cura attulerat: prouci ante hostium stationes: captiuoq;
afros: uinctos ut erant: ostendit. duos etiam ex iis solutos ire ad han
nibalem: & exprimere que acta essent iussit. hannibal tanto simul
publico: familiariq; uictus luctu: agnoscere se fortunam carthaginis
fertur dixisse. castris inde motis. omnia auxilia: que diffusa la
tius tueri non poterat. In extremum Italie angulum. Brutios con
traxit: & Metapontinos: ciuitatem uniuersam exutos sedibus suis
& Lucanos qui sue ditionis erant: in Brutium agrum traduxit.

TITI LIVII PATAVINI
HISTORICI DE SECVNDO
BELLO PVNICO
LIBER VII.
EXPLI
CIT

CVM TRANSITV Hasdrubalis: quantum in Italia declinauerat belli: tantum leuare hispanie uiderentur: renatum ibi subito par priori: bellum est. Et hispanias ea tempestate sic habebant Romani. Poenique hasdrubal Gisgonis filius ad oceanum penitus. Gadesq; concesserat. Nostri maris ora: oīsq; ferme hispania: qua in orientem uergit. Scipionis ac romane ditionis erat. Nouus imperator hanno in locum Bāchum hasdrubalis: cum nouo exercitu ex africa transgressus: Magonq; unā tus: quom in Celtiberia: que media inter duo maria est: breui magnum hominum numerum armasset. Scipio aduersus eum. M. Syllanum cum decem milibus peditum: equitibus quingentis: t misit. Syllanus quantis maximis potuit itineribus. Impediebat autem & asperitates uiarum: & angustie: saltibus crebris: ut plerag; hispanie sunt inclusē: tamen non solum nuntios: sed etiam famam aduentus sui pregressus: ducibus indidē: ex celtiberia transfugis: ad hostem peruenit. Eisdem auctoribus compertū est: q; decem circiter milia ab hoste abessent. Bina castra circa uiam: qua irent: esse leua celtiberos nouum exercitum: supra nouē milia hominum: dextra punica tenere castra. Ea stationibus uigiliis omnia iusta militari custodia: tuta & firma esse: Illa altera soluta neglectaq; ut Barbarorum & tyronum. & minus timētiū: q; in sua terra essent. Ea prius aggrediendā esse ratus Syllanus signa q̄ maxime ad leuam iubebat ferri. Nec unde abstationibus punicis conspiceretur: Ipse premissis speculatoribus citato agmine: ad hostem pergit. Tria milia ferme aberat: cum haud dum quisq̄ hostium senserat confragosa loca: & obsita uirgultis: tene

bant colles. ibi in caua ualle. atq; ob id occulta: considere militē
& cibum capere iubet interim speculatores trasfugarum dicta
affirmantes: uenerunt. Tunc sarcinis in medium coniectis ar
ma Romani capiunt: acieq; iusta in pugnam uadunt. Mille pas
suum aberant: cum ab hoste conspecti sunt: repenteq; trepidari
ceptum mago ex castris: citato equo ad primum clamorem & tu
multum aduehitur. Erant autem in celtibero exercitu. iiii. milia
scuta: & cc. equites. Hanc iustam legionem: & id ferme quod ro
boris erat in prima acie locat leuem armaturam in subsidiis po
suit. Cum ira instructos educeret e castris uix dum egressos ual
lo in eos Romani pila coniecerunt Subsidunt hispani aduersus
emissa tela ab hoste. Inde ad emittenda ipsi consurgunt. Quecum
confertim Romani ut solent: densatis excepissent scutis Tū pes
cum pede collatus: & gladiis res geri coepta est. Ceterum asperi
tas locorum celtiberis: quibus in prelio concursare mos est: uelo
citatem in utilem faciebat. & haud iniqua eadem erat Romanis
stabili pugne adsuetis: nisi q; angustie & internata uirgulta or
dines dirimebant. Et singuli biniq; uelut cum paribus: consere
re pugnam cogebantur. quod ad fugam impedimento hostibꝫ erat:
id ad cedem eos: uelut uinctos: prebebat. Etiam ferme omnibus
scutatis celtiberorum interfectis: leuis armatura & carthaginē
ses qui ex alteris castris subsidio uenerant perculsi cedebantur.
D uo aut amplius milia peditum: equitatus omnis uix inito prelio.
cum Magone effugerunt. hanno alter Imperator cum eis q̄ po
stremi iam profligato prelio: aduenerant uiuus capitur. Mago
nemq; fugientem equitatus ferme omnis: & quod ueterum pedi
tum erat: sequuti. decimo die in Gaditanam prouinciam ad has
drubalem peruenerunt celtiberi: nouus miles: in proximas di
lapsi siluas: inde domos diffugerunt. Per opportuna uictoria: ne
quaq̄ tantum tam conflatum bellum: quanta futuri materia belli
si licuisset iis celtiberorum gente excita: & alios ad arma solici
tare populos oppressum erat. Itaq; collaudato benigne Syllano: ii

al
.xl. scutati

Scipio spem debellandi. si nihil etiam ipse contando moratus esset.
N actus ad id: quod reliquum belli erat: in ultimam hispaniam aduer
sus hasdrubalem pergit. poenus cum castra sua forte ad sociorũ
animos in Betica continendos in fide haberet: signis repente su
blatis: fuge magis q̃ itineris modo: penitus ad Oceanum & Gades
ducit. Cæterum q̃ ad continuisset exercitum: propositum bello
se fore ratus: anteq̃ freto Gadis traiiceret. exercitum omnẽ passi
in ciuitates diuisit. ut & muris se ipsi: & armis muros tutarentur.
S cipio ubi animaduertit dissipatum bellum. & circunferre ad sigu
las urbes arma diutini magis: q̃ magni esse operis: retro uertit iter:
ne hostibus tamen eam relinqueret regionem. L. Scipionem fra
trem: cum decem milibus peditum & mille equitum: ad oppugnã
dam opulentissimam in iis locis urbem: quam Orongin Barbari ap
pellant: mittit. in Mesessum finibus est sita: hispaniæ gentis ager et
frugifer argentum etiam incolæ fodiunt. Ea arx fuerat hasdruba
li ad excursiones circa mediterraneos populos faciendas. Scipio
castris prope urbem positis: priusq̃ uallaret urbem: misit ad portas:
qui ex propinquo colloquio animos temptarent suaderentq; ut
amicitiam potiusq̃ uim experirentur Romanorum. ubi nihil paca
ti respondebatur: fossa dupliciq; uallo circundata urbe: in tres par
tes exercitum diuisit: ut una semper pars quietis interim duabꝫ oppu
gnaret prima pars cum adorta oppugnare est: atrox sane: & anceps
prelium fuit. non subire: non scalas ferre ad muros pre insidentibꝫ
telis: facile erat. & iam qui erexerant ad murum scalas: alii furci ad
ad id ipsum factis: detrudebantur in alios lupi superne ferrei iiecti
ut in periculo essent: ne suspensi in murum extraherentur. Quod
ubi animaduertit Scipio nimia paucitate suorum exequatũ cer
tamen esse: & iam eo superare hostem: q; ex muro pugnaret: duabꝫ
simul partibus: prima recepta: urbem est aggressus: quæ res tantũ
pauorem iniecit fessis iam cum primis pugnando: ut & oppidani
moenia repentina fuga desererent. & Punicum præsidium metu: ne
prodita urbs esset: relictis stationibus: in unum se colligeret. Timor

inde

inde oppidanos incessit: ne si urbem hostis intrasset: sine discri
mine. Poenus an Hispanus esset: obuii passim cederentur. Itaq; pa
tefacta repente porta: frequentes ex oppido sese eiecerunt. scuta
pre se tenentes: ne tela procul conuicerent: dextras nudas osten
tantes ut gladios abiecisse appareret. Id utrum parum ex interual
lo sit conspectum: An dolus aliquis suspectus fuerit in cōpertū est
impetus hostilis in transfugas factus. nec secus q̄ aduersa acie cęsa
eademq; porta signa infesta urbi illata. & aliis partib; securibus
dolabris cedebantur. & refringebantur portę. & ut quisq; intra
uerat eques: ad forum occupandum: ita enim pręceptum erat:
citato equo pergebat. additum erat & Triariorum equiti pręsi
dium. Legionarii Cęteras partes peruadunt: direptione & cede ob
uiorum nisi qui armis se tuebantur abstinuerunt. Carthaginense
omnes in custodia dati sunt oppidanorum quoq; ccc. ferme qui
clauserant portas. cęteris traditum oppidum suę reddite res. Ce
cidere in urbis eius oppugnationem: hostium duo milia ferme.
R omanorum haud amplius. Lxxx. Lęta & ipsis qui rem gessere:
urbis eius oppugnatio fuit & imperatori: cęteroq; exercitui spe
ciosum aduentum suum: ingentem turbam captiuorum pre se
agentes fecerunt. Scipio collaudato fratre: cum quanto poterat
uerborum honore Carthagini a se capitę: captam ab eo oringin
equass& quia & hyems instabat: ut nec captare Gades: nec disiec
tum passim per prouinciam exercitum hasdrubalis consectari pos
set: in citeriorem hispaniam omnes suas copias reduxit: dimissisq;
in hyberna legionibus. L. Scipione fratre romam misso & hano
ne hostium imperatore: cęterisq; nobilibus captiuis: spe Tarraco
nem concessit. Eodem anno classis romana cum M. Valerio Leui
no proconsule ex Sicilia in Africam transmissa: in Vticensi Cartha
ginensiq; agro latę populationes fecit. extremis finibus Cartha
ginensium: circa ipsa mœnia Vticę prędę actę sunt. Repetentib;
Siciliam classis punica. Lxx. erant longe naues occurrit decemq;
& septem naues ex iis captę sunt: quattuor in alto mersę: cętera

fuga ac fugata classis. Terra mariq; uictor Romanus: cũ magni omnis generis pręda: Lilybeum repetit. Toto inde mari pulsis hostium nauibus magni commeatus frumenti Romam subiecti. ¶

Principio æstatis eius: qua hæc sunt gesta. P. Sulpitius proconsul & attalus Rex cum æginę: sicut ante dictum est hybernassent: lenũ in classe iuncta: Romanæ. v. & xx. quinq; remes: Regię. v. & xxx. transmiserunt. Et philippus: ut seu terra: seu mari obuiam eundũ hosti foret: paratus ad omnes conatus esset: Ipse Demetriadẽ ad mare descendit. Larissam diem ad conueniendum exercitu edixit. Vndiq; ab Sociis Legationes Demetriadẽ ad famam Regis conuenerunt. Sustulerant enim animos ætoli: cum ob Romanã societatem tum post attali aduentum. finitimosq; populabantur: ne acarnanes solum: Boetiiq; & qui euboeam incolunt: ĩ magno metu erant: sed achęi: quoq; quos super Aetolorum bellum Machanidas enim Lacedęmonius Tyrannus. haud procul argiuorũ fine. positis castris: terrebat. Hi omnes suis quisq; urbibus: quæ pericula terra: mariq; portendebantur memorantes memorantes: auxilia Regem orabant. ne ex Regno quidem ipsius tranquille nũtiabantur res. Scertiledum pleuratumq; motos esse. & Thracũ: maxime Medos: si quod longinquum bellum regem occupasset: proxima Macedonię incursuros. Boetii quidem: & interiores gręcię populi Thermophylarum saltum: ubi angustię fauces coartant ĩter fossa ualloq; intercludi ab ætolis nuntiabant: ne trãsitum ad urbes tuendas Philippo darent. Vel segnem ducem tot excitare tumultus circunfusi poterant: Legationes dimittit: pollicitus prout tempus: aut res sedaret: omnibꝫ laturum se auxilium in presentia que maxime urgebant: res pareret. Tum præsidium urbi ¶ mittit: unde allatum erat attalum a Lemno classe transmissa oẽm circa urbem agrum depopulatum. Polyphantem cum modica manu Boetiam: in Enippum Item quendam ex Regiis ducibus: cũ mille pelãtis: pelta cetrę haud dissimilis est: chalcidem mittit ad diti quĩgenti Anianum. ut omnes insulę partes tueri posset. ipe

Scotusoam

gaaere pag. 94.

cilia ac sardinia cessere. Hinc uectigales ac stipendiarios fieri se passi sunt. aut pugnam aduersam in africa cui postea hannibal succubuit: nulla ex parte comparande sunt. nisi quod minore animo late sunt. P. furius philus & Marcus Pomponius pretores senatum in curiam hostiliam uocauerunt: ut de urbis custodia consulerent. Neq; enim dubitabant deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam romam, quod unum opus belli erat uenturū.

Cum in aliis sicut in gentibus ita ignotis nec consilium quidem satis expedirent obstreperetq; clamor lamentantium mulierum & non dum palam facti uiri mortuiq; & pene omnes pene domos complorarentur promiscue. Tum fabius maximus censuit equites expeditos & appia & latina uia mittendos, qui obuiam euntes percunctarent aliquos profectos ex fuga passim dissipatos forte referant quæ fortuna consulum atq; exercituum sit. & siquid dii immortales miseri imperii reliquum romano nomini fecerint, ubi ea copiæ sint, quo se hannibal post prelium contulerit quid paret, quid agat, acturusq; sit. Hæc exploranda noscendaq; per impigros iuuenes esse. illud per patres ipsos agendum quin magistratuum parum sicut tumultum ac trepidationem in urbe tollant. matronas publico arceant, continereq; intra suum quāq; limen cogant, comploratus familiarum coherceant, silentium per urbem faciant. nuntios rerum omnium ad pretores deducendos curent. suæ quisq; fortunæ domi auctorem expectent. custodes preterea ad portas ponant, qui prohibeant quenq; egredi urbem, cogantq; homines nullam nisi urbe ac membris salutis salutem sperare. Vbi conticuerit recte tumultus tum in curiā patres reuocandos, consulendumq; de urbis custodia esse. Cū in hanc sententiam pedibo omnes issent, sumotaq; foro magistratuū turba: patres diuersi ad sedandos tumultus discessissent, tum demum littere a Terentio consule allate sunt. L. Emilium cons. exercitumq; cæsum, euasum se esse reliquias tante cladis uelut ex naufragio colligentem ad .x. milia militum ferme esse mecō

positorum in ordinatorum q. se nunc sedere ad cannas in captiuo
rum pretiis preda q. alia nec uictoris animo nec magni ducis mo
re nuntiantem. Tum priuate quoq. per domos clades uulgate sūt
adeoq. totam urbem oppleuit luctus ut sacrum annuersarium
cereris inter missum sit. quia nec lugentibus id facere est fas. Nec
ulla in ulla tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaq. ne ob
eandem causam alia q̄q̄ sacra publica aut priuata deserentur
S. C. diebus .xxx. luctus est suntus. Ceterum cum sedato urbis
tumultu reuocati in curiam patres essent alie insuper ex sicilia lit
tere allate sunt a T. octacilio propr. regnum hieronis classe pu
nica uastari. cui cum opem imploranti ferre uellent nuntiatum
his est aliam classem ad egatis insulam stare paratam instructaq.
ut ubi se aduersum tuendam siracusanam oram pem sensissent li
libeum ex templo prouinciamq. aliam romanam aggrederentur.
I taq. classe opus esse si regem socium siciliamq. tueri uellent. Lutte
ris consulis pretoris quem Appium Claudium qui classi ad hostiā
stanti preesset. Canusium ad exercitum mittendum scribendūq.
consuli ut cum .PR. exercitum tradidisset primo quoq. tempor
quantum per cōmodum rei. p. fieri posset romam ueniret. Terri
ti etiam super tantas clades cum ceteris prodigiis. tum quod duc
uestales eo anno. Opima atq. floronia stupri comperte. & altera
sub terra. ut mos est ad portam collinam necata fuerat. Altera sibi
met ipsa mortem consciuerat. L. Cantilius scriba pontificis quos
nunc minores pontifices appellant. qui cum floronia stuprum fe
cerat a pontifice maximo eo usq. uirgis in comitio cesus est. ut
inter uerbera expiraret. Hoc nefas. cum inter tot ut fit cladeꝫ
in prodigium uersum esset. x. uiri libros adire iussi sunt. Et fabi'
pictor delphos ad oraculum missus est. sciscitatum quibus pcibu'
supplicis q. deos possent placare. & quenam futura finis tantis
cladibus foret. Interim ex fatalibꝫ libris sacrificia aliquot extra
ordinaria facta. inter que gallus & gallina. grecus & greca i foro
bouario sub terra uiui demissi sunt in locum saxo consectū ubi

ante hostiſ humanſ minime romano ſacro inbutum placatiſ ſanis
ut trebantur deiſ. M. Claudiuſ marcellus ab hostia & milites quo' in
claſſem ſcriptoſ habebat: romam ut urbi preſidio eſſent mittit ipſe
legionem claſſiſ ea legio tertia erat cum Tr. mil. Theanum iudicium
premiſſam claſſe tradita P furio philo colleg paucoſ cheſ canuſiũ
magnuſ utrinq; uiribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum duc
tus Iunius & T. Sempronius magiſter equitum delectuſ edicto iu
nioris ab annis xvii & quoſdam pretextatos ſcribunt quatuor ex
hiſ legionib⁹ & mille equites effecti. Item ad ſocios Latinumq; nom
ad milites accipiendos ex formula mittunt. Arma tecta alia parari
iubent & uetera ſpolia hoſtium detrahunt templiſ porticibuſq; & alĩ
formam noui delectus inopia liberorum capitum ac neceſſitaſ de
dit octo milia iuuenum ualidorum ex ſeruiſ priuſ ſciſcitantes ſin
gulos uellent ne militare empta publice armauerunt. Hic mileſ
magiſ placuit cum pretio minore redimi captiuos copia fieret. ar
N anq; hannibal ſecundum tam proſperam ad cannaſ pugnam uicto
riſ magiſq; bellum gerentis intentuſ curis cum captiuis productis
ſegregatisq; locus ſicut ante ad trebiam tranſymenumq; lacum
benigne allocutus ſine pretio dimiſiſſet. Romanoſ quoq; uocatos
quod nunq; aliaſ antea miti ſermone alloquitur. Non interuentio
ne ciuium ſibi eſſe cum romanis bellum de dignitate atq; imperio
certaret & patreſ uirtuti romanę ceſſiſſe & ſe id ad uiri uirtuſue in
uicem ſimul felicitati & uirtuti cedere. Itaq; redimendi ſe captu
uiſ copiam fecere pretium fore in capita equiti quingentos qua
drigatos nũmoſ. trecenoſ pediti ſeruo centum. Quanq; aliquãtũ
adiuuabat equitibuſ ad id pretium quo pepigerant dedentes ſe le
ti tamen quancunq; conditionem paciſcendi acceperunt. Placuit
ſuffragio ipſorum .x. deligi qui romam ad ſenatum irent. Nec pi
gnus aliud fidei q; ut iurarent ſe rediturоſ acceptum. Miſſuſ eĩ
biſ chartalo nobilis carthaginenſis⸗ qui ſi forte ad pacem inclĩ
naret animoſ conditiones ſerret. Cum egreſſi caſtris eſſent ur
gebis minime romanu ingenii homo: ueluti aliquid oblituſ iu

ris uirandi saluendi causa: cum in castra rediisset ante noctem comi
tes assequuntur. Vbi eos romam uenire nuntiatum est. carthaloni
obuiam lictor missus qui dictatoris uerbis nuntiaret ut ante noc
tem excederet finibus romanis. Legatis captiuorum senatus ab
dictatore datus est. quorum princeps. M. Iunius. p. c. inquit. Ne
mo uestrum ignorat ulli unq̃ ciuitati uiliores fuisse captiuos q̃
nostre. Ceterum nisi uobis plus iusto nostra placet causa. non alii
unq̃ minus negligendi uobis q̃ alios in hostium potestatem ue ne
runt. Non enim in acie per timorem arma tradidimus. sed cũ
prope ad noctem superstantes cumulos cesorum corporum pre
lium extraxissemus. in castra recepimus nos. Diei reliquum ac noc
tem insequentem fessi labore ac uulneribus uallum sumus curati.
Postero die circumfessi ab exercitu uectore aqua arcemur. nec ulla
iam per confertos hostis erumpendi spes esset. nec esse nefas duce
remus. L. milibus hominum ex acie trucidatis nostra. aliquẽ ex
cannensi pugna romanumanum militem restare. tunc demum
pacti sumus pretium quo redempti dimitteremur. Arma in qb
nihil iam auxilii erat hosti tradidimus. maiores quoq; accepera
mus se a gallis auro redemisse & patres nostros asperrimos illos
ad conditionem pacis legatos tamen ad captiuorum redimẽdo
rum gratiam tarentum misisse. atq; in italia cum gallis & ad he
racleam cum Pyrrho. utraq; non tam clade infamis q̃ pauore &
pugna fuga fuit. Cannenses campos acerui romanorum corpo
tegunt. Nec supersumus pugne. nisi in quibus trucidandis & fer
rum & ires defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam. qui nec
in acie quidem refugerunt. sed presidio castris relictis cum ca
stra traderentur in potestatem hostium uenerunt. Haud equid
ullius ciuis aut cõmilitonis fortune aut conditionis inuideo. Nec
premendo alium me extulisse uelim uidi. ne illis quidem nisi perni
citatis pedum. & cursus aliquod premium est. qui plerq; iner
mes ex acie fugientes. non prius q̃ uenusie. aut Canusi constite
runt. se nobis merito pretulerunt. gloriam q̃ sunt in se plus q̃ in

nobis presidii rei. P. esse sed illis & bonis ac fortibus uiris militibusq; utemini: & nobis iam promptioribus pro patria quod beneficio uro redempti atq; in patrium restituti fuerimus. Dilectum ex omni ęta te & fortuna habetis. VIII. milia armari seruorum audio, nō minor numerus noster est, nec maiore pretio redimi possumus. q̄ hii emū tur. Nam si conferam nos cum illis iniuriam nomini ro. faciā. Illud etiam in tali consilio animaduertendum uobis censeam. P. C. si tā duriores esse uelitis quod nullo nostro merito faciatis quin nos hosti relicturi sitis. Pyrrho uidelicet qui uos hospitium numero ha buit captiuos an barbaro ac peno. qui utrum auarior an crude lior sit. uix existimari potest. Si uideatis catenas squalorē defor mitatemq; cuium uestrorum. non minus profecto uos ea species moueat. q̄ si ex altera parte cernatis stratas cannentibus campis legiones uestras. Intueri potestis sollicitudinem & lachrimas in uestibulo curię stantium cognatorum nostrorum expectantiū q; responsum uestrum. Cum u pro nobis proq; iis qui absunt ita suspensi ac solliciti sint. quem censetis animum ipsorum esse. q̄ in discrimine uita libertas q; esset. si medius fidius ipse in nobis mitis hannibal contra naturam suam esse uelit. nihil tamen no bis uita opus esse censēmus. cum indigni ut redimeremur a uo bis inuisi sumus. redire Romam. q̄ remissi a Pyrrho sine pretio capti. sed ut redire cum legatis primoribus ciuitatis ad redimē dos se se missis. Redeam ego in patriam. cc̄. nūms nō estima tus ciuis. suum quisq; animum. P. C. scio in discrimine esse. ui tam corpus meum, magis me fame periculum mouet. ne a uo bis damnati ac repulsi abeamus. neq; enim uos pretio peperisse homines credent. Vbi is finem fecit ex templo ab ea turba quę in comitio erat clamor flebilis est sublatus: manusq; ad curiā tendebant orantes: ut sibi liberos fratres. cognatos redderēt. F eminas quoq; metus ac necessitas turbe ac in foro uirorum imis cuerat. Senatus subinotis arbitris consuli ceptus. Ibi cum sentē tiis uariaretur: & alii redimendos de publico: alii nullam pū

impensam faciendam nec prohibendos e priuato redim. Si qb
argentum in presentia deesset dandam ex erario pecuniam mutuã
prediis ac predibus cauendum populo censerent. Tum T. Mãlius
torquatus prisce ac nimis dure ut plerisq; uidebatur seueritatis
interrogatus sententiam: ita loquutus fertur. Si tantũmodo po
stulassent legari pro his qui in hostium potestate sunt ut redi
merentur sine ullius insectatione eorum breui sententia peregis
sem. Quid enim aliud q̃ admonendi essetis: ut morem tradi
tum a patribus necessario ad rem militarem exemplo seruaretis.
Nunc autem cum prope gloriati sint quod se hostibus dederint pre
ferriq; non captis modo in acie ab hostibus: sed etiam bis q uenum
canusium peruenerint: atq; ipsi C. Terentio consuli equum cen
suerint: nihil uos eorum p. c. que ibi acta sunt ignorare patiar.
Atq; utinam hec que apud uos acturus sum. Canusii apud ipsum
exercitum agerem optimum testem ignauie cuiusq; & uirtutis
aut unus hic saltem adesset. P. C. Sempronius. Quem si ish du
cem secuti essent milites hodie in castris romanis non captiui
in hostium potestate essent: & cum fessis pugnando hostib; tũc
uictoria letis: & ipsis plerisq; regressis in castra sua noctem ad
erumpendum liberam habuissent: & septa armatorum homi
num erumpere etiam inter confertos hostes possent. Neq; per se
ipsi hoc facere conati sunt: neq; alium sequi uoluerunt. Hoc te
prope tota. p. Sempronius Tuditanus non destitit admonere ad
hortari eos: dum paucitas hostium circa castra: dum quies ac silẽ
tium esset: dum nocte inceptũ tergẽ possẽt seducẽ: seqrentur: ante
lucem peruenire in tuta loca: in sociorum urbes posse. Sicut auos
memoria. P. Decius tr. mil. in samnio: sicut nobis adolescentib;
priore punico bello calphurnius flamma. trecentis uoluntariis
cum ad tumulum eos capiendum situm inter medios hostes du
ceret dixit. Moriamur milites: & morte nostra eripiamus ex
obsidione circũuentas legiones. Si hoc p. sempronius duceret.
nec uos q̃ nec romanos uos duceret: si nemo tante uirtutis

exciſteret comeſ: uiam non ad gloriam magiſq; ad ſalutem ferē
tem demoſtraret: duces in patriam ad parentes ad coniuges ac
liberoſ facit. Vt ſeruemini deeſt uobiſ animus: quid ſi moriēdū
propriam eſſet faceretis? Quinquaginta milia ciuium ſociorumq;
circa uoſ eo ipſo die ceſa iacent. Si tot exempla uirtutis nō mouēt:
nihil unq; mouebit. Si tanta cladeſ nobiſ uilē uitā nō fecit: nulla
faciet. Et liberi atq; incolumeſ deſiderate patriam: imo deſide
rate dum patria eſt: dum cuiuſ eius eſtiſ: ſero nunc deſiderati de
minuti capite: abalienati uire ciuium: ſerui carthaginenſiū facti:
pretio redituri eſtis eo: unde ignauia ac nequitia abiſtiſ. P. Sem
pronium ciuem ueſtrum non audiſtis arma capere ac ſequi ſe iu
bentem hannibalem poſt paulo audiſtis caſtra prodi & arma trади
iubentem. Quam ego ignauiam iſtorum accuſo cum ſceluſ poſſim
accuſare? Non enim modo ſequi recuſarunt bene monentem: ſed
obſiſtere ac retinere conati ſunt: ſtrictis gladiis uiri fortiſſimi in
ertiſ ſubmouiſſent. priuſ inq;. P. Sempronio per ciuium agmen q̄
per hoſtium fuit erumpendum. hoſ cuiuſ patria deſideret: quos ſi
ceteri ſimuleſ fuiſſent: neminem hodie ex hiſ qui ad cannas pugna
uerunt ciuem haberet. Ex milibus. VII. armatorum ſexcenti ex
titerunt qui erumpere auderent: qui in patriam liberi atq; arma
ti rediret: neq; hiſ ſexcentis milia hoſtium obſtitere. Q̄ tutum
uer duarum prope legionum agminiſ futurum cenſetis fuiſſe?
haberetiſ hodie. xx. milia armatorum canuſii fortia fidelia P. c.
N unc autem quemadmodum hi boni fideleſq; nam fortaſſe ipſi qđ
dixerunt ciuiſ eſſe poſſunt? niſi quiſ credere p̄ fuiſſe: ut erūpen
tibuſ quin erumperent obſiſtere conati ſint. Aut non inuidē eo
tum incolumitati tum gloriæ illorum per uirtutem parte cū ſibi
timorem ignauiamq; ſeruitutis ignominioſe cauſam eſſe ſciant:
maluerunt intentoriis latenteſ ſimul lucem atq; hoſtem expec
tare: cum ſilentio noctis erumpendi occaſio eſſet: ad erumpēdū
e caſtriſ defuit animus. Ad tutanda fortiter caſtra animū habue
runt. Dieſ ac noctes aliquot obſeſſi arma ſe ipſi tutati uallo ſunt:

T andem ultima ausi passiq; cum omnia subsidia uite deessent. affec
tisq; fame uiribus arma iam sustinere nequirent: necessitatib⁹
magis humanis q̃ armis uicti sunt. Orto sole hostis ad uallũ acces
sit: ante secundam horam nullam fortunam certaminis experti
tradiderunt arma ac se ipsos. hec uobis ipsorum per biduum mi
litia fuit: cum acie stare ac pugnare decuerit. Cum in castra re
fugerunt: cum pro uallo pugnandum erat castra tradiderunt:
neq; in acie neq; in castris utiles. Quos redimam: cum erumpere
castris oportet: cunctamini ac manetis: cum manere: castra tuta
ri armis necesse est: & castra & arma & uos ipsos traditis hosti.
E go non magis istos redimendos. P. C. censeo: q̃ illos dedendos
hannibali: qui per medios hostes e castris eruperunt: ac per sũmã
uirtutem se patrie restituerunt. Postq̃ manlius dixit: quanq̃
patrum quoq; plerosq; captiui cognatione attingebat: preter exẽ
plum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indul
gentes: pecunie quoq; summa homines mouit: qua nec erariũ
exhaurire magna iam summa erogata in seruos ad militiam
emendos armandosq;: nec hannibalem maxime huiusce rei ut
fama erat egentem uolebant locupletari. Cum triste responsum
non redimi captiuos redditum esset: nouusq; super ueterem luc
tus tot iactura ciuium adiectus esset: Cum magnis fletibus que
stibusq; legatos ad portam prosecuti sunt. Vnus ex his domũ ha
abiit: quod fallaci reditu in castra iure iurando se exsoluisset:
Q uod ubi innotuit relatumq; ad senatum est: omnes censuerunt
comprehendendum & custodibus publice datis deducendũ ad
hannibalem esse. Est & alia de captiuis fama. x. primos uenisse
de eis: cum dubitatum in senatu esset: admiterentur in urbem
nec ne: ita admissos esse: ne tamen his senatus daretur. Moran
tibus deinde longius omnium spe. alios insuper tres legatos ue
nisse. L. Scribonium & C. Calphurnium & L. Manilium. Tum
deinde a cognato Scribonii tr. pl. de redimendis captiuis re
latum esse: nec censuisse redimendos senatum: & nouos lega

tos tres ad hannibalem reuertisse. x. ueteres remansisse: q̄ per causam recognoscendi nomina captiuorum ad Hannibalem ex itinere regressi religione sese exsoluissent. De his dedendis magna contentione actum in senatu esse: uictosq̄ paucis sententiis, qui dedendos censuerint. Ceterum proximis censoribus adeo omnibꝫ notis ignominiisq̄ confectos esse: ut quidam eorum mortem sibi ipsi cōsciuerint. Ceteri non foro solum: omni deinde uita: sed prope luce ac publico caruerint. Mirari magis adeo discrepare inter auctores, q̄ quid ueri sit discernere queas. Quanto aut̄ maior hec clades superioribus cladibꝫ fuerit uel ea res inditio est: qui sociorum ad eam firmi steterant: tum laborare cœperunt: nulla profecto alia de re: quam q̄ desperare cœperant de Imperio. Defecere autem ad pœnos hi populi: Atellani: Calatini: hirpini: Apulorum pars: Sañites preter pentros: Brutii omnes: Lucani: preter hos Surretini: & grecorum omnis ferme ora Tarentini: Methapontini. Crotonēses: Locriq̄: & cisalpini: omnes Galli: Nec tamen hæ clades defectiōes quæ sociorum mouerunt: ut paucis unq̄ mentio apud romanos fieret. Neq̄ ante consulis Romani aduentum: nec postq̄ is rediit. Renouauitq̄ memoriam acceptę cladis. Quo in tempore ipso: adeo magno animo ciuitas fuit ut consuli Varroni: ex tanta clade cuius ipse maxima causa fuisset: redeunti: & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus fit: & gratię actę quod de Re publica non desperasset. Qui si Carthaginensium Ductor fuisset nihil recusandum supplicii foret:

.T. L I V II P A T A V I N I
H I S T O R I C I D E S E
C V N D O B E L L O P V N I C O.

.L. II. EXPLICIT.

T. LIVII PATAVINI
HISTORICI DE SE
CVNDO BELLO PVNI
CO
LIBER. III.



HANNIBAL Post
cānēsē pugnā castra capta ac direp
ta: confestim ex Apulia in Samnīū
mouerat: accitus in hirpinos a Sta
tio pollicente se cōpsam traditurum.
Compsanus erat trebius nobilis in
ter suos: sed premebat eum compsa
noꝝ factio familiæ per gratiam Ro
manoꝝ potentis. Post famam cannē
sis pugnæ uulgatūq; crebris sermonibus aduentum hannibalis
cum compsam urbem excessissent: sine certamine tradita urbs
peno presidiumq; acceptum est. Ibi preda omni atq; impedimēto
relictis. exercitu partito magonem regionis eius urbes aut defi
cientes a romanis accipere: aut detrectantes cogere ad defectio
nem iubet. Ipse per agrum campanum mare inferum petit: oppu
gnaturus neapolim: ut urbem maritimam haberet. Vbi fines Ne
apolitanorum intrauit: numidas partim in insidiis ut plerēq; ca
ue sunt uie sinusq; occulti quacunq; apte poterat disposuit. Alios
pre se actam predam ex agris ostentantis obequitare portis iussit.
Inques quia nec multi & incompositi uidebantur cum turma eq
tum erupisset abscendentibus consulto tracta in insidias circum
uenta est. Nec euasisset quisq; ni mare propinquum & haud pro
cul litore naues piscatorie plereq; cōspectę peritis nanch dedis
sent effugium. Aliquot tamen eo prelio nobiles iuuenes cesi in
ter quos & egeas prefectus equitum intemperantius cedētes
secutus cecidit. Ab urbe oppugnanda pœnum abstinuere con

specta mẽnia haud quaq̃ propta oppugnatu: Inde capuã flec
tit uer: luxuriantem longa felicitate ac indulgentia fortune:
maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis sine modo
libertatem exercemus. Senatum & sibi & plebi obnoxium fece
rat pacuuius claudius nobilis idem ac popularis homo. ceterum m
lis artibus nactus opes: is cum eo forte anno quo res male gesta ad
transymenum est. in summo magistratu esset. iam diu infestam
senatui plebem ratus. per occasionem nouandi rei magnum ausu
ram facinus: ut si in ea loca hannibal cum uictore exercitu uenis
set. trucidato senatu traderet capuam penis. Improbus homo sed
non ad extremum perditus: cum mallet in columi q̃ euersa r. p.
dominari. nullam autem in columẽ esse orbatam publico cõsilio
crederet. rationem unit qua & senatum seruaret & obnoxium
sibi ac plebi faceret. Vocato senatu. cum defectionis ab romanis
consilium placiturum nullo modo nisi necessarium fuisset. pre
fatus esset: quippe qui liberos ex appii claudii filia haberet. filiã
q̃ roma nuptũ Liuio tradidisset. ceterum maiorem multo rem
magisq̃ timendam instare. Non enim per defectionem ad tollẽ
dum ex ciuitate senatum plebem spectatores & per eedem senatu'
uacuam rem P. tradere hannibali ac pẽis uelle eo se periculo pos
se liberare eos si permittant sibi. & certaminum in re P. obliti cre
dant. Cum omnes uicti metu permuterent claudam in curiam
uos & tanq̃ & ipse cogitati facinoris particeps approbando consi
lia quibus ne quicq̃ aduersarer uiam saluti uestre inueniam. In
hoc fidem quam uultus ipsi accipite. Fide data egressus: claudi cu
riã iubẽt pfiduiq̃ i uestibulo relict. Ne qs adire curiã iussu suo ne ue
ide egredi posse. Tuc uocato ad cõtionẽ pplõ qd sepe iam optassit cõpam
ut supplicus sumẽdi uobꝫ ex improbo ac detestabili senatu potas ẽt eam mõ
per tumultũ expugnantes domos singulorum quasi presidii'esi
entium seruorumq̃ tuentur cum suũmo uestro periculo. sed tutã
habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite. solos inermes
ne quicq̃ raptum aut forte temere egeritis. de singulor capite

uobis uis sententię dicendę faciam. ut quas quisq; emeritus est
pęnas pendat. Sed ante omnia ita uos irę indulgere oportet ut
potiorem ira salutem atq; utilitatem uestram habeatis. Et enim
hos ut opinor odistis senatores: nam senatum omnino nō habere
non uultis. Quippe aut rex quod abominandum aut quod unū
libere ciuitatis consilium est. senatus habendus est. Itaq; due res
simul agendę sunt uobis. ut ueterem senatum tollatis. & nouum
coaptetis. Citari singulos senatores iubeo. de quorum capite uos
consulam quod de quoq; censueritis fiet. sed prius in eius locū
uirum fortem ac strenuum nouum senatorem cooptabitis: q̄ de
noxio supplicium summatur. Inde consedit. & nominibus in ur
nam coniectis citari quod primum sorte nomen excidit. ipmq;
curia produci iussit. Vbi auditum est nomen. malum & ī pro
bum pro se quisq; clamare & supplicio dignum. tum pacuuius
Video quę de hoc sententia sit data. Eiicitur pro malo atq; impro
bo bonum senatorem & iustum eligite. Primo silentium erat in
opia potioris subiciundi. Deinde cum aliqui omissa uerecundia
quempiam nominassent. multo maior ex templo clamor orieba
tur: cum alii negarent nosse. alii nunc probra. nunc humilitatē
sordidamq; inopiam. & pudendę artis. aut quęstus genus obice
rent. hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est
factum: ut ipsius penitere homines appareret. quem autem in
eius substituerent locum deesse. quia nec eosdem nominari atti
nebat. nihil aliud q̄ audienda probra nominatos. & multo hu
miliores obscurioresq; cęteri erant eis. qui primi memorię oc
currebant. ita dilabi homines. Notissimum quodq; malum. maxi
me tolerabile dicentes esse. iubentesq; senatum ex custodia dimit
ti. Hoc modo Pacuuius cum ob noxium uitę beneficio senatū
multo sibi magis q̄ plebi fecisset. sine armis iam omnibus conce
dentibus dominabitur. Hinc senatores omissa dignitatis liber
tatisq; memoria plebem affari. salutare benigne inuitare. appa
ratis. accipere ępulis eius cās suscipere. ei semper parti adesse se

cundum eam in litem iudices dare, que magis popularis apertior
q; in uulgus fauori conciliando esset. Iam uero nihil in senatu
actum q̃ aliter q̃ si plebis ibi esset concilium: prona semper ciuitas
in luxuriam non ingeniorum modo uitio sed affluenti copia uo
luptatum & illecebris: omnis amenitatis maritime terrestrisq;.
T um uero ita obsequio principum & licentia plebei lasciuire, ut nec
libidini nec sumptibus modus esset, ad contemptum legum magi
stratuumq; senatus accessit. Tum uero post cannensem cladem ut
cuius aliqua erat uerecundia Romanum quoq; imperium sperne
rent. Id modo erat in mora ne ex templo efficerent, quod conu
bium uetustum: multas familias claras ac potentes Romanis
miscuerat, & quod cum militarent aliquot apud romanos, ma
ximum uinculum erat. ccc. equites nobilissimus quisq; capano
rum in presidia sicularum urbium delecti ab romanis ac missi.
H orum parentes cognatiq; egre peruicerunt, ut legati ad cons.
ro. mitterentur. ii. Non dum Cannusium profectum sed ve
nusie cum paucis ac semiermibus consulem inuenerunt q̃ po
terant maxime miserabilem bonis sociis superbis atq; infidelib;
ut erant Campani spernendum. Et auxit rerum suarum suiq;
cons. contemptum nimis detegendo cladem nudandoq;. Nam
cum legati egre ferre senatum populumq; Campanum aduersi
quicq̃ euenisse romanis nuntiassent, pollicerenturq; omnia que
ad bellum opus essent, morem magis inquit loquendi cum so
ciis seruastis campani iubentes, que opus essent ad bellum impe
rare q̃ conuenienter ad presentem fortune nostre statum locu
ti estis. Quid enim nobis ad cannas relictum est, ut quia aliquid
habeamus: id quod deest expleri ab sociis uelimus. Pedites uo
bis imperemus tanq̃ equites habeamus. Pecuniam deesse dicam⁹
tanq̃ ea tantum desit. Nihil ne quod suppleremus quidem nobis
relinquit fortuna legiones equitatus arma, signa, equi, uiriq;
pecunia, cõmeatus aut in acie aut in ruinis: postero die, missis ca
stris perierunt. Itaq; non iuuetis nos: bello oportet Campani, sed

cum penis bellum pro uobis suscipiatis. Veniat in mentem intre
pidos quosdam, maiores uestros intra menia compulsos, nec sā
nitem modo hostem sed etiam sidicinum pauentes receptos in fi
dem apud satriculam defenderemus: ceptumq; pp uos cū sāni
tibus bellum, per centum prope annos uariante fortuna euētū
tulerimus. Addicite ad hec quod fedus æquum dedistis, quod le
ges uestras quod ad extremum id quod ante Cannensem certe
cladem maximum fuit ciuitatem nostram magne parti uroꝝ
dedimus cōmutauimusq; uobiscum. Itaq; cōmunem uos hanc
cladem que accepta est credere campani oportet communem
patriam tuendum arbitremini esse. Non cum Samnite aut he
trusco res est, ut quod a nobis ablatum sit in Italia tam imperiū
maneat. Penus hostis ne africe quidem indigena, ab ultimis ter
rarum oris freto occeani herculisq; Columnis expertem omnis
iuris & conditionis & lingue prope humane militem trahit. hc
natura & moribꝫ immitem ferumq;. Insuper & dux ipe efferaū
pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis.
& quod proloqui etiam piget: uescitur humanis corporibꝫ docē
do his infandis pastos epulis. quos contingere etiam nefas sit: ui
dere atq; habere dominos & ex affrica & ex carthagine iura pete
re. & Italiam Numidaꝝ ac maurorum pati prouinciam esse: cui
non genito modo in italia detestabile sit, pulchrum erit campa
nis prolapsum clade R. imperium uestra fide, uestris uiribus,
retentum & recuperatum esse. xxx. milia peditum quattuor eq
tum arbitror ex campania scripsisse, iam pecunie affatim esse fru
menti. Et si parem fortune uestre fidem habetis, nec hannibal
se uicisse sentiet nec Romani se uictos esse. Hac oratione cōsulis
dimissis redeuntibusq; domum legatis, unus ex his virius subius
tempus uenisse ait, quo Campani noti agrum solum a Romanis
quondam per iniuriam ademptum recuperare, sed imperio etiā
italie potiri possint. Fedus enim cum hannibale quibus uelint le
gibus facturos. Neq; controuersiam fore, quia cum ipse cōfecto

bello hannibal uictor in Africam inde cedat. exercitumq; deportet. Italie imperium Campanis relinquatur. hec uirio loquēti assensi omnes ita renuntiant legationem uti deletum omnibus uideretur nomen romanum. Ex templo plebs ad defectionem ac pars maxima senatus spectare. Extracta tamen auctoritatib; seniorum per paucos dies est res. Postremo uicit sententia plurium ut idem legati qui ad consulem R. ierant ad hannibalem mitterentur: quo prius q̄ iretur certumq; defectionis consilium esset romam legatos missos a Campanis in quibusdam annalibus inuenio postulantes ut alter consul Campanus fieret si rem R. adiuuari uellent. Indignatione orta sūmoueri a curia iussos esse missumq; a curia lictorem qui ex urbe educeret eos. atq; eo die manere extra fines ro. iuberet. quia nimis compar latinorum quōdam postulatio erat. Celiusq; & alii ita ut sine causa pretermiserāt scriptores ponere pro certo sum ueritus. Legati ad hannibalem uenerunt pacemq; cum eo conditionis fecerunt ne quis imperator magistratus ue penorum ullum ius in ciuem Campanum haberet. Ne ue ciuis Campanus inuitus militaret minus ue faceret ut sue leges sui magistratus Campanie essent: ut. ccc. ex romanis captiuos penus daret Campanis quos ipsi elegissent cum quibus ⁂ equitum campanoꝝ qui in sicilia stipendia facerent permutatio fieret. Nec pacta illa insuper q̄ que pacta erant. facinora cāpani ediderunt. Nam prefectos socium ciuesq; r. alios partim aliquo militie munere occupatos partim priuatis negocius implicitos plebs repente omnis comprehensos uelut custodie causa balneis includi iussit: ubi feruore atq; estu anima interclusa. fedū īmodum expirarent. Ea ne fierent ne ue legatio mitteretur ad penū summa ope decius magius uir cui ad summā auctoritatē nihil preter sanam ciuium mentem defuit restiterat. Vt uero presidiū mitti ab hannibale audiuit. Pyrrhi superbam dominationem miserabilemq; tarentinorum seruitutem exempla referens. p̄mo ne reciperetur presidium palam uociferatus est. deinde ut recep

tum aut eiceretur, aut si malum facinus quo a uetustissimis
socius consanguineisque defecissent forti ac memorabili faci
nore purgare uellent, ut interfecto punico presidio restituerēt
se romanis. hæc nec enim occulta agebantur, cum relata hanniba
li essent primo misit qui uocarent magium ad se se in castra. Deīn
cum is ferociter negasset se iturum nec enim hannibali uis esse in
ciuem Campanum: concitatus ira penus comprehendi hominē
uinctumq; atrahi ad se se iussit. Veritus deinde ne quid inter uī
tumultus atq; excitatione animorum in consulti certaminis ori
retur, ipse premisso nuntio ad marium Bosium pretorem Cam
panum, postero die se capue futurum proficiscitur e castris cū
modico presidio. Marius contione aduocata, edicit ut frequētes
cum coniugibus ac liberis obuiam irent hannibali. Ab uniuer
sis id non obedienter modo, sed enixe fauore etiam uulgi & stu
dio uisendi tot iam uictoriis clarum imperatorem factum est.
Decius Magius nec obuiam egressus est: nec quo timorem aliquē
ex conscientia significare posset, priuatim se tenuit in foro cū
filio clientibusq; paucis ociose inambulauit. Trepidante tota ci
uitate ad excipiendum penum uisendumq; hannibal ingressus
urbem senatum ex templo postulat. Precantibusq; inde primo
ribus ciuitatis campanorum, nequit eo die fere gereret, diemq;
ut ipse aduentu suo festum lætus ac libens celebraret, q̄q̄ preceps
ingenio in iram erat, tamen nequid in principio negaret uisen
dam urbem magnam die partem consumpsit. Deuersatus est
apud mutuos celeres sthenium pacuuiumq; inclitos nobilita
te ac diuitiis. Eo pacuuius Calauius de quo ante dictum est pri
ceps factionis eius quæ attraxerat rem ad penos filium iuue
nem adduxit: abstractum a sinu ac latere Decii cum quo fero
cissime pro romana societate aduersus punicum fedus steterat
nec eum aut inclinata in partem alteram ciuitas, aut patria
maiestas, sententia depulerat. hinc tum pater iuueni hannibalē
deprecando magisq̄ purgando placuit, uictusq; patris precibus

lacrimisque

quaere pag. 101.

atq; ad eosdem penates uoluisset contrahere ad colloquium di
rimendarum simultatum causa est conatus. Scipione abnuente
haud priuatum sibi ullum cum poeno odium esse: quod colloquē
do finiret. aut de re P. se cum hoste agere quicq̄ in iussu Senat⁹
posse. Illud magnopere tendente rege: ne alter hospitum exclu
sus mensa uideretur: ut animum induceret ad easdem uenire
epulas: haud habuit. Senatumq; simul apud regem est. Et eodē
etiam lecto Scipio atq; hasdrubal: quia ita conchi erat: regi accu
buerunt. Tanta autem inerat comitas Scipioni atq; ad omīa
naturalis ingenii dexteritas: ut non Syphacem modo barbarū
insuetumq; omnibus moribus romanis: sed hostem etiam infe
stissimum facunde alloquendo: sibi conciliaret: mirabiliorēq;
sibi eum uirum: congresso coram usum: pre se ferebat: q̄ bello
rebus gestis: nec dubitare: quin Syphax: regnumq; eius iam in
romanorum essent potestate: eam artem illi uiro ad concilian
dos animos esse: itaq; non quomodo hyspania amisse sint: quērē
dum magis carthaginensibus esse: q̄ quomodo africam retinear
cogitandum non peregrinabundum neq; circa amoenas ora⸗
uagantem tantum ducem romanum: prouincia relicta noue di
tionis: relictis exercitibus: duabus nauibus in africam traiecis
se: & cōmisisse se se in hostilē terram in potestatem regiam: i fidē
expertam: sed portunde africe spem affectantem. hoc eum iam
pridem uolutare in animo. haec palam fremere: q; non quem ad
modum hannibal in Italia: Sic Scipio in africa bellum gereret.
Scipio foedere icto cum Syphace profectus ex africa duabusq; se
uis in alto iactatus uentis: die quarto noue carthaginis portu
tenuit. Hyspanie: sicut a bello punico quiete erant: ita quasdā
ciuitates: propter conscientiam culpe metu magis q̄ fide: quie
tas esse apparebat quarum maxime insignes & magnitudine &
nouā Illiturgia & castulo erant. Castulo cum prosperis rebus so
ciis fuissent: post cesos cum exercitibus Scipiones: defecerat
ad poenos. Illiturgiam prodendis qui ex illa clade ad eos perfu

gerunt: interficiendisq; scelus etiam defectioni addiderunt. In
eos populos primo aduentu: cum dubie hispanie essent. merito
magis q̃ utiliter: seuitum esset: tunc iam tranquillis rebus. quia
tempus expetende poene uidebatur uenisse: accitum ab Tarra
cone. L. Martium cum tertia parte copiarum ad castulonẽ oppu
gnandam mittit. Ipse cum certo exercitu quietis ferme ad Illitur
giam castris peruenit. Clause erant porte. omniaq; instructa & pa
rata ad oppugnationem arcendam: adeo conscientia quid se me
ritos scirent: pro indicto eis es bello fuerat. Hinc & hortari mili
tes Scipio orsus est. ipso claudendis portis indicasse hispanos: q̃d
ut timerent: meriti essent. Itaq; multo infestioribus animis cũ eis:
q̃ cum carthaginensibus: bellum gerendum esse. quippe cum illis
sine ira prope de imperio & gloria certari. ab iis perfidie & crude
litatis & sceleris. poenas expetendas esse euenisse tempus quo & ne
phandam cõmilitonum necem: & in semetipsos: si eodem fuga dela
ti forent: instructam stragem ulciscerentur. & in omne tempus gra
ui documento sancirent: ne quisunq̃ romanum ciuem: militemq;
in ulla fortuna opportunum iniurie duceret. Ab hac exhortatiõe
ducis incitati: scalas electis per manipulos iuris diuidunt partito
exercitu ita ut parti alteri Lelius preesset legatus: Duobus simul
locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus aut plu
res principes oppidanos: sed sua ipsorum conscientia: culpe metus
ad defendendam impigre urbem hortatur. & meminerant & mo
nebant: alios supplicium ex se non uictoriam: peti ubi quisq; mor
tem oppeteret: id referre: utrum in pugna: & in acie: ubi mars cõ
munis: & uictum sepe erigeret: & affligeret uictorem. an post mo
dum grauata: & diruta urbe ante ora captarum coniugum Libeorũ
inter uerbera. & uincula omnia foeda: atq; indigna passi: expira
rent. Igitur non militaris modo etas. aut uiri tantum: sed femie
quoq; pueriq; supra animi corporisq; uires. ad sunt pugnantib;
tela ministrant: saxa in muros munientibus gerunt. non libertas
sola agebatur: que uirorum fortium tantum pectora acuit: sed ul

tima

tima omnibus supplicia: & foeda mors: ob oculos erat. Accedebant
animi & certamine laboris ac periculi: atq; ipso inter se cōspectu
l taq; tanto ardore certamen initum est: ut domitor ille totius his
paniae exercitus ab unius oppidi iuuentute saepe repulsus a muris
haud satis decoro prelio trepidaret. Id ubi uidit Scipio: ueritus ne
nauis conatibus tot suorum hostium cresceret animus: & segior
miles fieret. sibimet conandum ad hanc partem periculi capessē
dam: esse ratus in crepita ignauia militum: ferri scalas iubet &
se ipsum si ceteri contentur ascensurum minatur. Iam suberat ha
ud mediocri periculo menia: cum clamor undiq; absollicitis uicē
Imperatoris militibus sublatus scaleq; multis partibus simul eri
gi coepte. Et ex altera parte Lelius institit. Tum uicta oppida
norum uis: deiectisq; propugnatoribus: occupantur muri. Arx
etiam ab ea parte qua inexpugnabilis uidebatur: inter tumultū
capta est. Transfuge afri: qui tum inter auxilia Romana erant:
& oppidanis in ea tuenda: unde periculum uidebatur: uersis &
Romanis subeuntibus scalis moenia qua adire poterant conspe
xerunt editissimam urbis partem. quae rupe alta tegebatur: neq;
opere ullo munitam: & a defensoribus uacuam. Leuium corpo-
homines & multa exercitatione pernitium clauos secum ferreos
portantes qua per inaequaliter eminentia rupis poterant scādūt.
sic ubi nimis arduum & leue saxum occurrebat: clauos per mo
dica interualla figentes. cum uelut gradus fecissent primi se
quentes extrahentes manu. Postremi subleuantes eos q preirēt
in summum euadunt inde decurrunt cum clamore in urbem
iam captam ab Romanis. Tum uero apparuit ab ira: & odio ur
bem oppugnatam esse: nemo capiendi uiuos nemo patentibus
ad direptionem omnibus prede memor est. trucidant inermes
iuxta atq; armatos. foeminas pariter ac uiros: Vsq; ad infantiū
caedem ira crudelis peruenit Ignem deinde rectis inuiciunt ac
diruunt quae incendio absumi nequeunt. Adeo uestigia quoq;
urbis extinguere ac delere memoriam hostium sedis cordi est

Castulonem inde Scipio exercitum ducit quā urbē non hispani mo
do conuenerant sed punici etiam exercitus ex dissipata passim
fuga reliquię tutabantur sed aduentum. Scipionis preuenerat
fama cladis Illiturgitanorꝫ terorq; deinde ac desperatio inuase
rat. & in diuersis causis: cum sibi quisq; consultum: sine alterius
respectu: uellet. primo tacita suspicio deinde aperta discordia
secessionem inter carthaginenses atq; hispanos fecit. his Cerdu
bellus propalam deditionis auctor. Himilco punicis auxiliarib;
pręerat. quos urbemq; fide clam accepta: Cerdubellus Romano
prodit. Mitior ea uictoria fuit nec tantundem noxe admissū
erat: & aliquantum ire lenierat uoluntaria deditio. Martius in
de in Barbaros: si qui non dum perdomiti erant: sub ius deditio
nemq; redigendos missus. Scipio carthaginem ad uota soluen
da diis: munusq; gladiatorum quod mortis causa patris paruiq;
parauerat: edendum redit. Gladiatorum spectaculum fuit nō
ex eo genere hominum ex quo lanistis comparare mos est ser
uorum delectu. ac liberorum qui uenalem sanguinem habent.
Voluntaria omnis: & gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii
missi ab Regulis sunt. ad speciem insitæ genti uirtutis ostendē
dum. Alii ipsi professi se pugnaturos in gratiam duces. Alios
æmulatio & certamen: ut prouocarent prouocati ue haud ab
nuerent traxit. Quidam quas disceptando controuersias finire
nequiuerant aut noluerant pacti inter se ut uictorem res seque
retur: ferro decreuerunt. Neque obscuri generis homines: sed
clari illustresq; Corbis & Orsua patrueles fratres de principatu
ciuitatis quem Ibem uocabant ambigentes ferro secertaturos
professi sunt Corbis maiore erat ætate. Orsuę pater princeps
proxime fuerat a fratre maiore post mortem eius principatu
accepto. Cum uerbis disceptare Scipio uellet ac sedare iras: ne
gatum id ambo dicere cōmunibus cognatis: nec alium deorū
hominum ue q̄ Martem se iudicem habituros esse. Robore ma
ior: minor flore ætatis ferox: mortem in certamine: q̄ ut alter

alterius imperio subigeretur preoptantes cum ab tanta rabie
erimuſ: in quo nuper fuimus: cum haſdrubal in Italiam trāſcen
dit. quem tu qui non ſolum carthaginem ſed omnem africā exer
citu tuo exclauſurus: e manibus tuiſ in Italiam emiſiſti. Victum
a te dices eo quidem minuſ uellem: & id tua non ſolum rei.P. cā
uter datum uicto in Italiam eſſe. Patere noſ omnia: que proſpera

tibi & Po. r. Imperio euenere tuo consilio assignare aduersa casib
incertis belli & fortune legare quo melior fortiorq; es eo magis
talem presidem sibi patria: ac uniuersa italia retinet. Non potes
ne ipse quidem dissimulare ubi hannibal sit ibi caput atq; arcem
huius belli esse. Quippe pre re feras: eam tibi causam esset traici
endi in africam ut hannibalem eo trahas Siue igitur hic siue il
lic cum hannibale est tibi futura res. Vtrum ergo tandem firmiō
eris in africa solus: an istic tuo collegeq; tui exercitu coniuncto.
Ne Claudius quidem & Liuius consules tam recenti exemplo quātū
id intersit documento sit. Quid hannibalem utrum tandē extre
mus angulus brutii agri frustra iam diu poscentem ab domo
auxilia: an propinqua carthago: & tota socia africa potentiorē
armis uirisq; faciet. Quod istud consilium est ibi malle decer
nere ubi tue dimidio minores copie sint hostium multo maiores
q̄ ubi duobus exercitibus aduersus unum tot prelius & tam diu
turna & graui militia fessum pugnandum sit. quam compar cō
silium tuum parentis tui consilio sit. reputa Ille consul profect'
in hispaniam ut hannibali ab alpibus descendenti occurreret.
in Italiam de prouincia redit. Tum cum hannibal in Italia sit.
relinquere Italiam paras. non quia rei P. id utile. sed quia tibi ad
amplum & gloriosum censes esse. sicut cum prouincia & exercitu
relicto sine lege sine S. C duabus nauibus. Po. R. Imperator for
tunam publicam & maiestatem Imperii que tum in tuo capite
periclitabantur cōmisisti. Ego P. Cornelium. P. C. rei. P. nobisq;
non sibi ipsi priuatim creatum consulem existimo. Exercitus
ad custodiam urbis. atq; Italie scriptos esse non quos regio mo
re per superbiam consules quo terrarum uelint trauciant. cū
oratione ad tempus parata fabius tum auctoritate & inuetera
te prudentie fama magnam partem senatus: & seniores maxime
mouisset pluresq; consilium senis: q̄ animum adolescentia feroce
laudarent: Scipio ita locutus fertur. & ipse Q. Fabius principio
orationis. P. C. cōmemorauit in sententia sua posse obtrectatio

Oratio P. Scipionis.

nem suspectam esse. cuius ego rei non tam ipse ausim tantũ uirum
insimulare: q̃ ea suspicio o. uitio orationis an rei. haud satis purga-
ta est. Sic enim honores suos: & famam rerum gestarum extulit
uerbis ad extinguendum inuidię crimen: tanq̃ mihi ab infimo
quoq; periculum sit: ne mecum æmuletur: & non ab eo. qui q̃a su-
per cęteros excellat quo me quoq; niti non dissimulo me sibi ęqua-
ri nolit sic senem se perfunctum. & me infra ętatem filii sui posuit
tanq̃ non longius: q̃ quantum uitæ humanę spacium est. cupidi-
tas glorię extendatur. maximeq; pars eius in memoriam: ac po-
steritatem promineat. Maximo cuiq; id accidere animo: certũ
habeo: ut se non cum presentib; modo sed cum omnis æui claris
uiris comparet. equidem haud dissimulo: me tuas. Q. Fabi laudes
non asequi solum uelle: sed bona uenia tua dixerim: si possim: et
excuperare illud nec tibi in me: nec mihi in minoribus natu ani-
mi sit: ut nolimus quenquam nostri similem euadere ciuem. Id
enim non eorum modo: quibus inuidemus: sed rei. p. & pene oĩs
generis humani detrimentum sit. Commemorauit quantũ essẽ
periculum aditurus: si in Africam traucere uelim. ut meam quoq;
non solum & rei. P. & exercitus uicem uideretur sollicitus Vñ
hæc repente de me cura exorta: cum pater patruusq; meus in-
terfecti cum duo exercitus eorum prope occidione occisi sunt:
cum amissę hispanie: cum quattuor exercitus penorum quattu-
orq; duces: omnia metu armisq; tenerent: cum quęsitus ad id
bellum Imperator nemo se ostenderet pręter me nemo profiteri
ausus esset: cum mihi quattuor & uiginti annos nato detulisset
Imperium Po. r. quid ita? Tunc nemo ætatem meam: uim hostiũ:
difficultatem belli patris patruiq; recentem cladem cõmemorauit.
V trum maior in Africa nunc calamitas accepta est: q̃ tunc in his-
pania fuerat? an ętas mea tunc maturior bello gerendo fuit: q̃
nunc est? an cum carthaginensi hoste in hispania: q̃ Africa bellũ
geri aptius est? Facile est post fusos fugatosq; quattuor exercitus
punicos: post tot urbes ui captas: aut metu subactas in deditionẽ

post per domita omnia usq; ad oceanum tot regulos tot ferasq; gentes: post receptam totam hispaniam ita ut uestigium belli nullum reliquum sit eleuare meas res gestas tam hercule q̄ si uictor ex africa redierim ea ipsa eleuare quæ nunc retinendi mei causa ut terribilia eadem uideantur uerbis extolluntur. Negat aditum esse in africam: negat ullos patere portus. M. Atilium captum in africa cōmemorat tanquam M. Atilius primo accessu ad africā offenderit. neq; recordatur illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus africæ & res gestas ab eo egregias primo anno. & quantum ad carthaginenses duces attinet. inuictum ad ultimū permansisse. Nihil igitur me iusto exemplo terrueris. Si hoc bello non priore si nuper: & non annis ante xl. usta clades accepta foret: qui ego minus in africam regulo capto: q̄ scipionibus occisis in hispaniam trauicerem? Nec felicius Xanthippum lacedemonium carthagini: q̄ me patriæ meæ sinerem natum esse: crescereq; mihi ex eo ipso fiducia q; posset in hominis unius uirtute tantū momenti esse. At etiam athenienses audiendi sunt: temere in Siciliam omisso dom bello transgressi. Cur ergo quoniam græcas fabulas enarrare uacat non agathoclem potius Syracusanum regem: cum diu sicilia punico bello ureretur: Transgressum in hanc eandem africam: auertisse eo bellum: unde uenerat: refers? sed q; ultro metum inferre hosti & abse remoto periculo alium in discrimen adducere: quale sit ueteribus exemplis q; exemplis admonere opus est? maius præsentiusue ullum exemplum esse q̄ hannibal potest? multum interest: alienos populari fines: an uiri tui? excindiq; uideas. plus animi est inferenti periculum: q̄ propulsati. ad hoc maior ignotarum rerum est terror: bona malaq; hostium: ex propinquo ingressus fines aspicias. Non sperauerat hannibal fore: ut tot in Italia populi ad se deficerent. Defecerūt post cannensem cladem. quanto minus quicq̄ in africa carthaginensibus firmum ac stabile infidis socis: graubus ac superbis dominis? Ad hæc: nos etiam deserti a socis. uiribus nostris: roma

no milite ſtetimus. Carthaginenſi nihil ciuilis roboris eſt merce
de paratos milites habent. Afros numidasq; leuissima fidei muta
de ingenia. Hic modo nihil morę sit: una & tralecisse me audie
tis & ardere bello africam & molientem hunc hannibalem. &
obsideri carthaginem. Letiores & frequentiores ex africa ex
pectate nuntios q̄ ex hispania accipiebatis. Has mihi spes subri
cit fortuna populi r. diu fœderis ab hoste uiolati testes. Syphax
& Masamissa reges quorum ego fidei ita inuitar: ut bene tutus
a perfidia sim. Multa que nunc ex interuallo non apparent bel
lum aperiet. & id est uiri: & ducis: non deesse fortunę prebenti
se. & oblata casu. flectere ad consilium. Habebo. Q. Fabi parem
quidem hannibalem. Sed illum potius ego trahā: quam ille
me retineat. In sua terra cogam pugnare eum. Et carthago po
tius premium uictorię erit: quam semiruta Brutiorum castella:
ne quid interim dum trauecto: dum expono exercitum in afri
cam dum castra ad carthaginem promoueo. Res P. hic detrimē
ti capiat. quod tu. Q. Fabi cum uictor tota Italia uolitaret han
nibal potuisti prestare. Hoc uide ne contumeliosum sit: cōtuso
tam & pene fracto hannibale negare posse. P. Licinium qui ne a
sacris absit pontifex maximus. ideo in sortem tam longinque
prouincie non uenit. Si hercule nihilo maturius hoc quo ego
censeo modo perficeretur bellum tamen ad dignitatem Ppli R.
famamq; apud reges gentesq; externas pertinebat: non ad de
fendendam modo italiam sed ad inferenda etiam africe arma
uideri nobis animum esse. non hoc credi uulgariq; qđ hanni
bal ausus sit: neminem ducem romanorum audere. & prior e
punico bello: tum cum de sicilia certaretur totiens africā a no
stris exercitibus: & classibus oppugnatam: nunc cum de Italia
certetur: africam pacatam esse. Requiescat aliquando tam diu
uexata Italia uratur: euasteturq; inuicem africa. Castra roma
na potius carthaginis portis immineant: q̄ nos uterum uallum
hostium: ex mœnibus nostris uideamus africa sit reliqui belli

sedes. Illuc terror: fugaq; populatio agrorum: defectio sociorũ
cetere belli clades: que in nos per quattuordecim annos ingruerũt:
uertantur. Que ad rem. P. pertinẽt: & bellum quod instat: & pro
uincias: de quibus agitur: dixisse satis est. Illa longa oratio: nec ad
uos pertinens sit: si quẽadmodum. Q. Fabius meas res gestas in his
pania eleuauit: sic & ego contra gloriam eius eludere: & uerbis
meam extollere uelim. Neutrum faciam. P. C. & si nulla alia re:
modestia certe: & temperando lingue: adolescens senem uicero
ita & uixi: & res gessi: ut tacitus ea opinione: quam uestra sponte
conceptam animis haberetis facile contentus essem. Minus equi'
animis auditus est Scipio quia uulgatum erat: Si apud senatum
non obtinuisset: ut prouincia africa sibi decerneretur ad populũ
ex templo laturum. Itaq; Q. Fuluius: qui consul quater fuerat:
postulauit a consule: ut palam in senatu diceret. Permiteret ne
patribus: ut de prouinciis decernerent: staturusq; eo esset: quod
censuissent: an ad populum laturus. Cum Scipio respondisset: se
quod e re. P. esset facturum: tum Fuluius. Non ego inquit igna
rus: quid responsurus: facturus ue esses: quesiui. Quippe cũ pre
te feras: temptare magis. q̃ consulere senatum. & ni prouinciam
tibi quam uolueris: ex templo decernamus: paratam rogationẽ
habeas. Itaq; a uobis Tribuni pl. postulo inquit: ut sententiam
mihi ideo non dicenti: q; si in meam sententiam discedatur non
sit ratum habiturus consul auxilio sitis. Inde altercatio orta: cũ
consul negaret æquum esse: Tribunos intercedere quo minus
suo quisq; loco Senator rogatus sententiam diceret. Tribuni ita
decreuerunt. Si consul senatui de prouinciis permittit stari
eo q; senatus censuerit placet: nec de ea re ferri ad populum patie
mur. Si non permittit qui de ea re sententiam recusabit dicere
auxilio erimus. Consul diem ad colloquendum cum collega pe
tiit. Postero die permissum senatui est. Prouincie ita decrete. Al
teri consuli sicilia & .xxx. rostrate naues quas. C. Seruilius su
periore anno habuisset: permissũq; ut in africam si id e re. P. esse

censeret trauceret. Alteri Brutii: & bellum cum hannibale: cũ
eo exercitu quem. L. Veturius & Q. Cecilius sortirentur inter se.
Compararent ut uter in Brutiis duabus legionibus: quas consul re
liquisset rem gereret. Imperiumq; in annum ei prorogaretur: cui
ea prouincia euenisset. Et ceteris preter consules: pretoresq; qui
exercitibus prouinciisq; prefuturi erant prorogata imperia. Q.
Cecilio sorte euenit: ut cum consule in Brutiis aduersum hãniba
lem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis: magna frequentia: &
fauore spectantium celebrati. Legati Delphos ad donum ex pre
da hasdrubalis portandum: missi. M. Pomponius Matho: & Q. Ca
tulus tulerunt coronam auream. cc. pondo & simulachra spolio
rum & x. pondo argenti facti. Scipio cum ut delectum haberet
neq; impetrasset neque magnopere tetendisset ut uoluntarios
ducere sibi milites liceret tenuit. & quia impense negauerant rei
publice futuram classem: ut que a sociis darentur: ad nouas fabri
candas naues: acciperet. Hetrurie primum populi: pro suis quisque
facultatibus: consulem adiuturos polliciti: cerites frumentum so
ciis naualibus: cõmeatumq; omnis generis. Populonienses ferrũ.
Tarquinienses lintea in uela Volaterrani iteramenta nauium &
frumentum Arretini. xxx. milia scutorum galeas totidem pila
gesa hastas logas milium quinquaginta summam: pari cuiusq; ge
neris numero expleturos. Secures rutra falces alueolos molas:
quantum in. xl. longas naues opus esset. Tritici centum & uiginti
milia modium. & in uiaticum. De curionibus remigibusq; collatu
ros. Perusini Clusini Rusellani abietes in fabricandas naues. & fru
menti magnum numerum. Abiete ex publicis siluis est usu' Vm
brie populi: & preter hos. Nursini & Reatini: & Amiternini. Sabi
nusq; ager omnis milites polliciti. Marsi peligni. Marucinique mlti
uoluntarii: nomina in classem dederunt camertes cum equo fe
dere cum Romanis essent: cohortem armatam sexcentorum ho
minum miserunt. xxx. nauium carine. xxv. remes decem qua
driremes cum essent posite ipse ita institit operi: ut die quadra

gesimo quinto: q̃ ex siluis detracta materia esset: naues instructę
armateq; in aquam deducte sint. Profectus in siciliam est trigin
ta naubus longis: uoluntariorum septem ferme milibus in na
ues impositis. Et P. Licinius in Brutios ad duos consulares uenit
exercitus. ex eis eum sibi sumpsit. quem L. Veturius consul ha
buerat. Metello: ut quibus prefuisset legionibus. iis preesset: faci
lius cum assuetis imperio rem gesturum ratus. permisit. Et pre
tores diuersi in prouincias profecti. Et quia pecunia ad bellum
deerat: agri campani regionem a fossa greca ad mare uersa: uen
dere Questores iussi. Indicio quoq; permisso. qui ager cuius cāpa
ni fuisset: & iis publicus P. R. esset. Indici premium constitutū.
quante pecunie ager iudicatus esset. pars decima. Et Cn. Serui
lio pretori urbis negotium datum: ut campani cuius ubicūque
ex. S. C. liceret: ibi habitarent. animaduerteret q; in eos qui ali
bi habitarent. Eadem æstate Mago hamilcaris filius ex minore
balearium insula: ubi hybernaret: iuuentute lecta. in classē im
posita: in Italiam. xxx. rostratis naubus: & multis onerariis. e
duodecim milia peditum: duo ferme equitum traiecit. Genua
mq; nullis presidiis maritimam oram tutantibus. repentino ad
uentu cepit. Inde ad oram Ligurum Alpinorumq; si quos ibi
motus facere posset. classem appulit. Ingaunī Ligurum ea gens
est bellum ea tempestate gerebant cum epanteriis montanis.
I gitur poenus Sauone oppido Alpino preda deposita: & x lō
gis naubus instationem ad presidium relictis: ceteris cartha
ginem missis: ad tuendam maritimam oram: quia fama erat
Scipionem traiecturum esse. Ipse societate cum Ingaunis: q̃
gratiam malebat: composita montanos instituit oppugnare. et
crescebat in dies exercitus. ad famam nominis eius: gallis ūdiq;
confluentibus. Ea litteris cognita. Sp. Lucretii ne frustra hos
drubale cum exercitu deleto: biennio ante: forent letati: si par
aliud inde bellum duce tantum mutato oriretur. Curā ingētē
accenderunt patrib. Itaq; & M. Liuium proconsulem ex he

truria volonum exercitum admouere Arminum iusserunt.
Et Cn Seruilio pretori negotium datum ut si e re P. censeret
esse duas urbanas legiones cui imperio uideretur dato ex ur
be duci iuberet. M. Valerius Leuinus Arretium eas legiones
duxit. Eisdem diebus naues onerarie penorum ad octoginta
circa Sardiniam A. C. Octauio qui prouincie preerat capte.
Eas Celius frumento misso ad hannibalem cōmeatu q onustas:
Valerius predam hetruscam Ligurumq & montanorum capti
uos carthaginem portantes tradit. In Brutiis nihil ferme eo
anno memorabile gestum est. Pestilentia intercesserat eo anno
pari clade in romanos pœnosq nisi q pumicum exercitum. su
pra morbum etiam fames adfecit. Propter Iunonis Lacinie tem
plum estatem hannibal egit. Ibi q aram condidit dedicauit q
cū ingenti rerum ab se gestarum titulo pumicis grecisq literis
insculpto;

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECUN
DO BELLO PUNICO LIBER. IX. INCIPIT;

SCIPIO POST QUAM
in Siciliam uenit uoluntarios mi
lites ordinauit centuriauitq Ex
iis. ccc. iuuenes florentes etate &
uirium robore: inermes circa se ha
bebat ignorantes quem ad usū neq
centuriati neq armati seruarētur.
Tum ex Sicilie iuniorum numero
principes genere & fortuna cētū
equites qui secum in Africam trauicerent legit diemq iis quo
equis armisq instructi atq ornati adessent edixit. Grauis ea
militia procul domo terra mariq multos labores magna peri
cula allatura uidebatur neq ipsos modo sed parentes cognatosq
eorum ea cura angebat. Vbi diesque edicta erat aduenit & ar

ma equosq; ostenderunt: Tum Scipio renuntiari sibi dixit quos
dam equites siculorum tanq; grauem & duram horrere eam mi
litiam. Siqui ita animati essent male eos sibi tunc fateri: q; post
modum querentes segnes atq; inutiles milites esse rei p. expro
merent: quid sentirent cum bona uenia se auditurum. Vbi un'
ex iis ausus est dicere: se prorsus: si sibi utrum uelit liberum esset
nolle militare. Tum Scipio ei: quando igitur adolescens quid
sentires. non dissimulasti: uicarium tibi expediam: cui tu ar
ma: equumq; & cetera instrumenta militię tradas. & tecū hīc
ex templo domum ducas. exerceas. docendum cures. equo tradi
to armisq; Cui Leto conditionem accipienti: unum ex .ccc. qs
inermes habebat: tradit. Vbi hoc modo exauctoratum equitē:
cum gratia Imperatoris: ceteri uiderunt: se quisq; excusare: &
uicarium accipere. Ita .ccc. Siculis romani substituti equitē si
ne publica impensa. Docendorum atq; exercendorum curam
siculi habuerunt. quia edictum imperatoris erat: ipsum mul
turum qui ita non fecisset. Egregiam hanc alam equitū euasis
se ferunt. multisq; preliis Remp. audiuisse. Legiones inde cum
inspiceret. plurimorum stipendiorum ex iis milites delegit ma
xime qui sub duce Marcello militauerāt. quos cum optima dis
ciplina institutos credebat: tum etiam ab longa Syracusanorū
obsidione peritissimos esse urbium oppugnandarum. Nihil enī
parum. sed carthaginis iam excidia agitabat animo. Inde exer
citum per oppida dispartit. Frumentum siculorum ciuitatib
imperat. Ex Italia aduecto parcit. Veteres naues reficit. Et cū
ius. C. Lelium prędatum mittit. Nouas panormi subducit. quia
ex uiridi materia raptim factę erant. ut in sicco hybernarent.
P reparatis omnibus ad bellum. Syracusas non dum ex magnis
belli motibus satis tranquillas. uenit. Greci res a quibusdam
Italici generis: eadem ui: qua per bellum coeperant retinentib
concessas sibi ab senatu. repetebant. Omnium primum ratus tueri
publicam fidem partim edicto: partim iudicis etiam impertiaces

ad obtinendam iniuriam redditis: suas res Syracusanis restituit.
N on ipsis tantum ea res: sed omnibus sicilię populis grata fuit eoq;
enixius ad bellum adiuuerunt. Eadem æstate in hispania coortũ
ingens bellum, conciente Indibili: nulla alia de causa: q̃ per ad-
mirationem Scipionis contẽptu imperatorum aliorum orto. Cũ
superesse unum ducem romanis. cęteris ab hannibale interfectis.
rebantur eo nec in hispaniam: cęsis scipionibus: alium quẽ mitte-
rent: habuisse. & postq̃ in Italia grauius bellum urgeret aduer-
sus hannibalem eum accersitum. Preterquã q; nomina tantũ du-
cum in hispania romani habebant exercitum quoq; inde ueterẽ
deductum trepida omnia. & inconditam inde turbam tyronum
esse nunq̃ talem occasionem liberandę hispanię fore seruitum ad
eam diem. aut carthaginensibus. aut romanis nec inuicem hi' aut
illis: sed interdum utrisq; simul. pulsos ab romanis carthaginẽses
ab hispanis. si consentirent: pelli romanos posse. ut ab omni impe-
rio externo soluta in perpetuum hispania in patrios rediret mo-
res ritusq;. Hec taliaq; dicendo non populares modo: sed anxeta-
nos quoq; uicinam gentem concitat. Et alios finitimos sibi atq;
illis populos. Itaq; intra paucos dies .x. milia peditum: quattuor
ferme equitum: in Sedetanum agrum: quo edictum erat: conuene-
runt. Romani quoq; imperatores. L. Lentulus & L. Manlius Aci-
dinus neglisceret: primo negligendo bellum: iunctis & ipsi exer-
citibus: per agrum anxetanum hostico: tanq̃ pacato clementer
ductis militibus: ad sedem hostium peruenere. Trium miliũ spa-
cio procul a castris eorum posuerunt castra. Primo per Legatos:
ne quicq̃ temptatum: ut discẽdẽtur ab armis. Deinde cum in pa-
bulatores romanos impetus repente ab equitib; hispanis factus
esset: submisso abstatione romana equitatu: equestre prelium
fuit: haud sane inemorando: in partem ullam: euentu Sole ori-
ente postero die armati: instructiq; omnes mille ferme passu' pro-
cul a castris romanis aciem ostendere. Medii anzetani erant.
C ornu dextrum Ilergetes. leuum ignobiles tenebant hispani po

puli. Inter cornua & mediam aciem interualla patientia satis la
te fecerunt qua equitatum: ubi tempus esset: emitterent. Et ro
mani more suo exercitum cum instruxissent: id modo hostium
imitati sunt: ut inter legiones & ipsi patentes equiti relinque
rent uias. Ceterum Lentulus ei parti usum equitis fore ratus: quę
prior in debiscentem interuallis hostium aciem equites emisisset.
Sex. Cornelio tribuno militum imperat: equites per patentes in
hostium acie uias permutere equos iubeat. Ipse cœpta parum
prospere pedestri pugna: tantum moratus dum cedenti duo
decime legioni: quę in leuo cornu aduersus Ilergetes locata: pro
na erat: tertiam decimam legionem ex subsidiis in primam aciem
firmamentum ducit. Postq̄ equata ibi pugna est: ad L. Manlium
inter prima signa hortantem: ac subsidia: quibus res postula
bat locis inducentem uenit. Indicatq; tuta ab leuo cornu esse
iam missum a se Sex. Cornelium procella equestri hostis cir
cumfusurum. Vix hęc dicta dederat: cum romani equites i me
dios inuecti hostes: simul pedestris acies turbauerunt: simul eq
uitibus hispanorum uiam immittendi equos clauserunt. Ita o
missa pugna equestri ad pedestrem hispani descenderunt.
Romani Imperatores: ut turbatos hostium ordines: & trepidatio
nem pauoremq; & fluctuantia uiderunt signa: hortantur: e
orant milites: ut perculsos inuadant: neu restitui aciem patia
tur. Non sustinuissent: tam infestum impetum barbari: ni Re
gulus ipse Indibilis: cum equitibus ad pedes digressis: ante pri
ma signa peditum se obiecisset. Ibi aliquandiu atrox pugna steti
Tandem postq̄ ii: qui circa regem seminecem restantem: deinde
pilo terre ad fugam: pugnabant: obruti telis occubuerunt. Tu
fuga passim cœpta: pluresq; cesi: quia equos conscendendi: ab
equitibus spacium non fuerat: & quia perculsis acriter insiste
runt romani. Nec ante absessum est q̄ castris quoq; excuerunt
hostem. Tredecim milia hispanorum cesa eo die: d cc ferme ca
piti romanorum Sociorumq; paulo amplius. cc. maxime i leuo

cornu ceciderunt. Pulsi castris hispani: aut qui ex prelio effu
gerant: sparsi primo per agros: deinde in suas quisq; ciuitates re
dierunt. Tum a Mandonio euocati in consilium: conquestiq; ibi
clades suas: increpitis auctoribus belli: Legatos mutendos ad
arma tradenda: deditionemq; faciendam: censuerunt. Quibus
culpam in auctores belli Indibilem ceterosq; principes: quorum
pleriq; in acie cecidissent: conferentibus tradentibusq; arma: &
dedentibus sese: responsum est. In deditionem ita accipi eos: si mā
donium ceterosq; belli concitatores: tradidissent uiuos. si minus
exercitus se in agrum Ilergetum: anxetanorumq; & deinceps
aliorum populorum ducturos. hec dicta Legatis: renuntiataq;
in concilium. Ibi Mandonius ceteriq; principes comprehensi. &
traditi ad supplicium. hispanis populis: pax reddita. Stipendiū
eius anni duplex: & frumentum sex mensium imperatum: sagaq;
& toge: exercitui & obsides: ab trigita ferme populis accepti. Ita
hispanie rebellantis tumultu: haud magno motu: intra paucos
dies concito & compresso in Africam omnis terror uersus. C.
Lelius nocte ad hipponem regium cum arma accessisset: luce
prima ad populandum agrum sub signis milites sociosq; naua
les duxit. Omnibus pacis modo curiose agentibꝫ magna clades
illata nuntiiq; trepidi carthaginem: terrore ingenti compleue
re: Classem romanam. Scipionemq; imperatorem & fama iā fu
erat in siciliam transgressum aduenisse. Nec quot naues uidis
ssent nec quanta manus agros popularetur: satis gnari omnia
in manus metu augente accipiebant. Itaq; primo terror pauorq;
deinde moestitia animos incessit: tantum fortunam mutasse:
ut qui modo ipsi exercitum ante menia romana habuissent uic
tores. totq; stratis hostium exercitibus omnes Italie populos aut
ui aut uoluntate in deditionem accepissent ii uerso Marte Afri
ce populationes & obsidionem carthaginis uisuri forent: neq̄q̄
pari ad patienda ea robore ac romani fuissent illis romanam
plebem illis Latiū iuuentutem prebuisse: maiorem semper fre

quentioremq; pro tot cesis exercitibus sobolescentem. Ceterum
suam plebem imbellem in urbe ibellem in agris esse mercede para
ri auxilia ex afris gente ad omnem auram spei mobili: atq; infida.
I am regem Syphacem: post colloquium cum Scipione alienatum.
N ec Masanissam aperta defectione infestissimum hostem. nihil
usq; spei. nihil auxilii esse. Nec Magonem ex Gallia mouere tu
multus quicq; nec coniungere sese hannibali. Et hānibalem ipm.
iam & fama senescere & uiribus. In hec deflenda prola ipsos ab
recenti nuntio animos rursus terror instans reuocauit ad cōsul
tandum quonam modo obuiam presentibus periculis iretur. Delec
tus raptim in urbe agrisq; haberi placet. mittere ad conducenda au
xilia. munire urbem. frumentum conuehere tela arma parare in
struere naues. & mittere ad hipponem aduersus romanam classem
Iam hec agentibus nuntius tandē uenit. Lelium non Scipionem.
copiasq; quante ad incursiones agrorum satis sint. transuectas: sum
mam belli molem ad huc in sicilia esse. Ita respiratum mittiq; ad Sy
phacem legatōes. aliosq; regulos: firmande societatis causa ceptū.
A d Philippum quoq; missi: qui ducenta argenti talenta talenta pol
licerentur. ut in siciliam: aut in Italiam trauceret. Et ad suos im
peratores in Italiam ut omni terrore: Scipionem retinerent. Ad
Magonem etiam non legati modo: sed xxv. naues longe. sex mil
peditum. octingenti equites: & septem elephanti: ad huc magna
pecunia ad conducenda auxilia quibus fretus propius vrbem ro
mana exercitum admoueret coniugeretq; se hannibali. Hec car
thagine parabant agitabantq; Ad Lelium predas ingentes ex
agro inermi ac nudo presidiis agentem Masanissa fama roma
ne classis excitus: cum equitibus paucis uenit. Is segniter rem agi
a Scipione quaestus: q; non iam exercitum in africam traiecisset.
perculsis carthaginensibus: Syphace impedito finitimis bellis quē
certum haberet: si spacium ad sua ut uelit componenda detur ni
hil sincera fide cum Romanis acturum. hortaretur ac stimularet
Scipionem non cessare. Se quanq; regno pulsus esset: cum haud cō

tēnendis

temnendis copiis ad futurum pedituum equitumq. Nec ipsi Lelio
morandum in africa esse classem credere profectam a carthagi
ne: cum qua absente Scipione non satis tutum esse contrahi cer
tamen. Ab hoc sermone dimisso Masanissa Lelius postero die m
ueis preda onustas ab hippone solut reuectusq. in siciliam Masa
nisse mandata Scipioni exposuit. Eisdem ferme diebus naues
que a carthagine ad magonem misse erant inter Albigauno
Ligures q. alpinos genuam accesserunt. In uis locis tum forte
Mago tenebat classem. Qui legatorum auditis uerbis iuben
tium exercitus comparare q. maximas ex templo gallorum &
Ligurum nanq. utriusq. gentis ingens ibi multitudo erat
consilium habuit. Et missum se ad eos uindicandos in liberta
tem ait ut & ipsi cernant: mitti sibi ab domo presidia sed quan
tis uiribus: quanto exercitu id bellum geratur in eorum pote
state esse duos exercitus romanos unum in gallia alterum in
hetruria esse: satis scire. Sp. Lucretium secum. M. Liuio uicti
rum multa milia ipsis etiam armanda esse: ut duobus duci
duobus exercitibus romanis resistatur. Galli ad id summam
suam uoluntate ee duce sed cum una castra inter fines altera
infinitum terra hetruria prope in conspectu habeant: si pa
lam fiat auxilius aduersum ad se se esse poenum ex templo in
festos utrunq. exercitus in agrum suum incursuros. ea ab gal
lis desyderarer: quibus occulte adiuuari posset. Ligubi quod
procul agro: urbibus q. eorum castra romana sint: libera co
silia esse. Illos armare iuuentutem & capescere pro parte bel
lum equum esse. Ligures haud abnuere. tempus modo duo
mensium petere: ad delectus habendos. Interim mago multe
gallis dimissis: clam per agros eorum mercede conducere co
meatus quoq. omnis generis occulte ad eum a gallicis popu
lis mittebantur. M. Liuius exercitum uolonum ex hetruria
in galliam traduxit. Iunctus q. Lucretio si se mago ex Ligubi
propius urbem moueat: obuiam ire parat. Si poenus sub angu

lo alpium quietus se contineat: & ipse in eadem regione circa
Ariminum: Italie presidio futurus. Post rectum ex africa. C.
Lelii: & Scipione stimulato cras amisse ad hortationibus & mi
nitibus predam ex hostium terra cernentibus tota classe effer
ri: accensis ad traciendum q̄ primum interuenit maiori mi
nor cogitatō: locro⁹ urbē ꝛcipiēdi: q̄ subdefectiōe Italie desciuerat:
7 ipa ad penos: spes aūt affectāde ei⁹ rei ex minū re ad fulsit qd la
trociniis mag̃ q̄ iusto bello i Bruti⁹ gerbāt rel pricipio a nuīdis fco
& in Brutiis non societate magis punica: q̄ suopte ingenio cō
gruentibus in eum morem. postremo romani quoq; milites ia
contagione quadam raptu gaudentes quantum per duces li
cebat: excursiones in hostium agros facere. Ab iis egressi quidā
urbe Locrenses circunuenti regiumq; abstracti fuerant. In eo
captiuorum numero fabri quidam fuere assueti forte apud
poenos mercede opus in arce Locrorum facere. ii cogniti a Lo
crensium principibus: qui exulabant regi pulsis ab aduersa
factione: quę hannibali Locros tradiderat: regium se cōtule
rant cum cetera percontantibus: ut mos est: qui diu absūt:
quę dom agerentur: expositissent spem fecerunt: si redēpti
ac remissi forent: arcem se iis tradituros ibi se habitare: fidēq;
sibi rerum omnium inter carthaginenses esse. Itaq; ut qui simil
desiderio patrie agerentur: simul cupiditate inimicos ulciscē
di: arderent: redempti ex templo iis remissis q cum ordinem
agendę rei composuissent signa quoq; quę procul edita obser
uarent: ipsi ad Scipionem syracusas profecti apud quem pars
exulum erat: referentes sibi promissa captiuorum cum spem
ab effectu haud abhorrentem consuli fecissent. Tribuni militū
cū his. M. Sergi⁹ 7 P. manenus missi iussiq; ab regio tria m militū locos
ducē: & Q. Flemnio ppr. scriptū ut ea agēde adēt. Profecti ab regio
scala⁹ ad dcām altitudinē ācis fabricata⁹ portātes mēcha ferme nocte
ex eo loco: un cōuenīat signū dedere pdutoribꝫ: arti⁹q paratī itenti
& ipsi scalas ad id ipsum factas cum dumsissent. plurumis o.

simul locis scandentes accepissent: priusq̃ clamor oriretur:
inuigiles penorum ut in nullo tali metu sopitos: impetus est
factus. Quorum gemitus primo morientium exauditus de
inde subita consternatio ex somno: & tumultus cum causa i
gnoraretur: postremo certiores aliis excitantibus alios: iam
pro se quisq; arma uocabat hostes in arce esse & cedi uigile: op
pressiq; forent romani: nequaq̃ numero pares: ni clamor ab
iis qui extra urbem erant sublatus incertum unde accidisset
omnia uana: augente nocturno tumultu fecisset. Itaq; uelut
plena iam hostium arce territi poeni omisso certamine in alte
ram arcem: due sunt haud multum inter se distantes: confugi
unt oppidani urbem habebant: uictoribus premium in medio
positam. Ex arcibus duabus prelius quotidie leuibus certabatur:
Q. pleminius romano. hamilcar punico presidio pre erat: arces
sentes ex propinquis locis subsidia: copias augebant. Ipse postre
mo ueniebat hannibal nec sustinuisset Romani nisi Locrensiũ
multitudo ex acerbata superbia atq; auaritia poenorum ad ro
manos inclinasset. Scipioni ut nuntiatum est in maiore discri
mine locris rem uerti ipsumq; hannibalem aduentare: ne pre
sidium etiam periclitaretur: haud facile inde receptu: & ipse
a Messana. L. Scipione fratre in presidio ibi relicto: cum primũ
æstu fretum inclinatum est: naues mari secundo misit. & han
nibal a Butroto amni: haud procul iis ab urbe locris abest: nũ
cio premisso ut sui luce pria summa ui prelium cum Roma
nis ac Locrensibus consererent: dum ipse auersis omnibus in
eum tumultum a tergo urbem incautam aggrederetur ubi lu
ce ceptam inuenit pugnam ipse nec in arcem se includere: tur
ba locum arctum impediturus uoluit neq; scalas quibus scãde
ret muros attulerat sarcinis in aceruum coniectis: cum haud
procul muris ad terrorem hostium aciem ostendisset: cum equi
tibus Numidis circũequitabat urbem dum scale: quæq; alia ad
oppugnandum opus essent parant: ad uisendum qua maxime

parte aggrederetur progressus ad murum Scorpione ictus: qui
proximus eum forte steterat: territus inde tam periculoso casu:
receptui canere cum iussisset: castra procul ab ictu teli cōmuniit.
C lassis romana a messana locros: multa die superante accessit. Expo
siti omnes enauibus: & ante occasum solis urbem ingressi sunt. +
P ostero die coepta ex arce a poenis pugna & hannibal iam scalis,
aliisq; omnibus ad oppugnationem paratis subibat muros: cum
repente in eum: nihil minus: q̄ tale quicq̄ timentem patefacta
porta erumpunt: Romani ad .cc. improuidos cum inuasissent
occidunt. Ceteros hannibal: ut consulem adesse sensit: in castra
recepit. nuntioq; misso ad eos qui in arce erant: ut sibi met ipsis
cōsulēnt nocte motis castris abiit & q̄ i arce erāt: igni iniecto tectis: q̄
teñbāt: ut iis tumultus hostē moraret. agm̄ suoꝝ simili cursu añ
noctē adsequuti sūt. Scipio ut arcē relictā ab hostib; & uacua ui
dit castra: uocatos ad cōtionē locrēses: grauit ob dfectoēz icusaū. De aucto
ribus supplitium sum psit. bonaq; eorum principibus alterius +
factionis: ob egregiam fidem: aduersus romanos concessit. Publi
ce nec dare nec eripere se quicquam locrensibus dixit romam
muterent legatos: quam senatus censuisset: eam fortunam ha
bituros. Illud satis scire: & si male de populo romano meriti essēt
in meliore statu sub iratis romanis futuros: q̄ sub amicis cartha
ginensibus fuerunt. Ipse. Q. Pleminio legato presidioq; quod ar
cem ceperat: ad tuendam urbem relicto cum quibus uenerat
copiis messanam traiecit. Ita superbe & crudeliter habiti locrē
ses a carthaginensibus: post defectionem ab romanis fuerāt: ut
modicas iniurias non equo modo animo pati: sed prope libenti:
uideri possent. uerum enim uero tantum. Pleminius hamilcarē
presidii prefectum: tantum presidiarii milites ro. poenos scelere
atq; auaritia superauerunt ut non armis sed uitiis uideretur
certari. Nihil omnium que inopi inuisas opes potentioris faci
unt pretermissum in oppidanos est ab duce aut a militib; In cor
pora ipsorum in liberos in coniuges infande contumelie edite.

N am auaritia: ne sacrorum quidem spolialione abstinuit. nec alia
modo templa uiolata: sed Proserpinę etiam intacti omni ętate
thesauri: preterq̄: q̄ a Pyrrho qui cum magno piaculo sacrilegij
sui manubias retulit: spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regię
naues laceratę naufragiis: nihil in terram integri pręter sacrā
pecuniam deæ: quam exportabant extulerant: tum quoq̄ alio
genere cladis: eadem illa pecunia omnibus contactis: ea uiola
tione templi furorem iniecit. atq̄ inter se ducem inducē militē
in militem rabie hostili uertit. Summę rei pleminius pręerat. mi
litum pars sub eo: quam ipse ab regio adduxerat pars sub Tribuni
erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo pleminii. miles
fugiens sequentibus quorum erat obuius: forte: Sergio & Metie
no Tr. militum fuit. cui cum iussu Tribunorum: ademptum esset
poculum primo iurgium: deinde clamor quoq̄ pugna postre
mo orta: inter pleminii milites: Tribunorumq̄: ut suis quisq̄
opportunus aduenerat: multitudine simul: ac tumultu crescēte.
Victi Pleminii milites. cum ad Pleminium cruorem: & uulnera
ostentantes non sine uociferatione: atq̄ indignatione concur
rissent: probra in eum ipsum iactata in iurgiis referentes accen
sus ira domo se se proripuit uocatoq̄ Tribunos nudari ac uirgas
expediri iubet. Dum spoliandis iis repugnabant enim militūq̄
implorabant auxilium tempus teritur repente frequentes mili
tes feroces recenti uictoria ex omnibus locis uelut aduersus ho
stes cum ad arma conclamatum esset: concurrerunt. & cum iā
uiolata iurgis corpora Tribunorum uidissent: tum uero ī multo
ī potentiorem subito rabiem accensi sine respectu non maiesta
tis modo sed inhumanitatis in legatum impetum: lictoribus pri
mum indignum in modum mulctatis faciunt. Tum ipsum ab
suis interceptum & seclusum hostiliter lacerant & prope exan
guem naso auribusq̄ mutilatis relinquunt. his messanā nūciatis.
Scipio post paucos dies Locros aduectus: cum causam Pleminij: &
Tribunorū audisset: Pleminio noxa liberato relictoq̄ in eiusdē

loci presidio tribunis fontibus uindicatis & uinculis coniectis
ut romam ad senatum mitterentur Messanam atq; syracusas re
diit Pleminius impotens ire: neglectam ab Scipione: & nimis le
uiter latam suam iniuriam ratus: nec quenq; estimare aliumea
litem posse: nisi qui atrocitatem eius patiendo sensisset tribunos
attrahi ad se iussit: laceratosq; omnibus que pati corpus ullum po
test: supplitiis interfecit. Nec saciatus uiuorum poena i sepultos
proiecit. Simili crudelitate & in Locrensium principes est usus:
quos ad conquerendas iniurias ad P. Scipionem profectos au
diuit. Et qui antea per libidinem: atq; auaritiam: foeda exempla
in socios ediderat. Tunc ab ira multiplicia edere infamie atq;
inuidie non modo sibi sed etiam imperatori esse. Iam comitio
rum appetebat tempus. cum a P. Licinio littere: romam allate
sunt: se exercitumq; suum graui morbo afflictari nec sisti potu
isse: nisi eadem uis mali: aut grauior etiam in hostes ingruisset.
I ta quoniam ipse uenire ad comitia non potuisset: si ita patribo
uideretur se. Q. Cecilium Metellum dictatorem comitiorum
causa dicturum. exercitumq; Q. Cecili dimitti e re. P. esse. Na
neq; usum eius ullum in presentia esse: cum hannibal iam in hy
berna se suosq; receperit: & tanta inciderit in ea castra uis mor
bi: ut nisi mature dimittantur nemo omnium superfuturus
uideatur. Ea consuli a patribus facienda uti e re. P. fideq; sua
duceret permissa. Ciuitatem eo tempore repens religio inua
serat. inuento carmine in libris Sibyllinis propter crebruis eo
anno de celo lapidatum inspectis. Quandoq; hostis alienigem
terre Italie bellum intulisset eum pelli Italia. uinciq; posse: si
matris idee Pessimunte numen romam aduectum foret. Id car
men ad decemuiris inuentum. eo magis patres mouit: q; & lega
ti qui domum Delphos portauerant referebant a sacrificantibu
ipsis Pythio Apollini omnia leta exta fuisse: & responsum ora
culo editum: maiorem multo uictoriam q; cuius exspolis dom
portarent adesse populi ro. In eiusdem spei summam confere

bant. P. Scipionis uelut presagientem animum de fine belli: q
depoposcisset prouinciam africam. Itaq; quo maturius satis
omnibus oraculisq; portendentis sese uictorie compotes fierēt
id cogitare: atq; agitare que ratio transportande romam dee
esset. Nullas tum in asia ciuitates socias habebat populus Ro.
tamen memores esculapium quoq; ex grecia quondam: haud dū
ullo federe sociata ualitudinis populi causa arcessitum Et iam
cum attalo rege propter comune aduersus Philippum bellum
ceptam amicitiam esse: facturum eum qua posset populo ro.
causa: Legatos ad eum decernunt. M. Valerium Leuinum q bis
consul fuerat acres in grecia gesserat. M. Cecilium metellū Pre
torium Sulpitium Galbam edilicum. Duos questores. C. Treme
lium Flaccum. et M. Valerium Falconem. His quinq; naues qnq.
remes: ut ex dignitate populi. R. adirent eas terras: ad quas
concilianda maiestas nomini romano esset decernunt. Legati
asiam. petentes protinus delphos. cum descendissent: oraculum
adierunt consulentes: ad quod negocium missi domo essēt per
ficiendi eius quam sibi spem populoq; romano portenderet. Res
ponsum esse ferunt: per attalum regem compotes eius fore: quod
peterent: cum romam deam deuexissent: tum curarent: ut eam
qui uir optimus rome esset: hospicio acciperet. Pergamum ad
regem uenerunt. Is legatos comiter acceptos Pessimuntem in
phrygiam deduxit: sacrumq; iis lapidem quem matrem deum
incole esse dicebāt tradidit. ac deportare romam iussit. Pre
missus ab legatis. M. Valerius Falco nuntiauit deam apporta
ri querendum uirum optimum in ciuitate esse: qui eam rite hos
pitio acciperet. Q. Cecilius Metellus Dictator a consule ī Bru
tiis comitiorum causa dictus: exercitusq; eius dimissus. Ma
gister equitum. L. Veturius Philo comitia per dictatorem ha
bita. Consules facti. M. Cornelius Cethegus. P. Semproni⁹ Tu
ditanus absens cum prouinciam greciam habet. Pretores in
creati. Claudius Nero. M. Martius Ralla. L. Scribonius Libo

M. Pomponius Matho comitus peractis dictator sese magi-
stratu abdicauit. Ludi romani ter plebei spectes instaurati cu-
rules erant ędiles. Cn. & L. Cornelii Lentuli. Lucius hispaniam
prouinciam habebat absens creatus absens eum honorem gessit
T. Claudius asellus & M. Iunius Poenus plebei ędiles fuerunt.
Eędem uirtutis eo anno ad portam capenam M. Marcellus de-
dicauit septimo decimo anno postq̄ a patre eius primo cōsu
latu uota in gallia ad clastidium fuerat. Et flamen Martia
lis eo anno est mortuus. M. Ęmilius Regulus. Neglectę eo bi
ennio res in greccia erant. Itaq̄ Philippus Aetolos desertos ab
romano cui um fidebant auxilio quibus uoluit conditionib⁹
ad petendam & paciscendam subegit pacem quod nisi omni u
perficere maturasset bellantem eum cum ętolis P. Sempron⁹
proconsul successor imperu missus Sulpitio cum decem mil
tibus peditum & mille equitibus & triginta quinq̄ rostratis
naubus haud paruum momentum ad opem ferendam socis
oppressisset. Vix dum pace facta nuntius regi uenit romanos
Dyrachium uenisse parthinosq̄ & propinquas alias gentes no
tas esse ad spem nouandi res. Dimallumq̄ oppugnare. eo se auer
terant romani ab ętolorum quo missi erant auxilio. Iran q̄ sin
auctoritate sua aduersus foedus cum rege pacem fecissent. Ea
cum audisset Philippus ne qui motus maior infinitimis genti
bus populisq̄ oriretur magnis itineribus Apolloniam contēdit
quo Sempronius se receperat. misso lectorio Legato cum parte
copiarum & xv. naubus in ętoliam ad uisendas res pacem q̄
si posset turbandam. Philippus agros Apolloniatium uastauit.
& ad urbem admotis copiis potestatem pugnę romano fecit.
Quem postea q̄ quietum muros tantumodo tueri uidit. nec satis
fidens uiribus ut urbem oppugnaret. cum romanis quoq̄ sicut
cum ętolis cupiens pacem si posset. si minus indutias facere.
nihil ultra irritatis nouo certamine odiis. in regnum se rece-
pit. Per idem tempus tedio diutini belli epirotę temptata pri

romanorum uoluntate. Legatos de pace commun ad Philippum
misere. satis confidere conuenturam eam affirmantes. si ad collo
quium cum P. Sempronio Imperatore uenisset. facile imperatum
neq; enim ipsius quidem regis abhorrebat animus ut in epirum
transiret. Poemice urbs est epiri. ibi prius colloquutus rex cū ero
po & Darda. & Philippo epirotarum pretoribus. postea cum. P. Sē
pronio congreditur. Adfuit colloquio & Amynander athamanū
rex & magistratus alii epirotarum & acarnanum. Primus Phi
lippus pretor uerba fecit. & petit simul ab rege. & ab Imperatore
romano. ut finem belli facerent. darentq; eam epirotis uemā. P.
Sempronius conditiones pacis dixit. ut Partim. & Dimallum. &
Bargullum. & eugenium romanorum essent. Aminthanas missis
romam legatis ad Senatum impetrasse ut macedonia cederet.
in eas conditiones cum pace conuenisset. ab rege fœderi adscrip
ti Prusia bithynię. achei. boetii. Thessalia. Acarnanes epirotę. ab
romanis Ilienses. Attalus rex pleurat'nabis lacedemoiorū tyrān' eli
messenii athenienses. hic cōscripta m̄ cōsignata q; sūt. 7 in duo m̄ses
idune fœ. donec roma mitteret legati ut pplm ihas cōditiones pa
cē ubēt. iussert q; os tribs qa ausu in africa bello oib; aliis in pnīa
leuari uolebāt bellis. Sempronius pace fēa ad consulatū roman.
decessit. P. Sempronio. M. Cornelio consulibus quintusdecim'
us annus punici belli erat prouincie Cornelio hetruria cum ue
tere exercitu. Sempronio bruti. ut nouas scriberet legiones. de
cretę. Pretoribus. M. marcio Vrbana. L. Scribonio Libone Pere
grina. & eidem gallia. M. Pomponio Mathone Sicilia. T. Claudio
Nerone sardinia. euenit. P. Scipioni proconsuli cum eo exercitu
cuiq; ea classe. quam habebat. Prorogatum in annum imperiū
est. Item P. Licinio ut Brutios cum duabus legionibus obtine
ret. quo ad eum cum imperio in prouincia morari consuli e re
publica usum esset. Et M. Liuio. & Sp. Lucretio. cum binis le
gionibus. quibus aduersus magonem gallię presidio fuissent.
Prorogatum imperium est. Et Cn. Octauio. ut cum sardiniam

legionemq; T. Claudio tradidisset: ipse naubus longis xl ma
rituman oram: quibus finibus senatus censuisset: tutaretur M.
Pomponio pretori in sicilia cannensis exercitus: duę legiones
decrete sunt. T. Quintius Tarentum. C. hostilius capuam pro
pretores sicut priore anno cum uetere uterq; presidio obtine
rent. De hispanię imperio: q; in eam prouinciam duos procon
sules mitti placeret: latum ad populum est. Omnes tribus eosdē
L. Cornelium Lentulum. & L. Manlium Acidinum procōsules
sicut priore anno tenuissent: obtinere eas prouincias iusserūt
consules delectum habere instituerunt. & ad nouas scribēdas
in bruttios legiones. & unde ceterorum. ita enim iussi a Senatu
erant exercitum supplementum q̄ q̄ nondū aperte Africa pro
uincia erat decreta: occultantibus. id credo patribus: ne pre
scisceret carthaginenses: tamen in eam spem erecta ciuitas erat.
in Africa. eo anno debellatum uri. finemq; bello punico adesse
Impleuerat ea res superstitione animos promq; & ad nūtiandā
& ad credenda prodigia erant. Ea plura uulgabantur: duos so
les uisos & nocte interluxisse. Et facem stellę septies ab ortu
solis ad occidentem porrigi uisam Tarracinę portam. Anagnię
portam & multis locis murum de celo tactum. In ede Iunonis
sospitę Lauinii: cum horrendo fragore strepitum editū: eorū
procurandorum causa: diem unum supplicatio fuit. & nouē
diale sacrum: quod de celo lapidatum esset. Factum eo acces
sit consultatio. de matre Idea accipienda. quam preterq̄ q. M.
Valerius unus ex Legatis regressus: actutum in Italia fore nū
tiauerat. recens nuntius aderat. Tarracinę iam esse. Haud par
uę rei iudicium senatum tenebat: qui uir optimus in ciuita
te esset: ueram certe uictoriam eius rei sibi quisq; mallet: q̄
ulla imperia honoresue suffragio seu patrum seu plebis dela
tos. Patres conscripti. P. Scipionem filium eius: qui in hispa
nia occiderat adolescentem non dum Questorium iudicaue
runt: in tota ciuitate uirum optimum esse. Id quibus uirtu

tibus inducti ita iudicauerunt: sicut traditum a proximis me
morie temporum illorum scriptoribus: libens posteris tradi
derim. ita eas opiniones: coniectando rem uetustate obrutā
non interponam. P. Cornelius cum omnibus matronis ostiam
re iussus obuiam dee: usq; eam de naue accipere & interrā ela
tam tradere referendam matronis postq̄ nauis ad ostium āmis
Tyberim accessit: sicut erat iussus in salum naue euectus a Sa
cerdotibus deam accepit extulitq; in terram. Matrone primo
res ciuitatis: inter quas unius. Claudie quinte insigne est nom
accepere: cui dubia ut traditur antea fama clariorem ad poste
ros: tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Ee per manus
succedentes deinde alie aliis omni effusa ciuitate obuiā tbu
ribulis ante ianuam positis qua preferebatur atq; accenso thu
re: Precentibus ut uolens propitiaq; urbem romanam uiret in
edem uictorie que est in palatio pertulere deam pridie idus
a prius usq; diem festus fuit. Populus frequens dona dee in Pa
latio tulit. Lectisternium q; & ludi fuere megalensia appellata
cum de supplemento legionum ageretur que in prouincia erāt
tempus esse a quibusdam senatoribus subiectum est que dubiis
in rebus utcūq; tolerata essent: eo dempto iam tandem deū be
nignitate metu: non ultra pati. Erectis expectatione patribus
subiecerunt: colonias latinas xii que. Q. Fabio & Q. Fulvio
consulibus abnuissent milites dare. eas annum iam ferme sexti
uocationem militie: quasi honoris causa & beneficii habere cū
interim boni obedientesq; socii pro fide atq; obsequio imperii
romani continuis omnium annorum delectibus exhausti essent
Sub hanc uocem noua memoria magis patribus renouata. ve
prope iam obliterate est: q̄ ira irritata. Ita q; nihil prius refert
consules passi decreuere: ut consules magistratus denosq; prin
pes Nepete Sutrio Ardea calibus Alba carseolis Sora Suessa
setia cerceis Narnia. Interamna. Ee nanq; colonie in ea causa
erant: romam excurrent: ut imperarent quantum quisq; earum

Coloniarum militum plurimum dedisset. Po. romano ex quo ho
stes in Italia essent: duplicatum eius summe numerum peditum
daret. & equites centenos uicenos. Si qua earum numerum eqtũ
explere non posset: pro equite uno tres pedites liceret dare. Pedi
tes equitesq; qua locupletissimi legerentur: mitterentq; ubicũq;
extra italiam supplemento opus esset. si qui ex iis recusarent: re
tineri eius colonie magistratus. Legatosq; placere. neq; si postu
larent. Senatum dari priusq̃ imperata fecissent. Stipendium pre
terea iis coloniis tria milia æris: asses singulos imperari: exigiq;
quot annis. Censumq; in iis coloniis agi: ex formula ab romanis
censoribus data. Dare autem placere eandẽ quã po. romano
deferri q; romam ab iuratis censoribus coloniarum: priusq̃ ma
gistratu abirent. Ex hoc S. C. accitis romam magistratibus. Pri
moribusq; earum coloniarum consules cum milites stipendiũq;
imperassent: alii aliis magis recusare ac reclamare. Negare tãtũ
militum effici posse. uix si simplum ex formula imperetur enissu
ros. Orare atq; obsecrare ut sibi senatum adire ac deprecari lice
ret nihil est q̃ perire merito deberent admisisse. Sed si pereũdũ
etiam foret: neq; suum delectum: neq; iram populi romani ut
plus militum darent q̃ habent: posse efficere. Consules obstinati
manere legatos rome iubent. magistratus ire domos ad delect'
habendos. Nisi sum̃a militum. quæ imperata esset: romam ad
ducta neminem iis senatum daturum. Ita precisa spe senatum
adeundi: deprecandiq; delectus in iis .xii. Coloniis per longã
uocationem numero iuniorum aucto: haud difficulter est pro
fectus. Altera itidẽ res prope æque longo neglecta silentio re
lata a M. Valerio Leuino est. qui priuatis collatis pecunias se ac
M. Claudio consule reddi: tandem æquum esse dixit. Nec mi
rari quenq̃ debere. in publica obligata fide suam precipuam cu
ram esse: nam preter q̃ q; aliquid proprie ad consulem eius añ
quo collate pecunie essent pertineret. etiam se auctorem ita
conferendi fuisse in inopia ærarii: nec plebe ad tributũ suffi

ciente Grata ea patribus admonitio fuit. iussisq; referre consuli
bus decreuerunt. ut tribus pensionibus ea pecunia solueretur.
primam presentem ii qui tum essent. Duas tertii & quiti consu
les numerarent. Omnes deinde alias curas una occupauit. p⁹q̄
Locrensium clades. que ignote ad eam diem fuerant. Legatoꝝ
ab ædilib⁹. P. Elio. P. Iulio & Iouis epulū fuit ludor⁹ causa.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO LIBER. X.

CNEVS SERVILIVS Cepio & Cn. Seruilius geminus cons. Sextus decimus is annus belli punici erat, cum de re publica belloq; prouinciis ad Senatum retulissent. Censuerunt patres: ut consules inter se compararent sortirentur ue uter Brutios ad uersus hannibalem: uter hetruriam ac Liguriam prouinciam haberet. Cui Brutii euenissent: exercitum a Publio Sempronio acciperet Publius Sempronius: ei quoq; enim proconsuli Imperium in annum prorogabatur. P. Licinio succederet. Is romā reuerteretur. Bello quoq; bonus habilis ad cetera: quibus nemo eatempestate instructior cuius habebatur: congestis oib⁹ humanis a natura, fortuna q; bonis: nobilis idē ac diues erat. for

ma uiribusq; corporis excellebat facundissimus habebatur
seu cā oranda seu in senatu & ad populum suadendi ac dissuadē
di locus esset. iuris pontificii peritissimus super hoc bellice q̄q.
laudis consulatus compotem fecerat cui in Brutus prouincia
eidem in hetruria ac Liguribus decreta. M. Cornelius nouo
consuli tradere exercitum iussus. Ipse prorogato imperio. i
Galliam prouinciam obtinere cum legiombus quas. Q. Scī
bonius priore anno habuisset. Sortiti deinde prouincias Cepio
ni Brutii. Seruilio Gemino hetruria euenit. Tum pretorū pro
uinciē in sortem coniectē. iurisdictionem vrbanam Petus elius
sardiniam. P. Lentulus. Siciliam. C. Iulius. Aruminum cum dua
bus legiombus sub Lucretio Spurio esse fuerant. Quintliu' va
rus est sortitus. Et Lucretio prorogatum imperium est ut Ge
nuam oppidum a magone pene dirutum excēdificaret. P. Sci
pioni non temporis sēd rei gerendē fine donec debellatū in
africa foret. prorogatum imperium est decretumq; ut suppli
catio fieret. q. si is in africam prouinciam traecisset. ut ea res
salutaris. P. R. o. ipsi q. duci atq; exercitui esset. In siciliam tria
milia militum sunt scripta. & quia quod roboris ea prouīcia
habuerat. in africam traectum fuerat. ne qua classis ex afri
ca traiceret. xl. nauibus custoduī placuerat Siciliē maritimā
oram. Tredecim nouas naues Iulius secum in sicilia duxit. ce
tere in sicilia ueteres refecte huic classi. M. Pomponius prio
ris anni pretor prorogato imperio prepositus. nouos milite'
ex italia adiectos in naues imposuit. Parem nauium numerū
C. Octauio pretori item prioris anni cum pari iure imperii
ad tuendam Sardiniē oram patres decreuerunt. Lentulus pre
pretor duo milia militum dare in naues iussus. & Italiē ora ga
incertum erat quo missuri classem carthaginenses forent: ui
debantur autem quicquid nudatum presidiis esset petituri
M. Mario Pretori prioris anni cum totidem nauibus tuenda
data est. Tria milia militum in eam classem ex decreto patrum

consules conscripserunt. Et duas legiones urbanas ad incerta
belli hispaniæ cum exercitibus imperioq; ueteribus Imperatori
bus. L. Lentulo & L. Manlio Accidino decretæ. Decem omnino le
gionibus & c. lx. nauibꝫ longis res romana eo anno gesta. Præ
tores in prouincias ire iussi. Consulibus imperatum ut priusq̃ ab
urbe proficiscerentur: ludos magnos facerent. quos. T. Manlius
Torquatus dictator in quintum annum uouisset. si eodẽ statu
res p. staret. Et nouas religiones excitabant in animis hominum
prodigia. ex pluribus locis nuntiata. Aurum in Capitolio cornui
non lacerasse tantum rostris crediti sed etiam edisse. Mures an
tii coronam auream adrosere. Circa capuam omnem agrum lo
custarum uis ingens ita ut unde aduenisset parum constaret cõ
pleuit. Equuleus reate cum quinq; peditibus natus. Anagniæ
sparsi primum ingens in coelo deinde fax ingens arsit. Frusino
næ arcus solem tenui linea amplexus est. Circulum deinde ipsũ
maior solis orbis extrinsecus inclusit. Arpini terra campestriq;
in agro in ingentem sinum consedit. Consulum alteri primam
hostiam immolanti caput iocineri defuit. Ea prodigia maioribꝫ
hostiis procurata edicti a collegio Pontificum dii quibus sacri
ficaretur. Is transactis consules pretoresq; in prouincias profcĩ.
Omnibus tamen uelut eam sortitus africæ cura erant. seu quia
ibi summam rerum belliq; uerti cernebant. seu ut Scipioni gra
tificarentur: in quem tum omnis ciuitas uersa erat. Itaq; non ex
sardinia tantum. sicut ante dictum est. sed ex sicilia quoq; & his
pania uestimenta frumentumq; armaq; & omne genus cõmeatus
eo portabatur. Nec Scipio ullo tempore hyemis belli opera re
miserat. quæ multa simul undiq; circũstabant. Vticam obsidebat
Castra in cõspectu hasdrubalis erant. Carthaginenses deuexerant
naues. classem paratam instructamq; ad cõmeatus intercipiẽdos
habebant. Inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex
animo dimiserat si forte iam saties amoris in uxore ex multa co
pia cepisset. Ab Syphace magis pacis carthaginensibꝫ cõditiones

ut Romani.

ut Romani Africa Poeni Italia excederent q̄ si bellaretur spes
ulla desiturum afferebatur. Hec per nuntios magis equidē acta
crediderim: & ita pars maior auctores sunt q̄ ipsum Syphacē
ut Valerius Antias prodit: in castra romana ad colloquium ue
nisse. Primo eas conditiones imperator romanus uix auribꝫ
admisit. Postea ut causa probabilis uisa cōmeandi foret ī castra
hostium mollius eadem illa abnuere: ac spem facere: sepius ul
tro citroq; agitantibus: rem conuenturam hybernacula cartha
ginensium: congesta temere ex agris materia: ex edificata li
gnea ferme tota erant. Numidę precipue arundine texta: sto
riaq; pars maxima tectis passim nullo ordine quidam ut sine
imperio occupatis locis extra fossam uallumq; habitabant. Hęc
relata Scipioni spem fecerant castra hostium per occasionem in
cēdendi. Cum legatis quos mitteret ad Syphacem calonum loco
primos ordinis spectatę uirtutis atq; prudentię seruili habitu mit
tebat. Qui dum in colloquio legati essent: uagi per castra alius alia
aditus exitusq; omnes situm formamq; uniuersorum castrorū:
& partium q̄ poeni q̄ numidę haberent quātū īterualli īter has
drubalis & r̄gia castra essent: specularentur. moremq; simul nosce
rent stationum uigilarumq; nocte an interdiu opportuniores
insidiantibus essent. Et inter crebra colloquia alii atq; alii de in
dustria quo pluribus omnia nota essent mittebantur. Cum se
pius agitata res certiorem spem pacis in dies & Syphaci: & car
thaginensibus per eum facerent. Legati romani uetitosq; se re
uerti ab imperatore aiunt: nisi certum responsum detur. Proīde
seu ipsa staret iam sententia: seu consulendus hasdrubal: & cartha
ginenses essēt consuleret: tempus esse aut pacem componi aut bel
lum naui tergeri. Dum consulitur hasdrubal: & carthaginenses.
& speculatores omnia uisendi: & Scipio ad comparanda ea quę in
rem opus erant tempus habuit & ex mentione & spe pacis negli
gentia ut fit apud poenos numidasq; arta cauendi nequid hosti
le interim paterentur. tandem relatū respōsum quibusdam q̄

nimis cupere romanus pacem uidebatur iniquis per occasionem
adiectis que per opportune cupienti tollere indutias Scipioni ca
usam prebuere. ac nuntio regis cum relaturus se ad consilium dixis
set: postero die respondit se uno frustra tendente nulli alii pacē
placuisse renuntiaret igitur nullam aliam spem pacis q̄ relictis
carthaginensibus Syphaci cum romanis esse. Ita tollit indutias. ut
libera fide incepta exequirentur. deductisq; nauibus & iam ueris
principium erat. machinas tormentaq; uelut a mari aggressu
rus Vticam imponit duo milia militum ad capiendum quē an̄
tenuerat tumulum super vticam mittit. simul ut ab eo quod spe
rabat in alterius rei curam conuerteret hostium animos. simul
neq̄ cum ipse ad Syphacem hasdrubalemq; profectus eēt erup
tio ex urbe & impetus in castra sua relicta cum leui presidio fie
ret. his preparatis aduocatoq; consilio. & dicere expoliatoribus
iussis que comperta afferrent. Masanissaq; cui omnia hostium
nota erant. postremo quid ipse pararet in proximam noctem
proponit. Tribunis edicit. ut ubi pretorio dimisso signa con
sinuissent ex templo educerent e castris legiones. Ita ut impe
rauerat signa sub occasu solis efferre sunt cepta. Ad primā fer
me uigiliam agmen explicauerunt media nocte septem enim
milia itineris erant. modico gradu ad castra hostium puen
tum est. Ibi Scipio partem copiarum Lelio. Masanissaq; ac tui
midas attribuit & castra Syphacis inuadere ignesq; coniicē
iubet singulos deinde separatim Lelium ac masanissam de
ductos obtestatur. ut quantum nox prouidentie adimat tā
tum diligenti expleant cura. unaq; se hasdrubalem. Punicaq;
castra aggressurum. Ceterum non ante coepturum q̄ ignem
in regiis castris conspexisset. Neq; ea res morata diu est. nam
& proximis castris iniectus ignis hesit. ex templo proxima
queq; & deinceps contigua amplexus. totis se passim dissipa
uit castris. & trepidatio quidem quanta necesse erat noctur
no effuso tā late incendio orta est. Ceterum fortuitum nō

hostilem ac bellicum ignem rati esse sine armis ad exstinguēdū
incendium effusi in armatos incidere hostes maxime numi
das ab Masanissa notitia regionum castrorum ad exitus ui
nerum idoneis locis dispositos. Multos in ipsis cubiculis semi
omnes hausit flāma: multi in precipiti fuga ruentes super alios
alii in angustiis portarum obtriti sunt. Relucentem flammam
primo ingules carthaginensium: deinde excitati alii nocturno
tumultu cum conspexissent: ab eodem errore credere ipi sua
sponte incendium ortum. & clamor inter eedem: & uulnera
sublatus: an extrepidatione nocturna esset confusus: sensim ue
ri admebat. Igitur prose quisq; inermes: ut quibus nihil hostile
suspectum esset omnibus portus q̄ cuiq; proximum erat ea modo
que restinguendum ignī forent portantes in agmen romanum
ruebant. Quibus cesis omnibus: preterq̄ hostili ochlo etiā ne qs
nuntius effugeret: extemplo Scipio neglectas: ut in tali tumul
tu portas inuadit. Ignibusq; in proxima tecta comectis effusa
flamma primo ueluti sparsa pluribus locis reluxit. deinde per
continua serpens uno repente omnia incendio hausit. Ambusti
homines iumentaq; foeda primum fuga deinde strage obrue
bant uinera portarum: quos non oppresserat ignis ferro absūp
ti. binaq; castra die una deleta. duces tamen ambo & ex tot mi
libus armatorum .xx. milia peditum & quingenti equites sem
permes magna parte sauciis afflatuq; incendio effugerunt. Ce sa
haud hasta flāmis ad .xl. milia hominum sunt capti supra q̄q;
milia. Carthaginensium nobiles undecim senatores signa mi
litaria .c. lxxiii. equi numidici supra .ii. milia .dcc. elephā
ti sex capti octo flamma ferroq; absumpti. magnaq; uis armo;
capta. Ea omnia imperator Vulcano sacra incendit. Hasdru
bal ex fuga cum paucis afrorum urbem proximam petierat:
eoq; omnes qui superant uestigia ducis sequentes se contulerāt
metu deinde: ne dederetur Scipioni urbe excessit. Mox eode
patentibus portis romani accepti: nec quicq̄ hostile quia no

luntate concesserant in ditionem factum Due subinde urbes cap
te direpteq; ea preda & que castris incensis ex igne rapta erat mi
liti concessa est. Syphax octo milium ferme inde spatio loco com
munito consedit. Hasdrubal carthaginem contendit ne quid per
metum ex recenti clade mollius consuleretur, quo tantus primo
terror est allatus ut omissa Vtica carthaginem crederent ex tẽplo
Scipionem oppressurum. Senatum itaq; suffetes quod uelut con
sulare imperium apud eos erat uocauerunt. Ibi tribus dictis sen
tentiis una de pace legatus ad Scipionem decernebat. Altera han
nibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam reuocabat. Ter
tia romanę in aduersis rebus constantię erat raparãdum exerci
tum. Syphacemq; orandum ne bello absisteret censebat hęc sen
tentia quia hasdrubal presens Barchinęq; omnes factionis bellũ
malebant uincit. Inde delectus in urbe agrisq; haberi coeptus. Et
ad Syphacem legati missi summa ope & ipsum reparantẽ bellum
cum uxor iam non ut ante blanditiis satis petentibus ad animũ
amantis: sed precibus & misericordia ualuisset plena lachryma
rum obtestans ne patrem suum patriamq; proderet. Isdẽq; flam
mis carthaginem quibꝫ castra conflagrassent absũmi sineret. t
S pem quoq; opportune oblatam afferebant Legati quattuor milia
celtiberorum circa urbem nomine olbam ab conquisitoribꝫ suis
conducta in hispania egregie iuuentutis sibi occurrisse & hasdru
balem prope diem affore cum manu haud q̃q̃ contemnenda. Is
non benigne modo legatis respondit sed ostendit etiam multi
tudinem numidarum agrestium quibus per eosdem dies arma
equosq; dedisset. & omnem iuuentutem affirmat exciturum ex
regno, scire incendio non prelio cladem acceptam. eum bello t
inferiorem esse qui armis uincat. Hęc legatis responsa & post
dies paucos rursus hasdrubal & Syphax copias iunxerunt. Is
omnis exercitus fuit xxx. ferme milia armatorum. Scipioẽm
uelut iam debellato quod ad Syphacem carthaginensesq; atti
neret. Vticę oppugnandę intentum iamq; machinas ad mouẽ

tem muris: auertit fama redintegrati belli modicisq; presidiis ad
spem modo obsidionis: terra mariq; relictis: ipse cum robore exer-
citus ire ad hostes pergit primo in tumulo quattuor ferme milia
distante ab castris regis consedit. Postero die cum equitatu in
magnos ita uocant. campos subiectos ei tumulo degressus suc
cedendo ad stationes hostium. lacessendoq; leuibus preliis diem
absumpsit. & per insequens biduum tumultuosis hinc atq; illinc
excursionibus inuicem nihil dictus satis dignum fecerunt. Quar
to die in aciem utrinq; decensum est. Romanus post principes ha
statorum prima signa in subsidiis Triarios constituit equitatu
Italicum ab dextro cornu ab leuo Numidas Masanissamq; oppo
suit. Syphax hasdrubalq; numidas aduersus Italicum equitatu
carthaginensibus contra Masanissam locatis celtiberos in media
aciem in aduersa signa legionum accepere. Ita instructi con
currunt primo impetu simul utroq; cornu. & numide & car
thaginenses pulsi. Nā neq; numide maxia pars agresti Romanū
eqtatū neq; Carthaginēses 7 ipe nouus mile Masanissā rcēti sup ceia
uictoria terribilē sustinuē nudata utriq; cornib celtiberorū acies
stabat: q; n̄ i fuga salus ulla ondebat locis igtis neq; spes ueie ab Sci
pione erat. quē bn̄meritū de se 7 gēte sua: mcēnariis āmis i africā op
pugtū uenissēt. Ig circūfusi udiq; hostibus: alii super alios cadētes
moriebantur omnibusq; in eos uersis aliquantum ad fugā tē
poris Syphax & hasdrubal preceperunt. fatigatos cede diutius
q̄ pugna: uictores nox oppressit. Postero die Scipio Lelium Ma
sanissamq; cum omni romano: & numidico equitatu: expeditisq;
militum: ad persequendos Syphacem atq; hasdrubalem mittit Ipē
cum robore exercitus urbes circa omnes: que carthaginensium
ditiois erāt parti ui parti mtu subegit. Carthagini quidem erat
ingens terror & circūferentem arma Scipionem omnib finiti
mis raptim perdomitis: ipsam carthaginem repente adgressurū
credebant. Itaq; & muri reficiebantur: propugnaculisq; arma
bantur. & pro se quisq; que diutine obsidioni tolerande sūt. ex

agris necessaria conuehit. Rara mentio est pacis frequentior
Legatorum ad hannibalem arcessendum mittendorum. Pars
maxima classem quæ ad cõmeatus excipiendos parata erat mit
tere iubent ad opprimendam stationem nauium ad vticam in
caute agentem. Forsitan etiam naualia castra relicta cum leui
presidio oppressuros. In hoc consilium maxime inclinãt. Le
gatos tamen ad hannibalem mittendos censent quippe classe
ut felicissimę gerantur res parte aliqua leuari vticę obsidio
nem. Carthaginem ipsam qui tueatur neq; imperatorem aliũ
q̃ hannibalem neq; exercitum alium q̃ hannibalis super esse:
Deducte ergo postero die naues simul & legati Italiam profci.
raptimq; omnia stimulante fortuna agebantur & in quo qsq;
cessasset prodi ab se salutem omnium rebatur Scipio grauem
iam spolus multis multarum urbium exercitum trahens: cap
tiuis aliaq; preda in uetera castra ad vticam missis iam in car
thaginem intentus occupat relictum fuga custodum Tuneta.
A best a carthagine xii milia ferme passuum locus tum operib;
tum suapte natura tutus. Et qui ab carthagine conspici & pre
bere ipse conspectum tum ad urbem tum ad circũfusum ma
re urbi posset. Inde cum maxime uallum romani iacerẽt cõ
specta classis ostium est vticam a carthagine petens. Igitur omis
so opere pronuntiatum iter signaq; raptim ferri sunt cępta
ne naues in terram & ad obsidionem uersę ac minime nauali
prelio apte opprimerentur. Qui enim restituissent agili &
nautico instrumento aptæ & armatę classi naues tormenta
machinasq; portantes: & aut in onerarium uersæ aut ita ap
pulsæ ad muros: ut pro aggere ac potentibus prebere: acces
sum possent. Itaq; Scipio postq̃ eo uentum est ut in nauali cer
tamine solet rostratis quę presidio aliis esse poterant. In postre
mam aciem receptis prope terram onerarium quadruplicẽ
ordine pro muro aduersus hostem opposuit easq; ipsas ne ĩ tu
multu pugnæ turbari ordines possent: malis antẽnisq; de na

ue in nauem traiectis: ac ualidis funibus: uelut uno inter se
uinculo illigatis compressit. tabulasq; super instrauit: ut per
uium nauium ordinem faceret. & sub ipsis pontibus interualla
fecit. qua procurrere speculatorię naues in hostem: ac tuto reci
pi possent. His raptim pro tempore instructis. mille ferme de
lecti propugnatores onerariis imponuntur. telorum maxime
missilium: ut quāuis longo certamine sufficerent uis ingens
congeritur. Ita parati instructiq; hostium aduentum opperie
bantur. Carthaginenses: qui si maturassent: omnia permixta
turba trepidantium primo impetu deprehendissent. perculsi ter
restribus cladibus: atq; inde ne in mari quidem: ubi ipsi plus
poterant satis fidentes die signi nauigatione absumpto sub occa
sum solis in portum: rusucinona afriuocant classem appulere.
postero die sub ortum solis instruxere ab alto naues: uelut ad
iustum prelium nauale. & tanq̄ exituris contra romanis cum
diu stetissent postq̄ nihil moueri ab hostibus uiderunt. tum de
mum onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini na
uali similis: proxime spetiem muros oppugnantium nauiū. alti
tudine aliquantum onerarię superabant. ex rostratis poeni ua
na pleraq; ut pote supino iactu: tela in locum superiorem mitte
bant. rarior ac pondere ipso liberatior supernę ex onerariis ict⁹
erat. Speculatorię naues ac leuia ipsa nauigia: quę sub constrat⁹
pontium per interualla excurrebant primo ipso tantū īpetu
ac magnitudine rostratarum obruebantur. Deinde & propu
gnatoribus quoq; incōmodę erant: q̄ permixtę cum hostium
nauibus inhibere sępe tela cogebant metu: ne ambiguo ictu
suis inciderent. Postremo asseres ferreo unco prefixi: harpa
gones uocant milites: ex punicis nauibus inici in romanas cęp
ti quos cum neq; ipsos: neq; cathenas quibus suspensi iniiciebant
tur incidere possent. ut quęq; retro inhibita rostrata onerariā
hęrente unco traheret. scindi uideret uincula quibus aliis alia
innexa erat seriem q̄ aliam simul plurium nauium trahi. hoc ma

xime modo lacerati quidem omnes pontē & uix transiliendi
in secundum ordinem nauium spatium propugnatoribus da
tum est. Sex ferme onerarię pupibus abstractę carthaginem
sunt: maior q̄ pro re Letitia: sed eo maior: q̄ inter assiduas cla
des ac lachrymas unum quantumcūq; ex insperato gaudium
adfulserat: cum eo ut appareret: haud procul exitio fuisse Ro
manā classem: ni cessatum a Prefectis suarum nauium foret. &
Scipio in tempore subuenisset. Per eosdem forte dies cum Lęli'
& Masanissa quintodecimo ferme die in Numidiam peruenisset.
Messuli regnum paternum Masanissę Leti: ut ad regem diu de
syderatum concessere. Syphax pulsis inde prefectis presidiis q
suis. uetere se continebat regno. ne utiq; quieturus: stimulabat
ęgrum amore. uxor socerq; & ita uiris equisq; abnudabat. ut
subiectę oculis regni per multos florentes annos uires etiam mi
nus barbaro. atq; impotenti animo spiritus possent facere. Igitur
omnibus qui bello apti erant. in unum eductis equos arma tela
diuidit. equites in turmas pedites in cohortes: sicut quondam
ab romanis centurionibus didicerat: distribuit. Exercitu haud
minore q̄ prius quem prius habuerat: cęterum omni propeno
uo: atq; incondito ire ad hostes pergit. & castris in propinquo po
sitis primo pauci equites ex tuto speculatores abstationibus pro
gredi. Inde iaculis summoti recurrere ad suos inde excursiones
inuicem fieri. Et cum pulsos indignatio accenderet plures subi
re quod irritamentum certaminum equestrium est. Cum aut
uincentibus spes aut pulsis ira aggregat suos. Ita tum a paucis
prelio accenso omnem postremo utrinq; equitatum certaminis
studium effudit. ac dum equestre prelium erat: multitudo mas
sessuliorum: ingentia agmina Syphace emittente sustineri uix
poterat. Deinde ut pedes romanus repentino per turmas suas
uiam dantes intercursu stabilem aciem fecit: absternitq; effuse
inuehentē se se hostem: primo barbaris segnius permittere equos
deinde stare ac prope turbari nouo genere pugne. postremo nō

pedites solum cedere sed ne equitem quidem sustinere pedites
presidio audentem. Iam signa quoq; legionum appropinquabat
Cum uero Massesulii non modo primum impetum: sed ne con
spectum quidem signorum atq; armorum tulerunt tantū sed
seu memoria priorum cladium seu presens terror ualuit. Ibi Sy
phace dum obequitat hostium turmis: si pudore si periculo suo
fugam sistere posset equo grauiter icto effusis opprimitur capi
turq; & uiuus. Letum ante omnes Masanisse prebiturus specta
culum: ad Lelium pertrahitur. Curtha caput regni Syphacis e
rat. eoq; se ingens hominum uis ex fuga contulerat. Cædes in eo
prelio minor q; uictoria fuit: quia equestri tantūmodo prelio
certatum fuerat. Non plus quinq; milia occisa: minus dimidiū
eius hominum captum est. Impeti in castra facto: quo perculsa
rege amisso: multitudo se contulerat. Masanissa Lelio dicere si
bi quidem. Nihil esse in presentia pulchrius: q; uictorem recu
peratum tanto post interuallo patrium inuisere regnum. sed
tam secundis q; aduersis rebus: non dari spatium ad cessandū.
si se Lelius cum equitatu uictoq; Syphace Curtham precedere si
nat: trepida omnia metu se oppressurum. Lelium cum pedite
subsequi modicis uneribus posse. Assentiente Lelio pregressus
Curtham euocari ad colloquium princeps curthensium iubet: t
Sed apud ignaros regis casus neq; que acta essent promendo nec
minus nec suadendo ante ualuit. q; rex uinctus in conspectu da
tus esset. Tum ad spectaculum tam foedum complorato orta. &
partim pauore: mēma sunt deserta. partim repentino consensu:
gratiam apud uictorem querentium patefactę porte. & masanis
sa presidio circa portas opportuna q; mentum dimisso: ne cui fu
gę pateret exitus ad regiam occupandam citato uadit equo in
tranti uestibulum: in ipso uestibuli lumine Sophonisba uxor Sy
phacis filia hasdrubalis poeni occurrit. Et cum in medio agmine
armatorum. masanissam insignem cum armis: tum cetero habi
tu conspexisset: & regem esse: id quod erat rata: genibus ad uolu

ta eius. Omnia quidem inquit ut posses in nos dii tibi dede
runt. uirtus q; & felicitas tua: sed si captiuę apud dominum
uite necisq; suę uocem: supplicem mittere licet: si genua: si uic
tricem attingere dextram precor: queso q; per maiestatem re
giam. In qua paulo ante nos quoq; fuimus: perq; genus numidi
rum nomen: quod tibi cum Syphace commune fuit per huius
ce regie deos: qui te melioribus omnibus accipiant: q; Syphacē
hinc miserunt: hanc ueniam supplici des: ut ipse quod cuiq; fe
ret animus: de captiua statuas: neq; me in cuiusq; romani supbi
ac crudele arbitrium uenire sinas. Si nihil aliud q; Syphacis u
xor fuissem: tamen numide: atq; in eadem mecum africa ge
niti. q; alienigenę & externi fidem experiri mallem. Quid car
thaginensi: ab romano: quid filię hasdrubalis timendum sit: ui
des. Si nulla alia re potes: me morte ut uindices: ab romanorū
arbitrio oro obtestorq. Forma erat insignis & florentissima
etas. Iraq; cum modo dextram amplectens in id ne cui roma
no traderetur fidem exposceret propiusq; iam blanditias ora
tio esset q; preces non in misericordiam modo prolapsus est
animus uictoris sed ut est genus numidarum in uenerem pre
ceps amore captiuę uictor captus data dextra in id quod pete
batur obligandę fidei in regiam concedit. Instruit deinde repu
tare secum ipse quēadmodum promissi fidem prestaret. Quod
cum expedire non posset ab amore temerarium atq; impudēs
mutuatur consilium. Nuptias in eum ipsum diem parare
parari iubet: ne quid relinqueret integri aut Lelio aut ipsi Sci
pioni consulendi uelut in captiuam que Masanisse iam nupta
foret. factis nuptiis superuenit Lelius. & adeo non dissimulauit
improbare factum: ut primo etiam cum Syphace & ceteris cap
tis de tractam eam thoro gemali mittere ad Scipionem cona
tus sit. Victus deinde precibus Masanisse oranti ut arbitrū
utriusl regum duorum fortunę accessio esset. Syphonisba ad
Scipionem reiiceret misso Syphace & ceteris captiuis ceteras

urbes numidiae quę presidiis regiis tenebant adiuuante masa
nissa recipit. Syphacem in castra adduci cum esset nuntiatū oīs
uelut ad spectaculum Triumphi multitudo effusa effusa est: pre
cedebat ipse uinctus sequebatur grex nobilium numidarū. Tū
quantum plurimum quisq; poterat magnitudini Syphacis famę
gentis. uictoriam suam augendo addebat. illum esse regē cui
tantum maiestati duo potentissimi in terris tribuerint populi
romanus carthaginensis que ut Scipio Imperator suus ad amici
tiam eius petendam relicta prouincia hispania exercituq; duab;
quinqueremib; in africam nauigaret. Hasdrubal poenorum
imperator non ipse modo ad eum in regnum uenerit sed etiā
filiam ei nuptam dederit. habuisse eum uno tempore in pote
state duos imperatores. poenum romanumq;. Sicut ab diis im
mortalibus pars utraq; hostiis mactandis pacem petisset: Ita ab
eo utrinq; pariter amicitiam petitam. iam tantas habuisse opes
ut Masanissam regno pulsum: eo redegerit ut uita eius fama
mortis & latebris ferarum modo in siluis rapto uiuentis tege
retur. His sermonibus circunstantium celebratis: rex in preto
rium ad Scipionem est productus. Mouit & Scipionem tam
fortuna pristina uiri presenti fortunę collata: tum recordatio
hospitii. dextreq; datę & foederis publice ac priuatim iuncti.
E adem hec & Syphaci animum dederunt in alloquendo uictorē
N am cum Scipio quid sibi uoluisset. quereret: qui non societatē
solum abnuisset romanā: sed ultro bellum intulisset. Tum ille
peccasse quidem sese: atq; insanisse fatebatur. sed cum demum
cum arma aduersus. Po. R. recepisset exitum sui furoris fuisse
non principium: tunc se insanisse cum hospitia priuata: & pu
blica foedera omnia ex animo eiecisset: cum carthaginensem
matronam domum accepit. Illis nuptialibus facibus regiam
conflagrasse: suam illam furiam pestemq; omnibus delinien
tis animum suum auertisse atq; alienasse. nec quieuisse donec
ipsa manibus suis nepharia sibi arma aduersus hospitem atq;

amicum induerit. Perduro tamen sibi atq; afflicto hoc in miseris
solatii esse q; in omnium hominum inimicissim sibi domum ac
penates eandem pestem ac furiam transisse uideat. neq; pruden
tiorem neq; constantiorem Masanissam q̄ Syphacem esse. etiam ab
iuuenta incautiorem certe stultius ullum. atq; intemperantius eā
q̄ seduxisse. Hanc non hostili modo odio. sed amoris etiam stimu
lis armatam apud emulum cernens. cum diceret non mediocri
cura Scipionis animum pepulit. & fidem criminibus facte prope
inter arma nuptie: neque consulto: neq; expectato Lelio facie
bant. tāq; preceps festinatio. ut quo die captam reginam uidisset.
eodem matrimonio iunctam acciperet. & apud penates hostis su
nuptiale sacrum conficeret. Etiam eo fedior hec uidebantur Sci
pioni q; ipsum in hispania iuuenem nullius forma pepulerat cap
tiue. Hec secum uoluens. Lelius ac Masanissa superuenerunt. quo
cum pariter ambos benigno uultu excepisset. & egregiis laudibus
frequenti prętorio celebrasset. adductum in secretum Masanis
sam sic alloquitur. Aliqua te existimo Masanissa intuentem in
me bona. & principio in hispania adiungendam amicitiam me
cum uenisse. & postea in africa te ipsum spesq; omnis tuas in fidē
meam commisisse. atq; nulla earum uirtus est. propter quā appe
tendus tibi usus sim. in qua ego eque atq; temperantia. & continē
tia libidinum gloriatus fuerim. Hanc te quoq; ad ceteras tuas ex
imias uirtutes Masanissa adiecisse uelim. Nam non est mihi credo
tantum ab hostibus armatis. etatis nostre periculum. quantum ab
circumfusis undiq; uoluptatibus. Qui eas sua temperantia frena
uit: ac domuit. multo maius decus. maioremq; uictoriam sibi pe
perit: q̄ nos Syphace uicto habuimus. Quę me absente strenue ac
fortiter fecisti: libenter: & cōmemorau & memini cętera te ipsum
reputare tecum: q̄ me dicente erubescere. malo Syphace populi ro
mani auspicus uictus: captusq; est. Ita q; ipse coniuge. regnum agri
oppida homines: qui incolunt. quicquid denique Syphacis fuit. prę
da populi romani est: & regem & coniugem eius. etiam si non eius

carthaginensis esset. etiam si non patrem eius imperatorem hostium uideremus. Romam oporteret mutr. ac senatus populiq; Romani de ea iudicium atq; arbitrium esse quæ regem nobis socium alienasse. atq; in arma coegisse precipitē dicatur uicē animum. caue ne deformes multa bona uno uitio. & tot meritorū gratiam maiore culpa. q̄ causa culpæ est: corrumpas. Masanissæ hec audienti non rubor est solum suffusus. sed lachrymę etiā abortę. & cum se quidem in potestate futurum imperatoris dixisset orasset q; eum: ut quantum ressineret fidei suę temere obstrictę cōsuleret promisse enim se in nullius potestatē eam traditurum ex pretorio in tabernaculum suum confusus concessit. Ibi arbitris remotis cum crebro suspirio & gemitu quo facile a circunstantibus tabernaculum exaudiri posset. aliquantum temporis consumpsisset ingenti ad postremum edito gemitu fido ex seruis uno accito: sub cuius custodia regio more ad incerta fortunę uenenū erat ei mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam iubet ac simul nuntiare. Masinissam libenter ei primam fidem prestaturum fuisse: quam uir uxori debuerit quoniam eius arbitrium qui possint: adimant secundam fidem prestare. ne uiua in potestatem romanorum ueniat. memor patris imperatoris patriq; & duorum regum quibus nupta fuisset. sibi ipsa consuleret. Hunc nuntium ac simul uenenum ferens minister: cum ad Sophonisbam uenisset. Accipio inquit nuptiale munus. neq; ingratum. similiq; masinissa uir uxori prestare potuit. Hec tamen nuntia melius memoraturam fuisse si non in funere meo nupsisset. nec loquuta est ferociusq; acceptum poculum nullo trepidationis signo dato ipsa inde hausit. Quod ubi nuntiatum est Scipioni. ne quid ager aio feroce iuuenis grauius consuleret: accitum eum ex templo: nūc solatur: nunc q; temeritatem temeritate alia luerit. tristioreq; rem. q̄ necesse fuit fecerit leniter castigat. Postero die ut a prelati motu auerteret animum eius. in tribunal ascendit & contionem aduocari iussit: ibi Masinissam primum regem appellatū.

eximiisq; ornatum laudibus: aurea corona: aurea patera: sella cu
ruli eburnea. & Scipione eburneo toga picta: & palmata tunica
donat. Addit uerbis honorem neq; magnificentius quicq̄ Triū
pho apud romanos neq; triumphantibus ampliorem eo ornatum
esse: quo uno omnium externorum dignū. Masanissam populus
ro. ducat. Lelium deinde: & ipsum collaudatum aurea corona
donat. & alii militares uiri: pro ut a quoq; nauata opera erat: do
natis. Is honoribus mollitus regis animus: erectusq; in spem pro
pinquam sublato Syphace. omnis numidie potiunde. Scipio. C.
Lelio cum Syphace: aliisq; captiuis romam misso cum quibus &
Masanisse legati missi sunt: ipse ad Tuneta rursum castra refert:
& que munimenta inchoauerat: permunit. Carthaginenses nō
breui solum: sed prope uano gaudio ab satis prospera in presens
oppugnatione classis perfusi. post famam capti Syphacis in quo
plus prope quam in hasdrubale atq; exercitu suo spei reposuerāt
perculsi iam nullo auctore belli ultro audito. Oratores ad pacē
petendam mittunt. xxx. seniorū principes. id erat sanctius apd
illos consilium. maximaq; ad ipsum senatum regendum uis. Qui
ubi in castra romana & pretoriū peruenerunt: more adulātiū
accepto credo ritu. ex ea regione: ex qua oriundi erant: procu
buerunt. Cōueniens oratio tam humili adulationi fuit. non cul
pam purgantium: sed transferentium initium culpe in hanni
balem impotentieq; eius fautores. ueniam ciuitati petebant.
ciuium temeritate bis iam ante euerse: incolumi future iterū
hostium beneficio. Imperium ex uictis hostibꝫ populi ro. non
pernitiem petere: paratis obedienter seruire: que uellet: impe
raret. Scipio: & uenisse ea spe in africam se ait. & spem suam pros
pero belli euentu auctam. uictoriam se non pacem domum re
portaturum esse: tamen cum uictoriam prope in manibꝫ ha
beat: pacem non abnuere: ut omnes gentes sciant: populū ro.
& suscipere iuste bella: & finire. Leges pacis se has dicere: capti
uos & perfugas restituant exercitus ex italia & Gallia deducāt

Hispania abstineant insulis omnibus que inter Italiam & africam
sunt. decedant. naues longas omnes preter uiginti tradant. tri
tici quingenta hordei. ccc. milia modium. Pecunie summam
quantam imperauerit. Parum conuenit Alibi quinq; milia pō
do argenti. alibi duplex stipendium militibꝫ imperatum inue
nio. His conditionibꝫ inquit si placeat pax triduum ad consul
tandum dabitur. si placuerit mecum indutias facite. Romā
ad senatum mittite legatos. Ita dimissi Carthaginenses: nulla'
recusandas conditiones pacis cum censuissent quippe qui mo
ram temporis quererent: dum hannibal in africam trauceret.
Legatos alios ad Scipionem. ut indutias faceret. alios romam ad
pacem petendam mittunt ducentes paucos in spetiem captiuos
perfugasq; & fugitiuos. quo impetrabilior pax esset. Multis
ante diebus Lelius cum Syphace primoribꝫq; numidarum cap
tiuis romam uenit. Queq; in africa gesta essent: omnia expo
suit ordine patribus ingenti omnium: & in presens letitia: &
in futurum spe. Consulti inde patres: regem in custodiam Albā
mittendum censuerunt. Lelium retinendum: donec Legati car
thaginenses uenirent supplicatio in quatriduum decreta est
P. Elius pretor senatu misso. & contione inde aduocata cū. C.
Lelio in rostra ascendit. Ibi uero audientes fusos carthaginē
sium exercitus. deuictum & captum ingentis nominis regem:
numidiam omnem egregia uictoria peragratam: tacitum con
tinere gaudium non poterant. quin clamoribus: quibusq; aliis ꝛ
multitudo solet. letitiam immodicam significarent. Itaq; pretor
ex templo edixit: uti editui ædes sacras tota vrbe aperirēt cir
cūeundi salutandiq; deos: agendiq; grates. per totum diem po
pulo potestas fieret. Postero die legatos Masanisse in senatum
introduxit. Gratulari primum Senatui sunt q. P. Scipio prospe
re res in africa gessisset. Deinde gratias egerunt: q. Masanis
sam no appellasset modo regem: sed fecisset restituendo pa
ternum regnum. In quo post Syphacem sublatum. si ita prībꝫ



uisum esset sine metu & certamine esset regnaturus. Deinde q̄
quo collaudatum pro contione amplissimis decorasset donis gḡ
ne indignus esset & dedisse operam Masamissam & porro datu
esse petere ut regium nomen ceteraq̄ Scipionis beneficia & mu
nera senatus decreto confirmaret. Et nisi molestum esset illud
quoq̄ petere Masamissam ut numidas captiuos qui rome in cu
stodia essent remitterent. Id sibi amplum apud populares futurū
esse. Ad ea responsum legatis. Rerum gestarum in africa prospe
re cōmunem sibi cum rege gratulationem esse. Scipionem rectē
atq̄ ordine uideri fecisse q̄ eum regem appellauerit & quicq̄d
aliud fecerit q̄ honori foret Masamisse. Ei patres comprobare
atq̄ laudare. Munera que legati ferrent regi decreuerunt. Sagu
la purpurea duo cum fibulis aureis singulis & lato clauo tunicas
equos duos phaleratos bina equestria arma cum loricis & taber
nacula militaremq̄ supellectilem qualem prebere consuli mos
est. Hec regi prętor mittere iussus. legatis in singulos dona ne
minus quinum milium comitibus eorum mille æris & uestimē
ta bina. Legatis singula comitibus. Numidis q̄ q̄ ex custodia
missi redderentur. Regię ad hoc ędes libera loca lauticię legati
decreta. Eadem ętate qua hec decreta rome & in africa gesta
sunt. P. Quintilius varus prętor & M. Cornelius proconsul i agro
Insubrium Gallorum cum Magone poeno signis collatis pugna
uerunt. Prętoris legiones in prima acie fuerunt. Cornelius sua
in subsidiis tenuit. Ipse ad prima signa equo aduectus. proq̄ du
obus cornibus prętor ac proconsul milites ad inferenda in ho
stes signa summa ui hortabantur. Postq̄ nihil cōmouebant. tum
Cornelio Quintilius. Lentior ut uides fit pugna inquit & indura
tus prater spem resistendo hostium timor. ac ne uertatur in au
daciam periculum est. equestrem procellam excitemus oportet
si turbare ac statu mouere uolumus. Itaq̄ uel tu ad prima signa
prælium sustine ego inducam in pugnam equites. uel ego hic in
prima acie rem geram. tu quattuor legionum equites in hostē

emittito. Vtram uellet pretor muneris partem proconsul acci
piente. Quintilius pretor cum filio cui Marco prenomen erat
in pigro iuuene ad equites peregit iussosq; ascendere in equos re
pente in hostem emittit tumultum equestrem auxit clamor ab
legionibus additus. nec stetisset hostium acies ni Mago ad primū
equitum motum paratos elephantos ex templo in prelium[1] fecerit.
E t ut in rem permixtis ubi cuspide uti & cominus gladio posset
roboris maioris romanus eques erat. Ita in ablatum pauentibus
procul equis melius ex interuallo numidie iaculabantur simul
& peditum legio duodecima magna ex parte cesa pudore magis
q̄ uiribus tenebat locum: nec diutius tenuisset ni ex subsidiis tre
decima legio in primam aciem inducta prelium dubium excepis
set. Magoq; ex subsidiis Gallos integre legioni opposuisset. Quib;
haud magno certamine fusis hastati legionis undecimae conglo
bant sese atq; elephantos iam etiam peditum aciem turbantes in
uadunt. In quos cum pila confertos coniecissent: nullo ferme
frustra emisso omnes retro in aciem auerterunt quattuor ii
grauari uulneribus corruerunt. Tum prima cōmota hostium
acies simul omnibus peditibus ut auersos uidere elephantos ad
augendum pauorem ac tumultum effusis. Sed don̄ stetit an̄ sig̃
Mago gradū sensim referentes ordines tenorem pugne seruabāt.
P ostq̄ foemine tranfixo cadentem auferriq; ex prelio prope exā
guem uidere ex templo in fugam omnes conuersi ad .v. milia
hostium eo die cesa & signa militaria duo & uiginti capta. Nec
romanis in cruenta uictoria fuit .ii. milia & .ccc. de exercitu
pretoris pars multo maxima ex legione .xii. amissa. Inde et
tribuni militum duo. M. Cosconius & M. Menius. Tertie deci
me quoq; legionis que postremo prelio adfuerat. Cn. Heluius
Tribunus militum in restituenda pugna cecidit & duo de .xx.
ferme equites illustres obtriti ab elephantis cum centurionib;
aliquot perierunt. Et longius certamen fuisse ni uulnere ducis
concessa uictoria esset. Mago proxime noctis silentio profect⁹

[1] induxisset ad quorū stridorē odorēq; & aspectū ter riti equi manū eque stre pre li ū

quantum pati uię ꝑ uulnus poterat itineribus extentis ad
mare in Ligures Ingaunos peruenit. Ibi eum Legati ab cartha
gine paucis ante diebus in sinum Gallicum ad pulsis nauibꝫ
adierunt. iubentes primo quoq; tempore in africam trauceret.
Idē & fratrem eius hannibalem: nam ad eum quoq; ipse lega
tos eadem iubentes: facturum non in eo esse carthaginensiū
res: ut Galliam atq; Italiam armis obtineant. Mago non īperio
mō senatus. periculoq; patrię motus sed metuens etiam ne
uictor hostis moranti instaret: Ligures q; ipsi relinqui Italiā
a poenis cernentes ad eos: quorum mox in potestate futuri
essent: deficerent: simul sperans leniorem in nauigatione: q̄
in uia iactationem uulneris fore & curationi omnia commo
diora impositis copiis in naues profectus: uix dum superata
sardinia ex uulnere moritur. Naues quoq; aliquot Poenorum
disiectę in alto a classe romana: quę circa sardiniam erat: ca
piuntur. Hec terra mariq; in parte Italię quę iacet ad alpes:
gesta Consul. Cn. Seruilius: nulla memorabili re. in prouīcia
hetruria: & Gallia. Iam eo quoq; processerat. gesta patre. Cn. Ser
uilio: & C. Lutatio patruo ex seruitute post decimum sextum
annum receptis: qui ad uicum Canetum a Boiis capti fuerant:
hinc patrię: hinc patruo lateri circūdatus: priuato magis q̄
publico decore in signis romam rediit. Latum ad populū est
ne. Cn. Seruilio fraudi esset: q; patrię qui sella curulis sedisset:
uiuo. cum id ignoraret: Tribunus plebis atq; aedilis Pl. fuis
set contra q̄ sancitum legibꝫ erat. Hac rogatione perlata in
prouinciam rediit. Ad Cn. Seruilium consulem: qui in Bruuiis
erat. Consentia Vffugum Vergę: Besidię: hetriculum: Sypheū:
argentanum: Dampetia: multiq; alii ignobiles populi: senesce
re punicum bellum cernentes defecere. Idem consul cum han
nibale in agro Crotonensi acie conflixit. Obscura eius pugnę
fama est. Valerius antias .v. milia hostium cęsa ait. Quę tanta
res est: ut aut impudenter ficta sit: aut negligenter pretermis

ſa. Nihil certe ultra rei ab hannibale in Italia geſtum eſt. nam ad
eum quoq; Legati ab carthagine uocantes in africam. iſſorte
diebus. quibus ad Magonem uenerunt. frendens. fremens. ge
mens q; ac uix lachrymis temperans. dicitur legatorum uerba
audiſſe. Poſtq; edicta ſunt mandata. Iam non perplexe inquit.
ſed palam reuocant. qui uetando ſupplementum & pecuniã mit
ti iam pridem retrahebant. Vicit ergo hannibalem. non popul⁹
romanus totiens cęſus fugatusq; ſed ſenatus carthaginenſis. ob
trectationem atq; inuidia. neq; ac deformitate reditus mei tã
P. Scipio exultabit. atq; efferet ſeſe. q; hanno qui domum no
ſtram quando alia re non potuit. ruina carthaginis oppreſſit.
Iam hoc ipſum preſagiens animo. preparauerat ante naues. Iraq;
inutili multum turba. preſidii ſpecie in oppida Brutii agri. q;
pauca magis metu q; fide continebãtur. dimiſſa. Quod roboris
in exercitu erat in africam trãſuexit. multis Italici generis.
quia in africam ſequuturos abnuentes. conceſſerant. In Iuno
nis Lacinię delubrum. inuiolatum ad eum diem. in templo ipo
fide interfectis. Raro quenq; alium patriam exilii cauſa relin
quentem magis mœſtum abiiſſe ferunt. q; hãnibal hoſtium ter
ra excedentem reſpexiſſe ſepe Italię littora & deos hominesq;
accuſantem. in ſe quoq; ac ſuum ipſius caput execratum. q; nõ
euentum ab cannenſi uictoria militem romanũ duxiſſet. Sci
pionem ire ad carthaginem auſii. q; conſul hoſtem in Italia fo
rum non uidiſſet. ſe centum milibus armatorum ad tranſime
num. & cannas cęſis circa caſilinum cumas nolamq; cõſenu
iſſe. Hęc accuſans. querens q; ex diutina poſſeſſione Italię eſt
detractus. Romam per eoſdem dies. & Magonem & hannibalẽ
profectos allatum. ẽ cuius duplicis gratulationis relatio minu
it lętitiam. & q; parum duces in retinendis cum id mandatũ
ab ſenatu eſſet. aut animi. aut uirium habuiſſe uidebantur. &
q; ſolicui erant. omni belli mole in unum ducem exercitumq;
inclinata. quo euaſura eſſet res. Per eoſdem dies legati Sagũtini

uenerunt: comprehensos cum pecunia adducentes carthagine
ses qui ad conducenda auxilia in hispaniam traiecissent. Duce
tum & quinquaginta auri octoginta pondo argenti in uestibu
lo curie posuerint. Hominibo acceptis & in carcerem conditis
auro argentoq; reddito: gratie legatis actę: atq; insuper mune
ra data: ac naues quibus in hispaniam reuerterentur. Metio
deinde ab semoribus facta est: segnius homines bona: q̃ mala
sentire transitum hannibalis in italiam: quantum terroris pa
uoris q; esse: se semper meminisse: quas deinde clades: quo' lę
tus incidisse: uisa castra hostium emuris urbis: quę uota singu
lorum uniuersorumq; fuisse: quotiens in conciliis uoces: man'
ad cęlum porrigentium auditas: en unq̃ ille dies futurus esset
quo uacuam hostibus italiam bona pace florentem uisuri essent.
dedisse id deos: Tandem sexto decimo anno. nec esse qui diu gra
tas agendas censeant. A deo ne aduenientem quidem gratiam
homines benigne accipere: ne dum ut preterit; satis memores
sint. Conclamatum deinde ex omni parte curię est: uti referret
P. Elius pretor decretumq; est ut v. dies circa omnia puluina
ria supplicaretur: uictimęq; maiores immolarentur. C. xx. Iam
dimisso Lelio Legatisq; Masanisse: cum carthaginensium Lega
tos de pace ad senatum uementes Puteolis usos inde terra
uenturos allatum esset. reuocari. C. Lelium placuit: ut cora eo
de pace ageretur. Q. Fuluius Gillo Legatus Scipionis: cartha
ginenses Romam adduxit. Quibus uetitus ingrech urbe hospi
cium in ulla publica. Senatus ad ędem bellonę datus est. Ora
tionem eandem ferme quam apud Scipionem habuerunt. Cul
pam omnem belli a publico consilio in hannibalem uertentes
eum in tussu senatus: non alpes modo: sed hiberum quoq; trans
gressum: non Romanis solum: sed ante etiam saguntinis priua
to consilio bellum intulisse: Senatu ac populo carthaginensiu:
si quis uere estimet: fedus ad eam diem inuiolatum esse: cum ro
manis. Itaq; mihi aliud sibi mandatum esse: uti peterem: q̃ ut

in ea pace

in ea pace quæ postremo cum consule Lutatio facta est manere
liceret. Cum more tradito a Patribus potestatem interrogãdi
siquis uellet legatos prętor fecisset seniores q; qui foederibus in
terfuerant: alia alii interrogarent. Nec meminisse se per etatẽ &n.
omnes ferme iuuenes erant: dicerent legati: conclamatum ex
omni parte curię est. Punica fraude electos: qui ueterem pacem
repeterent: cuius ipsius non meminissent. Emotis deinde curia
legatis: sententiæ interrogari cęptę. M. Liuius. Cn. Seruiliũ con
sulem qui propior esset arcessendum ut coram eo die pace agere
tur censebat cum de re maiore: q̃ quanta esset consultatio incide
re non posset non uideri sibi absente consulum altero ambobus
ut eam rem agi satis ex dignitate populi R. esse. Q. Metellus qui
triennio ante consul dictator que fuerat. Cum P. Scipio cedendo
exercitus agros populando in eam necessitatem cõpulisset. hostes
ut supplices pacem peterent. & nemo omnium uerius existimare
posset qua mente ea pax peteretur: q̃ eum qui ante portas cartha
ginis bellum gereret nullius alterius consilio q̃ Scipionis accipiẽ
dam abnuendamq; pacem esse. M. Valerius Leuinus qui bis cõsul
fuerat speculatores non legatos uenisse arguebat iubendosq; eos
Italia excedere & custodes cum his usq; ad naues mittendos. Sci
pioniq; scribendum ne bellum remitteret. Lelius fuluiusq; adie
cerunt. & Scipionem in eo positam habuisse spem pacis: si hanni
bal & Mago ex Italia non reuocarentur. Cęterum omnia simula
turos carthaginenses duces eos exercitusq; expectantes deinde
quãuis recentium foederum & deorum omnium oblitos bellũ
gesturos. Eo magis in M. Leuinii sententiam discessum. Legati pa
ce infecta ac prope sine response dimissi. Per eos dies. Cn. Seruili
consul haud dubius quin pacatę Italię penes se gloria esset ue
lut pulsum ab se hannibalem persequens in siciliam inde in Afri
cam transiturus traiecit. Quod ubi Romę uulgatum est. Primo
censuerunt patres ut prętor scriberet consuli: senatum æquum
censere in Italiam reuerti eum. deinde cum prętor sumpturũ

eum litteras suas diceret: dictator ad id ipsum creatus. P. Sul
pitius: pro iure maioris imperii consulem in Italiam reuoca
uit. Reliquum anni cum M. Seruilio magistro equitum cir
cũeundis Italię urbibus: quę bello alienatę fuerant: noscen
disq; singularum causis consũpsit. Per indutiarum tempus: &
ex sardinia ab Lentulo prętore centum onerarię naues cum cõ
meatu: uiginti rostratarũ pręsidio: acte: & ab hoste: & ab tẽpesta
tibus mari tuto: in Africam transmiserunt. Cn. Octauio. cc.
onerariis. xxx. longis nauibus ex sicilia traiiciendi nõ eadẽ
fortuna fuit. In conspectu ferme africę prospero cursu uectũ:
primo destituit uentus: deinde uersus in Africum turbauit: ac
passim naues disiecit. Ipse cum rostratis ꝑ aduersꝰ fluctꝰ ĩgenti
remigum labore enisus: apollinis promontorium tenuit: one
rarię pars maxima ad Egimurum insulam: ea sinum ab alio ꝗ
claudit in qua sita carthago est. xxx. ferme milia ab urbe alię
aduersus urbem ipsam ad calidas aquas delate sunt. Omnia in
conspectu carthaginis erant Itaq; ex tota urbe in forum con
cursum est. Magistratus senatum uocare: populus in curię ue
stibulo fremere: ne tanta ex oculis manibꝰq; amitteretur pręda.
Cum quidam pacis petitę alii indutiarum: nec dum enim
dies exierat: fidem opponeret: permixto pene senatus popliq;
concilio: consensum est: ut classe quinquaginta nauium has
drubal Egimurum traiiceret. Indeq; per littora portusq; disper
sas Romanas naues: colligeret. Desertę fuga nautarum ꝑmũ
ab egimuro deinde ab aquis onerarię carthaginem puppibus
tracte sunt. Non dum reuerterant ab roma legati: neq; sciebãt
quę senatus Romani de bello: aut pace sententia esset: nec dũ
indutiarum dies exierat: eo indigniorem iniuriam ratus Sci
pio ab iis qui petissent pacem & indutias: spem pacis & fidẽ
indutiarum uiolatam esse. Legatos carthaginem. L. Bebiũ. M.
Seruilium. L. Fabium misit: qui cum multitudinis concursu
prope uiolati essent: nec reditum tutiorem cernerent futurũ

petierunt a magistratibꝫ quorum auxilio uis prohibita erat
ut naues mitterent quę se prosequerentur date triremes duę
cum ad Bragadam flumen peruenissent unde castra roma
conspiciebantur carthaginem redire. classis punica ad vticā
stationem habebat ex ea tres quadriremes seu clam misso a
carthagine nuntio ut fierent seu hasdrubale qui classi preerat
sine publica fraude ausō facinus quinqueremē romanā supe
rantem promontorium ex alto repente aggressę sunt sed neq;
rostro ferire celeritate subter labentem poterant neq; transi
lire armati ex humilioribus altiorem nauem. Et defendeba
tur egregie quo ad uela suppeditarant. Quibus deficientibus
iam nulla alia res eam quam propinquitas terrę multitudoq;
a castris in litus effusa tueri potuissēt. Concitatam enim re
mis quanta maxime ui poterant in terram cum immisissent.
N auis tantum iactura facta incolumes ipsi euaserunt Ita alio
super alio scelere cum haud dubie inducię ruptę essent Lęliꝰ
Fuluiusq; ab Roma cum legatis carthaginensibus superuene
runt. Quibus Scipio & si non indutiarum fides modo a cartha
ginensibus sed uis etiam gentium in legatis suis uiolatā eēt
tamen se nihil nec institutis Po. Ro. nec suis moribus īdignū
in uis facturum esse cum dixisset Legatis dimissis bellum pa
rabat hannibal iam terrę appropinquante iussus e nauisuꝫ
ascendere in malum ut specularetur q̄ tenerent regionem cī
dixisset sepulchrum dirutum proram spectare locum abomi
natus preteruehi. uisso gubernatore ad Lepuim appulit classē
atq; ibi copias exposuit. Hęc eo anno in africa gesta. In sequē
tia excedunt in eum annum quo M. Seruilius Geminus qui
tum Magister equitum erat & T. Claudius Nero consulē fēci
sunt. Ceterum exitu superioris anni cum Legati sociorū ur
bium ex grecia questi essent uastatos agros ab regibus pre
sidiis profectosq; in Macedoniam legatō ad res repetendas:
non admissos ad Philippum regem simul nuntiassent. iii

milia militum cum Soprato duce traiecta in africam duci: ut
essent carthaginensibus presidio & pecunie aliquantum una mis
sum legatos ad regem: qui hec aduersus foedus facta uideri patri
bus nuntiarent mittendos censuit senatus missi. C. Terentius varo
Cn. Manlius. M. Aurelius. his tres quinq; remes datae Annus in
signis incendio ingenti. quo cliuus publicus ad solum exustus
est & aquarum magnitudine sine Annone uilitate fuit prec
q̃ q; pace omnis Italia erat aperta & iam q; magnam uim frumẽti
ex hispania missam. M. Valerius Falco & M. Fabius Buteo Aedi
les Curules. quaternis aeris uicati populo descripserunt. Eodẽ
anno. Qu. Fabius Maximus moritur ex actę etatis. Siquidẽ ue
rum est. Augurem duos & lx. annos fuisse. q; quidam auctores
sunt. uir certe fuit dignus tanto cognomine: uel si nouum ab eo
inciperet superauit paternos honores. auitos aequauit pluribꝰ
uictoriis. & maioribus preliis auus insignis Rullus sed omnia
aequare unus hostis hannibal põt cautior tamen: q̃ prõptior hic
habitus fuit. & sicut dubites: utrum ingenio cõtatior fuit. an
quia ita bello proprie: q; tũ gerebatur aptum erat sic nihil cer
tius est. q̃ unum hominem nobis cõtando rem restituisse. Sicut
Ennius ait Augur in locum eius in auguratus. Qu. Fabius Ma
ximus filius eius in eiusdem locum Pontifex. Nam duo sacer
dotia habuit. Ser. Sulpitius Galba ludi Romani diem unũ. Ple
beii ter toti instaurati ab edilibus. M. Sestio Sabino: & Cn. Tre
mellio Flacco. Ii ambo pretores facti. & cum iis. C. Liuius Sali
nator & C. Aurelius Cotta. Comitia eius anni utrum Cn. Serui
lius consul habuerit an quia cũ res in hetruria tenuerint que
stiones ex sociis de coniurationibus principum habentẽ. Dicta
tor ab eo dictus. P. Sulpitius sit: incertum diuersi auctores
faciunt. Principio insequentis anni. M. Seruilius & T. Claudi
senatu in capitolium uocato de prouinciis retulerunt. Italiã
atq; africam sortem conuici. Africam ambo cupientes uolebãt.
C eterum. Qu. Metello maxime adnitente neq; data neq; negata

est africa. Consules iussi cum Tri pl. agere: ut si iis uideretur: t
populum rogarent: quem uellent in africa bellum gerere. Omnes
tribus. P. Scipionem iusserunt. nihilominus consules prouinciā
africam. Ita enim senatus decreuerat in sortem coniecerunt. T.
Claudio africa euenit: ut quinquaginta nauium classem omne'
quinqueremes in africam traiiceret. pariq; imperio cum Scipio
ne imperator esset. M. Seruilius hetruriam sortitus. In eadem
prouincia &. Cn. Seruilio prorogatum imperium: si consules ma
nere ad urbem senatumi placuisset. Pretores. M. Sestius Galliam
est sortitus: ut duas legiones prouinciamq; traderet ei. P. Quīti
lius Varus. C. Liuius Brutios cum duabus legionibus quibus. P.
Sempronius proconsul prioris anni prefuerat. Cn. Tremellius
siciliam ut ap. Apulo pretore prioris anni prouinciā & duas
legiones acciperet. Iulius propretor cum. xx. nauibus longis
militibus mille oram sicilie tutaretur. Inde. M. Pomponius ui
ginti nauibus reliquis mille & quingentos deportaret milites
Romam. C. Aurelio Cotte urbana euenit. Ceteris ita uti quisq;
obtinebant prouincias exercitusq; prorogata imperia. Sexdecī
non amplius eo anno legionibus defensum imperium est. Et ut
a placandis diis omnia inciperent agerentq; ludos quos. M. Clau
dio Marcello. T. Quintio consulibus. T. Manlius dictator quasq;
hostias maiores uouerat: si per quinquennium illud res p. eodem
statu fuisset, ut eos consules priusq̄ ad bellum proficiscerentur
facerent. Qui in Cyrco per quatriduum facti: hostiaeq; quibus uo
tae erant diis cesae. Inter hec simul spes: simul cura in dies cresce
bat. Nec certum constare apud animum poterat: utrum gaudio
dignum esset. hannibalem post sextumdecimum annum ex
Italia decedentem: uacuam possessionem eius reliquisse. Po ro an
magis metuendum: q; incolumi exercitu in africam traiecisset:
locum in mirum: non periculum mutatum: cuius tantę dimicatio
nis uatem: qui nuper decessisset. Qu. Fabium haud frustra cane
re solitum, grauiorem in sua terra futurum hostem hānibalem

q̃ in aliena fuisset. Hæc Scipioni: aut cum Syphace inconditę
Barbarie rege: qui statarius semilixas ducere exercitus solitus
sit: aut cum socero eius hasdrubale: fugacissimo duce rem futurã
aut tumultuariis exercitibus: ex agrestium semiermi turba subi
to collectis. sed cum hannibale prope nato in prętorio patris for
tissimi ducis. alito atq; educato inter arma puero. quondam mi
lite uix dum iuuene imperatore: qui senex uincendo factus
hispanias Gallias: Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis in
gentium rerum complesset ducere exercitum æqualem stipen
diis suis. daturum omnium rerum patientia. q̃s uix fides fiat
homines passos perfusum miles cruore romano: eximias nõ mi
litum modo: sed etiam imperatorum portantem. multos occursu
ros Scipioni in acie qui prętores qui Imperatores. qui consules ro
manos sua manu occidissent muralibus uallaribusq; insignes
coronis peruagatos capta castra. captas urbes romanas. non ẽẽ
hodie tot fasces Magistratibus. po. ro. quot captos ex cede impe
ratorum prę se ferre posset hannibal. has formidines agitando
animis ipsi curas & metus augebant. Et iam q; cum ad suessent
per aliquot annos bellum ante oculos aliis atq; aliis in Italiæ
partibus lenta spe in ullum propinquum debellandi finem ge
rere. Erexerat omnium animos Scipio & hannibal uelut ad su
premum certamen comparati duces. li quoq; quibus erat ingẽs
in Scipione fiducia. & uictorie spes. quo magis in propinquam
eam imminebant animis. eo curę intentioris erant. Haud dispar
habitus animorum carthaginensibus erat. quos modo petisse
pacem intuentes hannibalem. ac rerum gestarum eius magni
tudines. poenitebat. modo cum respicerent bis se se acie uictos. Sy
phacem captum pulsos se hispania. pulsos Italia. atq; ea omnia
unius uirtute & consilio Scipionis facta uelut fatalem. eum du
cem in exitum suum natum horrebant. Iam adrumentum per
uenerat hannibal unde ad reficiendum ex iactatione maritiã
militem paucis diebus sumptis. excitus pauidis nuntiis. omnia

circa carthaginem obtinere armis ad ferentium. magnis itine
ribus zamam contendit. zama quinq; dierum iter ab carthagi
ne abest. Inde premissis speculatores. cum excepti a custodibus
romanis deducti ad Scipionem essent traditos eos Tribunis mi
litum. iussosq; omisso metu uisere omnia per castra: qua uelle
circunduci iussit. percontatosq; satin per cõmode omnia explo
rassent. datis qui persequerentur: retro ad hannibalem dimisit.
Hannibal nihil quidem eorum: quae nuntiabantur. Nam & Masa
nissam cum sex milibus peditum: quattuor equitum uenisse
eo ipso forte die afferebant. Leto animo audiuit: maxime hosti
fiducia: quę non de nichilo profecto concepta est: perculsus i
Itaq; quanq; & ipse causa belli eius erat: & aduentu suo turbaue
rat pactas indutias. & spem foederum: tamen si integer q; si uict
peteret pacem. equiora posse impetrari ratus nuntium: ad Sci
pionem misit: ut colloquendi secum ptãte faceret. Id utrum sua
sponte fecerit an publico consilio neutrum cur affirmem: habeo
Valerius antias prĩo prelio uictum eum a Scipione quo xv. milia
armatorum in acie sunt cęsa: mille & septingenti capti. Legatĩ
cum aliis decem Legatis tradit in castra ad Scipionem uenisse.
Cęterum Scipio cum colloquium haud abnuisset: ambo ex com
posito duces castra protulerunt: ut coire ex propinquo posset
Scipio haud procul Nadagara urbe tum ad cętera loco opportuno
tum q; aquatio intra teli coniectum erat: consedit. Hannibal tu
mulum a quattuor milibus inde tutum. cõmodumq; alioquin.
nisi q; longinquę ad aquationis erat: cępit ibi in medio locĩ cõ
spectus undiq; ne quid insidiarum esset. delectus sumotis pari
spatio armatis: cum singulis interpretibus congressi sunt. Nõ sue
modo ętatis maximi ducis: sed omnis ante se memorię omniũ
gentium. cuiuslibet regum. Imperatorum ue pares. paulisper al
ter alterius conspectu admiratione mutua prope attoniti con
ticuere. Tum hannibal prior. Si hoc ita fato datum erat: ut qui
primus bellum intuli. Po ro quodq; totiens prope in manibus

uictoriam habui: is ultro ad pacem petendam uenirem. lętor te
mihi sorte potissimum datum: a quo pacem peterem. Tibi quoq;
inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit. hanni
bal cui tot de romanis ducibꝫ uictoriam dii dedissent: tibi ces
sisse. teq; huic bello uestris: plusq̃ nostris cladibus insigni finē
imposuisse. Hoc quoq; ludibrium fortuna an casus ediderit: ut
cum patre tuo consule ceperim arma: cum eodem primum ro
mano imperatore signa contulerim: ad filium eius inermis ad
pacem petendā ueniam. Optimum quidem fuerat eam: patribus
nostris mentem datam ab diis esse: ut & uos Italię: & uos africę
imperio contenti essemus. Neq; enim ne nobis quidem sicilia atq;
sardinia satis digna pretia sunt: pro tot classibus: tot exercitibꝫ
tot tāq; egregiis amissis ducibus. sed pręterea magis reprehendi
possunt q̃ corrigi. Ita aliena appetiuimus: ut de nostris dimica
remus. ne in Italia solum uobis bellum: nobis ue in africa ē sed
& uos in portis uestris prope: ac in oenibus signa arma que hosti
um uidistis. & nos ab carthagine fremitum castrorum romano
rum exauduimus. Quod igitur nos maxime abominaremur:
uos autem ante omnia optaretis: in meliore uestra fortuna: de
pace agitur agimusq; ii quorum & maxime inter est pacē esse.
& qui quodcunq; egerimus: ratum ciuitates nostrę habiture sūt.
A nimo tantum nobis opus est abhorrente a quietis consiliis qd
ad me attinet: iam ętas senem in patriam reuertentem: unde pu
er profectus sum. iam secundę: iam aduersę res ita erudierūt
ut rationem sequi: q̃ fortunam mali tuam & adolescentiam &
perpetuam felicitatem ferociora utraq; q̃ quietis opus est cō
siliis metuo. non temere in certa casuum reputat: quem for
tuna nunq̃ percepit. Quod ego fui ad transimenum: ad cānas
id tu hodie es uix dum militari ętate imperio accepto. omnia
audacissime incipientem: nusq̃ fefellit fortuna. Patris et pa
trui persequutus mortem: ex calamitate uestrę domus insi
gne uirtutis: pietatisq; eximię cępisti. Amissas hispanias recu

perasti. uti unde punicis exercitibus pulsis Consul creatos cū
ceteris ad tutandum Italiam parum anum esset transgressus
in Africam duobus hic exercitibus cesis: bimis eadem hora cap
tis simul: incensisq castris. Syphace potentissimo rege capto tot
urbibus regni eius: tot nostri imperii ereptis. me sextū decī
mum iam animum herentem in possessione Italie detraxisti pōt
uictoriam iq malle. q pacem animus non uobis spiritus magis
magnos: q utiles. & mihi talis aliquando fortuna adfulsit. q si
in secundis rebus bonam mentem quoq donarent dii. non ea tolū
que euenissent sed etiam ea. que euenire possent reputaremus: ut
omi obliuiscaris aliorum satis ego documenti in omnes casus sum
quem modo castris inter Anienem atq urbem romam positis: si
gna inferentem ad mœnia romana uideras. hic cernas duobo
fortissimis uiris fratribus. clarissimis imperatoribus orbatū añ
mœnia prope obsesse patrie quibus terrui uestram urbem. ea pro
mea deprecantem. maxime cuiq fortune minime credendū est.
In bonis tuis rebus. nostris dubiis tibi ampla ac speciosa dari est
pace nobis petentibus. magis necessaria q honesta. melior tutiorq
est certa pax. q sperata uictoria. Hec in tua. illa in deorum manu
est. Ne tot annorum felicitatem in unius horę dederis discrimi
cum tuas uires: tum uim fortune. Martemq belli cōmunē pro
pone animo Vtrunq ferrum corpora humana erunt. Nusq mi
nus in q bello euentus respondent. non tantum ad id. quod da
ta pace iam habere potes. si prelio unicas: glorię adieceris quan
tum ad id. quod data pace iam habere potes. si prelio unicas glo
rie adieceris. quantum ademeris si quid aduersi euenat. simi
parta. ac sperata decora. unius horę fortuna euertere potest. oīa
in pace iungenda. tue potestatis sunt. P. Corneli tunc ea haben
da fortuna erit. quam dii dederint. Inter pauca felicitatis uir
tutisq exempla. M. Attilius quondam in hac eadem terra fuisse
fertur. qui sic uictor pacem petentibus patribus nostris abnuit.
sed non statuendo tandem felicitati modum nec cohibendo effe

rentem se fortunam: quanto altius elatus erat: eo foedius cor
ruit. Est quidem eius qui dat: non qui petit conditiones dicere
pacis. sed forsitan non indigni simus: qui nobis met ipsis multā
irrogemus. qui non recusamus: quin omnia propter quae bellum
initum est uestra sint. Sicilia: sardinia. hispania: quicquid insu
larum toto inter africam. Italiamq; continentur mari: Cartha
ginenses inclusi africę littoribꝫ: uos quando ita diis placuit: ex
terna etiam: terra mariq; uideamus regentes imperia. Haud ne
gauerim propter non nimis sincere petitam: aut expectatā nu
per pacem. suspectam esse uobis punicam fidem. multum per
quos petita sit: ad fidem tuende pacis. pertinet. Scipio uestri q̄q;
ut audio patres: non mihi etiam ob hoc: quia parum dignitatis
in legatione erat: negauerunt pacem. hannibal peto pacem. qui
neq; peterem: nisi utilem crederem & propter eandem utilitatē
tuebor eam. propter q̄ petii. Et quēadmodum quia a me bellum
conceptum est: ne quem eius poeniteret quo ad ipsi non inuide
re dei prestiti. ita adnitar: ne quem pacis: per me partę pęnite
at. Ad hęc imperator Romanus in hac fere sententiam respon
dit. Non me fallebat hannibal aduentus tui spe carthaginēses
& pręsentem indutiarum fidem: & spem pacis turbasse. Neque
ut id sane dissimulas: qui de conditionibus superioribꝫ pacis
omnia subtrahis pręterea: quae iā pridem in nostra potestate
sunt. Cęterum sicut tibi curę est sentire ciues tuos: quanto pte
onere leuentur: sic mihi laborandum est: neq; tunc pepigerūt.
hodie subtracta ex conditionibus pacis pręmia perfidię habeāt
indigni: quibus eadem pateat conditio: ut etiam prosit uobis
fraus petitis. neq; patres nostri priores de sicilia: neq; nos de his
pania fecimus bellum. & cum mamertinoꝝ sociorum periculū:
& nunc Sagunti excidiū nobis pia ac iusta induerunt arma ꝗ
uos lacessisse: & tu ipse fateris: & dii testes sunt qui & illius belli
exitum secundum ius fasq; dederunt & huius dant & dabunt.
Quod ad me attinet: & humane infirmitatis memini & uim fortu

Oro .P. Scipionis.

ne reputo & omnia quecunq; agimus subiecta esse mille casibus
scio. Ceterum quenadmodum superbe & uiolenter me facere fa
teret si priusq; in africam traiecissem: te tua uoluntate cedente
Italia & imposito in naues exercitu ipsum uenientem ad pace
petendam aspernarer: si nunc cum prope manu consertum re
stitantem ac terguersantem in africam attraxerim nulla sum
tibi uerecundia obstrictus: proinde siquid ad ea in q̄ tum pax
conuentura uidebatur: que sunt nostra multa nauium cum cō
meatu per indutias expugnaturum. Legatorumq; uiolatorum
adiicitur: est q; referam ad consilium. sin illa quoq; grauia uide
tur: bellum parate quoniam pacem pari non potuistis. Itaq; in
fecta pace ex colloquio cum se ad suos recepissent. frustra uerba
pacata renuntiant: armis decernendum esse. habendamq; eā for
tunam quam dii dedissent: in castra ut est uentum pronuntiant
ambo: arma expedirent milites animosq; ad supremum certa
men: non in unum diem: sed in perpetuum. si felicitas ad esset
uictores. Roma: an carthago iura gentibo daret ante crastinam
noctem scituros. neque enim africam aut italiam: sed orbē ter
rarum uictorie premium fore. par periculum premio quibus
aduerse pugne fortuna fuisset. Nam neq; romanis effugium
ullum patebat in aliena ignotaq; terra. et carthagini supremo
auxilio effuso: ad esse uidebatur presens excidium. Ad hoc dis
crimen procedunt postero die duorum opulentissimorum po
pulorum duo longe clarissimi duces duo fortissimi exerci
tus multa ante parta decora aut emulaturi eo die: aut euer
suri. Anceps igitur spes & metus miscebant animos contēpla
tibus q; modo suam: modo hostium aciem cum oculis magis q̄
rome pensarent uires. simul leta: simul tristitia obuersabant
que ipsis sua sponte non succurrebant. ea duces admonendo
atq; hortando subiiciunt. Poenus xvi. annorum in terra Ita
lia res gestas: tot duces romanos: tot exercitus occidione oc
cisos: & sua cuiq; decora: ubi ad insignem alicuius pugne me

moria militem uenerat referebat. Scipio hispanas & recentia
in africa prelia & confessionem hostium: q; neq; non peter pa
cem propter metum: neq; manere in ea pr̃insita animis perfi
dia: potuissent ad hoc colloquium hannibalis in secreto habi
tum: ac liberum fingenti qua uult flectit. Ominatur quibus
quondam auspicijs patres eorum pugnauerint ad ẽgatis ĩ su
las: ea illis exeuntibus in aciem portendisse deos adesse finẽ
belli ac laboris. in manibus esse pr̃edam carthaginis. reditũ do
mum in patriam ad parentes liberos coniuges penatesq; deos.
A deo celsus hoc corpore uultuq; ita l̃eto ut uicisse iam crederes.
dicebat instruit deinde pr̃os hastatos. post eum principes. In
arus postremam aciem clausit non confertas aut cohortes ante
sua quẽq; signa instruebat: sed manipulos aliquantum inter sẽ
distantes: ut esset spatium quo elegantj hostium accepti nihil
ordines turbarent. Lelium cuius ante legati eo anno Questoris
extra sortem ex S. C. opera utebatur cum Italico equitatu ab si
nistro cornu. Masanissam Numidasq; ab dextro opposuit uias
patentes inter manipulos ante signa riorum uelitibus: ea tunc
leuis armatura erat compleuit dato pr̃cepto ut ad impetũ ele
phantorum aut post rectos refugerent ordines: aut in dextc
ram leuamq; discursu applicantes se antesignanis uiam q̃ irru
erent in ancipitia tela belua darent hãnibal ad terrorem pmũ
elephantos. Lxxx autem erant. Quot nulla nunq̃ in acie ãte
habuerat: instruxit deinde auxilia Ligurum Gallorum q; Ba
learibus. Mauriq; admixtis in secunda acie carthaginenses.
Afrosq; & Macedonum legionem: modico interuallo relicto sub
sidiariam aciem Italicorum militum: Brutij plerq; erant in ac
necessitate plures: q̃ sua uoluntate decedentem ex Italia sequuti
instruit. Equitatum etiam ipsum circumdedit cornibus dex
trum carthaginenses sinistrum numidę tenuerunt. Varia
exhortatio erat in exercitu: inter tot homines quibus non lin
gua non mores non lex non uestitus arma habitusq; nõ cau

sa militandi eadem esset. Auxiliarib⁹ & presens & multiplicata
merces ex preda ostentatur. Galli proprio atq; insito in romanos
odio accenduntur. Liguribꝫ campi uberes Italie deductis ex
asperrimis montibꝫ inspem uictorie ostentatur. Mauros Num
das q; in Masanisse iporenti futuros dominatu terret. alius alie
spes ac metus iactantur. carthaginensibus moenia patrie. dii
penates sepulchra maiorum. liberi cum parentibus. coniuges pa
uide. aut excidium seruitiumq; aut imperium orbis terrarum.
nihil aut in metum aut in spem medium ostentatur. Cum maxi
me hec imperator apud carthaginenses duces suarum gentiu
inter populares. pleraq; per interpretes inter mixtos alienige
nis ageret. tube cornuaq; ab romanis cecinerunt. tantusq; cla
mor ortus. ut elephanti in suos sinistro maxime cornu conuer
terentur. Mauros ac Numidas addidit facile Masanissa percul
sis terrorem nudauit q; ab ea parte aciem equestri auxilio pau
cq; tamen bestiarum intrepide in hostem acte. inter velitum or
dines cum multis suis uulneribus ingentem stragem edebat.
resilientes n. ad manipulos uelites. cum uam elephantis. ne ob
terrerentur. fecissent in eas ancipites ad ictum utrinq; conici
ebant hastas. nec pila ab Antesignanis cessebant. donec undiq;
incidentibus telis exacti ex romana acie. hi quoq; in suo dex
tro cornu ipsos carthaginensium equites in fugam uerterunt.
L eliusꝫ ut turbatos uidit hostes. addit perculsis terrorem utriq;
equite nudata erat punica acies cum pedes concurrit nec spe
nec uiribus iam par ad hoc dictu parua. sed magna eadem in
re gerenda momenti res. congruens clamor a romanis. coq; ma
ior & terribilior. dissone illis ut gentium multarum discrepā
tibus linguis. uoces. Pugna romano stabilis & suo & armorū
pondere incubentium in hostem. Concursatio & uelocitas
illinc maior. quauis igitur primo impetu ex templo mouere
loco hostium aciem romana ala deinde & umbombus pulsātes
insuimotos gradu illato. aliquantum spatii uelut nullo resi

stente: incessere: urgentibꝫ & nouissimis primos: ut semel mo
tam aciem sensere: quod ipsum uim magnam ad pellendum ho
stem addebat. Apud hostes auxiliares cedentes: secunda acies
Afri: & carthaginenses: adeo non sustinebant: ut contra etiam
ne resistentes pertinaciter prīos cedendo: ad se peruenire t
hostis pedem referret. Igitur auxiliares terga dant repente
& in suos uersi partim refugere in secundam aciem partī nō
recipientes cedere uti paulo ante non adiuti: & tunc exclusi
& prope duo iam permixta prelia erant. cum carthaginenses
simul cum hostibus: simul cum suis cogerentur conserere ma
nus non tamen ita perculsos iratosq; in aciem accepere. sed dē
satis ordinibus in cornua uacuūq; circa campum extra pre
lium eiecere pauidos: fuga uulneribusq; milites: ne certam &
integram aciem miserunt. Ceterum tanta strage hominū ar
morumq; locum in quo steterant ante auxiliares compleue
rant ut prope difficilior transitus esset: q̄ per confertissimos
hostes fuerat. itaq; qui primi fuerunt hastati per cumulos cor
porum armorumq; & tabem sanguinis: qua quisq; poterat:
sequentes hostem & signa & ordines confuderunt. Principū
quoq; signa fluctuare ceperant. uagam ante se cernente' aciē.
Quod Scipio ubi uidit receptui propere canere hastatis iussit
et sautiis in postremam aciem subductis: principes Tria
riosq; in cornua inducit: quo tutior firmiorq; media ha
statorum acies esset. Ita nouum de integro prelium ortum.
Quippe ad ueros hostes peruentum erat. & armorum genere:
& usu militie: & fama rerum gestarum: & magnitudine: ul
spei uel periculi pares. Sed numero romanus superior erat:
& animo quod iam equites: iam elephantos fuderat. iā p̄ma
acie pulsa: in secunda pugnabat. In tempore Lelius ac Masa
nissa pulsos per aliquantum spatii sequuti equites: reuerten
tes in auersam hostium aciem incurrere. Is demum equitum
impetus perculit hostem: multi circūuenti unaue cesi per pa

tentem circa campum: fuga sparsi: tenente omnia equitatu: pas
sim interierunt. Carthaginensium sociorumq; cesa eo die: su
pra milia .xx. par ferme numerus captus est cum signis mili
taribus c xxxiii. elephantis .xi. uictores ac .x. milia cecidere.
H annibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus: adru
mentum perfugit. omnia & in prelio & ante aciem priusq; ex
cederet pugna: expertus. Et confessione etiam Scipionis: om
nium peritorum militiae: illam laudem adeptus: singulari ar
te aciem eo die instruxisse: elephantos in prima fronte: quoꝝ
fortuitus impetus: atq; intollerabilis uis signa sequi: & serua
re ordines: in quo ut plurimum spei ponerent. Romanos pro
hiberet. Deinde auxiliares ante carthaginensium aciem: ne
homines mixti ex colluuione omnium gentium: quos non fi
des teneret: sed merces liberum receptum fugę haberent si
mul primum ardorem atq; impetum hostium excipientes: fa
tigarent: ac si nihil aliud alii missilibꝫ: alii uulneribus suis: fer
rum hostium hebetarent. Tum ubi omnis spes esset milites car
thaginenses. Afrosq; ut omnibus rebus aliis pares: eoq; integri
cum fessis: ac sautiis pugnarent: superiores essent. Italicos:
interuallo quoq; diremptos: incertos socii: an hostes essent: in
postremam aciem summotos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis
opere: hannibal cum adrumentum perfugisset: accitusq; inde
carthaginem .vi. ac .xxx. anno postq̃ puer inde profectus
erat: redisset fassus in curia est: non prelio mõ se esse: sed bello
uictum nec spem salutis alibi q̃ in pace impetranda esse. Scipio
confestim expugnantis a prelio hostium castris direptisq; tũ
ingenti preda ad mare ac naues rediit: nuntio allato. P. Len
tulum tum .l. rostratis .c. onerariis nauibus. cum omni genẽ
cõmeatus: ad Vticam accessisse. Admouendum igitur undiq;
terrorem perculse carthagini ratus: misso Lelio romam cum
uictorie nuntio. Cn. Octauium terrestri itinere ducere legio
nes carthaginem iubet: ipse ad suam ueterem: noua Lentuli

classe adiuncta profectus ab Vtica portum carthaginis petiit.
Haud procul aberat cum uelata infulsis armisq; oleę carthaginē
sium occurrit nauis Decem Legati erant principes ciuitatis auc
tore hannibale missi ad petendam pacem qui cum ad puppi
pretorię nauis accessissent uelamenta supplicum porrigentes
orantes implorantesq; fidem & misericordiam Scipionis. Nul
lum iis aliud responsum datum q̄ ut Tunetem uenirent eo se
moturum castra Ipse ad contemplandum situm carthaginis
non tam noscendi inpresentia q̄ terrendi hostis causa Vticam
eodem octauo reuocato reduit Inde procedentibus ad Tune
tem nuntius allatus Verminam Syphacis filium cum equi
pluribus quā pedibus uenire carthaginensibus auxilio pars
exercitus cum omni equitatu missa Saturnalibus primis ag
men aggressa numidarum leui certamine fudit exutiq; q̄q;
fuge intercluso parte omni circumdatis equitibus xv milia
hominum cesa mille & cc uiui capti sunt & equi numidici
mille & d Signa militaria duo & lxx Regulus ipse inter
tumultum cum paucis effugit Tum ad Tenetem eodem quo
antea loco castra posita Legatiq; xxxx carthagine ad Scipi
onem uenerunt & illi quidem multo miserabilius q̄ ante qa
magis cogebat fortuna egerunt sed aliquanto minore tam
misericordia ab recentis memoria perfidię auditi sunt q̄q;
iusta ira omnis ad delendam stimulabat carthaginem tamen
cum & quanta resedisset & q̄ longi temporis obliuio tā uetę
& tam ualidę urbis reputarent & ipsum Scipionem expecta
tio successoris futuri ac uenturi ad paratam alterius labor
ac periculo finiri bellum famam solicitaret ad pacem oīum
animi uersi sunt Postero die reuocatis legatis & cum multa
castigatione perfidię monitis ut tot cladibus edoctī tandē
deos & iusiurandum esse crederent conditiones pacis dictę
ut liberi legibus suis uiuerent quas urbes quosq; agros q̄bus q;
finibus ante bellum tenuissent tenerent populandi q; finem

eo die Romanus faceret. Per fugas fugitiuosq; & captiuos o
om̄s redderēt romanis. Et naues rostratas preter trireme' tra
derent. Elephantosq; quos haberēt domitos neq; domarēt alios.
B ellum ne ue in Africa ne ue ex̄ Africam iussi. po. Ro. gererēt.
M asanissę res redderent fędusq; cum eo facerent. Frumentum
stipendiumq; auxiliis donec ab Roma legati uenissent. pre
starent. x. milia talentum argenti descripta pensionib; eq̄s
in annos. L. soluerent. Obsides centum: arbitratu Scipionis
darēt. nec minores. xiiii. annis. neu. xxx. maiores. Indutias
ita se daturū: si per priores indutias naues onerarię capte. q̄q
fuissent in nauibus. restituerentur. alit̄ nec indutias: nec
indutias: nec spem pacis ullam esse. Has conditiones Legati
cum domum referri iussi in contionem ederent: & Gissgo
ad dissuadendum pacem processisset: audireturq; a multitu
dine inquieta & in belli indignatus hannibal dici ea i tali
tempore: audiriq; & arreptum Gisgonē manu sua ex superi
ore loco detraxit. Quę insueta libere ciuitati species cū fre
mitum populi mouisset & perturbatus militaris uir urbana
libertate. Nouē inquit annorū a uobis ꝓfectus: post sextū & tri
cesimū annū redii: militares artes. q̄s me a puero fortuna nc̄
ꝑuata: nūc publica docuit probe uideor scire urbis ac fori
iura leges mores: uos me oportet doceatis. Excusata īpru
dentia: disseruit de pace multis uerbis. q̄ nec iniq̄ & necessa
ria esset. Id omnium maxime difficile erat: quod ex nauib;
ꝑ indutias captis: nihil pret̄ ipās cōparebat naues. nec inqui
sitio erat facilis cum aduersantes paci arguerentur placuit
naues reddi: & hoīes undiq; inquiri. Cetera quę abessēt esti
manda scipioni permitti atq; ita pecunia luere carthaginē
ses. Sunt qui hannibalē ex acie ad mare peruenisse. in̄ prepa
rata naue ad regē Antiochum ex templo profectū tradāt. po
stulantiq; an̄ omnia Scipioni: ut hānibal sibi traderet̄. respō
sū est hannibalē in Africa non esse. Postq̄ redierunt ad Sci

pionē legati queq; publica i nauib; fuerant ex publicis descrip
ta rationibus Questore que priuata: profiteri domini iussi:
pro eo sūma pecuniae xxv. m. pondo argēti presentia exacta
indutieq; carthaginēsib; date i tres mēses. Additum ne p
indutiar tp̄s alio usq; q̄ romā mitterēt legatos & quicūq; lega
ti carthagin̄sib; romā missi. L. Veturius Philo. & M. Martius
Ralla. & L. Scipio imperatoris fr̄. Per eos dies cōmeatus ex
Sicilia: Sardiniaq; tantā uilitatē ānone fecerūt p uectura fru
mētū nautis mercatores reliquerēt. Rome ad nuntiū p̄mū
rebellionis carthaginēsium trepidatum fuerat. Iussus erat.
T. Claudi' mature in Siciliā classem ducē atq; in̄ in Africam
traiicere. Et alter cons. M. Seruili' ad urbē morari: donec quo
status res in Africa essent: sciret. Segniter oīa in cōperanda
deducēdaq; classe: ab T. Claudio cons. facta erant: q; prēs
de pace: Scipionis potius arbitrium esse: quibus legibus da
retur q̄ consulis: censuerant. Prodigia ergo nuntiata sub ip̄a
fama rebellionis terrorē attulerant. Cumis solis orbis m̄nui
uisus. Et pluit lapideo hymbri. Et in Veliterno agro terra
ingentibus cauernis consedit. Arboresq; in profundū hau
ste Aricę forū: & circa tabernae frusiōe murus aliquot locis
& porta de cęlo tacta. Et in palatio lapidib; pluit. Id p̄digium
more patrię nouendiale sacro: cetera hostiis maiorib;: ex
piata. Inter quę & iam aquar insolita magnitudo in reli
gionem uersa. nam ita abundauit. Tiberis ut ludi Apolli
nares circo īnundato extra portam colloniā ad ędē Ery
cinae Veneris parati sint. Cęterum ludorū ipso die serenita
te subita orta: pompa duci cęptam ad portam Colloniam
reuocata ductaq; in cyrcum est cum decessisse inde aquam
nuntiatum esset. Letitiamq; populo: & ludis celebritatem
addidit sedes sua solemni spectaculo reddita. Claudiū cons.
profectum tandem ab urbe inter portus cōpsanū locretanūq;
atrox uis tempestatis ab orta: in metū ingentem adduxit.

Populonios inde cum peruenisset: stetisset q; ibi dum reliquum tempestatis exciret Iluam insulam ex Ilua Corsicam a corsica in Sardiniam traiecit. ibi superantem insanos montes: multo seuior & infestioribus locis tempestas adorta: disiecit classem. Multę quassatę armamentisq; spoliatę naues quedam fractę ita uexata: ac lacerata classis Caralis tenuit. ubi dum subductę reficiuntur naues: hyes oppressit: circũactumq; anni tempus: & nullo prorogante imperium priuatus T. Claudius Classem romam reduxit. M. Seruilius ne comitiorum causa ad vrbẽ reuocaretur Dictatore dicto. Cn. Seruilio Gemino in prouinciam est profectus. Dictator Magistrum equitum Eliũ Petum dixit. Sepe comitia in dicta perfici tempestates prohibuerunt. itaq; cum preter idus martias ueteres Magistratus abissent noui suffecti non essent resp. sine curulibus magistratibus erat. L. Manlius torquatus pontifex eo anno mortuus in locum cuius suffectus. L. Galba ab. L. Licinio Lucullo. & Q. Fuluio ędili curuli. Ludi romani ter toti instaurati. Pecuniã ex erario Scribę. Viatoresq; ędilitia clam egessisse per iudicẽ dãnati sunt: non sine infamia Luculli ędilis. P. Elius tubero. & L. Victorius: ędiles plebis uitio creati: Magistratu se abdicauerunt. qui cum ludos ludorum q causa epulum Ioui fecissent: & signa tria ex multatio argento facta in capitolio posuissent cerealia ludos Dictator & magister equitum ex. S. C. fecerunt. Legati ex Africa romam simul carthaginensesq; cũ uenissent romam. Senatus ad ędem bellone habitus ubi cũ L. Veturius Philo pugnatum cum hannibale esse: suprema cũ carthaginensibus pugna finemq; tandem lugubri bello impositum: ingenti letitia patrum exposuisset: adiecit: Vermina etiam Syphacis filium. quę parua bene geste rei accessio erat: deiectum in contionem inde prodire iussus: gaudiumq; id populo impartire. Tum patuere facta gratulatione omnia in urbe templa supplicationesq; decrete interdum. Legatis car-

thaginensium: & Philippi Regis: nam ii quoq; uenerant: petē
tibus ut senatus sibi daretur: responsum iussu patrum a dicta
tore est: consules nouos iis senatum daturos esse. Comitia in de
habita: Creati consules. Cn. Cornelius Lentulus. P. Elius petus
Pretores. M. Iulius Penus: cui sors urbana euenit. M. Valerius
Flaccus Brutios. M. Fabius Buteo: sardiniam. P. Elius Tubero
siciliam est sortitus. Tum uero de prouinciis consulum nihil
ante placebat agi quam legati regis: & carthaginensium audi
ti essent. Belli finem: alterius principium alterius praspiciebāt
animis Cn. Lentulus consul cupiditate flagrabat prouincię
africę: seu bellum foret: facilem uictoriam fore: seu iam finire
tur finiti tanti belli se consule gloriam petens. Negare itaq; p̄
quicq̄ agi passurum: q̄ sibi africa decreta esset. Concedente col
lega: moderato uiro: & prudenti qui glorię eius certamen cū
Scipione: preterq̄ q; iniquum esset: etiam impar futurū cer
nebat. Q. Minutius Thermus. & M. Attilius Glabrio. Tr. pl.
rem priorem anno ne quicq̄ temptatatam ab T. Claudio cōs.
C. Cor. tēptare aebant. Ex auctoritate patrum latum ad pplm
est cuius uellent imperiū in africa esse: Omnes v. & xxx. tri
bus. P. Sci. id imperium decreuisse. Multis contentionibus in
Se. & ad populum acta res. Postremo eo deducta est. ut senatui
permitterent. Patres igitur iurati: ita conuenerant: censuerūt
uti consules prouincias inter se compararent. sortirentur ue
uter Italiam: uter classem nauium. L. haberet. cui classis obue
nisset. in siciliam nauigaret. Si pax cum carthaginensibus cōpoi
nequisset: in africam traiiceret. Consul mari: Scipio eodē quo
ad huc iure Imperii: terra rem gereret. si conditiones conue
nirent pacis. Tr. ple. Populum rogarent utrum consulem an
pretorem Scipionem iuberent pacem dare quem si deportan
dus exercitus uictor ex africa esset deportare. Si pacem per
P. Scipionem dari: atq; ab eodem exercitum deportari iussis
sent: ne consul ex sicilia in africam traiiceret. Alter consul cui

Italia euenisset

Italia euenisset duas legiones a Sestio pretore acciperet. P. Sci
pioni cum exercitibus quos haberet in prouincia Africa pro
rogatum imperium. Pretori. M. Vale Falconi due legiones in
brutiis quibus. C. Liuius prore anno prefuerat: decrete. P. eli
pretor duas legiones in sicilia ab. Cn. Tremelio acciperet. Legio
una Fabio in sardiniā quā. P. Lentulus propretor habuisset: de
cernitur. M. Seruilio prioris anni consuli cum suis duabus uē
legionibus in hetruria prorogatum imperium est. Quod ad
hispanias attineret: aliquot iam annos ibi. L. Cornelium Len
tulum: & L. Manlium accidinum esse: ut ii consules cum Trib
agerent: si eis uideretur: ut plebem rogarent: cui iuberent in
hispania imperium esse. Is ex duobus exercitibus unam legio
nem conscriberet romanos milites & in xv. cohortes socios
latini nominis quibus prouinciam obtineret. Veteres milites
L. Cor. & L. Manlius in Italiam deportarent. Cornelio consuli
L. nauium classis ex duabus classib. Cn. Octauii que in Africa
esset. P. Iulii q̄ sicilie oram tuebantur: decreta: ut quas naues uel
let: deligeret. P. Scipio l. longas naues haberet: quas habuisset.
quibus. si. Cn. Octauius sicut prefuisset. preesse uellet Octauio
propretori in eum annum Imperium esset: Si Lelium preficeret.
Cn. Octauius Romam decederet: reduceretq; naues: quib consuli
usus non esset. Et. M. Fabio in sardiniam x. longe naues decre
te. Et consules duas legiones urbanas scribere iussi: ut xiiii. Le
gionibus eo anno. c. nauibus longis res p. administraretur. Tū
de legatis Philippi & carthaginensium actum. Priores macedo
nas introduci placuit. quorum uaria oratio fuit partī ultro ac
cusantium quidem & socios po. ro. Sed multo infestius. M.
Aurelium: quem ex tribus ad se missis Legatis delectu habito
substitisse. & se bello lacessisse contra foedus: & sepe cum pre
fectis suis signis collatis pugnasse. postuīum ut macedones: ꝑ
duxq; eorum Sopater: qui apud hannibalem mercede militasset.
captiq; in uinculis essent: sibi restituerentur. Aduersus ea M. Furi

partim purgatū que que
sti erant missi ad
regē a Roma le
gati de popu
latione so
cio
R

missus ad id ipsum ab aurelio ex Macedonia disseruit. Au
relium relictum: ne socii Po. r. fessi populationibus atq; ĩ iu
ria ad regem deficerent: finibus Sociorum non excessisse de
disse operam: ne impune agros eorum transcenderent popu
latores. Sopatrꝝ expurpuratis & propinquis regis esse: eũ cũ
quattuor milibus Macedonum: & pecunia: missum nuper
in africam esse hannibali carthaginensibꝫ q; auxilio. De iis
rebus interrogati macedones cum perplexe responderent.
ipsi ante responsum tulerunt bellum querere regem & si per
gat prope diem inuenturum: dupliciter ab eo foedus uiola
tum: & q; sociis po. Ro. iniurias fecerit: de bello armisq; laces
siuerit. & q; hostes auxiliis & pecunia iuuerit. Et P. Scipionẽ
recte atq; ordine uideri fecisse: & facere q; eos: qui arma cõ
tra populum ro. ferentes sunt capti: hostium numero in uin
culis habebat. Et M. Aurelium e Re p. facere gratumq; id se
natui esse: q; Socios po. Ro. quando iure foederis nõ posset
armis tueatur. Cum hoc tam tristi responso dimissi macedo
nibus: Legati carthaginenses uocati quorum etatibus digni
tatibusq; conspectis. nam longe primi ciuitatis erant tũ pro
se quisq; dicere uere de pace agi. Insignis tum tum inter ce
teros hasdrubal erat: hedum populares cognomine appella
bant: pacis semper auctor: aduersusq; factioni Barchinę: eo
tum illi plus auctoritatis fuit. Belli culpam in paucorum cu
piditatem a re. p. transferenti. Qui cum uaria oratione usus
esset: nunc purgando crimina: nunc quedam fatendo ne
impudenter certa negantibus difficilis uenia esset: nunc
monendo etiam patres conscriptos ut rebꝫ secundis mode
ste: ac moderate uterentur: si se atq; hannonem audissent
carthaginenses: & ipsi tempore uti uoluissent: daturos fuis
se pacis conditiones: quas tunc peterent. Raro simul homi
nibus bonam fortunam. bonamq; mentem dari po. Ro. eo
inuictum esse q; in secundis rebus sapere & consulere memi

nerit. & Hercule mirandum fuisse: si aliter facerent ex inso
lentia: quibus noua bona fortuna sit impotentes letitie: insa
nire. Po Ro. uisitata ac iam prope obsoleta ex uictoria gaudia
esse: ac plus pene parcendo uictis q̄ uincendo imperium au
xisse. Ceterorꝫ miserabilior oratio fuit: cōmemorātiū ex
quantis opibus quo recidissent carthaginensium res. nihil
eis: qui modo prope orbem terrarum obtinuissent armis su
per esse: preter carthaginis moenia iis inclusos non terra nō
mari: quicq̄ sui iuris cernere. Vrbem quoq; ipsam: ac penates
ita habituros: si non in ea quoq; mēnia: quo nihil ulterius sit: se
uire po. Ro. uelit. Cum flecti misericordia patres appareret:
senatorum unum infestum perfidie carthaginensium succla
masse ferunt: per quos deos foedus aucturi essent: cum eos per
quos ante ictum esset: fefellissent: per eosdem inquit hasdru
bal qui iam infesti sunt: foedera uiolantibus. Inclinatis omniū
ad pacem animis. Cn. Lentulus consul cui classis prouincia erat
S. C. intercessit. Tum. M. Attilius & Q. Minutius: Tr. pl. ad Po
tulerunt: uellent iuberent ne Senatum decernere: ut cum Car
thaginensibus pax fieret & quem eam pacem dare: quenq; ex
africa exercitus deportare iuberent: de pace uti rogassent: oīs
tribus iusserunt: pacem dare. P. Scipionem eundem exerci
tum deportare. Ex hac rogatione Senatus decreuit ut Pu.
Scipio ex. x. Legatorum sententia pacem cum poplo cartha
ginensium quibꝫ legibus ei uideretur: faceret. Gratias deīde
carthaginenses egere patribus. petieruntq; ut sibi in urbē in
troire & colloqui cum ciuibus suis liceret: qui capti in publi
ca custodia essent. esse in iis partim propinquos. amicosq; suos
nobiles homines partim ad quos mandata a propinquis habe
rent. quibꝫ conuentis: cum rursus peterent: ut sibi quos uel
lent: redimendi ex iis potestas fieret: iussi nomina edere. &
cum ducentos ferme ederent. S. C. factum est: ut Legati roma
ni ducentos ex captiuis quos carthaginenses uellent ad. Pu.

Cornelium Scipionem in africam deportarent nuntiarentq; ei:
ut si pax conuenisset: sine pretio eos carthaginensibꝫ redderet.
Fecialeſ cum in africam ad foedus faciendum ire iuberẽtur
ipsis postulantibus. S.C. in hec uerba faciendum ire iuberentur
ipsis postulantibus. S.C. in hec uerba factum est: ut priuos lapi
des silices. priuasq; uerbenas secum ferrent uti pretor romanus
iis imperaret: ut fedus ferirent. sibi illi pretorem Sagmina pos
cerent: herbe id genus ex arce sumptum dari fecialibus solet. Ita
dimissi ab romanis carthaginenses cum in africam uenissent ad
Scipionem: quibus ante dictum est legibus: pacem fecerunt na
ues longas elephantos: per fugas: fugitiuos: captiuorum quat
tuor milia tradiderunt. inter quos. Qu. Terentius cullo senator
fuit. Naues proficas in altum incendi iussit: quingentas fuisse
omnis generis que remis agerentur. Quidam tradunt: quarum
conspectum repente incendium tam lugubre fuisse poenis q̃ si
tum ipsa carthago arderet. De perfugis grauius q̃ de fugitiuis
consultum. Nominis latini qui erat: securi percussi. Romani in
crucem sublati. Annis ante. xl. pax cum carthaginensibus po
stremo facta erat. Q. Lutatio. M. Manlio consulibus. Bellũ ini
tum annis post tribus & xx. P. Cornelio. T. Sempronio consu
libus. Finitum est septimodecimo anno. Cn. Cornelio. P. Peto
coas. Sepe postea ferunt Scipionem dixisse. T. Claudi primũ cu
piditatem. deinde. Cn. Corneli fuisse in mora quo minus id bel
lum exitio carthaginis finiret. Carthaginensibꝫ cum prima col
latio pecunie. diutino bello exhaustis: difficilis uideretur: moe
stitiaq; & fletus in curia esset. ridentem hannibalem ferũt con
spectum. Cuius cum hasdrubal hedus risum increparet: in pu
blico fletu: cum ipse lachrymarum causa esset. Si quẽadmodum
horis habitus cernitur oculis inquit sic & animus intus cerni
potuisset: facile nobis appareret. non leti sed prope amentis ma
lis cordis: hunc quem increpatis risum esse. qui tam̃ nequaquam
adeo est intempestiuus q̃ uestre iste absurde atq; abhorrentes

lachrymæ sunt. Tunc flesse decuit: cum adempta nobis arma: incē
sę naues interdictum externis bellis. illo enim uulnere concidimus.
nec esse in uos odio uestro consultum ab romanis credatis. Nllā
magna ciuitas quiescere potest si foris hostem non habet. domi
inuenit. ut preualida corpora ab externis causis tuta uidentur:
sed suis ipsa uiribus onerantur. Tantum nimirum ex publicis ma
lis sentimus: quantum ad priuatas res pertinet. nec in eis quicquā
acrius q̄ pecunię dānum stimulat. Itaq; cum spolia uictorię car
thagini detrahebantur. cum inermem iam ac nudam destitui in
ter tot armatas gentes africę cerneretis: nemo ingemuit. Nūc
quia tributum ex priuato conferendum est tanq̄ in publico fu
nere comploratis quam uereor: ne prope diem sentiatis leuissi
mo in malo uos hodie lachrymasse. Hæc hannibal apud cartha
ginenses. Scipio contione aduocata Masanissam ad regnum pa
ternum Cirtha oppido: & cæteris urbis agrisq; quæ ex regno
Scyphacis in populi romani potestatem uenissent adiectis dona
uit. Cn. Octauium classem in siciliam ductam. Cn. Cornelio cō
suli tradere iussit. Legatos carthaginensium romam proficisci:
ut quæ a se ex. x. Legatorum sententia facta essent ea patrū auc
toritate: Populiq; iussu confirmarentur. Pace terra mariq; par
te: exercitu in naues imposito: in Siciliam Lilybęum traiecit. In
magna parte militum in nauibus missa: ipse per lætam: pace nō
minus q̄ uictoria Italiam effusis non urbibus modo: ad ha
bendos honores: sed agrestium etiam turba obsidente uias.
Romam peruenit. Clarissimoq; omnium triumpho urbē est
inuectus. Argenti tulit in ærario pondo centum milia. xxiij
Militibus ex pręda quadragenos æris diuisit. Morte subtrac
tus spectaculo magis hominus quam triumphantis gloriæ Sy
phax est. Tybure haud ita multo ante mortuus: quo ab alba
traductus fuerat. conspecta mors tamen eius fuit quia publi
co funere est elatus. Hunc regem in triumpho ductum Poly
bius haud quaq̄ sernendus auctor tradit. Sequutus Scipio

nem triumphantem est pileo capiti unposito Q. Terentius Cul
leo omniq; deinde uita ut dignum erat libertatis auctorem
coluit africanum. Cognomen militaris prius fauor an popula
ris aura celebrauerit: an secuti felicis Sylle: Magniq; Pompeii pa
trum memoria: coeptum ab assentatione familiari sit parū com
pertum habeo. Primus certe hic Imperator nomine uicte a se
genus est nobilitatus. Exemplo deinde huius: nequaq; uicto
ria pares insignes imaginum titulos claraq; cognomina fa
milie facere;

pro Scipionis Titulo.

Ille ego sum patriam peno qui ex Marte cadentem
Sustinui: rapuiq; feris ex hostibus urbes,
Hispanas hannonisq; acies magnumq; Syphacem
Perdomui & fractum totiens armisq; repulsum
Hannibalem bellisq; feroce mihi regna subegi
Punica & excelsas dire carthaginis arces;



ME QVOQVE IVVAT
uelut ipse in parte laboris
ac periculi fuerim. ad fi
nem belli punici perue
nisse. Nam & si profiteri
ausum per scripturum res
omnis Romanas in parti
bus singulis tanti operis
fatigari minime conueni
at: tamen cum in mentē
uenit tres & lx. annos: tot
enim sunt a primo puni
co ad secundum bellum
finitum: eque multa uo
lumina occupasse mihi q̄ occuparint quadringenti. lxx. anni a
condita urbe ad Appium Claudium consulem qui primus bellū
carthaginensibus intulit. Iam prouideo animo uelut qui proxi
mis littoris uadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quicquid
progredior in uastiorem me altitudinem: ac uelut profundā in
uehi & crescere pene opus quod prima queq; perficiendo minui
uidebatur. Pacem punicam: bellum macedonicum excepit peri
culo haud quaq̄ comparandum aut uirtute ducis aut robore mi
litum claritate regum antiquorum uetusteq; fama gentis: & ma
gnitudine imperii quo multam quondam europe maiorem par
tem asię obtinuerant armis prope nobilius. Cęterum ceptū bellū
aduersus Philippum decem ferme ante annis triennio prius depo
situm cum ætoli & belli & pacis fuissent causę vacuos deinde pa
ce punica iam romanos & infensos Philippo: cum ob infidam ad
uersus aetolos: aliosq; regionis eiusdem socios pacem tum ob auxi
lia cum pecunia nuper in africam missa Hannibali poenisq; preces

athenensium: quos agro peruastato in urbem compulerat excita-
uerunt ad innouandum bellum. Sub idem fere tempus & ab Atta-
lo Rege: & Rhodiis legati uenerunt: nuntiantes asiæ quoq; ciuita-
tes sollicitari. His legationibus responsum est: Curę asianam rem
senatui fore. Consultatio de macedonico bello integra ad cōsules
qui tunc in prelio cum Boiis erant reiecta est. Interim ad Ptole-
meum ęgypti Regem legati tres missi. Cn. Claudius Nero. M. Emi-
lius Lepidus. Cn. Sempronius Tuditanus: ut annuntiarent uic-
tum hannibalem: Poenosq; & gratias agerent regi: q; in rebus du-
biis: cum finitimi etiam sotii Romanos desererent: in fide man-
sisset & peterent ut si coacti iniuriis. bellum aduersus Philippum
suscepissent: pristinum animum erga Romanos conseruaret. Eo-
dem fere tempore. P. Ęlius consul in gallia: cum audisset a Boiis
ante suum aduentum incursiones in agros sociorum factas dua-
bus legionibus subitariis tumultus eius causa scriptis additisq;
ad eas quattuor cohortibus de exercitu suo. C. Appium prefectū
sotium hac tumultuaria manu: per vmbriam quam Tribū Sappi-
niam uocant agrum Boiorum inuadere iussit. Ipse eodem aper-
to itinere: per montes duxit. Appius ingressus hostium fines pri-
mo populationes satis prospere: ac tuto fecit delecto. deinde ad
castrum Mutillum satis idoneo loco ad demetenda frumenta: iā
enim maturę erant segetes profectus neq; explorato circa: nec
stationibus satis firmis. quæ armatę inermes atq; operi ītentos
tutarentur positis: improuiso impetu gallorū: cum frumentato-
ribus est circūuentus. Inde pauor fugaq; etiam armatos cœpit
ad septem milia hominum palata per segetes sunt cęsa inter quos
ipse. C. Appius prefectus. Cęteri in castra metu propulsi. Inde si-
ne certo duce consensu militari proxima nocte relicta magna
parte rerum suarum: ad consulem per saltus prope inuios perue-
nere. qui nisi q; populatus est Boiorum finis & cum Ingaunis Li-
guribus foedus icit: Nihil quod esset memorabile aliud in pro-
uincia cum gessisset: Romam redit. Cum primum senatum ha-

buit uniuersis postulantibus ne quam prius rem q̄ de Philippo so
ciorumq; querelis ageret relatum ex templo est decreuitq; freqūs
senatus: ut P. Ælius consul quem uideretur ei cum imperio mitte
ret: qui classe accepta quam ex sicilia Cn. Octauius reduceret: in
Macedoniam traiiceret. M. Valerius Leuinus prætor missus cir
ca Vibonem duo de xl nauibus ab Cn. Octauio Acceptis in Ma
cedoniam traiecit. Ad quem cum. M. Aurelius Legatus uenisset
edocuisseteq; eum: quantos exercitus quantum nauium numerum
comparasset rex: & quemadmodum circa omnes non continen
tis modo urbes. sed etiam insulas: partim ipse abeundo partim
per legatos concuret homines ad arma: maiore conatu romanus
ad capessendum bellum esse: ne contantibus uis: audiret Philipp⁹
quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno esset: hec
scribere eadem Aurelium consulibus & senatui placuit exitu hui⁹
anni cum de agris ueterum multorum relatum esset qui ductu
atq; auspicio proconsulis Scipionis in Africa bellum perfecissent:
decreuerunt patres: ut M. Iunius prætor urbis si ei uideretur:
decem uiros agro sãnte Apuloq; quod eius publicum populi ro
mani esset metiendo diuidendoq; crearet creati P. Seruilius
Q. Celius Metellus. Cn. & M. Seruilii Gemini ambobꝰ cognom⁹
erat. L. & M. Hostilii catones. P. Iulius. T. Apuleius. M. Fuluius
Flaccus. P. Ælius Petus. Q. Flaminius. Per eos dies. P. Ælio consuli
comitia habente creati consules. P. Sulpitius Galba. Cn. Aurelius
Cotta. prætores exinde facti. Q. Minutius Ruffus. Luuus furi⁹
purpureo. Q. Fuluius Gilo. Cn. Sergius Plautius. Ludi romani i
Scenici eo anno magnifice apparateq; facti ab ædilibus curulibꝰ
L. Valerio Flacco & T. Quintio Flaminio biduum instauratum sunt.
frumentiq; uim ingentem: quod ex Africa proconsul Scipio mi
serat quaternis æris populo cum summa fide & grata diuise
runt. Et plebei ludi toti instaurati ab ædilibus Pl. L. Apustio ful
lone & Q. Minutio Ruffo: qui ex ædilitate prætor creatus erat.
& Iouis epulum fuit ludorum causa. Anno quingentesimo qua

dragesimo ab urbe condita. P. Sulpitio Galba. Cn. Aurelio cons:
bellum cum rege Philippo initum est: paucis mensibus post pace
carthaginensibus data. Omnium primum eam rem idibus Mar
tiis: quo die tum consulatus ineabatur. P. Sulpitius consul retu
lit. Senatusq; decreuit: ut ii consules maioribus hostiis rē diui
nam facerent: quibus dus ipsis uideretur: cum precatione ea
quam senatus populus q; romanus de rep. deq; in eundo nouo bel
lo animo haberet. Ea res uti populo ro. sociisq; ac nomin lati
no bene ac feliciter euenire secundum rem diuinam pronunciē
ut de rep. deq; prouinciis senatum consulerent. Per eos dies op
portune irritandis ad bellum animis: & literę a M. Aurelio lega
to & M. Valerio Leuino propretore allate: & athenienſium no
ua legatio uenit: quę regem appropinquare finibus suis nuntia
ret. breuiq; non agros modo sed urbem etiam in ditionem eius
futuram: nisi quid in romanis auxilii foret. Cum pronuntiasset
consules rem diuinam rite perfectam esse: & precationem annuisse
deos. Aruspicem respondere letaq; exta fuisse: & prolationem fi
nium uictoriamq; & triumphum portēdi. Tum literę Valerii
Aurelii q; lectę: & Legati athenienſium auditi. Senatus inde con
sultum factum est. ut socius gratię agerentur: q; diu sollicitati ne
obsidionis quidem metu fide decessissent. De auxilio mittendo
tum respondere placere: cum consules prouincias sortiti essent
atq; si consul cui macedonia prouincia euenisset: ad populū tu
lisset: ut Philippo regi macedonum indiceretur bellum. P. Sul
pitio prouincia macedonia sorte euenit. Is rogationem promi
gauit: uellent: uberent. Philippo regi macedonibusq; qui sub
regno eius essent: ob iniurias armaq; illata socius populi R. bel
lum indici. Alteri consuli Aurelio Italia prouincia obtigit. Prę
tores exinde sortiti sunt. Cn. Sergius Plancus urbanam. Qui fui
uius Gulo siciliam. Q. Minutius Ruffus Brutios. L. Furius pur
purio Galliam. Rogatio de bello macedonico primis comitiis
ab omnibus ferme centuriis antiquata est. Id cum festi diuitr

mrate & grauitate belli sua sponte homines tedio periculorum la
borumq; fecerant: tum Q. Bebius Tri. pl. uiam antiquam crimi
nandi patres ingressus: inuisauerat bella ex bellis seri: ne pace un
quã frui plebs posset. egre eam rem passi patres: laceratusq; probri
in senatu Tribunus pl. & consulem prosequitur hortari: ut de inte
gro comitia rogationi ferendæ ediceret. castigaretq; segnitiam po
puli atq; doceret quanto damno dedecoriq; dilatio ea belli futura
esset. Consul in campo martio comitiis habitis priusq; centurias
in suffragium mitteret: contione aduocata. Ignoratne inquit ui
demini mihi quirites: non utrum bellum aut pacem habeatis
uos consuli: Neq; enim liberum id uobis permittere? Philippus q
terra mariq; ingens bellum molitur? Sed utrum in macedoniã
legiones transportetis: an hostem in Italiam accipiatis. Hoc quan
tum interfit. si unquam ante alias. Punico certe proximo bello
experti estis. Quis enim dubitat quin si saguntinis obsessis: fi
demq; nostram implorantibus impigre tulissemus opem: sicut
patres nostri quamertumis tulerant totum in hispaniam auer
suri bellum fuerimus. quod cunctando cum summa clade no
stra in Italiam accepimus. Ne illud quidem dubium est: quin
hunc ipsum Philippum pactum iam per legatos literasq; cũ hãm
bale: in Italiam traiicere. Misso cum classe Leuino qui ultro ei
bellum inferret: in macedoniam conuertetimus. Et quod nũc
facimus: cum hostem hannibalem in Italia haberemus: id nũc pul
so Italia hannibale. pulsis carthaginensibus: cunctamur facere.
Pariamur expugnandis athenis: sicut sagunto expugnando han
nibale passi sumus segnitiam nostram experiri regem. non quin
to inde mense: quẽadmodum ab sagunto. Sed quinto inde die
quam ab corintho soluerit nauis in Italiam uenet. Ne æquauerit
is hannibali Philippum: ne carthaginensibus macedonas? Pyrro
certe æquabitis. dico quantum uel uir uiro. uel gens genti præstat
minima accessio semper e pirus regno macedoniæ fuit. & hodie
est. Peloponesum totam in dicionem Philippus habet. agro'q; ipsos

non uetere fama magisq; marte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc
corpora quanto magis floërem Italiam: quanto magis integras
res saluis ducibus saluis tot exercitibus: quos punicum postra bel
lum absumpsit: aggressus Pyrrhus: tamen concussit & uictor ppe
ad ipsam urbem Romam uenit. Hæc tarentini modo oraq; illa
Italiæ quam maiorem greciam uocant: ut linguam: ut nomen
sequutos crederes: sed Lucanus: & Brutius: & Samis ab nobis de
fecerunt. Hęc uos si Philippus in Italiam transmisserit: quietu
ra aut mansura in fide creditis? Manserunt enim punico posta
bello numq; isti populi nisi cum deerat ad quem desciscant: ab no
bis non deficient. Si piguisset uos in africam traiicere hodie in
Italia hannibalem & carthaginenses hostes haberetis. Macedoia
potius q; Italia bellum habeat: hostium urbes agriq; ferro atq; igni
uastentur. Experti iam sumus foris nobis: q; domi: feliciora: po
tentioraq; arma esse. Item suffragium bene iuuantibus dis: &
quæ patres censuerunt: uos iubete. huius uobis sententiæ non
consul modo auctor est: sed iam di immortales: qui mihi faci
ficanti: precantiq; ut hoc bellum mihi senatui: uobisq; sociis: ac
nomini latino classibus exercitibusq; nostris bene ac feliciter
eueniret: læta omnia prosperaq portendere. Ab hac oratione in
suffragium missi: uti rogaret bellum iusserunt. Supplicatio ide
a consulibus in triduum ex senatus consulto indicta est: obsecra
tiq; circa omnia pulunaria dii quod bellum cum Philippo iussis
set populus: id bene ac feliciter eueniret consulti q; feciales a P.
Sulpitio bellum quod indiceretur regi Philippo: utrum ipsi utiq;
annuntiari iuberent: an satis esset in finibus regni: quod proxi
mum presidium esset: eo nuntiari fetiales decreuerunt. utrum
eorum fecisset: recte facturum. Consuli a Patribus permissum:
ut quem uideretur ex iis: qui extra senatum essent: Legatu mit
teret ad bellum regi indicendum. Tum de exercitib; Consulu:
pretorumq; actum. Consules binas legiones scribere iussi uete
res dimittere exercitus. Sulpitio cui nouum ac magni nomini

bellu⁹ decretum erat permissum: ut de exercitu: quem procon
sul Scipio ex âfrica deportasset uoluntarios quos posset: ducerent
Inuitum: ne quem militem ueterem ducendi ius esset prętoribꝫ.
L. Furio Purpurioni & Q. Minutio Ruffo quina milia socium
latini nominis consul daret: qui presidiis: alter galliam: alter Bru
tios prouinciam obtineret. Q. Fuluius Gallo ipse iussus ex eo ꝑ
exercitu: quem P. Elius consul habuisset: ut quisq; minime mul
ta stipendia haberet: legere donec & ipse quinque milia socium
ac nominis latini effecisset. Id presidio siculię prouincie esset. M.
Aurelio Falconi: qui pretor priore anno campaniam prouinciam
habuerat: prorogatum in annum imperium est: uti propretor in
sardiniam traiiceret quoq; de exercitu qui ibi esset quinq; milia
socium nominis latini qui eorum minime multa stipendia habe
ret legeret. Et consules duas urbanas legiones scribere iussi: quæ
si quo res poscceret: multis in Italia contactis gentibus pumici bel
li societate: itaq; inde tumentibus mutterentur. Sex legionibus Ro
manis eo anno usura resp. erat. In ipso apparatu belli: legati ab
Rege Ptolemęo uenerunt qui nuntiarent athenienses aduersus
Philippum petisset ab rege auxilium. Ceterum & si cōmunes so
cii sunt: tamē nisi ex auctoritate populi Ro. neq; classem: neq; exer
citum: defendendi: aut oppugnandi cuiusq; causa Regem in Gre
ciam missurum esse: uel quieturum eum in regno si populo R.o.
socios defendere liceat: uel Romanos quiescere si malint passurū
atq; ipsum auxilia quibus facile aduersus Philippum tueri athe
nas possent missurum grecię Regi ab Senatu acte: responsumq; tu
tari socios populo Ro in animo esse. si qua re ad id bellum opus sit:
indicaturos regi. Regnumq; eius opes scire. Subsidia firma ac fide
lia sue Reip. esse Munera deinde legatis in singulos quina milia
Aeris ex senatus consulto missa. Cum delectum consules habe
rent pararentq; quę ad bellum opus essent ciuitas religiosa in
principiis maxime nouorum bellorum supplicationibus habitā
tam: & obsecratione circa omnia puluinaria facta: ne quid preter

mitteret: quod aliquando factum esset: ludos Iouis donumq; uouere consulem cui prouincia macedonia euenisset: iussit. Moram uoto publico Licinius pontifex maximus attulit qui negauit ex incerta pecunia uouere debere: nec cum alia pecunia non posset in bellum usui esse: reponi statim debere. nec cum alia pecunia misceri: Quod nisi factum esset: uotum rite solui non posse. ¶

Quēq̄ & res & auctor mouebat. tamen ad collegium pontificum referre consul iussus. si posset recte uotum incerte pecunię suscipi posse. rectiusq; esse pontifices decreuerunt. uouit in eadē uerba consul pręeunte Maximo pontifice quibꝫ antea quinquennalia uota suscipi solita erant pręterq̄ q; tanta pecunia quantā tū cum solueretur senatus censuisset: ludos donaq; factūm uouit.

Totiens ante ludi magni de certa pecunia uoti erant ii primi de incerta. Omnium animis in bellum macedonicum uersus repente nihilominus eo tempore timentibꝫ Gallici tumultus fama exorta est. Insubres Cenomani & Boii excitis senilibus Iluatibusq; & cęteris Ligustinis populis hamilcare Peno duce qui in iis locis de hasdrubalis exercitu substiterat. Placentiam inuaserant: & direpta urbe ac per iram magna ex parte incensa uib duobus milibꝫ hominum inter incendia ruinasq; relictis traiecto pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicine urbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas portas pręsidiaq; per muros disponenda ut obsiderentur: tamen priusq̄ expugnarētur nuntiosq; mitterent ad populum Romanum. L. Furius Purpurio qui tum prouincię pręerat. Cętero ex senatus consulto exercitu dimisso pręter quinq; milia socium ac latini nominis cum iis copiis in proxima regione prouincię circa ariminum substiterat. Is tum senatui scripsit quo in tumultu prouincia esset. Duarum Coloniarum quę ingentem illam tempestatem Punici belli subterfugissent: alteram captam ac direptam ab hostibus: alteram oppugnari. Nec in exercitu suo satis pręsidii colonis laborantibꝫ fore: nisi quinq; milia socium. xl. milibus hostium: tot enim in

esse trucidanda obiicere uelit & tanta sua clade iam inflatos exci
dio coloniae Ro. augeri hostium animos. his literis recitatis
decreuerunt ut. Cn. Aurelius consul exercitum cui in hetruria
ad conueniendum edixerat. Arimini eadem die ad se iuberet: &
aut ipse si per commodum Reip. posset ad opprimendum Galli
cum tumultum proficisceretur aut. Q. Minutio pretori scri
beret: ut cum ad eum legiones ex Hetruria uenissent missis in
uicem earum quinque milibus sociorum qui interim hetruriae
presidio essent proficisceretur ipse ad coloniam liberandā obsi
dione. Legatos item mittendos in Africam censuerunt eosdem
Carthaginem: ut nuntiarent ciuem eorum hamilcarem relictū
in Gallia haud satis scire ex hasdrubalis prius: an ex Magonis
postea exercitu bellum contra fedus facere. Exercitus Gallor.
Ligurgumq; exciuisse ad arma contra populum Ro. eum si pax
placeret reuocandum illis & dedendum populo Ro. esse: simul
nuntiare iussi perfugas sibi non omnes reditos esse ac magnam
partem eorum palam Carthagine obuersari dici quos cōprehen
di conquiriq; debere ut sibi ex federe restituantur. hec ad Cartha
ginenses mandata Masanisse gratulari iussi quod non patrium
modo recuperasset regnum: sed parte florentissima Siphacis fini
um adiecta etiam auxisset. Nuntiare postea iussi: bellum cum re
ge Philippo susceptum q; Carthaginenses auxiliis iuuisset iniu
riasq; inferendo sociis populi Ro. flagrante bello Italia coegisset
classes: exercitusq; in Greciam mitti & distinendo copias causa
in primis fuisset Serius in Africam traiiciendi: peterentq; ut ad
id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum dona ampla
data: que ferrent regi uasa aurea argenteaq; togaq; purpurea &
palmata tunica cum eburneo sceptro & toga pretexta cū curuli
sella iussiq; polliceri si quid ei ad firmandum augendumq; regnū
opus esse iudicasset: enixe id populum Ro. merito eius prestatu
rum. Vermine quoq; Siphacis filii legati per eos dies senatū adie
runt: excusantes errorem adolescentiamq; & culpam omnem in

fraudem carthaginensium auertentes & Masanissam romaīs
ex hoste amicum factum. Verminam quoq; adnisurum, ne offi
cius in populum ro. aut a Masanissa, aut ab ullo alio uincatur:
petere ut rex socius & amicus ab senatu appellaretur. Responsū
legatis est & patrem eius Siphacem sine causa ex socio & amico
hostem repente populi ro. factum. Et eum ipsum rudimentum
adolescentie bello lacessentem romanos posuisse. Itaq; pacē illi
prius petendam esse a populo ro. q̄ ut rex sociusq; & amicus ap
pellaretur: nominis eius honorem pro magnis erga se meritis
dare populum ro. consuesse legatos romanos ī africa fore, quibꝫ
mandaturum senatum ut vermine pacis dent leges: liberum ar
bitrium eius populo ro. permittente. Si quid de iis addi demi
mutari ue uellet: rursum ab senatu ei postulandum fore. Legati
cum iis mandatis in africam missi. Cn. Terentius Varro. Spu.
Lucretius. Cn. Octauius quinq; remes singulis date. Littere deīn
in senatu recitate sunt. Q. Minutii Pretoris: cui Brutii prouīcia
erat pecuniam locris ex Proserpine thesauris nocte clam subla
tam: nec ad quos pertineat facinus: uestigia ulla extare. Indigne
passus senatus: non cessari ab sacrilegiis: & ne. P. Leuinium q̄dē
ita clarum recensq; noxe simul ac pene exemplum homines de
terrere. C. Aurelio consuli negotium datum ut ad Pretorem in
Brutios scriberet senatui placere questionem de expilatis the
sauris eodem exemplo haberi: quo. M. Pomponius pretor tri
ennio ante habuisset: que inuenta pecunia esset reponi: si quo
minus inuentum foret: expleri. Ac piacularia si uideretur sicut
ante pontifices censuissent fieri causa expiande uiolationis eiꝰ
templi. Prodigia etiam sub idem tempus pluribus locis nuntia
ta acciderunt. In Lucanis celum arsisse afferebant. Priuerni
sereno per diem totum rubrum solem fuisse. Lauinii templo
sospite Iunonis nocte strepitum ingentem exortum. Iam ani
malium obsceni fetus pluribus locis nuntiabantur. In Sabinis in
certus infans natus masculus an femina esset: alter sedecim iā

annorum item ambiguo sexu inuentus. Frustione agnus cū suillo
capite sinuesse porcus cum capite humano natus. In Lucanis in
agro publico equuleus cum quinq; pedibus: feda omnia & de
forma errantiq; in alienos fetus nature uisa ante omnia abho
minati semunares ussiq; in mare ex templo deportari sicut pro
xume. C. Claudio. M. Luuio consulibus deportatus similis pro
digii fetus erat. Nilominus decemuiros adici libros deporten
to eo usserunt: decem uiri ex libris resdiuinas eadem que pro
xume secundum id prodigium facte essent: imperarunt. Carmen
preterea abternouenis uirginibus cani per urbem iusserunt. do
numq; Iunoni regine ferri. Ea ui fierent. C. Aurelius consul ex
decemuirorum responso curauit. Carmen sicut patrum memoria
Luuius: ita tum condidit. P. Licinius Tegula. Expiatis omnibus re
ligionibo. nam etiam locris sacrilegium peruestigatum a Q. Mi
nutio erat: pecuniaq; ex bonis noxiorum in thesauris reposi
ta. Cum consules ad prouincias proficisci uellent: priuati fre
quentes. quibus ex pecunia quam. M. Valerio. M. Claudio con
sules mutuam dederant: Tertia pensio debebatur. Eo anno adhi
bitum senatum. quia consulis cum ad nouum bellum. quod ma
gna classe magnisq; exercitibus gerendum esset: uix erarii suffi
ceret: negauerat esse unde iis in presentia solueretur. Senatus
querentes eos non sustinuit. Si in Punicum bellum pecunia da
ta. In Macedonicum quoq; bellum ut resp. uellet: aliis ex aliis
orientibo bellis: quid aliud q̄ publicam pro beneficio tanq̄ ob no
xam suam pecuniam fore: cum & priuati equum postularent: nec
tamen soluendo ære alieno resp. esset quod medium inter equū
& utile erat: decreuerunt ut qm magna eorum agros vulgo
uenales esse diceret agri publici qui intra quinquagesimum lapi
dem esset: copias usi fierent. Consules agrum estimaturos & in ui
gera se asses uectigales restandi causa publicum agrum esse impo
suturos: ut si quis cum soluere posset pecuniam habere q̄ agrum
mallet. restitueret agrum populo. Leti eam conditionem priuati acc

pere. Triennuſ Tabuliuſq; iſ ager quia pro tertia parte pecunie
datuſ erat. Appellatus tum. P. Sulpitius ſecundum uota in capito
lio nuncupata: paludatis lictoribus profectus ab urbe Brundu
ſium uenit. Et ueteribus militibus uoluntarius ex Africano exer
citu in legiones deſcriptus. Naubuſq; ex claſſe conſulis Cornelii
lectiſ altera die quam a Brunduſio ſoluit in Macedoniam ea trai
iecit. Ibi ei preſto fuere Atheniensium legati orantes ut ſe obſidio
eximeret. Miſſuſ ex templo Athenas eſt. C. Claudius cum xx. lo
giſ naubus & militibus. Neq; enim ipſe rex Athenas obſidebat. eo
maxime tempore Abydum oppugnabat. Iam cum Rhodiis & Atta
lo certaminibus nauallibus, neutro feliciter prelio uires experti
Sed animos ei faciebat: preter ferociam inſitam: fedus ictum cu
Antiocho Syrie rege diuiſeq; iam cum eo Egypti opes: cui morte
audita Ptolemei regiſ ambo imminebant. Contraxerat autē ſibi
cum Philippo bellum Atheniensēſ haud quaq; digna cauſa: dū ex
uetere fortuna nihil preter animos ſeruant. Acarnanes duo iu
uenes per iniurium dieſ non initiati templum cereris imprudē
tes religionis: cum cetera turba ingreſſi ſunt: facile eos ſermo i
prodidit: abſurde quedam percontantes. Deductiq; ad Antiſtites
templi cum palam eſſet per errorem ingreſſos tanq; ob infandū
ſcelus interfecti ſunt. Id tam fede atq; hoſtiliter gens Acarnanū
factum ad Philippum detulit imperauitq; ab eo: ut datis Mace
donum auxiliis bellum ſe inferre Atheniensibus pateretur. Huc
excitatus primo terram Atticam ferro igniq; depopulatus: cum
omniſ generis preda in Acarnaniam redit. & irritatio animo
ea prima fuit. Poſtea iuſtum bellum decretis ciuitatis ultro in di
cendo factum. Attaluſ enim rex Rhodiiq; perſecuti cedentē in
Macedoniam Philippum cum eo iunam uenisſet: rex Pireum reno
uande firmandeq; cum atheniensibus ſocietatis cauſa traiecit.
Ciuitas omnis obuiam effuſa cum coniugibo ac liberis. Sacerdotes
cum inſignibo ſuis intrantem urbem eadem prope ipſi excu edi
bus ſuis exceperunt. In contionem ex templo populus uocatus

ut rex que uellet coram ageret. Deinde ex dignitate magis uisū
scribere eum dequibus uideretur q̄ presentem aut referendi sui'
in ciuitatē beneficiis erubescere aut significationibus acclama
tionibusq; multitudinis assentatione immodica pudorem one
rantis. In literis autem que misse in contionem recitateq; sūt cō
memoratio erat beneficiorum: primum in ciuitatem suam. Deiñ
rerum quas aduersus Philippum gessisset. Ad postremum adhor
tatio capessenda belli: dum se: dum Rhodios: tum quidem dū
etiam romanos haberent: ne quicquam postea si tum cessaret pre
termissam occasionem quesituros. Rhodii deinde legati auditi
sunt quorum recens erat beneficium q; naues longas quattuor
in portu athenensium captas nuper a Macedonibq; recupera
tas remiserant. Itaq; ingenti consensu bellum aduersus Philip
pum decretum honores regi primum Attalo immodici: deinde
& Rhodius habiti. Tum primum mentio ulla de tribu quam
Attalidam appellarent ad decem ueteres tribus addenda. Et Rho
diorum populus corona aurea: uirtutis grata donatus ciuitaq;
Rhodus data: quēadmodum Rhodii prius athenensibo dederāt.
S ecundum hec rex Attalus ad classem Eginam se recepit. Rhodii
etiam ab Egina unde per insulas Rhodum nauigarunt: omnib
preter Andrum parumq; & Cynum que presidio Macedonum te
nebantur. In societatem acceptis Attalum Egine missi in Etoliam
nuntii expectatiq; unde legati aliquandiu nihil agentē tenuere
E t neq; illos ad arma excire potuit gaudentes ut cumq; composita
cum Philippo pace. Et ipse Rhodiiq; si instituissent patientes rur
sus eum in hellespontum trauicere occupantemq; Grecie oppor
tuna loca uires colligere: bellum aluere gloriamq; eius gesti per
fectiq; romanis concesserunt. Philippus magis regio animo ē usus
qui cum Attalum Rhodiosq; hostes non sustinuisset: ne Romano
quidem quod imminebat: bello territus. Philode quodam ex pre
fectis suis cum duobus milibus peditum equitibus ducentis ad
populandos athenensium agros misso: classe tradita heraclidi:

ut maroneam peteret. Ipse terra eodem cum expeditis duobus
milibus peditum: equitibus ducentis pergit & Maroneam qdē
primo impetu expugnauit. Enum inde cum magno labore: po
stremo proditione Ganymedis prefecti Ptholemei cepit. Deīde
alia castella Cypsella & Dorison & Sempheum occupat. Inde pro
gressus ad Cheronensium Eleunta & Alopeconesū tradentibus ipis
recepit. Gallipolis quoq; & Madotus dedita & castella quedā igno
bilia. Abydeni ne legatis quidem admissis regi portas clauserūt.
E a oppugnatio diu philippum tenuit eripiq; ex obsidione ni cōs
tatum ab Attalo & Rhodiis foret potuerunt. Attalus. ccc. tantū
milites in presidium Rhodu quadriremem unam ex classe cū
iam uix sustinerent obsidionem & ipse Attalus cum traiecisset:
spem tantum auxilii ex propinquo ostendit. neq; terra neq; ma
ri adiutis socius Abydeni quoq; tormentis per muros dispositis
non terra modo adeuntis aditu arcebant: sed nauium quoque
stationem infestam hosti faciebant. Postea cum & muri pars stra
ta ruinis & ad interiorem raptum oppositum murum cuniculis
iam peruentum esset: legatos ad regem de conditionibus tradē
de urbis miserunt. Paciscebantur autem ut Rhodiam quadri
remem cum socius naualibus. Attaliq; presidium emuti liceret
atq; ipsos urbe excedere cum singulis uestimentis. Quibus cum
Philippus nihil pacati nisi omnia permittentibus respondisset:
ut ad Saguntinam rabiem uersi matronas omnes in templo
Diane: puerosq; ingenuos uirginesq; etiam infantes cum suis nu
tricibus in Gymnasium includi iuberent: aurum & argentum
in forum deferri uestem pretiosam in nauis Rhodiam Cyclice
namq; que in portu erant. Choreos sacerdotes uictimasq; adduci
& altaria in medio poni. Ibi delecti primum qui ubi cessā acie
suorum pro diruto muro pugnantem uidissent: ex templo con
iuges liberosq; interficerent: aurum argentum uestemq; que
in naues essent in mare deicerent: tectis publicis priuatisq;
q̄ plurimis locis possent: ignes subiicerent & se facinus perpetra

turos: preeuntibus etiam execrabile carmen sacerdotibus iure
iurando coacti. Tum militaris etas iurare: neminem uiuum nisi
uictorem acie excessurum. Hi memores dictorum adeo pertina
citer pugnauerunt: ut cum prelium nox direptura esset: rex pri
or territus rabie eorum pugna abstiterit. Principes quibus atro
cior pars facinoris delegata erat, cum paucos & confectos uul
neribus a classitudine superesse prelio cernerent: luce prima sa
cerdotes cum insulis ad urbem dedendam Philippo mittunt. Ad
deditionem ex iis legatis Romanis qui Alexandriam missi erant
M. Emilius trium consensu minimus natu audita obsidione
Abydenorum ad Philippum uenit: qui questus Attalo Rhodiisq;
arma illata, & q; tum maxime Abydum oppugnaret. Cum rex
ab Attalo & Rhodiis ultro se bello lacessitum diceret. Num Aby
deni quoq; inquit ultro tibi intulerunt arma. Insueto uera au
dire ferocior oratio uisa est, q̃ que habenda apud regem esset. Ea
tis inquit & forma & super omnia romanum nomen te ferocio
rem facit. Ego autem primum uelim uos federum memores me
cum seruare pacem. Si bello lacessitis mihi quoq; animo est face
re & regnum macedonum nomenq; haud minus q̃ Romanũ no
bile bello sentietis. Ita dimisso legato Philippus auro argentoq;
que coaceruata erãt accepto, hominum predam omnem amisit.
T anta enim rabies multitudinem inuasit: ut repente proditos ra
ti qui pugnantes mortem occubuissẽt, periuriumq; aliis alii ex
probrantes: & sacerdotibus maxime qui quos ad mortem deuo
uissent, eorum deditionem uirorum hosti fecissent, repente ōs
ad cedes coniugum liberorumq; discurrerent, seq; ipsi per omnes
uias leti interficerent. Obstupefactus eo furore rex suppressit
impetum militum & triduum se ad moriendum Abydenis dare
dixit: quo spatio plura facinora in se uicti ediderunt, q̃ infesti
edidissent uictores. Nec nisi quem uincula aut alia necessitas
mori prohibuit, quisq̃ uiuus in potestatem uenit. Philippus impo
sito Abydi presidio in regnum rediit. Cum uelut Sagunti excidiũ

hannibali: sic Philippo abydenorum clades ad romanum bellū animos fecisset. Nuntii occurrerunt consulem iam in Epiro esse & appoloniam terrestres copias. Nauales Corcyram in hyberna deduxisse. Inter hec legatis qui in Africam missi erant de hamilcare Gallici exercitus duce: responsum a carthaginensibus est nihil ultra se facere posse q̄ ut exilio eum mulctarent bonaq; eius publicarent. Perfugas & fugitiuos quos inquirendo uestigare potuerunt reddidisse. Et de ea re missuros legatos Romam qui senatui satisfacerent: ducenta milia modium tritici Romā cc. ad exercitum in Macedoniam miserunt. Inde in Numidiam ad regem profecti legati: dona data Masanisse, mandataq; edita equites. cc. Numida cum daret accepit. Ipse in nauis imponendos curauit & cum. cc. milibus modium tritici. cc. hordei in Macedoniam misit. Tertia legatio ad Veriminam erat. Is ad primos finis regni legatis obuiam progressus ut scriberent ipsi quas uellent pacis conditiones permisit. Omnem pacem bonam sibi iustamq; fore cum populo ro. Date legis pacis iussuq; ad eam confirmandam mittere legatos Romam. Eodem tempus. L. Cornelius Lentulus proconsul ex hispania rediit. Qui cum senatui res ab se per multos annos fortiter feliciterq; gestas exposuisset postulasseq; ut triumphum sibi inuehi liceret in urbem. res triūpho dignas esse censebat senatus: sed exemplum a maioribus nō accepisse ut qui neq; Dictator neq; consul neq; pretor res gessisset triumpharet. Proconsulem illum hispaniam prouinciam nō cōsulem aut pretorem obtinuisse. Decurrebatur tamen eo ut ouās urbem iniret. Intercedente. T. Sempronio Longo Tribuno plebi' qui nihilo magis id more maiorum aut ullo exemplo futurum diceret. Postremo uictus consensu patrum tribunus cessit. Et ex senatus consulto. L. Lentulus ouans urbem est ingressus. Argenti tulit ex preda quadraginta milia pondo. Auri octingenta. L. milibus ex preda centum. xx. asses diuisit. Iam exercitus consularis ab Arretio Ariminum traductus erat & quinq; in socii

latini nominis ex gallia in hetruriam transiuerant. Itaq; L. Fu
rius magnis itineribus ab arimino aduersus Gallos: Cremonā
tum obsidentes profectus castra quingentorum passuum inter
uallo ab hoste posuit. Occasio rei gerendę fuit si protinus de uia
ad castra oppugnanda duxisset. Palati passim uagabantur per
agros nullo satis firmo relicto pręsidio: lassitudini militum ti
muit q; raptim ductum agmen erat. Galli clamore suorum ex
agris reuocati omissa pręda quę in manibus erat castra repeti
uere: & postera die in aciem progressi. Nec romanus moram pu
gnandi fecit sed uix spatium instruendi fuit eo cursu hostes
in prelium uenerunt. Dextra ala quę in alas diuisum socialem
exercitum habebat: in prima acie locata est: in subsidiis duę
romane legiones. M. Furius dextrę alę legionibus. M. Cecili⁹
equitibus. L. Valerius Flaccus legati omnes erant prepositi. Prę
tor secum duos legatos Cn. Letorium & P. Titinum habebat cū
quibus circūspicere & obire ad omnes hostium subitos conat⁹
posset. Primo Galli omni multitudine in unum locum connixi:
atq; conterrere sese dexteram alam quę prima erat sperarunt
posse. Vbi id parum procedebat circūire a cornibus & amplec
ti hostium aciem q; multitudine aduersus paucos facile uide
batur conati sunt. Id ubi uidit prętor & ut ipse dilataret aciē
duas legiones ex subsidiis dextra leuaq; ale quę in prima acie
pugnabat, circundat: ędemq; deo ioui uouit si eo die hostes fu
disset. L. Valerio imperat ut altera parte duarum legionum eq
tes: altera sociorum equitatum in cornua hostium emittat n̄
circuere eos aciem patiatur simul & ipse ut extenuatam mediā
sub ductis cornibus aciem gallorum uidit signa inferre cōfer
tos milites & perrumpere ordines iubet. Et cornua ab equiti
bus & medii a pedite pulsi. At cum repente in omni parte cede
ingenti sternerentur. Galli terga uertunt fugaq; effusa repetūt
castra fugientes persecutus eques mox & legiones insecute in
castra impetum fecerunt. Minus sex milia hominum inde effu

gerunt. Cesa & capta supra quinq; & xxxx. milia. Cum signis militaribus. lxx. Carpentis Gallicis multa preda oneratis plus ducentis. Hamilcar dux Penus eo prelio cecidit & tres imperatores nobiles Gallorum. Placentum captum ad duo milia liberorum capitum redditi Colonis. Magna victoria letaq; Rome fuit: literis allatis. Supplicatio in triduum decreta est. Romanorum sociorumq; ad duo milia eo prelio ceciderunt. Plurium dextre ale in quam primo impetu ingens uis hostium illata est. Quanq; a pretore prope debellatum erat. Consul quoq; C. Aurelius perfectis que Rome agenda fuerant: profectus in Galliam victorem exercitum a pretore accepit. Consul alter cum autumno ferme exacto in provinciam uenisset circa Appolloniam hybernabat ab classe quae Corcyre subducta erat. C. Claudius triremesq; Romane sicut antedictum est Athenas misse cum Pireum peruenissent deponentibus iam animos socius spem ingentem attulerant. Nam & terrestris ab Corintho que per Megeram incursiones in agros fieri solite erant, non fiebant & predonum a Chalcide naues que non mare solum infestum: sed etiam omnes Maritimos agros Atheniensibus fecerant non modo Samum superare: sed ne extra fretum euripi committere aperto mari se audebant. Superauerunt iis tres Rhodie quadriremes: & erant Attice tres apertae naues ad tuendos maritimos agros comperate. Hac classe si urbs agriq; Atheniensium defenderentur: satis in presentia existimanti Claudio esse: maioris etiam rei fortuna oblata est. Exules ab Chalcide regiorum iniurius pulsi attulerunt occupari Chalcidem sine certamine ullo posse. Nam & macedonas quia nullus in propinquo sit hostium metus, uagari passim. et oppidanos presidio Macedonum fretos custodiam urbis negligere. His auctoribus profectus, quanq; Samum ita mature peruenerat ut inde prouehi ad primas angustias Euboee posset: ne superatus promontorio conspiceretur, classem in statione usq; ad noctem tenuit. Primis tenebris motu & tranquillo peruectus Chalcidem

paulo ante lucem qua in frequentissima urbis sunt: paucis mu
tibus turrim proximam murumq; circa scalis cepit: alibi sopitis
custodibus: alibi nullo custodiente: progressi inde ad frequẽtia
edificiis loca custodibus interfectis refracta q; porta ceteram
multitudinem acceperunt. Inde in totam urbem discursum est
aucto etiam tumultu: q; circa forum ignis tecto insectus erat:
flagrarunt & horrea regia & armamentarium cum ingenti ap
paratu machinarum tormentorumq; cedes inde passim fugié
tium parcere ac repugnantium fieri cepta est: nec ullo iã qui
militaris etatis esset: non aut cesso aut fugato. Sopatro etiam
Acarnane prefecto presidii interfecto preda omnis primum
in forum collata: deinde in naues imposita. Carcer etiam ab
Rhodiis refractus: emissiq; captiui quos Philippus tanq; in tu
tissimam custodiam condiderat. Status inde regis delectis
truncatisq; signo receptui dato conscenderunt naues: & Pireũ
unde profecti erant redierunt. q; si tantum militum Romano
rum fuisset: ut & Chalcis teneri & no deseri presidium Athenaꝝ
potuisset: magna res principio statim belli Chalcis & Euripꝰ adẽp
ta regi forent. Nam ut terra Thermopylarum angustiꝫ Græ
ciam: ita mari fretum Euripi claudit. Demetriade tum Philip
pus erat: quo cum esset nuntiata clades socie urbis quanq; serũ
auxilium perditis erat: tamen quę proxima auxilio est: ultio
nem petens: cum expeditis quinq; milibus peditum & .ccc. equi
tibus: ex templo profectus cursu prope Chalcidem contendit:
haud quicq; dubius opprimi romanos posse. A qua destitutus
spe nec quicq; aliud q; ad deforme spectaculum semirute ac fu
mantis socie urbis cum uenisset: paucis uix qui sepelirent bello
absumptos relictis eque raptum q; uenerat transgressus pontem
Euripum per Boetiam Athenas ducit: pari incepto haud dispa
rem euentum ratus responsurum. Et respondisset: nisi specu
lator hemerodromas uocant Greci. Ingenti die uno cursu e
meteriens spatium contemplatus regium agmen e specula qua

dam pregressus nocte media athenas peruenisset. Idem ibi sōn'
eademq; negligentia erat que Chalcidem dies ante paucos pro
diderat excitati nuntio trepido & Pretor atheniensium &
Dioxippus prefectus cohortis mercede militantium auxiliorū
conuocatis in forum militibus tuba signum ex arce dari iubet
ut hostes adesse omnes scirent. Ita undiq; ad portas ad muros dis
currunt. Paucas post horas Philippus aliquanto tamen ante
lucem appropinquans urbi: conspectis luminibus crebris & fre
mitu hominum trepidantium ut in tali tumultu ex audito su
stituit signa & considere ac quiescere agmen iubet: ui aperta
propalam usurus quando parum dolus profuerat ab Dypylo ac
cessit porta ea uelut in ore urbis posita maior aliquanto paten
tiorq; q̄ cetere est & intra eam ex utraq; late sunt uie ut & oppi
dani dirigere aciem a foro ad portam possent. Et extra limes. m.
ferme passus in academie Gymnasium ferens pediti equitiq; ho
stium liberum spatium preberet. Eo limite Athenienses cū attali
presidio & cohorte Dioxippi acie intra portam instructa signa
extulerunt. Quod ubi Philippus uidit habere se hostis in pote
state ratus & diu optata cede: neq; enim ulli grecarum ciuitatū
infestior erat expleturum cohortatur milites ut se intuentes pu
gnarent scirentq; ibi signa ibi aciem esse debere ubi rex esset. Cō
citat in hostes equum non ira tantum sed etiam gloria elatus
q; ingenti turba completis etiam gloria elatus q; ingenti turba
completis etiam ad spectaculum muris conspici se pugnantem
egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus pau
cis euectus in medios hostis ingentem tum suis ardorem tū pa
uorem hostibus iniecit. Plurimos manu sua cominus eminusq;
uulneratos compulsosq; in portam consecutus & ipse cum maio
rem in angustiis trepidantium edidisset cedem in temerario
incepto tutum tamen receptum habuit quia quia in turribus por
te erant: sustinebant tela ne in permixtos hostibus suos coniice
rent. Intra muros deinde tenentibus milites atheniensibus Phi

lippus

lippus signo receptui dato castra ad Cynosarges templum Hercu
lis Gymnasium q, & Lucus erat circūiectus posuit. Sed Cynosarges
& Lycani & quicquid sancti ameni ue circa urbem erat incensū est.
D irutaq, non tecta solum sed etiam sepulchra nec diuini humani ue
uiris quicq̄ pre impotenti ira est seruatum. Postero die cū primo
clause fuissent porte: deinde subito aperte quia presidium Attali
ab Ēgina Romaniq, ab Pireo intrauerāt urbem castra ab urbe re
tulit rex tria ferme milia passuum. Inde Eleusinam profectus spe
improuiso templi castelliq, quod & imminet & circundatum est
templo capiendi. Cum haud quicq̄ neglectas custodias animad
uertisset & classem a Pireo subsidio uenire: omisso incepto Me
garā ac protinus Corinthum ducit & cum argis Acheorum cō
cilium esse audisset: in opinantibus Acheis contioni ipsi superue
nit. Consultabant de bello aduersus Nabin Tyrānum Lacedemo
niorum qui translato imperio a Philopemene ad Cycliadē naq̄q̄
parem illi ducem dilapsa cernens Acheorum auxilia redinte
grabat bellum agrosq, finitimorum uastabat & iam urbibꝫ q̄q,
erat terribilis aduersus hunc hostem cum quantum ex quaq,
ciuitatum militum conscriberetur consultarent. Philippus dēp
turum se eis curam quod ad Nabin & Lacedemonios attineret
pollicitus nec tamen agros sociorum populationibus prohibitu
rum sed terrorem omnem belli in ipsam Laconiam ducto eo
ex templo exercitu translaturum. Hęc oratio cum ingenti ho
minum assensu acciperetur: ita inquit tamen equum est uestra
meis armis tutari ne mea interim nudentur presidiis. Itaq, si
uobis uidetur tantum parate militum quantum ad horreum
& Calcidem & Corinthum tuenda satis sint ut meis ab tergo tu
tis securus bellum Nabidi inferam & Lacedemoniis. Non fe
fellit Acheos quo spectasset tam benigna pollicitatio auxiliūq,
oblatum aduersus Lacedemonios. Id queri ut obsidem Achoꝝ
iuuentutem educeret ex Pelopōneso ad illigandum Romano
bello gentem. Et id quidem coarguere Cycliadas pretor Acheoꝝ

nihil attinere ratus : id modo cum dixisset non licere legi
bus achaeorum de aliis rebus conferre q̄ propter quas conuocati
essent. Decreto de exercitu parando aduersus Nabin facto cō
cilium fortiter ac libere habitum dimisit. Inter assentatores
regios ante eam diem habitus. Philippus magna spe depulsus
uoluntariis paucis militibus conscriptis, Corinthum atq; in
atticam terram redit. Per eos ipsos dies quibus Philippus in
achaia fuit. Philoceus prefectus regius ex euboea profectus
cum duobus milibus Thracum Macedonumq; ad depopulan
dos athenensium fines Eregione eleusinis saltum Cytheros
transcendit. Inde dimidia parte militum ad predandum pas
sim per agros dimissa cum parte ipse occultis loco ad insidias
opportuno concedit ut si ex castello ab eleusine in predātes
suos impetus fieret repente hostes effusos ex improuiso ad o
rirentur. Non fefellere insidie. Itaq; reuocatis qui discurrerāt
ad predandum militibus. instructisq; ad oppugnandum ca
stellum Eleusinem profectus. cum multis inde uulneribus re
cessit. Philippoq; se uenienti ex achaia conuenit. Temptata &
ab ipso rege oppugnatio eius castelli est. sed naues romane e
Pireo uenientes intromissumq; presidium absterrere incepto
coegerunt. Diuiso exercitu rex cum parte Philocratē athe
nas mittit cum parte ipse Pireum pergit: ut cum Philocrates
subeundo muros, cōmanda oppugnatione contineret urbe
athenienses: ipsi Pireum leui cum presidio relictum expugnā
di facultas esset. Ceterum nihil ea Pirei. q̄ Eleusinis facilior is
dem fere defendentibus oppugnatio fuit. a Pireo athenas re
pente diuexit. Inde eruptione subita peditum equitumq; inter
angustias semiruti muri quib; brachiis duobus Pireum athe
nis iungit repulsus: omissa oppugnatione urbis. diuiso cū Phi
locrate rursus exercitu ad agros uastandos profectus. cū pri
orem populationem sepulchris circa urbem diruendis exercuis
set. ne quid inuiolatum relinqueret. templa deum que pagati

sacrata habebant: dirui atq; incendi iussit & ornata eo genere operum eximie terra Attica & copia domestici marmoris & ingenuis artificum prebuit huic furori materiam. Neq; enim diruere modo ipsa templa ac simulacra euertere satis habuit, sed lapides quoq; ne integri cumularent ruinas frangi iussit. Et postq̃ non tam ira satiata, q̃ ire exercendę materia hec deerat agro hostium in Boetiam excessit. Nec aliud quicq̃ dignũ memoria in Grecia egit;

CONSVL SVLPITIVS EO tempore inter Appolloniam ac dyrrachium habebat castra ad Tarsum flumen quo accersitum T. Apustiũ legatum cum parte copiarum ad depopulandum hostium finis mittit. Apustius extrema Macedonię populatus Carthago & Gerrunio & Orresso castellis primo impetu captis ad Antipatriam in faucibus angustis sitam urbem uenit, ac primo euocatos principes ad colloquium, ut fidei romanorum se cõmitterent, perlicere est conatus: deinde ubi magnitudine ac mẹnibus situq; urbis freti dicta aspernabantur ui atq; armis adortus expugnauit, puberibꝫ interfectis: prẹda omĩ militibus concessa diruit muros atq; urbem incendit. Hic mẹtus Codrionem satis ualidum & munitum oppidum sine certamine ut daretur Romanis effecit. Prẹsidio ibi relicto Nidus nomen propter alteram in asia urbem, q̃ oppidum notius ui capitur. Reuertentem legatum ad consulem cum satis magna prẹda Athenagoras quidam regius prẹfectus in transitu fluminis a nouissimo agmine adortus postremos turbauit: ad quorum clamorem & trepidationem cum reuectus equo propere legat⁹ signa

conuertisset coniectisq; in medium Sarcinis aciem direxisset: nō
tulere impetum romanorum militum regii. Multi ex his occisi
plures capti. Legatus incolumi exercitu reducto ad consulem re
mittitur inde ex templo ad classem. hoc satis felici expeditione
bello cōmisso. Reguli ac principes accole Macedonum in castra
Romana ueniunt. Pleuratus Serdileni filius & Aminander a
thamanum rex & ex Dardanis Bato Longari filius bellum suo
nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre gesserat. pollicē
tibus auxilia: respondit consul Dardanorum & pleurati opera
cum exercitum in Macedoniam induceret se usurum Aminan
dro Etolos concitandos ad bellum attribuit Attali legatis. Nam
ii quoq; per id tempus uenerant: mandat ut Egine rex ubi hy
bernabat classem Romanam operiretur qua adiuncta bello ma
ritimo sicut ante Philippum urgeret. Ad Rhodios quoq; missi
legati ut capesserent partem belli. Nec Philippus segnius iam
enim in macedoniam peruenerat apparabat bellum filium Per
sea puerum admodum datis ex amicorum numero qui etatē
eius regerent cum parte copiarum ad obsidendas angustias que
ad Pelagoniam sunt mittit. Sciatum & Pepetrecū haud ignobiles
urbes ne classi hostium prede aut premio essent diruit. Ad Eto
los mittit legatos ne gens inquieta aduentu Romanorum fi
dem mutaret. Concilium Etolorum statuta die quod Paneto
lium uocant futurum erat. huic ut occurrerent & legati Re
gis uer accelerarunt & ab consule missus. L. Ruffus Purpurio
Legatus uenit. Primi Macedones cum quibus recentissimum
fedus erat auditi sunt. Qui noua nulla re nihil se noui habere
quod afferrent dixerunt. Quibus enim de causis experta inuti
li societate romana pacem cum Philippo fecissent compositam
semel seruare eos debere. An imitari inquit unus ex legatis Ro
manorum licentiam an leuitatem dicam mauultis: qui cum le
uestris Rome responderi ita iussissent. Quid ad nos uenitis
Etoli sine quorum auctoritate pacem cum Philippo fecistis: Idē

nunc ut bellum secum aduersus Philippum geratis postulant &
antea propter uos & pro uobis arma sumpta aduersus eum simu
labant: nunc uos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanę aut
auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt. Iterum ut Sy
racusas oppressas ab Carthaginensibus in libertatem eximerent
& Messanam & Syracusas & totam Siciliam ipsi habent uectigalēq;
prouinciam securibus & fascibus subicerunt: scilicet sicut uos ra
upacti legibus uestris per magistratus a uobis creatos conciliū
habetis socium hostemq; libere ciuitatibus Syracusas aut Messa
nam aut Lybibeum indicitur concilium populi ro. romanus cō
uentus agit eo imperio euocati conueniunt excelso insuggestu
superba iura reddentem stipatum lictoribus uident: uirge tergo
secures ceruicibus imminent. Et quotannis alium atq; alium do
minum sortiuntur. Nec id mirari debent aut possunt cū Italiae
urbes regium Tarentum Capuam ue finitimas: quarum ruinis
creuit urbs Romana eiusdem subiectas uideant imperio. Capua
quidem sepulchrum & monumentum Campani po. data extorti
& eiecto ipso populo super est trunca sine senatu sine plebe sine
magistratibus prodigium relicta crudelius habitanda q̄ si de
iecta foret. Furor est: si alienigene homines plus lingua & mori
bus & legibus q̄ maris terrarumq; spatio discreti: hęc tenuerīt
sperare quicq̄ eodem statu mansurum. Philippi regnum office
re aliquid uideri libertati uestre qui cum merito uestro uobis
infestus esset & nihil a uobis ultra q̄ pacem petiit fidemq; hodie
pacis pacte desiderat: assuefacite us terris legiones externas &
iugum accipite sero: ac ne quicq̄ cum dominum Romanum ha
bebitis socium Philippum queretis. Etolos Acarnanes Macedo
nes eiusdem lingue homines leues ad tempus orte cause disiū
gunt coniunguntq; cum alienigenis cum barbaris eternū oībꝫ
grecis bellum est eritq;. Naturaq; enim quę perpetua est nō mu
tabilibus in diem causis hostes sunt. Sed ubi cepit oratio mea
ibi desinet. Hoc eodem loco uidem homines de eiusdem Philippi

pace triennio ante decreuistis iisdem improbantibus eā pa
cem romanis, qui nunc pactam & compositam turbare uolunt.
In qua consultatione nihil fortuna mutauit, cur uos mutetis, nō
uideo. Secundum macedonas ipsis Romanis ita concedētib;
iubentibusq; Athenienses qui fœda passi iustius in crudelitatē
seuitiamq; regis inuehi poterant introducti sunt. Deploraue
runt uastationem populationemq; miserabilem agrorū. Neq;
id se queri q; hostilia ab hoste passi forent: esse enim quedā bel
li iura, quæ ut facere ita pati sit fas sata exuri dirui tecta: predas
hominum pecorumq; agi misera magis q̄ indigna patienti esse.
Verum enim uero id se queri q; qui romanos alienigenas & bar
baros uocet adeo omnia simul diuina humanaq; iura polluerit,
ut priore populatione cum infernis diis, secunda cum superis
bellum nefarium gesserit. Omnia sepulchra monumentaq; di
ruta esse in finibus suis, omnium nudatos manes nullus ossa
terra tegi delubra ibi diruta quæ quondam pagatim habitā
tes in paruis illis castellis uicisq; consecrata. Ne in unam urbē
quidem contributi maiores sui deserta reliquerint, circa ea
omnia templa Philippum circūtulisse ignes. Semiusta & trun
cata simulacra deum inter prostratos iacere potes templorū
qualem terram Atticam fecerit exornatam quondam opulē
tamq; talem eum si liceat. Etoliam Græciamq; omnem facturū.
Vrbis quoq; sue similem deformitatē futuram fuisse: nisi Roma
ni subuenissent. Eodem enim scelere urbem colentem hos deos
præsidemq; arcis Mineruam petitam, eodem Eleusine Cereris
templum Eodem pirei Iouem Mineruamq;. Sed ab eorum nō
templis modo: sed etiam mœnibus: ui atq; armis repulsum: in ea
delubra quæ sola religione tuta fuerint sedisse. Itaq; se orare
atq; obsecrare Etolos: ut miserti Atheniensium: ducib; diis īmor
talibus: deinde romanis qui secundum deos plurimum possint,
bellum accipiant. Tum Romanus legatus: totam orationis mœ
formam macedones primum: deinde Athenienses mutarunt

Nam & macedones cum ad conquerendas Philippi iniurias: intor
ſocias nobis urbes uenisſent: ultro accuſando Romanos defen
ſionem: ut accuſatione potiorem haberem, effecerunt: & athenien-
ſes deos ſuperos, inferoſq; nefanda atq; inhumana ſcelera eius re
ferendo: quid mihi aut cuiq; reliquerunt: quod obiicere ultra
poſſimus. Eadem Ecbyos: Abydenos: Eneos: Maronitas: Thaſios
Parios: Samos: Lariſſenſes: Meſſenios. Hinc ex Achaia exiſtun
te queri: grauiora etiam acerbioraq; eos quibus nocendi maio
rem facultatem habuit. Nam quod ad ea attinet: quę nobis ob
iecit: niſi gloria digna ſunt: fateor ea defendi non poſſe. Re
gium & Capuam & Syracuſas nobis obiecit. Regium Pyrrhi
bello legio a nobis regnis ipſis ut mitteretur orantibus ipſis
ſidium miſſa: urbem ad quam defendendam miſſa erat per
ſcelus poſſedit. Comprobauimus igitur id facimus: an bello per
ſequuti: ſceleratam legionem in poteſtatem noſtram redactam:
tergo & ceruicibus penas ſocius pendere: cum coegiſſemus: ur
bem agros ſua q; omnia cum libertate legibusq; Regnis reddi
dimus. Syracuſanis oppreſſis ab externis tyrannis quo indigni
eſſet cum tuliſſemus opem & fatigati prope per triennium ter
ra mariq; urbe munitiſſima oppugnanda eſſemus. Cum ipſi Sy
racuſani ſeruire tyrannis q; capi a nobis mallent: captam ilde
armis & liberatam urbem reddidimus neq; inficiati ſimus Si
ciliam prouinciam noſtra eſſe & ciuitates quę q; in parte Car
thaginenſium fuerunt & uno anno cum illis aduerſus nos bel
lum geſſerunt ſtipendarias nobis ac uectigales eſſe. Quin con
tra hoc & uos & omnes gentes ſcire uolumus pro merito cuiq;
erga nos fortunam eſſe. An campanorum pene de qua neq; ipſi
quidem queri poſſunt, nos peniteat: hi homines cum pro his
bellum aduerſus Samnites per annos prope ſeptuaginta cum
magnis noſtris cladibus geſſiſſemus: ipſos foedere primum: de
inde connubio: atq; inde cognationibus poſtremo ciuitate no
bis coniunxiſſemus: tempore noſtro aduerſo: prius omnium

Italię populorum presidio nostro fęde interfecto: ad hannibalē
defecerunt. Deinde indignāti se obsideri a nobis hannibalem ad
oppugnandam Romam miserunt. Horum si neq; urbs ipsa: neq;
homo quisq̄ superesset: quis id durius: q̄ pro merito ipsorū sta
tutum indignari posset: Plures sibi met ipsi conscientia scelerū:
mortem consciuerunt: q̄ a nobis supplicio affecti sunt. Cęteris
ita oppidum: ita agros ademimus: ut agrum locumq; ad habitā
dum daremus urbem innoxiam stare incolumem pateremur:
ut qui hodie uideat eam: nullum oppugnate capte uestigium
inueniat. Sed quid ego Capuam dico: cum Carthagini uic
te pacem ac libertatem dederimus: magis illud est periculū ne
minis facile uictis ignoscendo: plures ob id ipsum ad experiūdā
aduersus nos fortunam belli ineremus. Hęc pro nobis dicta sūt.
hęc aduersus Philippum. Cuius domestica parricidia & cognato
amicorumq; cędes & libidinem prope inhumaniorem: q̄ crude
litatem uos quo propiores Macedonię estis: melius nostis. Quod
aduos attinet Ętoli. Nos pro uobis bellum suscepimus aduersus
Philippum: uos sine nobis cum eo pacem fecistis & forsitan dica
tis: bello Punico occupatis nobis: coactos metu uos leges pacis ab
eo qui tum plus poterat accepisse & nos cum alia maiora urgeret
depositum a uobis bellum est: & ipsi omisimus. Nunc & nos deum
benignitate Punico perfecto bello totis uiribus nostris in Mace
doniam incubuimus & uobis restituendi uos in amicitiam soci
etatemq; nostram fortuna oblata est: nisi pertę cum Philippo q̄
uincere cum romanis mauultis. hęc dicta ab Romano cum ęęm
inclinatis omnium animis ad Romanos. Democritus prętor ęto
lorum pecunia ut fama est ab rege accepta: nihil aut huic: aut
illi parti assensus. Rem magn diserimus consiliis nullam esse
tam inimicam q̄ celeritatem dixit. Celerem enim penitentiam
sed tamen seram atq; inutilem sequi cum precipitata raptim cō
silia: neq; reuocari: neq; in integrum restitui possint: deliberato
nisi autem eius cuius ipse maturitatem expectandam putaret

tempus ira iam nunc statui posse cum legibus cautum esset ne de
pace bello ue nisi in Panetolico & Pyrrhiaco concilio ageretur
decernerent ex templo ut pretor sine fraude cum de bello & pa
ce agere uelit aduocet concilium. Et quod tum referatur decer
naturq; ut perinde ius ratumq; ac si in Penetolico aut Pyrrhi
aco concilio actum esset. Dimissis ira suspensa re legatis egregie
consultum genti aiebat: nam utriusq; partis melior fortuna esset
belli ad eius societatem inclinaturos. Hęc in concilio Etolorū
acta. Philippus impigre terra mariq; parabat bellum. Naualis co
pias Demetriadem in Thessaliam contrahebat. Athalum roma
namq; classem principio ueris ab Egina ratus moturos nauibus
maritimeq; ore prefecit heraclidam quem & ante prefecerat. Ipse
terrestris copias cōpabat magna se duo auxilia detraxisse roma
nis credens ex una parte Etolos: ex altera Dardanos: faucibus ad
Pelagoniam a filio Perseo interclusis. Ab consule non parabatur:
sed gerebatur iam bellum. Per Darsetiorum fines exercitum duce
bat: frumentum quod ex hybernis extulerat: integrum uehens
quod in usum miliū satis esset prebentibus agris. Oppida uiciq; par
tim uoluntate: partim metu se tradebant: quedam ui expugna
ta quedam deserta in montes propinquos refugientibus barba
ris inuenebantur. Ad Lyncum statiua posuit prope flumen Beru
I nde frumentatum circa horrea Darsetiorum mittebat. Philippus
consternata quidem omnia circa pauoremq; ingentem hominū
cernebat: sed parum gnarus quam partem petisset consul alā equ
tum ad explorandum quonam hostes iter intendissent misit.
I dem error apud consulem erat. mouisse ex hybernis regem sciebat
quam regionem petisset ignorans. Is quoq; speculatum miserat
equites. Hi duo ale ex diuerso cum diu incertis itineribus uagare
per Darsetios essent tandem in unum iter conuenerunt. Neutros
fefellit ut fremitus procul hominum equorumq; excaudiuit est
hostes appropinquare. Itaq; prius q̄ in conspectum uenirent equos
arma q; expedierant. Nec mora ubi primum hostem uidere con

currendi facta est. Forte & numero & uirtute ut pote lecti utrīq;
haud impares: equis uiribus per aliquot horas pugnauerunt. Fa
tigatio ipsorum equorumq; incerta uictoria diremit preliū. Ma
cedonum xl. equites. Romanorum quinq; & xxx. ceciderunt.
N eq; eo magis explorati quicq; in qua regione hostium castra ēēnt
aut illi ad regem aut isti ad consulem retulerunt. Per transfugas
cognitum est quos leuitas ingeniorum ad cognoscendas hostiū
res in omnib; bellis prębet. Philippus aliquid ad curiositatem suoꝝ
& ut promptius pro eo periculum adirent ratus profecturum sē
si equitum qui ceciderant in expeditione sepeliendorum curā ha
buisset: afferri eos in castra iussit: ut conspiceretur ab omnib; ho
nos. Nihil tam incertum: nec tam mestuabile est q̄ animi multi
tudinis: q; promptiores ad subeundam dimicationem uidebantur
facturum: id metum pigritiamq; incussit. Nam qui hastis sagittisq;
& rara lancee uulnera facta uidissent cum grecis Illiriisq; pugna
re assueti: postq̄ gladio hispaniensi detruncata corpora brachiꝰ
abscisis aut tota ceruice desecta diuisa a corpore capita parētiaq;
uulcera & feditatem aliam uulnerum uiderunt aduersus que
tela quosq; uiros pugnandum esset: pauci uulgo cernebāt: ipsū
quoq; regem terror cepit. non dum iusto prelio cum romanis con
gressum. Itaq; reuocato filio presidioq; quod in fauces Pelagoniē
erat ut is copias suas augeret. Pleurato Dardaniscq; uter im Mace
doniam patefecit. Ipse cum xx. milibus peditum quatuor mili
bus equitum ducibus transfugis ad hostem profectus. Paulo pluꝰ
cc. passus a castris romanis tumulum propinquum achaico fos
sa ac uallo cōmuniuit: ac subiecta cernens romana castra admi
ratus esse dicitur: & uniuersam speciem castrorum & descripta
suis quoq; partibus tum tendentium ordine: tum itinerū inter
uallis & negasse barbarorum ea castra. illi uideri posse: biduo
consul: & rex alter alterius conatus expectantes continuere suos
intra uallum. Tertio die romanus omnis copias in aciem eduxit.
R ex tam celerem aleam uniuersi certaminis timens: quadringētos

Trallis. Illyriorum id sicut alio diximus loco est gens. Et Cretēses
.ccc. addito iis peditibꝫ primum numero equitum cum duce athe
nagora uno ex purpuratis ad lacessendos hostium equites misit.
A b Romanis autē aberat acies eorum paulo plus quingentos passꝰ.
V elites & equitum due ferme ale emisse, ut numero quoq; eques
pedesq; hostem equarent. Credidere regii genus pugnę cui assue
uerant fore: ut equites inuicem insequentes refugientesq; nūc
telis uterentur, nunc terga darent. Illiriorum uelocitas ad ex
cursiones, & impetus subitos usui esset. Cretenses in īuehentem se
effuse hostem sagittas coniiceret. Turbauit hunc ordinem pugnā
di non acrior, q̄ pertinacior impetus Romanorum. Nam haud
secus, q̄ si tota acie dimicarent, & Velites emissis hastis, cominus
gladiis rem gerebant & equites ut semel in hostem euecti sunt:
stantibus equis partim ex ipsis equis partim desilientes īmiscen
tesq; se peditibus pugnabant. Ita nec eques regis equiti par erat:
insuetus ad stabilem pugnam nec pedes concursator & uagus &
prope seminudus genere armorum ueluti romano parmam gla
diumq; habenti, pariterq; & ad se tuendum, & ad hostem peten
dum armato. Non tulere itaq; dimicationem, nec aliare q̄ uelocī
tate tutantes se in castra refugerunt. Vno deinde intermisso die
cum omnibus copiis equitum leuisq; armature rex pugnaturus
esset, nocte cetratos quos peltas uocant, loco opportuno inter
bina castra, in insidiis abdiderat preceperatq; athenagore & eq
tibus, ut si aperto prelio procederet res, uterentur fortuna si
minus cedendo sensim ad insidiarum locum hostem pertrahe
rent. Et equitatus quidem cessit duces cetrate cohortis: nō satis
expectato signo ante tempus excitatis suis occasionem bene
gerende rei amisere. Romanus & aperto prelio uictor & tutus
a fraude insidiarum ad castra se se recepit. Postero die omnibꝫ
copiis consul in aciem descendit ante prima signa locatis ele
phantis: quo auxilio tum primū romani quia captos aliquot bel
lo Punico habebant, usi sunt: ubi latentem intra uallum ex pro

branſ impetum ſucceſſit. Poſt ne tum quidem poteſtas pugnandi da
batur quia ex tam propinquis ſtatuis partim tota frumentatio
erat diſperſos multos per agros equitibus ex templo unaſurie-
octo ferme inde milia interuallo tutiorem frumentationem ha
biturus: caſtra ad Arabolum id eſt loco nomen mouit. Cum in
propinquo frumentarentur agro romani: primo rex intra uallū
ſuos tenuit ut creſceret ſimul & negligentia cum audacia hoſti.
V bi effuſos uidit cum omni equitatu & Cretenſium auxiliaribus
quantum equitem uelociſſim pedites curſu equare poterant: ci
tato profectus agmine inter caſtra romana & frumentatores cō
ſtituit ſigna. Inde copiis diuiſis partim ad conſectandos uagos
frumentatores emiſit dato ſigno: ne quem uiuum relinqueret
cum parte ipſe ſubſtitit. Itinera q; quibus ad caſtra recurſuri u
debantur hoſtes obſedit. Iam paſſim cædes & fuga erat. Nec dum
quiſq; in caſtra romana nuntius cladis peruenerat quia refugiē
tes in regiam ſtationem incidebant & plures ab obſidentibus i
uias q; ab emiſſis ad cædem interficiebantur. Tandem inter medi
as ſtationes elapſi quidam trepidi tumultum magis q; certū nūtiū
intulerunt caſtris. Conſul equitibus miſſis qua quiſq; poſſet opē fer
re laborantibus. Ipſe legiones e caſtris educit & agmine quadrato
ad hoſtem ducit. Diſperſi equites per agros: quidam aberrarunt
decepti clamoribus: aliis ex alio exiſtentibus loco parſ obuios ha
buerunt hoſtis plurimis locis ſimul pugna oritur. Regia ſtatio
atrociſſimum prelium edebat. Nam & ipſa multitudine equitū
peditumq; prope haſtata acies erat & romanorum quia medii ob
ſederat uter: plurimi in eam inferebantur: eo quoq; ſuperiores Ma
cedones erant q; & rex ipſe hortator aderat & Cretenſium auxili
ares multos ex improuiſo uulnerabant. Conferti preparatiq; in diſ
perſos & effuſos pugnantes q; ſi modum in ſequendo habuiſſēt:
non in preſentis modo certaminis gloriam: ſed in ſummam etiā
belli profectum foret: nunc audacie cedis intemperantius ſequ
uti in progreſſas cum tribunis militum cohortes romanas incidere

& fugiens eques ut primo signa suorum uidit conuertit in effusos hostes equos. Versaq; momento temporis fortuna pugne est terga dantibus qui modo sequuti erant. multi comminus congressi multi fugientes interfecti: nec ferro tantum perire: sed in paludes qdã coniecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Rex quoq; in periculo fuit. Nam ruente Saucio equo preceps in terram datus: haud multum abfuit quin iacens opprimeretur. Saluti fuit eque' qui raptim ipse dissiluit paululumq; regem in equum subiecit. Ipe cũ pedes equare cursu fugientes non posset equites ab hostibus ad casum regis concitatis confossus periit. Rex circũuectus per paludes per uias in uiasq; trepida fuga: in castra tandem iam desperantibus plerisq; incolumem euasurum peruenit. Decem Macedonum equites eo prelio periere centum ferme capti. Lxxx. admodum ornati equis spoliisq; simul armorum relictis abducti. Fuerit qui hoc die regem temeritatis consulem segnitie accusarent. Nam & Philippo quiescendum fuisse cum paucis diebus hostes exhausto circa omni agro ad ultimum inopie uenturos sciret: & consulẽ cũ equitatum hostium leuemq; armaturam fudisset: ac prope regem ipsum cepisset. protinus ad castra hostium ducere debuisse. Id dũ q̃re ut pleraq; facilius. Nam si omnibus peditum quoq; copiis congressus rex fuisset forsitan inter tumultum cum omnes uicti metuq; perculsi: ex prelio intra uallum protinus inde superuadentem in munimenta uictorem. hostemq; fugerent ex ui castris potuerit rex. Cum uero integre copie peditum in castris mãsissent: stationes ante portas prelichaq; disposita essent: quid nisi ut temeritatem regis effuse pauloante sequuti perculsos equites imitaretur profecisset. Neq; enim ne regis quidẽ primum consilium quo impetũ in frumentarios Romanos palatos per agros fecit reprehendendum foret si modum prospere pugne imposuisset. Eo quoq; minus est mirum temptasse eum fortunam q̃ fama erat Pleuratum Dardanosq; ingentibꝰ copiis profectos domo iam in Macedoniam transcendisse quibus cum unchq; circũuentus copiis foret: sedẽtẽ

romanum debellaturum credi potuerit. Itaq; secundum duas aduer
sas equestres pugnas multo minus tutam moram in his statuis fo
re Philippus ratus, cum abire inde & fallere abiens hostem uelle
caduceatore sub occasu solis misso ad consulem qui indutias ad
sepeliendos equites peteret: frustratus hostem secunda uigilia t
multis ignibus per tota castra relictis silenti agmine abiit. Corpus
tam curabat consul. Cum uenisse caduceatorem & quid uenisset
nuntiatum est. Responso tamen dato mane postero die fore copiā
conueniendi id quod quesitum erat. Noctemq; insequentis par
ad recipiendum iter Philippo data est. Montes quoq; quam uiam
non ingressurum graui agmine romanum sciebat petit. Consul pri
ma luce caduceatore datis inducias dimisso haud ita multo post
abisse hostem cum sensisset ignarus quia sequeretur isdē stanius
frumentando dies aliquot consumpsit. Stuberrā deinde petit atq;
ex Pelagonia frumentum quod in agris erat conuexit. Inde ad
Pluuinam est progressus. non dum comperto quam regionem ho
stes petissent. Philippus tum primo ad Bruamam stanua habuisset
P rofectus inde transuersis iumentis terrorem prebuit subitū ho
sti. Mouere itaq; ex Pluuina romani & ad Osphagum flumen po
suerunt castra. Rex haud procul inde & ipse uallo super ripam
amnis ducto. Erigonum incole uocant, tendit. Inde satis comper
to eruicam petituros romanos ad occupandas angustias ne supe
rare hostes arctis faucibus inclusum aditum possent. precessit
I bi alia uallo alia fossa alia lapidum congerie: ut pro muro essent
alia arboribus obiectis ita ut locus postulabat aut materia suppe
ditabat, opere permunit. Atq; ut ipse rebatur: uiam suapte natu
ra difficile obiectis per omnes transitus operibus inexpugnabilē
fecit. Erant pleraq; siluestria circa incommoda Phalangi marie
Macedonum quae nisi ubi pre longis hastis: uelut uallum ante
clipeos obiecit. Quod ut fiat libero campo opus est. Nullius admo
dum usus est. Thracas quoq; rumphie ingentis & ipse longitudi
nis inter obiectos unciq; ramos impediebant. Cretensium una

cohors non inutilis erat: sed ea quoq; ipsa ut si quis impetum fa
ceret in patentem uulneri equum, equitemq; sagittas coiicere po
terat. Ita aduersus scuta romana, nec ad trauiciendum satis ma
gnam uim habebat. Nec aperti quicq̃ erat, quod peteret. Itaq; id
ut uanum teli genus senserunt esse: saxis passim tota ualle iacenti
bus incessebant hostem, ea maiore cum sonitu: q̃ uulnere ullo pul
satio scutorum parumper succedentis romanos tenuit. Deinde
iisquoq; spretis partim testudine facta per aduersos uadunt ho
stis: partim breui circuitu cum in iugum collis euasissent: trepidos
ex presidiis stationibusq; Macedonas deturbant. Et ut in locis
impeditis, difficili fuga plerosq; etiam obtruncant: ita angustie
minore certamine q̃ quod animis proposuerat superate & in er
dueam peruentum: ubi peruastatis passim agris: in Elimiã se rece
pit. Inde impetum in Orestidem fecit & oppidum Celetrum est
aggressus in insula situm, lacus menia cingit angustis faucibus.
Vnde ex continenti iter est, primo situ ipso freti clausis portis impe
rium abnuere. Deinde postq̃ signa ferri ac testudine procedi ad
portam: obsessasq; fauces agmine hostium uiderunt, priusquã
experirentur certamen metu in deditionem uenerunt. Ab Cele
tro in Dassaretios processit: urbemq; Pelium ui cepit. Seruitia in
cum cetera turba abduxit & libera capita sine pretio dimisit: op
pidumq; iis reddidit presidio ualido imposito. Nam & sita oppor
tune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos. Ita pera
gratis hostium agris, consul in loca iam pacata ad Apoloniã unde
ortum bellum erat, copias reduxit. Philippum auerterant Etoli
& Acarnanes & Dardani & tot bella repente alia ex aliis locis
exorta aduersus Dardanos iam recipientes ex Macedonia se se
Athenagoram cum expeditis peditibus ac maiore parte equitatus
misit: iussum instare ab tergo ab euntibus & carpendo postre
mum agmen, segniores eos admouendos domo exercitus effice
re. Etolos Democritus pretor qui more ad decernendum bellũ
ad Naupactum autor fuerat: idem proximo concilio ad arma con

ciuerat post famam equestris ad Eccalobum pugnę Dardanorq;
& Pleurati cum Illyrus transitum in Macedoniam. Ad hęc classis
romanę aduentum in Oreum & super circũ infusas tot macedonię
gentes: maritimam quoq; instantem obsidionem. He cause De
mocritum Etolosq; restituerant romanis & Aminandro rege ii
athamanum adiuncto profecti Cercinium obsidere. Clauserant
portas, incertum ui an uoluntate: quia regium habebant presidiũ.
C ęterum intra paucos dies captum est Cercinium atq; incensum. Qui
superfuerunt e magna clade liberi seruiq; inter cęteram prędam
abducti. Is timor omnis qui circũ colunt Boeben paludem: relic
tis urbibus montis coegit petere. Etoli inopia prędę inde auersi
in Perrhebiam ire pergunt. Cirecias in uia capiunt fędeq; diripi
unt qui Maloeam incolunt: uoluntate in deditionem societatẽq;
accepti ex Perrhebia Gomphos petendi Aminander autor erat
& imminet Athamania huic urbi uidebaturq; expugnari sine ma
gno certamine posse. Etoli campos Thessalie opimos ad prędam
petiere sequente quanq̃ non probante Aminandro nec effusas po
pulationes Etolorum nec castra quo sors tulisset loco sine ullo
discrimine ac cura muniendi posita. Itaq; ne temeritas eorum
negligentiaq; sibi ac suis etiam cladis alicuius causa esset cum
campestribus locis subiicientes eos castra Phecado urbi uideret:
ipse paulo plus quingentorum passuum inde tumulum suis q̃uis
leui munimento tutum cępit Cum Etoli nisi q; populabantur uix
meminisse uiderentur se in hostium agro esse alii palati semiermes
uagarentur: alii in castris sine stationibus per somnum uinumq;
dies noctibus equarent Philippus inopinantibus aduenit. Quem
cum adesse refugientes ex agris quidam pauidi nuntiassent: tre
pidare Democritus cęteriq; duces & erat forte meridianũ tem
pus quo pleriq; graues cibo sopiti iacebant excitare igitur alii ali
os, iubere arma capere alii dimittere ad reuocandos qui palati
per agros prędabantur. Tantaq; trepidatio fuit, ut sine gladiis
quidam equitum exirent, loricas pleriq; non induerent. Ita rapti

educti cum sexcentorum egre simul equites peditesq; numerum
explessent incidunt in regium equitatum numero animis ar-
misq; prestantem. Itaq; primo impetu fusi uix temptato certami
ne turpi fuga repetunt castra cęsi captiq; quidam quos equites
ab agmine fugientium interclusere. Philippus suis iam uallo ap
propinquantibus receptui cani iussit: fatigatos enim equos uirosq;
non tam prelio: q̄ itineris simul longitudine simul propera celerita
te habebat. Itaq; turmatim equites inuicemq; manipulos leuis ar
mature aquatum ire & prandere iubet: alios in statione armatos
retinet operiens agmen peditum tardius ductum: propter graui
tatem armorum quod ubi aduenit & ipsis imperatum ut statutis
signis armisq; ante se positis raptim cibum caperent binis ternisue
summum ex manipulis aquandi causa missis. Interim eques cū le
ui armatura paratus instructusq; stetit siquid hostis mouerē Eto
li. Iam enim & quę per agros multitudo sparsa fuerat receperāt
se in castra & defensuri munimenta circa portas uallumq; arma
tos disponunt: dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant.
P ostq̄ mota signa macedonum sunt & succedere ad uallum parati
atq; instructi cepere omnes repente relictis stationibus per aduer
sam partem castrorum ad tumulum ad castra Athamanum perfugi
unt. Multi in hac quoq; tam trepida fuga capti cęsiq; sunt Etolorū.
P hilippus si satis diei superesset: non dubius quin athamanes quoq;
exui castris potuissent die per prelium: deinde per direptionem
castrorum absumpto sub tumulo in proxima planitie consedit pri
ma luce insequentis diei hostem aggressurus. Sed Etoli eodem pauo
re quo sua castra reliquerant nocte proxima dispersi fugerunt.
M axime usui fuit Aminander quo duce athamanis itinerum peritis
summis montibus per calles ignotos sequentibus eos hostibus in
Etoliam perduxerunt haud ita multos in dispersa fuga error intu
lit in macedonum equites quos luce prima Philippus ut desertū
tumulum uidit ad carpendum hostium agmen misit. Per eos dies &
Athenagoras regius prefectus Dardanos recipientes se in fines

adeptus postremum agmen primo turbauit. Deinde postquā
Dardani conuersis signis direxere aciem equa pugna iusto prelio
erat: ubi rursus procedere Dardani cepissēt eqte & leui armatura
regii nullū tale auxilii genꝰ hn̄tes Dardanoꝰ oñatos ī mobilibꝫ armiꝰ ue
xabāt & loca ipa adiuuabāt. Occisi ꝑpauci sūt: plures uulnerati captus
nemo qa nō excedūt temē ordinibꝫ suis ꝫ ꝯferti & pugnāt & cedūt
l ta dañā romaꝰ accepto bello duabꝰ ꝑ opportunaꝰ expeditiones coercitiꝰ gēti
bus restituerat Philippus incepto forti non prospero solū euen
tu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Etolorum nume
rum. Scopas princeps gentis ab alexandria magno cum pondere
auri ab rege Ptolemeo missus sex milia peditum & equites merce
de conductos Egyptum auexit. Nec ex iuuentute etolorum quēq̄
reliquisset: nr Democritus nunc belli quod instaret: nunc future
solitudinis admonens incertum cura gentis an ut aduersaretur
Scope parum donis cultus partem iuniorum castigando domi con
tinuisset. Hec ea est a te ab Romanis Philippoq; gesta erant. Classis
ab Corcyra eiusdem principio estatis cum L. Apustio legato pro
fecta Malea superata circa Scyleum agri hermionici attalo re
gi coniuncta est. Tum uero atheniensium ciuitas cui odio in
Philippum per metus iam diu moderata erat. Id omne in auxi
lii presentis spem effudit. nec unquam ibi desunt lingue prōpte
ad plebem concitandam, quod genus tum in omnibus liberis ci
uitatibus tum precipue Athenis ubi oratio plurimum pollet: fa
uore multitudinis alitur. Rogationem ex templo tulerunt ple
besq; sciuit ut Philippi statue imagines omnes nominaq; earum.
I tem maiorum eius uirilis ac muliebris sexus, omnium tolleren
tur delerenturq; dies festi sacra sacerdotes que ipsius maiorū ue
eius honoris causa instituta essent omnia prophanarent. Loca
quoq; in quibus positum aliquid inscriptum ue honoris eius cau
sa fuisset detestabilia essent. Neq; in iis quicq̄ postea poni dedica
riq; fas esset. Sacerdotes publicos quouenscunq; pro populo athe
niensi sociisq; & exercitibus & classibus eorum precarentur totiēs

detestari atq; execrari Philippum liberos eius regnumq; terrestre
naualesq; copias. Macedonum genus omne nomenq; additū de
creto. Siquid postea ad notam ignominiamq; Philippi pertine
ret: ferretur id omne populum atheniensem iussurum. Si quis
contra ignominiam proue honore eius dixisset: fecisset ue: q
occidisset eum iure cæsurum. Postremo inclusum ut omna que
aduersus Pisistratidas decreta quondam erant: eadem in Philip
po seruarētur. Athenienses quidem luteris uerbisq; quibus so
lis uallēt bellum aduersus Philippum gerebant. Attalus romanio
cum Pireum primo ab hermione petissent paucos ibi morati die
oneratiq; eque in modicis ad honores sociorum ac que in iram ad
uersus hostem fuerant atheniensium decretis. Nauigarunt a Pi
reo andrum & cum in portum quem Gaureleon uocant consti
tissent missis qui tēptarent oppidanorum animos si uoluntate
tradere urbem q̄ uim experiri mallent. Postq̄ presidio regio ar
cem teneri nec se potestatis sue esse respondebant expositis copiis
apparatuq; omni urbium oppugnandarum diuersis partibus rex
rex & legatus romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto gre
cos romana arma signaq; non ante uisa animiq; tam prōpte succe
dentium muros terruere. Itaq; fuga ex templo in arcem facta
est. Vrbe hostes potiti & in arce cum biduum loci se magis q̄ ar
morum fiducia tenuissent: tertio die pacti ipsi presidiumq; ut cū
singulis uestimentis Delium Boetię transueherentur & ab roma
nis regi attalo concessa preda ornamentaq; urbis ipsi auexerāt.
Attalus ne desertam haberet insulam: & Macedonum fere oībus
& quibusdam andriorum missis regis cum desiderium quoq; pa
trie facilius ad credendum inclinaret animos: reuocati ab an
dro Cydnum traiecerunt. Ibi dies aliquot oppugnanda urbe ne
quicq̄ absumpti. Et quia uix opere pretium erat abscessere ad
Prassias continentis Tanticeris locus est. Isseorum .xx. Lembi clas
si romanorum adiuncti sunt: ii missi ad populandos Caristiorum
agros. Cętera classis Gerestum nobilem Euboee portum dum

a Castro Issei redirent tenuit. Inde omnes uelis in altum datis
maris medio preter Scyrum insulam, Icum peruenere. Ibi pauco
dies seuiente Borea retenti ubi tranquillitas data est. Sciatum tra
iecere uastatam urbem direptamq; nuper a Philippo per agros pa
lati milites, frumentum & siqua alia usui esse aduescendum pote
rant ad naues retulere prede, nec erat quicq̃ nec meruerant gre
ci, cur diriperentur. Inde Casandream petentes primo ad Mendiũ
maritimum ciuitatis eius uicum tenuere. Inde cum superato e
promontorio ad ipsa menia urbis circũagere classem uellent se
ua cohorta tempestate prope obruti fluctibus dispersi magna ex
parte amissis armamentis in terram effugerunt. Omen quoque
ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. Nam collec
tis in unum nauibus expositisq; copiis aggressi urbem cum mul
tis uulneribus repulsi & erat ualidum ibi regium presidium. Irri
to incepto regressi Canastreum Pallenes traiecere. Inde superato
Corone promontorio nauigantes Achantum petiere. Ibi primo
ager uastatus: deinde ipsa urbs ui capta atq; direpta. Nec ultra
progressi. Iam enim & graues preda naues habebant. Retro ũde
uenerant Sciatum & ab Sciato Euboeam repetunt. Ibi relicta clas
se decem nauibus expeditis sinum Maliacum intrauere ad collo
quendum cum Etolis de ratione gerendi belli Sipyrricas Etolus
princeps legationis eius fuit qui ad cõmunicandam consilia hera
cleã cum rege & cum romano legato uenit: petitum ex federe ab
Attalo est: ut mille milites prestaret tantum enim numerũ bellũ
gerentibus aduersus Philippum debebat. Id negatum Etolis q; illi
quoq; grauati prius essent ad populandam Macedoniam exire.
Quo tempore Philippo circa Pergamum urente sacra prophanaq; ab
strahere eum inde respectu rerum suarum potuissent. Ita Etoli cũ
spe magis romanis omnia pollicentibus q̃ cum auxilio dimissi e
Apustius cum Attalo ad classem rediit. Inde consultari de oreo op
pugnando ceptum. Valida ea ciuitas & moenibus & quia ante fu
erat temptata, firmo erat presidio. Coniunxerãt se us post expu

gnationem

gnationem Andrii cum prefecto Agesimbro .xx. Rhodie naues
tecte omnes. Eam classem instationem ad zelasium miserunt is-
mie id super Demetriadem promontorium est per opportune
obiectum ut si quid inde mouerent: Macedonum naues in pre-
sidio essent. Heraclides prefectus regius classem ibi tenebat ma-
gis per occasionem siquá negligentia hostium dedisset q̃ aperta
ui quicq̃ ausurus. reum diuersi romani & rex Attalus oppugna-
bant. romani a maritima arce regii aduersus uallem inter duas
iacentem arces qua & muro intersepta urbs est. Et ut loca diuer-
sa sic dispari modo oppugnabant romani testudinibus & uineis
& ariete admouendo muris regii balistis catapultisq; & omni alio
genere tormentorum tella ingerentes & pondere ingenti saxa
iacebant & cuniculos & quicquid aliud priore expugnatione
expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones
q̃ ante tuebantur urbem. sed etiam prestantioribus uiris & casti-
gationibus regis in admissa culpa & simul minarum, simul pmissi-
onum in futurum memores ita ut parum in expugnatione ce-
leri spei esset. Interim & aliud agi posse ratus legatus relictis q̃t
satis uidebantur ad opera perficienda militibus traucit in pro-
xima continentes. Larissamq; non illam in Thessalia nobilem ur-
bem, sed alteram quam Cremasten uocant subito aduentu pre-
ter arcem cepit. Attalus quoq; Egeleon nihil minus q̃ tale qcq̃
in alterius oppugnatione urbis timentibus oppressit & iam cũ
opera in effectu erant circa oreum tum presidium quod intus
erat labore assiduo uigiliis diurnis pariter nocturnisq; & uulne-
ribus confectum. Muri quoq; pars ariete incusso subruta mul-
tis iam locis prociderat perq; apertum ruina iter nocte romani.
Quodq; superportum est in arcem proruperunt. Attalus luce pri-
ma signo ex arce dato ab romanis & ipse urbem inuasit stratis
magna ex parte muris. Presidium oppidaniq; in arcem alteram
perfugere. Vnde biduo post deditio facta urbs regi captiua corpo-
ra romanis cessere. Iam autũnalem equinoctium instabat & est

sinus Cuboicus quem Coera uocant suspectis nauis. Itaq; ante hyemales motus euadere inde cupientes Pireum unde profecti ad bellum erant repetunt. Apustius xxx. nauibus ubi relictis superMaleum nauigat. Apud Corcyram regem spatium initiorū ceteris ut sacris interesset tenuit secundum initia & ipse in Asiam se recepit. A gesimbro & Rhodiis domum remissis. Hec ea estate terra mariq; aduersus Philippum socios q; eius a consule & legato romanis adiuuantibus rege Attalo & Rhodiis gesta.

C Onsul alter C. Aurelius ad confectum bellum cum in prouinciā uenisset, haud clam tulit iram aduersus prętorem q; absente se rem gessisset. Misso igitur eo in hetruriam ipse in agrū hostiū legiones ducit populandoq; cum prędā maiore q; gloria bellum gessit. L. Furius simul q; in hetruria nihil erat rei quod gereret simul Gallico triumpho imminens quem absente cōsule rato atq; inuidente facilius impetrari posse ratus Romam inopinato cum uenisset. Senatum in ęde bellone habuit. Expositisq; rebus gestis ut triumphanti sibi in urbem inuehi liceret petit. Apud magnam partem senatus & magnitudine rerū gestarum ualebat & grata. Maiores natu negabant triumphum & q; alieno exercitu rem gessisset & q; prouinciam reliquisset utilitate rapiendi per occasionem triumphi. Id uero eum nullo exemplo fecisse consulares precipue expectandum fuisse consulem dicebant. Potuisse enim castris prope urbem positis tutanda colonia ita ut acie non decerneret in aduentum eius rē extrahere & quod prętor non fecisset, senatui faciendum esse, cōsulem expectare: ubi coram dilucrepantis consulem & prętorē audissent uerius de causa existimaturos esse. Magna pars senatus nihil prēter res gestas: & an in magistratu suis quis auspicus gessisset, censebant spectare senatum debere. Ex duabus colis omnisque uelut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositi fuissent, cum una direpta et incensa esset: traiecturum q; id me incendium uelut ex continentibus tectis in alteram tā propin

quam coloniam esset: quid tandem pretori faciendum fuisse?
Nam si sine consule geri nihil opportuerit: aut senatum peccasse
qui exercitum pretori dederit. Potuisse enim si non cum pre
toris: sed consulis exercitu rem geri uoluerit ita fieri senatus
consultum: ne per pretorem sed consulem gereretur aut consu
lem qui non cum exercitu ex hetruria transire in Galliam ius
sisset: ipse arimini occurreret ut bello interesset quod sine eo
geri fas non esset: non expectare belli tempora moras & dilatio
nes imperatorum & pugnandum esse interdum non qa uelis
sed quia hostis cogat. Pugnam ipsam euentumq; pugne specta
ri debere: fusos cesosq; hostis castra capta & direpta: coloniam li
beratam obsidione alteriusq; colonie captiuos recuperatos resti
tutosq; suis debellatum uno prelio esse. Non homines tantum ea
uictoria letatos: sed diis quoq; immortalibus per triduū supplī
cationes habitas q; bene ac feliciter: non q; male ac temere res p.
a Lucio furio pretore gesta esset: data etiam fato quodā fune
genti Gallica bella. Huius generis orationibus ipsius amicoq;
Victa est presentis gratia pretoris absentis consulis maiestā. Tri
umphum q; frequentes. L. Furio decreuerunt. Triumphauit
de Gallis in magistratu. L. furius. In erarium tulit tricenta
uiginti milia eris: argenti centum septuaginta milia pondo: ut
neq; captiui ulli ante currum ducti, neq; spolia prelata neq; mi
lites sequuti. Omnia preter uictoriam penes consulem esse ap
parebat. Luci deinde a. P. Cornelio Scipione quos consul in
africa uouerat: magno apparatu facti & de agris militū eius
decretum ut quot quisq; eorum annos in hispania aut in afri
ca militasset: in singulos annos bina iugera acciperet eum agrū
decemuiri assignarent. Triumuiri inde creati ad supplendum
Venusinis colonorum numerum: quod bello annibalis atte
nuate uires eius colonie erant. C. Terrentius Varro. T. Quīn
Flamininus. C. Cornelius. C. filius Scipio: ii colonos uenusiam
adscripserunt. Eodem anno. C. Cornelius Cethegus qui pro

consul hispaniam obtinebat: magnum hostium exercitum in agro sedetano fudit .xv. milia hispanorum eo prelio dicuntur cesa signa militaria capta octo & lxx. C Aurelius consul cum ex prouincia Romam comitiorum causa uenisset ut id nouus quod animis preceperat questus est non expectatum se a senatu. Neq; disceptandi cum Pretore consuli potestatem factam Sed ita triumphum decreuisse senatum ut nullius nisi eius qui triumphaturus esset aut eorum qui bello interfuissent uerba audiret. Maiores ideo instituisse ut legati tribuni militum centuriones: ut lites denique triumpho adessent ut uirtutes rerum gestarum ei' cui tantus honos haberetur publice uiderentur: neq; ex eo exercitu qui cum Gallis pugnauerit militem unum saltem fuisse quē percontari posset senatus: quid ueri pretor uani ue referret. Comitiis deinde diem indixit. Quibus creati sunt consules. L. Cornelius Lentulus. A. Iulius apulus pretores inde facti. L. Quintius Flamminus. L. Valerius Flaccus. L. Iulius Tappalus. C. Bebius Tamphilus. Annona quoq; eo anno perualuit: frumenti uim magnam ex africa aduectam. Ediles Curules. Marcus Claudius Marcellus & Sex. Elius Petus binis ceris in modio populo diuiserunt. Et ludos romanos cum magno apparatu fecerunt. Die unum instaurarunt. Signa enea quinq; ex mulctatio argento in erario posuerunt. Plebei ludi ab edilibus. L. Terentio Massone & C. Bebio Tamphilo quem pretorem designauerant ter toti instaurati. Et ludi funebres eo anno per quatriduum in foro mortis causa Valerii Leuini a P. & M. filius eius facti & munus gladiatorum datum ab iis paria quinq; & xx. pugnarunt. M. Aurelius Cotta decemuir sacrorum mortuus. In eius locū. M. Acilius Glabrio suffectus. Comitiis ediles Curules creati sunt forte ambo qui statim accipere magistratum non possent. Nā Cornelius Cethegus absens creatus erat cum hispaniam obtineret prouinciam Valerius Flaccus quem presentem creauerat quia Flamendialis erat iurare in leges non poterat. Magistra-

autem plus quinq; dies nisi qui iurasset in leges non licebat ge
rere. Petente Flacco ut legibus solueretur senatus decreuit ut
sibi edilis qui pro se iuraret arbitratu consulum daretur. Consu
les si eis uideretur cum tri. ple. agerent uti ad plebem ferret. Da
tus qui iuraret pro fratre. L. Valerius Flaccus pretor designatus
T ribum ad plebem tulerunt plebesq; scitum ut perinde esset ac si
ipse edilis iurasset. Et de altero edile plebiscitum est factum ro
gantibus Tribunis quos duos in hispaniam ad exercitum ire
uberent: ut Cornelius edilis Curulis ad magistratum geren
dum ueniret & L. Manlius Acidinus decederet de prouincia.
M ultos post annos Plebes Cornelio Lentulo & L. Tertimo procō
sulibus imperium esse in hispania iussit;

CONSVLES PRETORESQ
cum idibus martiis magistratum
iissent: prouincias sortiti sunt. P.
Lentulo Italia. P. Iulio Macedonia
pretoribus. L. Quintio urbana. C.
Bebio Arminum. L. Valerio Sicilia
L. Iulio Sardinia euenit Lentulus
consul nouas legiones iussit. Iulius
a proconsule Sulpitio exercitū acci
pere in supplementum eius quantum militum uideretur ut ser
beret. Ipsi permissum pretori Bebio legiones quas. C. Aurelius
consul habuisset ita decrete ut retineret eas donec consul no
uo cum exercitu succederet in Gallia. Vbi is uenisset omnes mi
lites ex auctoritate domum dimitterētur preter quinq; milia so
cium his obtineri circa Arminum prouinciam satis esse. Proro
gato imperio pretoribus prioris anni Sergio ut militibus qui
in hispania: Sicilia. Sardinia stipendia per multos annos fecisset

agrum assignandum curaret. Q. Minutio ut Brutus idem de
coniurationibus questiones quas prętor cum fide curaq; exercu
isset perficeret & eos quos sacrilegii compertos in uinculis ro
mam misisset: Locros mitteret ad supplicium. Queq; sublata ex
delubro proserpine essent reponenda causa piaculi seruaret.
Ferie latine pontificum decrete instaurate sunt, quod legati ab
ardea questi in senatu erant: sibi in monte albano latinis carnē
ut assolet datam non esse. Ab Suessa nuntiatum est duas portas
quod q; inter eas murus erat de cęlo tactum & formiani legati ędē
Iouis. Item hostienses ędem Iouis & Veiuerni Appollinis & Satur
ni ędes & in herculis ęde Capillum enatum & ex Brutus ab Q.
Minutio propretore scriptum equum cum quinq; pedibus: pullos
gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse. Inde a Sulpitio pro
consule ex Macedonia litere allate in quibus inter cętera scriptū
erat: lauream in puppun nauis longe enatam. Priorum prodigio;
causa senatus censuerat ut consul maioribus hostiis quibus dis
uideretur sacrificaret. Ob hoc unum prodigium aruspices in sen
tum uocati atq; ex responso eorum supplicatio populo in diem u
unum edita. Et ad omnia puluinaria res diuine facte. Carthagi
nenses eo anno argentum in stipendium impositum primū Ro
mam aduexerunt. Id quia probum non esse Questores renuntia
uerant: experientibusq; pars quarta decocta erat pecunia Ro
me mutua sumpta in tertrumentum argenti suppleuerunt Pete
ntibus deinde ut si iam uideretur senatui obsides sibi redderentur.
Centum reddiri obsides: de ceteris si in fide permanerent spes
facta. Petentibus isdem qui non reddebantur obsides ut ab Nor
be ubi parum cōmode essent alio transducerentur concessū ut
Signiam & Ferentinum transirent. Gaditanis item petentibus,
remissum ne prefectus Gadis mitteretur: aduersus quod ius in
fidem populi ro. uementibus cum. L. Martio Septimo conuenis
sent. Et Narnensium legatis querentibus. ad numerum sibi colo
nos non esse & ummotas quosdam non sui generis pro colonis se

gerere. Earum rerum causa triumuros creare. L. Cornelius consul
iussus. Creati. P. & Sex. Elii Petis fuit ambobus cognomen &. C. Cor
nelius Lentulus q̃. Narniensibus datum erat, ut colonorum nume
rus cogeretur: id Consuli petentes non impetrauerunt. Rebus
que Rome agende erant perfectis consules in prouncias profec̃i
P. Iulium in Macedoniam cum uenisset: atrox seditio militũ iam
ante irritata, nec satis in principio compressa excepit. Ea militũ
fuit qui ex Africa post deiectum hannibalem in Siciliam in̄ anno
fere post in Macedoniam pro uoluntariis transportati erant. Id
uoluntate factum negabant ab tribunis recusantes in naues posi
tos. Sed ut cuiq; seu in uita seu suscepta foret militia & iam ex
haustam & finem aliquem militandi equum esse. Multis amisse
se Italiam non uidisse. Consenuisse sub armis in Sicilia: Africa:
Macedonia confectos iam se labore opere exangues tot accep
tis uulneribus esse. Consul causam postulande missionis proba
bilem si modeste peteretur uideri dixit: seditionis nec eam nec
ullam aliam satis iustam causam esse. Itaq; si manere ad signa &
dicto parere uelint se demissione eorum ad senatum scripturũ
modestia facilius q̃ pertinacia quod uelint imperaturos. Thau
magos eo tempore Philippus summa ui oppugnabat, aggeribus
uineisq; & iam arietem muris admoturus erat. Ceterum incep
to absistere eum coegit subitus Etolorum aduentus qui qui ar
chidamo duce inter custodias Macedonum media ingressi: nec
die: nec nocte finem ullum erumpendi, nunc in stationes, nunc
in opera Macedonum faciebant & adiuuabat eos natura ipsa lo
ci. Nã q; Thaumagi a Pyleis sinuq; Maliaco per Lamiam euntibus lo
co alto siti sunt in ipsis faucibus imminentes quas Coele uocãt:
Thessalieq; transeunti confragosa loca: implicataq; flexibus val
lium uias. Vbi uentum ad hanc urbem est repente uelut maris
uasti sic uniuersa panditur planities, ut subiectos campos termi
nare oculis haud facile queas ab eo miraculo Thaumagi appellan
Nec altitudine solum tuta urbs: sed q; saxo undiq; abscisso rupibus

imposita. He difficultates & quod haud satis dignum tanti labo
ris periculiq; pretium erat ut absisteret incepto Philippus, effecerẽt.
H yems quoq; iam instabat cum inde abscessit & in macedoniam in hy
berna copias reduxit. Ibi ceteri quidem data quantacunq; quie
te temporis simul animos corporaq; remiserant. Philippum quãtũ
ab assiduis laboribus itinerum pugnarũq; lassauerat animus. tãto
magis intentum in uniuersum euentum belli curę agunt, non ho
stis modo timentem qui terra mariq; urgebant. sed nunc socioꝝ
nunc etiam popularium animos ne & illi ad spem amicitię roma
norum deficerent & Macedonas ipsos cupido nouandi res caperet.
I taq; & in Achaiam legatos misit, simul qui iusiurandum. Ita enim
pepigerant quot annos iuraturos in uerba Philippi exigerent si
mul qui redderent Acheis Orchomenon & Theream & Triphiliã
Eleis Aliphera contendentibus nunq̃ eam urbem fuisse ex Triphy
lia. sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis quę ad condendam
Megalepolim ex concilio Archadum contribute forent. Et cũ ache
is quidem per hęc societatem firmabat Macedonum animos cũ
heraclide Nam cum eum maxime inuidię sibi esse cerneret mul
tis criminibus oneratum in uincla coniecit ingenti popularium
gaudio. Bellum siquando unq̃ ante alias cum magna cura appa
ruit exercuitq; in armis & Macedones & mercennarios milites:
principioq; ueris cum Athenagora omnia externa auxilia quodq;
leuis armature erat in Chaoniam per Epirum ad occupandas q̃
ad Antigoniam fauces sunt Stẽna uocant greci, misit. Ipse post pa
ucis diebus grauiore sequutus agmine cum situm omnem regio
nis aspexisset idoneum locum credidit esse preter amnem Aonũ.
I s inter montes quorum Meropum: alterum Asnaum incole uocãt
angusta ualle fluit, iter exiguum super ipsam prębens. Asnaum ir
Athenagoram cum leui armatura tenere & cõmunire iubet. Ipse enĩ
in Aeropo posuit castra qua abscise rupes erant, statio paucorũ ar
matorum tenebat quę minus tuta erant: alia fossis: alia uallis alia
turribus muniebat. Magna tormentorum etiam uis, ut missilibꝫ

procul arcerent hostem idoneis locis disposita est. Tabernaculū re
gium pro uallo in conspecto maxime tumulo ut terrorem hostibꝫ
suisq; spem ex fiducia faceret positum. Consul per Charopum Epi
roten certior factus quos saltus cum exercitu insedisset rex. Et
ipse cum Corcyre hybernasset uere primo in continentem trabea
tus ad hostem ducere pergit quinq; milia ferme ab regiis castris
cum abesset: loco munito relictis legionibus. Ipse cum expeditis
progressus ad speculanda loca postero die consilium habuit: utrꝫ
per insessum ab hoste saltum quanq̄ labor ingens periculumq; pro
poneretur. Transitum temptaret: an eodem itinere quo priore año
Sulpitius Macedoniam intrauerat circūduceret copias. hoc con
sulium per multos dies agitanti nuntius uenit. T. Quintium cons.
factum sortitumq; prouinciam Macedoniam maturato itinere
iam Corcyram traiecisse. Valerius antias intrasse saltum Iuliū tra
dit: quia recto itinere nequiret omnibus a rege insessis sequutū
uallem: per quam mediam fertur Aous amnis ponte raptim facto
in ripam in qua erant castra regis transgressum acie conflixisse fu
sum fugatumq; regem castris exutum. xii. milia hostium eo prelio
uotam si res prospere gesta esset Ceteri greci latiniq; autores quoꝝ
quidem ego legi annales nihil memorabile a Iulio actum integrūq;
bellum insequentem consulem. T. Quintium accepisse tradunt. Dū
hec in macedonia geruntur: consul alter. L. Lentulus qui Romæ
substiterat comitia censoribus creandis habuit: multis claris pe
tentibus uiris. Creati censores. P. Cornelius Scipio Africanus & P.
Elius Petus. Hi magna inter se concordia & senatum sine ullius no
ta regebant & portoria uenalium Capue puteolisq;. Item castrum
portorium quo in loco nunc oppidum est finiendum locarunt co
lonosq; eo trecentos. Is enim numerus finitus ab senatu erat: as
cripserunt & sub Tifatis Capue agrum uendiderunt. Sub id tem
pus. L. Manlius Acidinus ex hispania decedens prohibitus a M.
Portio Leca tribuno ple. ne ouans rediret cum ab senatu impetras
set. priuatus urbem ingrediens. M. CC. pondo argenti. xxx. pondo

ferme auri in erarium tulit. Eodem anno. C. Bebius Pamphilus
qui ab Cn. Aurelio consule anni prioris prouinciam Galliam ac
ciperat temere ingressus Gallorum Insubrium fines prope cũ
toto exercitu est circũuentus. Supra sex milia & sexcentos mili
tes amisit. Tanta ex eo bello quod iam timeri desierat clades ac
cepta est. Ea res. L. Lentulum consulem ab urbe exciuit qui ut in
prouinciam uenit plenam tumultus trepido exercitu accepto ꝛ
pretorem multis probris increpitum prouincia decedere atq; abi
re Romam iussit neq; ipse consul memorabile quicq̃ gessit. Co
mitiorum causa Romam reuocatus que ipsa per. M. Fuluium &
M. Curium Tribunum ple. impediebantur q; T. Quintium Flami
nium consulatum ex Questura petere non patiebantur. Iã edi
litatem preturamq; fastidiri, nec per honorum gradus documẽ
tum sui dantes nobiles homines tendere ad consulatum. sed ꝛ
transcendendo media summa imis continuare. Res ex campe
stri certamine in senatum uenit. Patres censuerunt qui hono
rem quem sibi capere per leges liceret peteret in eo populo cre
andi quem uelit potestatem fieri equum esse in auctoritate Pa
trum fuere Tribum. Creati consules Sex. Elius Petus & T. Qui
tius Flaminius. Inde pretorum comitia habita creati. L. Cor
nelius Merula. M. Claudius Marcellus. M. Portius Cato. C. Eli
qui ediles plebis fuerant. Ab iis ludi plebei instaurati & epulum
louis fuit ludorum causa & ab edilibus Curulibus. Cn. Valerio ꝛ
Flacco Flammediali & Cn. Cornelio Cethego ludi Romam magno
apparatu facti. Ser. Supplitius & Galba pontifices eo anno mortui
sunt in eorum locum. M. Emilius Lepidus & Cn. Cornelius Sci
pio pontifices suffecti sunt. Sex. Elius Petus. T. Quintius flamini
nius consules magistratu inito senatum in Capitolio cum habu
issent decreuerunt patres ut prouincias Macedoniam atq; Ita
liam consules compararent inter se sortirentur ue utri eorum
Macedonia euenisset in supplementum legionum tria milia mi
litum romanorum scriberet & ccc. equites. Item sociorũ latini

nominis quinq; milia peditum quingentos equites, alteri consuli
nouis omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni consuli
prorogatum imperium est, neq; aut ipse prouincia decederet p'
aut ueterem deduceret exercitum q; cum legionibo nouis consul
uenisset. Sortiti consules prouncias: Elio Italia: Quintio Macedo
nia euenit. Pretores. L. Cornelius Merula Vrbanam. M. Claudi'
Siciliam. M. Portius Sardiniá. C. Elius Galliam est sortitus. De
lectus inde haberi est ceptus: nam preter consularem exercitu.
P retores quoq; iussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam
quattuor milia peditum socium: & latini nominis & ccc equites
Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum: mille peditum:
ducenti equites ita ut bi pretores ambo cum in prouinciam ue
nissent, ueteres dimitterent pedites equitesq;. Attali deinde regis
legatos in Senatum consules introduxerunt. Hi regem classe
sua copiisq; omnibus terra mari q; romanam rem iuuare queq; impe
rarent Romani consules imperare atq; obedienter ad eam diem fe
cisse cum exposuissent uereri dixerunt ne id prestare ei per Anti
ochum regem ultra non liceret uacuum nanq; presidiis nauali bo
terrestribusq; regnum Attali Antiochum inuasisse: itaq; Attalum
orare patres conscriptos si sua classe suaq; opera uti ad Macedon
cum bellum uellent, mutarent ipsi presidium ad regnum eius tu
tandum: si id nollent ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliqs
copiis redire patrentur. Senatus ita legatis responderi iussit. q;
rex Attalus classe copiisq; alius ducesq; romanos iuuisset id gratum
senatui esse: aurelia nec ipsos missuros Attalo aduersus Antiochu
socium & amicum po. ro. alienis rebus arbitrio alieno usum &
principium & finem in potestatem ipsorum qui ope sua uellent
adiutos romanos esse. Legatos ad Antiochum missuros qui nun
tient Attali nauium q; eius & militum opera aduersus Philippu
cōmunem hostem uti po. ro. gratum facturum & senatui si regno
Attali abstineat belloq; absistat: equum esse socios & amicos po. ro.
reges inter se quoq; ipsos pacem seruare. Consulem T. Quintiu ita

habito delectu ut eos fere legeret qui in hispania aut Africa me
ruissent spectatę uirtutis milites properantem in prouinciā pro
digia nuntiata atq; eorum procuratio Rome retinuerunt de
çelo tacta erat uia publica Veus forum & ædes quę Alba dicitur
Çelum ardere uisum erat arretii: Terra Veluris trium iugerum
spatio cauerna ingenti desederat. Suesse aruspices nuntiabant ꝛ
agnum cum duobus capitibus natum Et sinuesse procum humano
capite. Eorum prodigiorum causa supplicatio unum diem habita.
Et consules rebus diuinis operam dederunt placatisq; diis profecti
in prouincias sunt. Elius cum. C. Elio prętore in Galliam. Exer
citumq; ab. L. Lentulo acceptum quem dimittere debebat prę
tori tradidit. Ipse nouis legionibus quas secum adduxerat bellū
gesturus, neq; memorabilis rei quicq̄ gessit. Et T. Quintius alter
consul maturius q̄ priores soliti erant consules a Brundusio cū
transmisisset Corcyram tenuit cum octo milibus peditum equiti
busq; quingentis a Corcyra in proxima Epiri quinqueremi tra
iecit & in castra romana magnis itineribus contendit: inde Iu
lio dimisso paucos moratus dies dum se copie a Corcyra assequę
rentur consilium habuit utrum recto itinere per castra hostium
uim facere conaretur an ne temptata quidem re tanti laboris ac
periculi per Darsetios Lyncumq; tuto circuitu Macedoniam in
traret. Vicissetq; ea sententia intimuisset, ne cum a mari longius
recessisset misso emanibus hoste si quod antea fecerat solitudinib;
siluisq; se tutari rex uoluisset sine ullo effectu estas extraheretur
ut cunq; esset igitur illo ipso tam iniquo loco aggredi hostem pla
cuit: sed magis fieri id placebat: q̄ quomodo fieret satis expedie
bat. Dies. xl. sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium ab
sumpserant. Inde spes data Philippo est per Epirotarum gentem
temptande pacis habitoq; consilio delecti ad eam rem agendam
Pausanias & hyspellus ex Alexandri magni equitib;. Consulem
& regem ubi in arctissimas ripas Aous cogitur amnis: in colloqū
adduxerunt. Sūma postulatorum consulis erat: presidia rex

ex ciuitatibus deduceret iis quorum agros urbesq; populatus esset
redderet res quæ compararent: ceterorum æquo arbitrio estima
fieret. Philippus aliam aliarum ciuitatum conditionem esse res
pondit, quas ipse cepisset eas liberaturum quę sibi tradite a ma
ioribus essent: earum hereditaria ac iusta possessione non exces
surum siquas quererentur belli clades. Et ciuitates cum quibꝫ
bellatum foret, arbitrio quo uellent populorum cum quibus pax
utrisq; fuisset se usurum consul: ad id quidem nihil arbitrio aut
iudice opus esse dicere: cui enim non apparere ab eo qui prior ar
ma intulisset iniuriam ortam: nec Philippum ab ullis bello la
cessitum: ipsum priorem uim omnibus fecisse. Inde cum agere
tur quę ciuitates liberande essent. Thessalos primos omniū no
minauit consul. Ad id uero adeo incensus indignatione est rex
ut exclamaret. Quid uicto grauius imperares. T. Quinti. Atq;
ita se colloquio proripuit. Et temperatum egre est quin missi
libus quia dirempti medio amne fuerant pugnam inter se cō
sererent. Postero die per excursiones abstationibus primo in
planitie satis ad id patenti multa leuia cōmissa sunt prelia. De
inde recipientibus se regis in arcta & confragosa loca auidita
te accensi certaminis eo quoq; romani penetrauere pro his or
do & militaris disciplina & genus armorum erat ad amplū prę
lium gerendum contra illis robusta loca & catapulte balisteq; ī
in omnibus prope rupibus quasi in muros disposite: multis hīc
atq; illinc uulneribus acceptis. Cum etiam ut in prelio iusto ali
qui cecidissent nox pugnę finem fecit. Cum in hoc statu res esset.
Pastor quidam a Cheropo principe Epirotarum missus deducit
ad consulem. Is se in eo saltu qui tunc regis oneratus castris erat:
armentum pascere ait omnes montium eorum anfractus calleq;
nosse. si secum aliquos mittere uelit, non iniquo nec per diffi
cili aditu supra caput hostium deducturum. hęc Cheropus re
nuntiari iubet, ita crederet ut se ue potius omnia, q̄ ullius pote
statis essent. Cum magis uellet credere, q̄ auderet consul mixtūq;

gaudio ac metu animum gereret auctoritate motus Cheropi
experiri spem oblatam statuit. Et ut auerteret rem a suspitioē
biduo insequenti lacessere hostem dispositis ab omni parte co-
piis succedentibusq; integris in locum defessorum non destitit.
Quattuor milia inde lecta peditum & .ccc. equites tribuno mili-
tum tradit. equites quoad loca patiantur ducere iubet: ubi ad
inuia equiti uentū est. in planitie aliqua locari equitatum: pe-
dites qua dux monstraret uiam ire. ubi ub polliceretur super ca-
put hostium peruentū sit. fumo dare signum: nec ante clamorē
tollere q̄ ab se signo accepto pugnam ceptam arbitrari posset. ꝛ
nocte itinera fieri iubet. & per nox forte luna erat: inter diu
cibi quietisq; sumeret tempus. Ducem promissis ingentib; one-
ratum si fides extaret uinctum tamen tribuno tradit. his co-
piis ita dimissis. eo intentius romanus undiq; instat capi statio-
nes. Interim cum uerticem die tertio quem petierant romani
cepisse ac tenere se fumo significarent. tum uero tripharia di-
uisis copiis consul ualle media cum militum robore succedit.
cornua dextra leuaq; admouet castris. nec segnius hostes ob
uiam eunt & dum auiditate certaminis prouecti extra muni-
tiones pugnant: haud paulo superior est romanus miles. & uir-
tute & scientia & armorum genere. Postq̄ multis uulneratis
interfectisq; recepere se regii in loca & munimento & natura tu-
ta uerterat periculum in romanos temere in loca iniqua nec fa-
ciles ad receptum angustias progressos: neq; impunita temerita-
te inde recepissent se se. ni clamor primo a tergo auditus. de in
pugna etiam cepta amentes repentino terrore regios fecisset. ꝛ
Pars in fugam effusi sunt: pars quia magis locus fuge deerat. q̄q;
animi satis esset ad pugnam cum substitissent ab hoste & a fronte
& a tergo circūuenti sunt. Deleri totus exercitus potuit si fugiē-
tes persequuti uictores essent: sed equitem angustie locorumq; as-
peritas: peditem armorum grauitas impediit. Rex primo effuse
ac sine respectu fugit: deinde quinq; milium spatium progressus

cum ex iniquitate locorum id quod erat suspicatus esset: sequi
non posse hostem, substitit in tumulo quodam dimisitq; suos per
omnia iuga uallesq; qui palatos in unum colligeret non plus duo
bus milibus hominum amissis. Ceterum omnis multitudo uelut
signum aliquod sequuta in unum cum conuenissent: frequenti
agmine petunt Thessaliam romani quod tutum fuit insequuti
cedentes spoliantesq; cesos. castra regia etiam sine defensoribus
difficili aditu diripiunt atq; ea nocte in suis castris manserunt.
P ostero die consul per ipsas angustias qua se inter ualles flumen in
sinuat hostem insequitur rex primo die ad castā Pyrrhi perue
nit locus quem ita uocant est in Triphylia terre Melotidis: inde
postero die ingens iter agminis & metus urgebat in montē Lyn
chon perrexit. Ipsi montes epiri sunt interiecti Macedonię et
Thessalię q; latus quod uergit in Thessaliā oriens spectat septen
trioni Macedonia obiicitur uestiti frequentib; siluis sunt iuga
summa campos patentes aquasq; perennis habent. Ibi statiuis rex
per aliquot dies habitis: fluctuatus animo est utrum protinus
in regnum se reciperet an reuerti in Thessaliam posset inclinauit
sententia suum in Thessalia agmen dimitteret. Trictam proxi
mis limitibus petit: inde obuias urbes raptim peragrauit homi
nes qui sequi possent sedibus excibat oppida incendebat, rerū
suarum quas possēt ferendarum secum dominis ius fiebat cete
ra militis preda nec erat quod ab hoste crudelius pati possent re
liqui quicq̄ fuit q̄ quę ab sociis patiebantur. hec etiam facienti
Philippo acerba erāt. Sed e terra mox futura hostium corpora
saltem eripere sociorum uolebat Ita euastata oppida sunt Pha
cium. Iresi.e: Euchidrium: Erethria: Pala: Epharus Pheras cum
peteret exclusis quia res egebat mora si expugnare uellet: nec
tempus erat omisso incepto in Macedoniam transcendit. Nam ēt
e tolos appropinquare fama erat qui audito prelio quod circa
amnem Aoum factum erat proximis prius euastatis circa Sper
chias & Macranen quam uocant Comen transgressi: inde Thessa

Cymines & Angeias primo impetu potiti sunt. A Metropoli dum ua
stant agros concursu oppidanorum ad tuenda menia facto repulsi
sunt. Callithera inde aggressi similem impetum oppidanorū per
tinatius substituerunt compulsisq; intra menia qui eruperant con
tenti ea uictoria qua spes nulla admodum expugnandi erat ab
scesserunt. Theuina inde & Calathana uicos expugnant diripiūtq;
acharras per deditionem receperunt. Xinie simili metu a culto
ribus deserte sunt hoc sedibus suis extorre agmen in presidiū
incidit, q; athamaum quo tutior frumentatio esset ducebatur in
condita inermisq; multitudo mixta imbelli turba ab armatis ce
sa est: Xinie deserte diripiuntur. Cyphara inde Etoli capiunt: op
portune Dolopie imminens castellum. Hec raptim intra paucos
dies ab etolis gesta. Nec Aminander atq; athamanes post famā
prospere pugne romanorum quieuerunt: ceterum quia Aminā
der suo militi parum fidebat, petito a consule modico presidio
cum Gomphos peteret oppidum protinus nomine Phecam sitū
inter Gomphos faucesq; angustas que ab athamania Thessaliam
dirimunt ui cepit. Inde Gomphos adortus & per aliquot dies sum
ma ui urbem tuentes cum scalas ad menia erexit eodem metu p
pulit ad deditionem. hec traditio Gomphorum ingentem terro
rem Thessalis intulit: dedidere deinceps sese qui argenta quiq;
Pherinum & Thymarum & Lycinas & Strymonem & Lampsum
habent aliaq; castella iuxta ignobilia. Dum athamanes Etoliq;
summoto macedonum metu in aliena uictoria suam predam
faciunt: Thessaliaq; simul a tribus exercitibus, incerta quem ho
quem ue socium crederet, uastatur. Consul faucibus quas fuga
hostium aperuerat in regionem Epiri transgressus & si probe scit
cui parti Cheropo principe excepto. Epirote fauissent tam q̄a
ab satisfaciendi quoq; cura imperata enixe facere uidet: ex pre
senti eos potius q̄ ex preterito existimat habitu, & ea ipsa facili
tate uenie animos eorum in posterum conciliat: missis deinde
nuntiis Corcyram ut onerarie naues in sinum uenirent. Am

bracium ipse progressus modicis itineribus quarto die in monte
Cercetio posuit castra. Eodem Aminandro cum suis auxiliis acci-
to non tam uirium eius egens q̄ ut duces in Thessaliam haberet. Ab
eodem consilio & plerique Epirotarum uoluntarii inter auxilia ac
cepti. Primam urbium Thessalie Phaleriam est aggressus. Duo
milia Macedonum in presidio habebat qui primo sūma ui resti
terunt quantum arma quantum menia tueri poterant. Sed op
pugnatio continua, non nocte, non die remissa. Cum consul in eo
uerti crederet ceterorum Thessalorum animos si primum uim ro
manam non sustinuissent: uicit pertinaciam Macedonum. Capta
Phaleria legati a Metropoli & a Piera dedentes urbes uenerunt.
Venia eisdem petentibus datur. Phaleria incensa ac direpta est. In
Eginium petit quem locum cum uel modico presidio tutum ac
prope inexpugnabilem uidisset paucis in stationem proximā
telis coniectis ad Gomphorum regionem agmen uertit digressq̄
in campos Thessalie cum iam omnia exercitui deessent qui Epi
rotarum pepercerat agris explorato ante utrum Leucadem ansi
num Ambracium onerarie tenuissent frumentatum Ambreiā
inuicem cohortes misit. Et est iter a Gomphis Ambraciam sicut
impeditum ac difficile ita spatio perbreui. Intra paucos itaq; dies
transuectis a mari cōmeatibus repleta omni rerum copia sunt ca
stra. Inde ad Rhagen est profectus: decem ferme milia a Larissa
abest ex Perrhebia oriundi sunt: sita est urbs super deneium
amnem. Nihil trepidauere Thessali ad primum aduentum Ro
manorum. Et Philippus sicut in Thessaliam ipse progredi nō aude
bat ita intra Tempestatius positis ut quisq; locus ab hoste tempta
batur presidia per occasiones submittebat. Sub idem fere tempus
quo consul aduersus Philippum primum in Epiri faucibus posu
it castra & L. Quintius frater consulis cui classis cura maritimeq;
ore imperium mandatum ab senatu erat cum duabus quinq; re
mibus Corcyram transuectus postq̄ profectam inde classem audi
uit: nihil morandum ratus cum ad Zāmam insulam desequutus

esset dimisso liuio cui successerat: tarde inde ad Maleum trahē
dis plerūq; remulco nauibus quę cum cōmeatu sequebantur per
uenit. a Maleo iussis ceteris: quantum maxime possent matura
re: sequi ipse tribus quinq; remibus expeditis: Pireum pręcepit
accepitq; naues ibi relictas ab. L. Apustio Legato ad presidiū
Athenarum Eodem tempore due ex asia classes profecte. Vna cū
Attalo Rege ee quattuor & uigintiquinq; remes erant. Rhodia al
tera uiginti nauium tecta agesimbrotus pręerat: he circa Andrū
insulam classes coniunctę. Euboeam inde exiguo distante fre
to traiecerunt. Carystiorum primum agros uastauerunt: deīde
ubi Carystius pręsidio a Chalcide raptim misso: firma uisa ē ad
eretriam accesserunt. Eodem & L. Quintius cum iis nauibꝫ quę
Pirei fuerant: Attali Regis aduentu audito uenit iussitq; ut quę
ex sua classe uenissent naues: Euboeam peterent. Eretria suma
ui oppugnabatur: nam & trium iunctarum classium naues oīs
generis tormenta machinasq; ad urbium excidia: secum porta
bant & agri affatim materię prębebant ad noua molienda ope
ra. Oppidani primo haud impigre tuebantur menia: deinde
fessi uulneratiq; aliquot cum & muri partem euersam operibꝫ
hostium cernerēt ad deditionem inclinarunt. Sed pręsidium
erat Macedonum quos non minus q̄ Romanos mętuebant.
& Philocles regius Pręfectus a Chalcide nuntios mittebat se
in tempore affuturum si sustinerent obsidionem. hęc mixta
mętu spes ultra q̄ uellent aut q̄ possent trahere eos tempus co
gebat. Deinde postq̄ Philoclem repulsum trepidantemq; refu
gisse Chalcidem acceperunt: oratores ex templo ad Attalum ue
niam: fidemq; eius petentes miserunt. Dum in spem pacis intēti
segnius munera belli obeunt ex ea modo parte qua murus di
rutus erat: ceteris neglectis stationes armatas opponunt. Qui
tius noctu ab ea parte quę minime suspecta erat: impetu facto sca
lis urbem cępit. Oppidanorum omnis multitudo cum coniugibꝫ
ac liberis in arcem confugit: deīn in deditionem uenit: pecunię

auriq; & argenti haud sane multum fuit. Signa tabule prisce ar-
tis ornamentaq; eius generis plura q̄ pro urbis magnitudine aut
opibus ceteris inuenta. Carystus inde repetita, unde priusq̄ e
nauibus copie exponerentur, omnis multitudo urbe deserta
in arcem confugit: inde ad fidem ab Romano petendam, ora-
tores mittunt. Oppidanis ex templo uita ac libertas concessa est.
Macedonibus trecentorum in capita statutum est pretium & ut
armis traditis abirent, hac summa redempti in Boetiam inermes
traiecti, nauales copie duabus claris urbibꝫ Euboee intra dies
paucos captis circūuecte Sumium attice terre promontorium
Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim
omnium spe longiorem atrocioremq; oppugnationem habuit
& et ea qua minimum credidisset resistebant hostes, nam omnē
laborem in muro diruendo crediderat fore: si aditum armatis
in urbem patefecisset, fugam inde cedemq; hostium fore: qualis
captis urbibus fieri solet ceterum postq̄ parte muri arietibꝫ de-
cussa per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati, illud prin-
cipium uelut noui ac integri laboris fuit: nam Macedones qui
in presidio erant, & multi & delecti gloriam etiam egregiam ra-
ti: si armis potius & uirtute q̄ menibus urbem tuerentur, cōfer-
ti pluribus introrsus ordinibus acie firmata, cum transcende-
re ruinas sensissent Romanos per impeditum ac difficilem ad
receptum locum expulerunt. Id consul egre passus: nec eam
ignominiam ad unius modo expugnande moram urbis: sed
ad summam uniuersi belli pertinere ratus, quod ex momentis
paruarum plerunq; rerum penderet purgato loco: qui strage
semiruti muri cumulatus erat: turrim ingentis altitudinis, ma-
gnam uim armatorum multiplici tabulato portantem pro mo-
uit, & cohortes inuicem subsignis que cuneum Macedonum Pha-
langem ipsi uocant, si possent ui perrumperent: emutebat. Sed
ad loca angusta haud late patente interuallo diruti muri ge-
nus armorum pugneq; hosti aptius erat, ubi conferti hastas ingē

tis longitudinis pre se Macedones obiecissent, uelut in constructā
densitate clipeorum testudinem Romani pilis ne quicq̄ emissis
cum strinxissent gladios neq; congredi propius neq; precidere
hastas poterant, & siqua incidissent aut perfregissent hastilia, ꝛ
fragmento ipso acuto inter spicula integrarum hastarum uelut
uallum explebant: ad hoc & muri pars ad huc integra utraq; tuta
prestabat latera nec ex longo spatio aut cedendum, aut impetus
faciendus erat que res turbare ordines solet. Accessit etiam for-
te res ad animos eorum firmandos: nam cum turris per agge
rem parum densati soli aggeretur, una rota in altiorem orbitam
depressa ita turrim inclinauit, ut speciem ruentes hostibus tre
pidationemq; insanam superstantibus armatis prebuerit. Cū par
quicq̄ succederet. Consul minime equo animo comparationem
militum generis armorumq; fieri patiebatur, simul nec matu
ram expugnandi spem, nec stationem procul a mari & in euasta
tis belli cladibꝫ locis hybernandi ullam cernebat: itaq; reiecta ob
sidione, quia nullus in tota Acarnanie atq; Etolie ora portus erat
qui simul & omnis onerarias que cōmeatum exercitui portabāt
caperet & tecta ad hybernandum legionibus preberet. Anticyra
in Phocide in Corinthium uersa sinum ad id opportunissime sita
uisa, quia nec procul Thessalia hostiumq; locis abibant & ex ad
uerso Pellopōnesum exiguo maris spatio diuisam ab tergo Etoliā
Acarnaniamq; ab lateribus locridem ac Boetiam habebat. Phoci
dis primo impetu Phanoceam sine certamine cepit. Anticyra ha
ud multum in oppugnando prebuit more Ambrussuum inde
Iapolisq; recepte. Daculisia quia in tumulo excelso sita est, nec scalis
nec operibus capi poterat, lacessendo missilibus eos qui in presi
dio erant cum ad excursiones elicuissent, refugiendo in uicē in
sequendoq; & leuibus sine effectu certaminibus, eo negligentie &
contēptus adduxerunt ut cum refugientibus in portam per
mixti impetum Romani facerent. Sex alia ignobilia castella Pho
cidis terrore magis q̄ armis in potestatem uenerunt. Elacia cla

usit portas

usit portas nec nisi ui cogerentur, recepturi menibus uidebantur
aut ducem aut exercitum romanum. Elaciam obsidenti cōsuli
rei maioris spes affulsit. Acheorum gentem ab societate regia
in romanam amicitiam auertendi. Cycliadam principem factio
nis ad Philippum trahentium res expulerant. Aristhenus qui ro
manis gentem iungi uolebat pretor erat. Classis romana cū Atta
lo & Rhodiis Cenchreis stabat parabantq; cōmuni omnes consilio
Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus, priusq̄ eam rē aggre
direntur. Legatos ad gentem Acheorum mitti: pollicentes si ab
rege ad romanos defecissent. Corinthum iis contributuros in
antiquum gentis consilium. Auctore consule legati a fratre eius
L. Quintio & Attalo & Rhodiis & Atheniensibus ad Acheos missi.
S icione datum iis est concilium. Erat autem non admodum sim
plex habitus inter Acheos animorum. Terrebat eos Lacedemoni⁹
grauis & assiduus hostis. Horrebant romana arma Macedonū
beneficiis & ueteribus eius ore gentibus obligati erant. Regem ipm
suspectum habebant: pro eius crudelitate perfidiaq; ex iis que
tum ad tempus facerent estimantes post bellum grauiorem do
minum futurum cernebant neq; solum quid in senatu quisq; ci
uitatis sue aut in cōmunib⁹ conciliis gentis pro sententia dicerēt
ignorabant: sed ne ipsis quidem secum cogitantibus quid uellēt
aut quid optarent, satis constabat. Ad homines ita incertos in
troductis legatis potestas dicendi data est. Romanus primū
legatus. L. Calphurnius deinde Attali regis legati post eos Rho
dii diseruerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta
est. Postremi Athenienses ut refellerent Macedonum dicta au
diti sunt. Fere atrocissime in regem quia nulli nec plura nec tā
acerba passi erant inuecti sunt. Et illa quidem contio sub occasū
solis tot legatorum perpetuis orationibus die absumpto dimis
sa est. Postero die aduocatur concilium ubi per preconem, sicut
grecis mos est, suadendi potestas a magistratibus facta esset: nec
quisq̄ prodiret, diu silentium aliorum alios intuentium fuit

Neque mirum si quibus sua sponte uoluntatibus res inter se
pugnantes obtorpuerant quodam modo animi eos orones
quoq; insuper turbauerant utrinq; que difficilia essent promē
do admonendoq; per totum diem habite. Tandem Aristenus pre
tor Acheorum ne tacitum concilium dimiteret. Vbi inquit,
illa certamina Achei animorum sunt quibus in conuiuiis & cir
culis cum de Philippo & Romanis mentio incidit: uix manibus
temperabatis: nunc in consilio ad eam rem unam indicto cum
legatorum utrinq; uerba audieritis cum referant magistratus
cum preco ad suadendum uocet obmutuistis: si non cura salutis
cōmunis ne studia quidem que in hanc aut in illam partē ani
mos uestros inclinarunt uocem cuiq̄ possunt exprimere cum
presertim nemo tam hebes sit qui ignorare possit dicendi ac sua
dendi quod quisq; aut uelit aut optimum putet nunc occasio
nem esse. Priusq̄ quicq̄ decernamus ubi semel decretum erit oīb;
id etiam quibus ante displicuerit pro bono atq; utili federe de
fendendum. Hec adhortatio pretoris non modo quenquā unū
elicuit ad suadendum sed ne fremitum quidem aut murmur
contionis tante ex tot populis congregate mouit. Tum Aristhe
nus pretor rursus Non magis consilium uobis princeps Acheor̄
deest q̄ lingua sed suo quisq; periculo in cōmune consultū nō
uult forsitan ego quoq; tacerem si priuatus essem. Nunc p̄tor
uideo aut non dandum concilium legatis fuisse aut inde sine
responso eos dimittendos non esse. Respondere autem nisi ex
uestro decreto qui possum & quando nemo uestrum qui in hoc
concilium aduocati estis pro sententia quicq̄ dicere uult aut
audet orationes legatorum hesterno die pro sententiis dictas
precenseamus perinde ac si non postulauerint quae e re sua es
sent sed suaserint que nobis censerent utilia esse romani Rho
diiq; & Attalus societatem amicitiamq; nostram petunt & in bel
lo quod aduersus Philippum gerunt se a nobis adiuuari equū
censent. Philippus societatis secum admonet & iusiurandi 7 mo

do postulat ut secum stemus modo ne uersus armis cõten
tum aut se esse nulli ne uenit in mentem cur qui non dū socii
sunt plus petunt q̄ socius: non fit hoc neq; modestia Philippi
neq; impudentia romanorum Achei portus & dat fiduciā po
stulantibus & demit. Philippi preter legatum uidemus nihil:
romana classis ad Cenchreas stat urbium Euboee spolia pre se
ferens. Consulem legionesq; eius exiguo maris spatio distincta
Phocidē & Locridē peruagamis uidemus. Miramini cur diffi
denter Cleomedon legatus Philippi ut pro rege arma capere
mus aduersus romanos modo egerit qui si ex eodem federe
ac iureiurando cuius nobis religionem inuiciebat: rogemus
cum ut nos Philippus ac ab Nabide & Lacedemonis & ab
romanis defendat non modo presidium quo tueatur nos: sed
ne quid respondeat quidem nobis sit inuenturus: non hercle
magis q̄ ipse Philippus qui priore anno pollicendo se aduersū
Nabidem bellum gesturum cum temptasset nostram iuuen
tutem hinc in Euboeam extrahere: postq̄ nos neq; decernere
ad sibi presidium neq; uelle illigari romano bello uidit: obli
tus societatis eius quam nunc iactat uastandos depopulādosq;
Nabidi ac Lacedemonis reliquit ac mihi quidem mirime cō
ueniens inter se Cleomedontis oratio usa est. Eleuabat ro
manum bellum euentumq; eius eundem fore qui prioris bel
li quod cum Philippo gesserunt dicebat: cur ille nostrum igi
tur auxilium absens potius petit q̄ presens nos socios uetere
simul ab Nabide ac romanis tueatur? nos dico: quid ita pass
est Eretriam Carystumq; capi? quid ita tot Thessalie urbes?
quid ita Locridē Phocidemq; quid ita nunc Elaciam oppu
gnari patitur: cur excessit faucibus Epiri claustris q; illis in
expugnabilibus super Aoum amnem aut ui aut metu aut
uoluntate? relictoq; quem insidebat saltu penitus in regnum
abiit. si sua uoluntate tot socios reliquit hostibus diripiēdos:
quid recusare potest: quin & socii sibi consulant: si metu: no

bis quoq; ignoscat timentibus si uictus armis cessit Achei nos ar
ma romana sustinebimus Cleomedon. que uos macedones nō sub
stinuistis. an tibi potius credamus romanos non maioribus copiis
& uiribus nunc bellum gerere q̄ antea gesserunt. potius q̄ rē ipas
intueamur. Etolos cum classe adiuuerunt: nec duce consulari
nec exercitu bellum gesserunt. sociorum Philippi maritime etiā
urbes in terrore ac tumultu erant mediterranea adeo tuta a Rō
manis armis fuerunt ut Philippus Etolos ne quicq̄ opem roma
norum implorantes depopularetur. nunc autem defuncti bello
Punico Romani quod per sedecim annos uelut intra uiscera
Italie tolerauerunt. non presidium Etolis bellantibus miserunt:
sed ipsi duces belli arma terra mariq; simul Macedonie intule
runt. Tertius iam consul sum̄a ui gerit bellum Sulpitius in ipa
Macedonia congressus fudit fugauitq; regem partem opulētis
simam regni eius depopulatus nunc Quintius tenentē castra
Epiri natura loci munimentis exercitus fretum castris exuit
fugientem in Thessaliam presequutus presidia regia sociasq; ei
urbes prope in conspectu regis ipsius expugnauit. Ne sint uera
que Athenienses modo legati de crudelitate auaritia libidine re
gis dixerunt: nihil ad nos pertineant. que in terra Attica scelera
in superos inferosq; deos sint admissa multo minus que Clunii
Abydeniq; qui procul a nobis absunt passi sunt nostrorum ipsi
uulnerum si uultis obliuiscamur cedes direptionesq; bonorum
Messene in media Peloponneso facte & hostem Cyparissie Gari
tenem contra ius omne ac fac̄ inter epulas prope ipsas occisum &
armatum patrem filiumq; Sicynos cum senem infelicem paren
tem etiam appellare solitus esset. interfectos Pyli eius uxorem
libidinis causa in Macedoniam apportatam cetera stupra uir
ginum matronarumq; obliuioni dentur. ne sint cum Philippo
res cuius crudelitatis metu obmutuistis omnes: nam que alia
tacendi aduocatis in concilium causa est. cum Antigono mitis
simo rege & de nobis omnibus optime merito existimemus discep

tationem esse, num id postularet facere nos: quod tum fieri nō
posset: peninsula est Peloponesus angustis Isthmi faucibus con
tinenti adherens nulli apertior atq; oportunior q̄ nauali bello
si centum tecte naues & quinquaginta leuiores apertes & centū
triginta Isiaci lembi maritimam oram uastauere & expositas
prope in ipsis lutoribus urbes ceperunt oppugnare in mediterra
neas scilicet nos urbes recipiemus tanq̄ non intestino & herēte
in ipsis uisceribus uramur bello cum terra Nabis & Lacedemo
nii mari classis romana urgebunt: unde regiam societatem & p
sidia Macedonum implorem: an ipsi nostris nostris armis abho
ste Romano tutabimur: urbes que oppugnabuntur: egregie n
Bimas priore bello sumus tutati. Satis exemplorum nobis alie
ne clades prebent: ne queramus quēadmodum ceteris exemplo
simus nolite quia ultro romanam petunt amicitiam: id quod op
tandum uobis ac summa ope petendum erat fastidire metu enī
uidelicet compulsi in aliena terra, quia sub umbra nostri auxi
lii latere uolunt in societatem nostram confugiunt ut portub;
nostris recipiantur ut cōmeatibus utantur: Mare in potestate e
habent terras quascunq; adeunt ex templo ditionis sue faciūt.
Quod rogant cogere possunt quia pepercisse uobis uolunt cōmit
tere uos cur pereatis non patiuntur: nam quod Cleomedō mo
do tanq̄ uobis mecham & tutissimam uiam consilii ut quiescere
tis abstineretisq; armis ostendebat ea non media: sed nulla ua
est: & enim preterq̄ quod aut accipienda aut aspernanda uo
bis romana societas est: quid aliud q̄ nusq̄ gratia stabili uelut
qui euentum expectauerimus ut fortune applicaremus nostra
consilia preda uictoris erimus: nolite si quod omnib; uobis pe
tendum erat ultro offertur fastidire non quēadmodum hodie
utrunq; uobis licet sic semper uobis licebitum est: nec sepe nec
diu eadem occasio erit: liberare uos a Philippo iam diu magis
uosq̄ armis audetis sine uestro labore & periculo qui uos in
libertatem uindicarent cum magnis classibus exercitibusq; ma

re traiecerunt: hoſ ſi ſocioſ aſpernamini uix ſane mentis eſtis. ſed
aut ſocioſ, aut hoſtes habeas oportet. Secundum oratione
pretoris murmur ortum, aliorum cum aſſenſu aliorum in cle
menter aſſentientes increpantium & iam non ſinguli tantū ſed
populi uniuerſi inter ſe altercabantur. Tum inter magiſtratus
gentis demiurgoſ uocant. Decem numero creantur. Certam
nihilo ſegnius q̄ inter multitudinem eſſe. Quinq; relaturoſ de
ſocietate romana ſe aiebant ſuffragium q; daturoſ. Quinq; lege
cautum reſtabantur: ne quid quod aduerſus ſocietatem Philip
pi eſſet, aut referre magiſtratibus aut decernere concilio ius
eſſet. Hic quoq; dies iurgiis eſt conſumptus. Supererat unus
iuſti concilii dies. Tertio enim lege iubebat decretum fieri: in
quem adeo exarſere ſtudia ut uix parentes abliberis tempe
rauerint. Riſias Pellenenſis erat filium Demiurgum noīe
Menonem habebat. Is diu obteſtatus filium ut conſulere adeō
cōmuni ſaluti pateretur: neu pertinacia ſua gentem uniuer
ſam perditum iret, poſtq̄ parum proficiebant preces iuratus
ſe cum ſua manu interempturum nec profilio ſed pro hoſte
habiturum, minis peruicit ut poſtero die conueniret iis ſe
qui referebant. Qui cum plures facti referrent: omnibo fere
populis haud dubie approbantibus relationem ac preſe fere
tibus quid decretum eſſent. Dymei & Megalopolitani & q̄dam
Argiuorum priuſq̄ decretum fieret, conſurrexerunt ac reli
querunt concilium: neq; morante ullo nec improbante. Nā
Megalopolitanos auorum memoria pulſos ab Lacedemoniis
reſtituerant in patriam Antigonus. Et Dymeis captiſ nuper
direptiſq; ab exercitu Romano cum redimi eos ubicūq; ſeui
rent Philippus iuſſiſſent non libertatem modo ſed etiam pa
triam reddiderat. Iam Argiui preterq̄ q; Macedonum reges
abſe oriundos credunt priuatis etiam hoſpitiis familiari q;
amicitia pleriq; illigati Philippo erant. Ob hec concilio quod in
clinauerat ad ſocietatem romanam in eundem exceſſerūt ue

maq; iſ huiuſ ſeceſſionis fuit & magnis & recentibus colligatis
beneficiis. Ceteri populi Achęorum cum ſententię perrogarẽt:
ſocietatem cum romanis ac Rhodiis preſenti decreto confirmã
tur: Cum Romanis quia in iuſſu populi non poterat rata eſſe in
id tempus quo romam mitti legati poſſent: dilata eſt. In preſen
tia treſ Legatos ad L. Quintium mitti placuit. & exercitũ omnẽ
Achęorum ad Corinthum admoueri: caputq; Cenchreis iam urbẽ
ipſam Quintio oppugnante: et ii quidem regione portę: quę
fert Sicyonem poſuerunt caſtra Romani ad Cenchreas uerſam
partem urbis. Attalus traducto per Iſthmum exercitu: ab Lecheo
alterius maris portu: oppugnabant. primo ſegnius: ſperantes ſe
ditionem uirtute fore: inter oppidanos: ac regium preſidii poſtq;
uno anno omnes: & macedones tanq; cõmunem patriam tue
bantur: & Corinthii ducem preſidii Androſthenem haud ſecus
q; ciuem: & ſuffragio creatum ſuo: imperio iuſto patiabantur:
omnis inde ſpes pugnantibus in ui: & armis & operibus erat
undiq; aggeres haud facili aditu: ad menia ad mouebantur.
Aries ex ea parte: quam Romani oppugnabant: aliquantum
muri diuerat. in quem locum quia nudatus munimento erat
protegendum armis cum Macedones concurriſſent: atrox
prelium inter eos ac romanos ortum eſt. ac primo multitudi
ne facile expellebantur Romani. aſſumptis deinde Achęorum
Attaliq; auxiliis: equabant certamen. nec dubium erat: quin
Macedonas; grecoſq; facili loco pulſuri fuerint. Tranſfugarũ
Italicorum magna multitudo erat. pars ex Hannibalis exerci
tu metu pene a Romanis Philippum ſequuta. pars nauales ſocii
relictis nuper claſſibus: ad ſpem honoratioris militię tranſgreſ
ſi hoſ deſperata ſalus ſi Romani uicſſent ad rabiem magiſq; au
daciam accendebat. Promontorium eſt aduerſus Sicyonẽ Iu
nonis quam uocant Acream in altum excurrens excurrẽs traſ
iectus inde Corinthum ſeptem milia ferme paſſuum. eo Philo
cles Regius & ipſe prefectus mille & quingentos militeſ per

Boetiam duxit. presto fuere a Corintho lembi: qui presidium id
acceptum Lecheum traucerent. Autor erat Attalus incensis operi
bus omittende ex templo oppugnationis. Pertinacius Quintius
a Misimisnepio perstabat: is quoq; ut pro omnibus portis disposita
uidit presidia regia: nec facile erupentium impetus sustineri pos
se: in Attali sententiam concessit. ita irrito incepto dimissis Achei
reditum ad naues est. Attalus Pireum Romani Corcyram: petie
runt. Dum hec a nauali exercitu geruntur: Consul in Phocide
ad Elaciam castris positis: primo colloquiis rem per principes
Elaciensium temptauit postq̃ nihil esse in manu sua & plures ua
lidioresq; esse Regios: q̃ oppidanos respondebantur: tum simul ab
omni parte operibus: armisq; urbem est aggressus. ariete ad mo
to quantum inter turres erat muri prorutum: cum ingenti fra
gore: ac strepitu nudasset urbem: simul & cohors Romana per aper
tum recenti strage iter inuasit & ex omnibus oppidi partibus: re
lictis suis quisq; stationibus in eum qui premebatur impetu hosti
um locum concurrerunt. Eodem tempore Romani: & rumas
muri superuadebant & scalas ad stantia menia inferebant & dũ
in unam partem animosq; hostium certamen auerterat pluribꝫ
locis scalis capitur murus: armatiq; in urbem transcenderunt. ꝫ
Quo tumultu audito territi hostes, relicto quem conferti tuebãtur
loco in arcem omnes inermi quoq; sequente turba confugerunt:
ita urbe potitur consul, qua direpta dimissis in arcem qui uitam
regus: si abire uellent inermes: libertatem elaciensibꝫ pollicerẽtur
fideq; in hec data post paucos dies arcem recepit. Ceterum aduen
tu in Achaiam Philodis regii prefecti non Corinthus tantum li
berata obsidione, sed argiuorum quoq; ciuitas per quosdam prin
cipes Philocli prodita est, temptatis prius animis plebis. Mos erat
comitiorum die primo uelut omnis causa. Pretores pronuntia
re louem appollinemq; & herculem additum legi erat, ut iis Phi
lippus rex aduceretur, cuius nomen post pactam cum romanis so
cietatum quia preco non adiecit fremitus omnis primo multi

tudinis ortus: deinde clamor subiecentium Philippi nomen ube
tumq; legitimum honorem usurpare: donec cum ingenti assen
nomen recitatum est: huius fiducia fauoris Philocles accersitus
nocte occupat collem imminẽtẽ urbi. Larissam eam arcem uocãt
positoq; ibi presidio cum luce principio signis infestis ad subiec
tum arci forum uaderet, instructa acies ex aduerso occurrit.
Presidium erat Acheorum nuper impositum quingenti fere iuue
nes delecti omniũ ciuitatum Enesidemus Elimeus preerat. Adhor
tator a prefecto regio missus, qui excedere urbe iuberet: neq; emĩ
parem eos oppidanis solis quidem quod Macedones essent, ne
dum adiunctis Macedonibus esse quos ne romani quidem ad Co
rinthum sustinuissent. Primo nihil nec ducem nec ipsos mouit.
Post paulo ut arguos quoq; armatos ex parte altera uementes ma
gno agmine uiderunt certam perniciem cernentes: omnem tãm
casum si pertinacior dux fuisset uidebantur subituri & Enesi
demus ne flos Acheorum iuuentutis simul cum urbe amitteretur pactus cum Philocle ut abire illis liceret: ipse quo loco ste
terat armatus cum paucis clientibus non excessit. missus a Phi
locle qui quereret quid sibi uellet: nihil fatus tantũmodo cũ
protecto pre se clipeo staret in presidio credite urbis moriturũ
se armatum respondit. Tum missis prefecti a thracibus conecta
tela interfectiq; omnes. Et post pactam inter Acheos & Romanos
societatem due nobilissime ciuitates Argi & Corinthus in potesta
te regis erant. hec ab Romanis ea estate in grecia terra mariq; ge
sta. In Gallia nihil sane memorabile ab Sex. Elio Consule gestum
cum duos exercitus in prouincia habuisset: unum retentũ que
dum oportebat: cui L. Cornelius proconsul prefuerat: ipse ei
C. Clium Pretorem prefecit alterum quem in prouinciam addu
xit totum prope armum Cremonensibus Placentinisq; cogẽdis
redire in colonias unde belli casibus dissipati erant consumpsit.
Quemadmodum eo anno Gallia preter spem queta fuit ita prope
seruilis tumultus circa urbem est excitatus. Obsides Carthagi

nensium Setię custodiebantur: cum uis ut principum liberis ma
gna uis seruorum erat: augebant eorum numerum ut ab recen
ti africo bello & ab ipsis Setinis captiua aliquot nationis eius ex
preda empta mancipia. Cum coniurationē fecissent: missis ex eo
numero qui in Setino agro: deinde circa Norbem & Cerceios ser
uitia sollicitarent: satis iam omnibus preparatis ludis qui Setię
prope diem futuri erant: spectaculo intentum populum aggre
di statuerant. Setia per cędem & repentinum tumultum capta.
Norbem & Cerceios occupare. Huius rei tam fędum inditiū Ro
mam ad L. Cornelium Lentulum pretorem urbis delatum est.
Serui duo ante lucem ad eum uenerunt: atq; ordine omnia que
acta futuraq; erant: exposuerunt. Quibus dom custodiri iussis
pretor senatu uocato edocto q; que indices afferrent proficisci
ad eam coniurationem querendam atq; opprimendam iussus
cum quinq; legatis profectus est. obuios in agris sacramento ro
gatos arma capere & sequi cogebat. Hoc tumultuario delecto
duobus milibus ferme hominum armatis. Setiam omnibus q;
quo pergeret: ignaris uenit. Ibi raptim principibus coniuratiōis
comprehensis fuga seruorum ex eo oppido facta est: dimissis de
inde per agros qui uestigarent: egregia duorum opera seruo;
indicum & unius liberi fuit. Et c. milia grauis eris clari patres
iusserunt: seruis uicena quina milia eris & libertatem pretium
eorum ex erario solutum est domnis. Haud ita multo post ex
eiusdem coniurationis reliquiis nuntiatum est seruitia prenestę
occupata eo. L. Cornelius pretor profectus. de quingentis fere
hominbo qui in ea noxia erant: supplicium sumpsit. In tumore
ciuitas fuit: obsides captiuosq; poenorum ea moliri: ita q; & Ro
mę uigilię per uicos seruate: iussiq; circumire eam immorem ma
gistratus & triumuiri carceris latumiarum intentionē custo
diam haberi iussi. Et circa nomen latinum a pretore misse lite
re: ut obsides in priuato seruarentur neq; in publicum prodeū
di facultas daretur. & captiui ne minus .x. pondo compedib;

uincti in nulla alia q̄ in carceris publice custodia essent. Eodem
anno legati ab Rege Attalo coronam auream .cc. xlvi. pondo in
Capitolio posuerunt: gratiasq; senatui egerunt quod Athenis
legatorum Romanorum auctoritate motus finibus Attali exer
citum deduxisset. Eadem aestate equites .cc. & elephanti decem
& tritici modium .cc. milia ab rege Masanissa ad exercitum qui
in Graecia erat: peruenerant. Item ex Sicilia Sardiniaq; magni cō
meatus & uestimenta exercitui missa. Siciliam. M. Marcellus.
Sardiniam. C. Portius Cato obtinebat sanctus & innocens aspe
rior tamen in seuere cohercendo habitus fugaq; ex insula fene
ratores. Et sumptus quos in cultum Pretorum socii facere soliti
erant circūcisi, aut sublati. Sex. Aelios consul ex Gallia comitiorū
causa Romam cum redisset creauit consules Cn. Cornelium Ce
thegum & Q. Minutium Ruffum biduo post Pretorum comitia
habita. Pretores illo anno primum creati Sex. crescentibus iam
prouinciis, & latius patescente imperio. Creati autem hi. L. Ma
lius Volsco. Cn. Sempronius Tuditanus. M. Sergius Silus. M.
Minutius Ruffus. L. Atilius. A. Sempronius Aelius. Ex iis Aediles
plebis erant. Curules Aediles. Q. Minutius Thermus & T. Sēpro
nius Longus Luci Romani eo anno quater instaurati Cn. Corne
lio & Q. Minutio consulibus omnium primum de prouinciis
consulum pretorumq; actum prius de pretoribus transacta res
que transigi sorte poterat. Vrbana Sergio: Peregrina iurisdictio
Minutio obtigit Sardinian Atilius Siciliam Manlius hispaniā
Sempronius citeriorem. A. Elius ulteriorem est sortitus Consu
libus Italiam Macedoniamq; sorteri parantibus: L. Oppius & Q.
Fuluius Tribunus plebis impedimento erant: quod longiqua
prouincia Macedonia esset: neq; ulla alia res maius bello impe
dimentum ad eam diem fuisset: quam quod uix dum indoctis
rebus in ipso conatu gerendi belli prior consul reuocaretur.
Quartum iam animum esse ab decreto Macedonico bello queren
do regem & exercitum eius Sulpitium maiorem partem anni

retentum ita gessisse tamen res ut si aut maturius in prouinciam
uenisset: aut hyems magis sera fuisset potuerit debellare nunc
prope in hyberna profectum: ita comparare dici bellum ut nisi
successor impediat perfecturus estate proxima uideatur. His
orationibus peruicerunt, ut consules in senatus autoritate fo-
re dicerent se si idem tribuni facerent. Permittentibus utrisq; li-
beram consultationem patres consulibus ambobus Italiam pro
uinciam decreuerunt. T. Quintio prorogarunt imperium, donec
successor ei uenisset. Consulibus legiones bine decrete & ut bellū
cum Gallis Cisalpinis qui defecissent: ab populo Ro. gererent. Quin-
tio in Macedonia supplementum decretum peditum v. milia
ccc equites sociorum naualium tria milia. Preesse eidem qui
prefuerat classi. L. Quintius Flaminius iussus. Pretoribus in
hispania octona milia peditum socium, ac latini nominis data,
& quadringenti equites, ut dimitterent ueterem ex hispaniis
militem & terminare iussi: qua ulterior citerior ue prouincia
seruaretur. Macedonie legatos: P. Sulpitium, & P. Iulium: qui
consules in ea prouincia fuerant: adiecerunt priusq̄ consules
Pretoresq; in prouincias proficiscerentur: prodigia procurari
placuit quod edes Vulcani. Sumanique Rome & quod fregillis mu-
rus & porta de celo tacta erant: & frusinone inter noctem lux
orta: & esculo agnus bicep̄s cum v. pedibus natus: & Formiis duo
lupi oppidum ingressi obuios aliquot laniauerant. Rome non in
urbe solum sed in Capitolium penetrauerat lupus. C. Acilius. Tr.
Pl. tulit: ut quinq; Colonie in oram maritimam deducerent. Due
ad ostia fluminum Vulturni Literniq; vna ad Puteolos. Vna ad
castrum Salerni. His Buxentum adiectum Trecene familie in
singulas colonias iubebantur mitti iis triuiuri deducendis: hi q
per triennium magistratum haberent creati. M. Seruilius Ge-
minus. Q. Minutius Therinus. T. Sempronius Longus. Delectu
rebusq; aliis diuinis humanisq; que per ipsos agenda erant per-
fectis: Consules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad in-

subres una qui tum in armis erant: Cenomanis assumptis. Q. Mi
nutius in leua Italie ad inferum mare flexit iter. Genuaq; exer
citu adducto ab Liguribus orsus est bellum. Oppida clasthidium
& Litubium utraq; Ligurum & due gentis eiusdem cuitates ce
lebrates: Cerdiciatesq; se se dediderunt & iam omnia eis Padū pre
ter Gallorum Bouis: Iuates Ligurum subditione erant. xv. op
pida: hominum. xx. milia esse dicebantur: que se se dediderāt
inde in agrum Boiorum legiones duxit. Boiorum exercitus ha
ud ita multo ante traiecerat Padum iunxeratq; se Insubribus &
Cenomanis quod ita acceperant: coniunctis legionibus consules re
gesturos ut & ipsi collatis in unum uires firmarent. Postq; fama
accidit alterum consulem Boiorum urbem agros seditio ex eplo
est orta. Postulare Boi: ut laborantibus opem uniuersi ferrent.
Insubres negare se sua deserturos ita diuise copie. Bouisq; agrū
suum tuandum profectis Insubres Cenomanis super amnis Min
cu ripas consederunt infra eum locum mille passuum milia & co
sul Cornelius eidem flumini castra applicuit inde mittendo in u
cos Cenomanos & Briciam quod caput gentis erat: ut satis co
perit non ex auctoritate seniorum iuuentutem in armis esse: nec
publico consilio Insubrum defectionem Cenomanos se aduersus
exercitus ad se principibus id agere & moliri cepit ut discisserent ab
Insubribus Cenomani & signis sublatis aut domos redirent aut
ad Romanos transirent & id quidem impetrare nequiuit. In id
data fides consuli est: ut in acie aut quiescerent: aut si qua in re
occasio fuisset: adiuuarent Romanos. Hec ita conuenisse Insu
bres ignorabant: subierat tamen quedam suspitio animis labare
sociorum. Itaq; cum in aciem eduxissent: neutrum ius cornu com
mittere ausi ne si dolo cessissent: rem totam inclinarent: post signa
in subsidiis eos locauerunt. Consul principio pugne uouit ede sos
pite lunonis si eo die hostes fusi fugatiq; essent. A militibus clamor
sublatus. compotem uoti consulem se facturos & impetus in hostes
est factus. Non tulerunt Insubres primum concursum. Quidā

& a Cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis tumul
tum ancipitem iniectum autores sunt: cesaq; in medio v. & xxx
milia hostium. Quinq; milia & dcc. uiuos captos in ii Hamilcarē
penorum Imperatorem qui belli causa fuisset signa militaria
centum triginta & carpenta supra. Oppida que defectionem
sequuta erant: dediderunt se Romanis. Minutius consul primo
effusis populationibus peragrauerat finis Boiorū deinde ut re
lictis Insubribus ad tuenda sua receperant sese: castris se tenuit:
acie dimicandum cum hoste ratus. Ne Boii detractassent pugnā
ni fama uictos Insubres allata animos fregisset. Itaq; relicto du
ce castrisq; dissipati per uicos sua ut quisq; defenderet: rationē
gerendi belli hosti mutarunt omissa enim spe per unam dimi
cationem rei decernende: rursus populari agros & urere tecta
uicosq; expugnare cepit. Per eosdem dies clastidium incēsum
inde in Ligustinos Iluates. qui soli non parebant. legionē duc
te. Ea quoq; gens ut Insubres acie uictos: Boios ita, ut tempore
spem certaminis metuerent: territos audiuit in deditionē ue
nit. Littere consulum a Gallia de gestis prospere sub idē tēpus
Romam allate. M. Sergius prefectus urbis in senatu eas deinde
ex autoritate patrum: ad populum recitauit. Supplicatio in
quatriduum decreta. Hyems iam eo tempore erat: cum T.
Quintius captis Latella in Phocide ac Locride: hiberna disposi
ta haberet. Opunte seditio orta orta est factio una Etolos qui
propiores erant: altera Romanos arcessebat. Etoli priores uene
runt: sed opulentior factio exclusis Etolis missoq; ad Impera
torem Romanum nuntio usq; ad aduentum eius tenuit urbē:
arcem regium tenebat presidium, neq; ut discederēt inde aut
Opuntiorum minis: aut autoritate imperantis consulis impe
rantis consulis Romani perpelli potuerunt. Mora cur nō exē tē
plo oppugnarentur: ea fuit quod caduceator ab rege uenerat: lo
cum ac tempus petens colloqui id grauate concessum regi ē: nō
quin cuperet Quintius per se partim armis conditionibꝫ cōfectū

uideri bellum. nec dum enim sciebat utrum successor sibi al
ter ex nouis consulibus mitteretur an quod summa ui ut opine
rent: amicis & propinquis mandauerat imperium prorogare
tur: aptum autem fore colloquium credebat ut sibi liberū eet
uel ad bellum manenti uel ad pacem decedenti rem inclinare.
In sinum Maliacum prope Nicam litus elegere eo rex ab Deme
triade cum quinq lembis & una naue rostrata uenit. Erat cū
eo principes Macedonum & Acheorum exsules & uir insignis cy
cliadas. Cum imperatore Romano rex Amynander erat: & Dio
nysiodrus Attali legatus & Agesimbrotus prefectus Rhodie clas
sis. & Phaneas princeps Etolorum: & Achei duo Aristhenus &
Xenophon. Inter hos Romanos ad extremum litus progressus
cum rex in proram nauis in anchoris stantis processisset. Commo
dius inquit si in terram egrediaris: ex propinquo dicamus in
uicem, audiamusq. Cum rex facturum se id negaret. Quem tam
inquit Quintius times. Ad hec ille superbo & regio animo. Nem
nem equidem timeo: preter deos immortales: non omniū autē
credo fidei quos circa te uideo, atq omnium minime Etolis. Istuc
quidem ait Romanus par omnib; periculum est: qui cum hoste
ad colloquium congrediuntur ut in nullo fides sit. Non tamen
inquit o T. Quinti par perfidie premium est: si fraude agatur:
Philippus & Phaneas neque enim eque difficulter Etoli Preto
rem alium, ac Macedones regem in meum locum substituant.
Secundum hec silentium fuit: cum Romanus eum equum censē
ret priorem dicere, qui petisset colloquium. Rex esse eius prio
rem orationem, qui daret pacis leges: non qui acciperet. Tū Ro
manus simplicem suam orationem esse dixit: ea enim si dictu
que ni fiant nulla sit pacis condicio deducenda ex omnibus
Grecie ciuitatib; regis presidia esse. Captiuos & trāsfugas socii
populi Romani reddendos. Restituenda Romanis ea Illyrici lo
ca, que post pacem in Epiro factam occupasset. Ptolemeo regi
Egypti reddendas urbes, quas post Philopatris Ptolemei morte

occupasset. Suas populi q. Romani conditiones has esse: Ceterū
& sociorum audiri postulata uerum esse. Attali regis legatus naue
captiuosq. quę ad Chium nauali prelio capta essent: & Nicepho-
rium Veneriq. templum quę spoliasset euastasseq. pro incorrup
tis restitui. Rhodii Pyrrhum regio est commentis aduersus insu
lam uetuste eorum ditionis repetebant postulabantq. presidia de
duci ab laso: & Bargilus & Euromensium urbe & hellesponto Sesto
atq. Abido & Penopolum Byzantiis in antiqui formulam iuris re
stitui. Et liberari omnia Asię emporia portusq. Achęi Corinthū &
Argos repetebant. Pretor Etolorum Phaneas cum eadem fere quę
Romam ut Grecia decederetur postulasset, redderenturq. Etolis
urbes quę quondam iuris aut ditionis eorum fuissent. Excepit
orationem eius princeps Etolorum Alexander uir ut inter Eto
los facundus: Iam dudum se reticere aut non quo quicq̄ agi puto
eo colloquio, sed ne quę sociorum dicentem interpellet. Neq. de pa
ce cum fide Philippum agere neq. bella uera uirtute unq̄ gessisse
in colloquiis insidiari & captare in bello non congredi equo cāpo
neq. collatis signis dimicare sed refugientem incendere, ac diripe
re urbes & uincentium premia uictum corrumpere: at non sic ante
quos Macedonum reges sed acie bellare solitos urbibus parcere
quantum possent: quo opulentius imperium haberent nam de q̄
possessione dimicetur tollentem nihil sibi preter bellum relique
re quod consilium esse: plures priore anno sociorum urbes in Thes
salia deuastasse Philippum: q̄ omnes qui unq̄ hostes Thessalie fue
runt ipsis quoq. Etolis eum plura socium q̄ hostem ademisse. Ly
simacum pulso Pretore & presidio Etolorum occupasse eū. Chiu
tem suę ditionis urbem funditus euertisse. ac delesse eadē frau
de habere eum Thebas Pythias & Chynum Larissam & Pharsalū.
Motus oratione Alexandri Philippus nauem ut ēscenderet pro
pius terram applicuit. Orsum eum dicere in Etolos maxime in
olenter: Phaneas interfatus. Nō i uerbis rem uerti aut: aut bel
lo uincendum, aut melioribus parendum esse. Apparet id quidē

inquit Philippus etiam ceco: locat in ualitudinem oculorum Pha
nee: & erat dicatior natura q̃ regem decet & ne inter seria qde
risu satis temperans indignari inde cepit Etolos tanq̃ Roma
nos decedi Grecia iubere qui quibus finibus Grecia sit: dicere
non possint: ipsius enim Etolie Grecos apodoctas & Amphilocos
que per magna eorum pars sit: Greciam non esse. An quod a so
ciis eorum non abstinuerim iustam querelam habent: cum ipsi
pro lege antiquitus hunc morem seruent, ut aduersus socios ipi
suos publica tantum autoritate dempta iuuentutem suam milita
re sinant & contrarie persepe acies in utraq; parte Etolica auxi
lia habeant: Neq; ego Chium expugnaui sed Prusiam socium &
amicum oppugnantem adiuui & Lysimahum ab Tracibus uendi
caui, & quia me necessitas ad hoc bellum custodia eius auertit: i
Thraces habent. Etolis hec Attalo autem Rhodiisq; nihil iure de
beo non enim a me, sed ab illis principium belli ortum est. Ro
manorum autem honoris causa: Pyrream Rhodus & naues Atta
lo cum captiuis qui comparebunt restituam. Nam quod ad Nice
phorium Venerisq; templi restitutionem attinet: quid restitui
ea postulantib; respondeam nisi quo uno modo silue luciq; resti
tui cesi possint curam impensamq; stationis me prestaturum qm̃
hec inter se Reges postulare: & respondere placet. Extrema eius
oratio aduersus Acheos fuit. In qua orsus ab Antigoni primum
suis deinde erga eam gentem meritis recitari decreta eoꝝ iussit
omnes diuinos humanosq; honores complexa, atq; ad ea adiecit:
Recens de exercitu quod ab se desciuisset. Inuectusq; grauiter in
perfidiam eorum tamen Argos se redditurum eis dixit, de Cori
tho cum imperatore Romano deliberaturum esse: Quesiturũq;
ab eo simul ne urbibus iis decedere se equum censeat quas a se ipo
captas iure belli habeat: an iis etiam quas a maioribus suis acce
pisset: Parantib; Acheis Etolisq; ad ea respondere cum prope occa
sum sol esset dilato in posterum diem colloquio: Philippus in statio
nem a qua profectus erat. Romani sociiq; in castra redierunt.

Quintius postero die ad Niceam is enim locus placuerat ad cōsti
tutum tempus uenit. Philippi nullus usq̄ nec nuntius ab eo per
aliquot horas ueniebat & iam desperantibꝫ uenturum repēte
apparuerunt naues. Atq; ipse quidem: cum tam grauia & in
digna imperarentur: inopem consilii diem se consumsisse deli
berando aiebat. Vulgo credebatur de industria rem in serū trac
tam ne tempus dari posset Acheis: Etolisq; ad respondendum.
Et eam opinionem ipse affirmauit petendo, ut sūmotis aliis ne
tepus altercando tereretur, & aliquis finis rei imponi posset cū
ipso imperatore Romano liceret sibi colloqui. Id primo nō ac
ceptum: ne excludi colloquio uiderentur socii: deinde cū ha
ud absisteret petere: ex omnium consilio Romanus Impera
tor cum A. Claudio prefecto, & tribus tribunis Militum cete
ris summotis ad extremum littus processit. Rex cum duobꝫ
quos pridie adhibuerat: in terram est egressus ibi cum aliquā
diu secreto loquuti essent que acta ad suos Philippus retulerit:
minus compertum est. Quintius hec retulit ad socios romano
rum eum cedere tota Illyrici ora perfugas remittere ac siqui
essent captiui. Attolo naues, & cum iis captos nauales socios, &
Rhodus regionem quam Pyrrheam uocant reddere. Iaso &
Bargiliis non cessurum. Etolis Pharsalum Larissamq; reddere.
Thebas non reddere. Acheis non argis modo sed etiam Corītho
cessurum. Nulli omnium placere: partium quibus cessurus aut
non cessurus esset destinatio. Plus enim amitti in is q̄ acquiri
nec unq̄ nisi tota deduxisset grecia presidia causas certaminū
deponere. Cum hec toto ex concilio certatim omnes uocifera
rentur: ad Philippum quoq; procul stantem uox est perlata.
Itaq; a Quintio petit ut rem in posterum diem differret profcō
aut persuasurum se aut persuaderi sibi passurum. Littus Atho
nium colloquio destinatur. Eo mature conuentum est. Ibi Phi
lippus primo & Quintium & omnes qui aderant rogare ne
spem pacis conturbare uellent. Postremo petere tempus quo

legatos Romam ad senatū mittere posset. Aut his conditioni
bus se pacem impetraturum aut quascūq; senatus dedisset le
ges pacis accepturum. Id ceteris haud quaq̄ placebat: Nec enī
aliud q̄ moram & dilationem ad colligendas uires queri. Quin
tius uerum id futurum fuisse dicere: si estas & tempus rerum ge
rendarum esset: Nunc hyeme instante nihil amiti dato spatio
ad legatos mittendos nam neq; sine autoritate senatus quicquā
eorum ratum fore que cum rege ipsi pepigissent & explorari
dum bello necessariam quietem ipsa hyems daret: senatus auto
ritatem posse. In hanc sententiam & ceteri sociorum principes
concesserunt. Indutiis q; datis in duos menses ipsos mittere sin
gulos legatos ad senatum edocendum ne fraude regis capere
tur placuit. Additum indutiarum pacto ut regia presidia Pho
cide ac Locride ex templo deducerentur. Et ipse Quintius cū
sociorum legatis Aminandrum athamanum regem utq; spetiē
legationis adduceret. Q. Fabium uxoris Quintii sororis filius
erat: & Q. Fuluium & P. Claudium misit. Vt uentum Romā est
prius sociorum legati q̄ regis auditi sunt. Cætera eorum oratio
conuitiis regis consumpta est. Mouerunt eo maxime senatū de
monstrando maris terrarumq; eius regionis situm ut omnib;
appareret: si demetriadem in Thessalia Chalcidem in Euboea Co
rinthum in Achaia rex teneret non posse liberam Greciam esse:
& ipsum Philippum non contumeliosius q̄ uerius compedes eas
Grecie appellare: Legati deinde regis intromissi quibus longio
rem exorsis orationem breuis interrogatio cessurus ne us tri
bus urbibus esset: sermonem incidit cum mandatum sibi de his
nominatim negarent quicq̄. Sic infecta pace regii dimissi. Quin
tio liberum arbitrium pacis: ac belli permissum. Quod ut satis
apparuit non cedere belli senatum & ipse uictorie q̄ pacis auidi
or, neq; colloquium postea Philippo dedit: neq; legationē aliam
q̄ que omni Grecia decedi nuntiaret: admissurum dixit. Philip
pus cum acie decernendum uideret & undiq; ad se contrahen

das uires maxime de achaie urbibus regionis abse diuerse & mag
tamen de argis q̄ de Corintho sollicitus optimum ratus Nabidi
eam Lacedemoniorum Tyranno uelut fiduciariam dare ut uicto
ri sibi restitueret Siquid aduersi accidisset ipse haberet Philocli
qui Corintho Argisq; pręerat scribit: ut Tyrānum ipse conueni
ret. Philocles pręter q̄ quod iam ueniebat cum munere aducit
ad pignus futurę regis cum Tyranno amicitię filias suas regem
Nabidis filiis matrimonio coniungere uelle. Tirannus primo ne
gare aliter urbem eam se accepturum nisi Argiuorum ipsorum
decreto accersitus ad auxilium urbis esset. Deinde & frequenti
contione non aspernatos modo sed abominatos etiam nomen
Tyranni audiuit causam se spoliandi eos: nactum ratus traderet
ubi uellet urbem: Philocli ait. Sic nocte ignaris omnibus accep
tus in urbem est Tyrannus prima luce occupat superiora omīa
loca porteq; clause paucis principum tumultum inter primum
elapsis eorum absentium direpte fortunę presentib; aurum atq;
argentum ablatum pecunię imperatę ingentes: Qui non cōctā
ter contulere sine contumelia & laceratione corporū sunt dimis
si quos occulere aut retrahere aliquid suspitio fuit in seruilē mo
dum lacerati. Contione inde aduocata rogationem promulga
uit unan de tabulis nouis alteram de agro uiritim diuidendo:
duas faces nouantibus res ad plebem in optimates accendendā.
P ostq̄ in potestate argiuorum ciuitas erat nihil eius memor Tyran
nus a quo eam ciuitatem & quam in conditionem accepisset: le
gatos Elaciam ad Quintium & Attalum Egine hybernantē mittit
qui nuntiarent Argos in potestate sua esse eo si ueniret Quintius
ad colloquium non diffidere sibi omnia cum eo conuentura. Quī
tius ut eo quoq; pręsidio Philippum nudaret cum annuisset se
uenturum mittit ad Attalum ut ab Egina Sycione sibi occurre
ret. Ipse ab Anticyra decem quinq; remib; quas iis forte diebus
L. Quintius frater eius adduxerat ex hibernis Corcyre Sicionē
transmisit: Iam ibi Attalus erat qui cum Tyranno ad Romanum

imperatorē

imperatorem non Romano ad Tyrannum eundum diceret in
sententiam suam Quintium traduxit ne in urbem ipsam Argos
iret. Haud procul urbe hiecenica uocatur in eo loco ut congrede
rētur conuenit. Quintius cum fratre tribunis militum paucis
uenit: Tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem inuenerūt.
P rogressus armatus cum satellitibus armatis est in medium fere
interiacentis campi. Inermis Quintius cum fratre & duobus tribu
nis militum inermibus. Item regii pretor Acheorum & unus ex purpu
ratis: latus cingebant: Initium sermonis ab excusatione Tyranni
ortum quod armatus ipse armatisq; septus cum inermes Roma
num imperatorem regemq; cerneret in colloquium uenisset neq;
enim se illos timere dixit: sed exules Argiuorum. Inde ubi de cō
ditionibus amicitie ceptum agi est: Romanus duas postulare res
unam ut bellum cum Acheis finiret alteram ut aduersus Philip
pum mitteret secum auxilia. Auxilia se missurum dixit. Pro pa
ce cum Acheis inducie impetrare donec bellum cum Philippo fini
retur. De argis quoq; disceptatio ab Attalo rege est nata cum fra
ude Philoclis proditam urbem ui ab eo teneri argueret. Ille ab
ipsis Argiuis ut se defenderet acitum Contionem Argiuorum
rex postulabat ut id scieri posset. Nec Tyrānus abnuere Sed de
ductis ex urbe presidiis liberam concionem non immixtis La
cedemoniis declaraturam quid argiui uellent preberi debere
dicebat rex Tyrannus negauit deducturum. Hec deceptatio
sine exitu fuit de colloquio discessum sexcentis Cretensibus ab
Tyranno datis Romano. Inducisq; inter Nicostratum pretorē
Acheorum & Lacedemoniorum Tyrannum in quattuor menses
factis. Inde Quintius Corinthum est profectus & ad portā cū
Cretensium cohorte accessit: ut Philocli prefecto urbis tū appa
reret: Tyrannum a Philippo decisse. Philocles & ipse ad impe
ratorem Romanum in colloquium uenit. Hortanti q; ex tem
plo transiret: urbemq; traderet ita respondit: ut distulisse rē
magis q̄ negasse uideretur. A Corintho Quintius Anticyram

traiecit. Inde fratrem ad tẽptandum Acharnanum gentẽ mi
sit: Attalus ab argis Sicyonem est profectus Ibi & ciuitas nouis
honoribus ueteres regis honores auxit. Et rex ad id quod
sacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemat
iis tum quoq; ne sine aliqua munificentia preteriret ciuitatẽ
sociam. atq; amicam decem talenta argenti dono dedit & decẽ
milia medimnum frumenti. atq; ita Cenchreas ad naues rediis.
Et Nabis firmato presidio argis Lacedemonem regressus cũ ipe
uiros spoliasset: ad feminas spoliandas uxorem Argus remisit.
ea nunc simul plures genere inter se iunctas domum arcessẽdo
blandiendoq; ac minando: non aurum modo iis sed ex postre
mo uestem mundumq; omnem muliebrem ademit;

INTER BELLORVM MA
gnorum aut uix dum finitorum aut
imminentũ curas intercessit res par
ua dictu sed que studiis in magnum
certamen excesserit. M. Fundanius &
L. Valerius tribuni plebis ad plebem
tulerunt de Oppia lege abroganda tu
lerant eam. M. Oppius & T. Romu
leius tribuni plebis. Q. Fabio. T. Sem
pronio consulibus in medio ardore punici belli. Nequa mulier
plus semuntiam auri haberet Neu uestimento uersicolori ute
retur. Neu iuncto uehiculo in urbe oppido ue. aut propius in
mille passus nisi sacrorum publicorum causa ueheretur. M. &
T. Iunius: et Brutus tribuni plebis legem Oppiam tuebantur
neq; eam se abrogari passuros aiebant. Ad suadendum: dissua
dendumq; multi nobiles prodibant Capitolium turba hominũ
fauentium aduersantiumq; legi complebatur. Matrone nulla

nec autoritate nec uerecundia nec imperio uirorum continer lumine poterant omnes uias urbis aditusq; in forum obsidebant uiros descendentes ad forum orantes ut florente re publica crescente in dies priuata omnium fortuna. Matronis quoq; pristinum ornatum reddi paterētur augebant hęc frequētia mulierum in dies nam etiam ex oppidis: Conciliabulisq; conuenerant iam & consules prętoresq; & alios magistratus adire & rogare audebant. Ceterum munime execrabilem alterum utiq; consulem. M. Portium Catonem habebant: qui pro lege quę abrogabatur ita disseruit. Si in sua quisq; nostrum matre familie Quiritium & maiestatem uiri retinere instituisset minus cum uniuersis feminis negotii haberemus nunc domi uicta libertas nostra impotentia muliebri hic quoq; in foro obteritur & calcatur & quia singulas sustinere non potuimus uniuersas horremus. Equidē fabulam & fictam rem ducebam esse: uirorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri stirpe sublatum esse ab nullo genere non summum periculum est: sę cętus & concilia & secretas consultationes esse sinas atq; uix statuere apud animū meum possim: utrum peior ipsa res an peiore exemplo agatur quorum alterum ad nos consules reliquosq; magistratus alterū ad uos Quirites magis pertinet: nam utrum e re p. sit. nec ne id quod ad uos fertur uestra estimatio est: qui in suffragium iturestis. Hęc consternatio muliebris siue sua sponte siue autoribus uobis. M. Fundanio & L. Valerio facta est haud dubie ad culpā magistratuum pertinens: nescio uobis tribunis an consulibus magis sit deformis uobis sic ad feminas concitandas tribunitias seditiones iam adductis nobis sicut plebis quondam sic nunc mulierum secessione leges accipiende sunt equidem non sine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forū perueni: quod nisi me uerecundia singularum magis maiestatis & pudoris q̄ uniuersarum tenuisset: ne compellare a consule inderentur dicissem: Qui hic mos est in publicum procurrēdi &

obsidendi uias & uiros alienos appellandi istud ipsum suos quęq; do
mi rogare non potuistis an blandiores in publico q̄ in priuato & alie
nis q̄ uestris estis quanq̄ ne dom quidem uos si sui uiris finibus Ma
tronas contineret pudor quę leges hic rogarentur? abrogaren
tur ue curare decuit. Maiores quidem nostri nullam ne priua
tam quidem rem agere fęminas sine autore uoluerunt in manu
esse parentum fratrum uirorum. Nunc si dis placet iam rem p.
etiam capessere eas patimur & foro quoq; & contionibus & comi
tiis immisceri. Quid enim nunc aliud peruias & cōpita faciunt
q̄ quod alii rogationes tribunorum plebi suadent: alie legem ab
rogandam censent dare frenos impotenti naturę & indomito ani
mali desperate ipsas modum licentię facturas nisi uos faciatis mini
mum hoc eorum est: quę uniquo animo fęmine sibi aut moribus
aut legibus immunitum patiuntur omnium rerum libertatem imo
licentiam si uera dicere uolumus desiderant. Quid enim si hoc ex
pugnauerint non tentabunt: Recensere omnia muliebria iura:
quibus licentias earum alligauerint maiores nostri perque quas
subiecerint uiris. Quibus omnibus constrictas uix tamen contri
nere potestis quid si carpere singula & extorqueri & equari ad
extremum uiris patiemini. tollerabiles uobis eas fore creditis ex
templo simul pares esse cęperint superiores erunt. At hercule ne
quid nouum in eas rogetur recusant non uis sed inuriam depre
cantur immo ut quam acceptus uobis fuistis suffragiis uestris lege qua
usu tot annorum & experiendo comprobastis hanc ut abrogetis
id est ut unam tollendo legem cęteras infirmetis. Nulla lex satis
cōmoda omnibus est id modo quęritur si maiori parti & in summa
prodest si quod cuiq̄ priuatim officiet ius id destruet ac demolie
tur. Quid attinebit uniuersos rogare leges quas mox abrogare in
quos late sunt possint. Volo tamen audire quid sit propter quod
Matronę consternate procurrant in publicum ac uix foro & co
tione abstineant: ut captiui ab Annibale redimantur parentes
uiri liberi fratres earum. Procul abest absitq; semper talis fortu

rei P. Sed tamen cum fuit negastis hoc piis precibus earum. At
non pietas nec solicitudo pro suis: sed religio congregauit eas. Ma
trem id eam Pessimonte ex Phrygia uenientem accepture sūt. qd
honestum dictu saltem seditioni pretenditur muliebri: Vt auro
& purpura fulgeamus inquit: ut carpentis festis profestisq; die
bus uelut triumphantes de lege uicta & abrogata & captis & erep
tis suffragiis uestris per urbem uectemur ne ullus modus sūpti
bus ne luxurie sit. Sepe me querentem de feminarum sepe de
uirorum nec de priuatorum modo sed etiam magistratuū sūpti
bus audistis diuersisq; duobus uitiis auaritia & luxuria ciuita
tem laborare que pestes omnia magna imperia euerterunt. hec
ego quo melior letiorq; in dies fortuna rei P. est imperiūq; crescit
& iam in Greciam Asiamq; transcendimus omnibus libidinū ille
cebris repletas & regias etiam attractamus gazas eo plus horreo ne
ille magis res nos ceperint q̄ nos illas: Infesta mihi credite signa ab
Syracusis illata sunt huic urbi iam nimis multos audio Corinthi
& Athenarum ornamenta laudantis mirantisq; & ante fixa ficti
lia deorum Romanorum ridentis hos ego malo propitios deos
sed ita spero futuros si in suis manere sedibus patiemur. Patrū
nostrorum memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non uiroꝝ
modo sed etiam mulierum animos donis temptauit non dū lex
Oppia ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat: tamen nul
la accepit. Quam causam fuisse censeris eadem fuit que maioribꝫ
nostris nihil de hac re lege sanciendi nulla erat luxuria que coer
ceretur: sicut ante morbus necesse est cognitus esse q̄ remedia
eorum, sic & cupiditates prius nate sunt q̄ leges que iis modum
facerent. Quid legem Liciniam excitauit de quingentis iugeri
bus: nisi ingens cupido agros continuandi: Quid legem Cinciā
de donis & muneribꝫ nisi quia uectigalis iam & stipendaria ple
bis esse senatui ceperat: itaq; minime mirum est nec Oppiam nec
aliam ullam tum legem desideratam esse: que modum sumptibꝫ
mulierum faceret cum aurum & purpuram datam & oblatā ultro

non accipiebant. Si nunc cum illis domis Cyneas urbem circum
ret: stantes in publico inuenisset eas: que acciperent: atq; ego
non nullarum cupiditatum nec causam quidem aut rationem
inire possum nam ut quod alii liceat ubi non licere aliquid for
tasse naturalis aut pudoris aut indignationis habeat sic equat
omnium cultum q; unaqueq; uestrum uideretur ne in se conspi
ciatur pessimus quidem est pudor uel parsimonie uel pauperta
tis. Sed utrunq; lex uobis demit cum id quo habere non licet, no
habetis. Hanc inquit ipsam exequationem non fero illa locuple
cur non insignis auro & purpura conspicior cur paupertas alia
rum sub hac legis specie latet: ut quod habere non possunt habi
ture fuisse si liceret uideantur. Vultis hoc certamen uxoribus ue
stris inicere. Quirites ut diuites id habere uelint quod nulla
alia possit paupers ne ob hoc ipsum contemnantur supra uires
se extendant ne simul pudere quod non oportet non pudebit
que de suo poterit parabit que non poterit uirum rogabit. Mise
rum illum uirum & qui exoratus & qui non exoratus erit. cui
quod ipse non dederit datum ab alio uidebit. Nunc uulgo alienos
uiros rogant & quod maius est legem & suffragia rogant & a qui
busdam impetrant aduersus te & rem tuam & liberos tuos ine
xorabiles simul lex modum sumptibus uxoris tue facere desi
erit tu nunq; faciet nolite eodem loco existimare. Quirites futu
ram rem que fuit anteq; lex de hoc ferretur & hominem improbum
non accusari turius est q; absolui & luxuria non mota tolerabi
lior esset q; erit nunc ipsis uinculis solutis sicut fere bestie urri
tare: deinde emisse. Ego nullo modo abrogandam legem Oppia
censeo: uos quod facitis deos omnes fortunare uelim. Post hec
tribum quoq; plebis qui se interfuros professi erant cum pauca
in eandem sententiam adiecissent. Tum. L. Valerius prouoca
tione ab se promulgata ita disserit. Si priuati tantummodo ad su
adendum dissuadendumq; id quod a uobis rogatur processissent
ego quoq; cum satis dictum pro utraq; parte existimarem: tacitus

suffragia uestra expectasseu: nunc cum uir grauissimus consul
M. Portius non auctoritate solum qua tacita satis momenti habu
isset: sed oratione etiam longa & accurata insectatus sit rogationē
nostram necesse est paucis respondere qui tamen plura uerba in a
stigandis Matronis: q̄ in rogatione nostra dissuadenda cōsūpsit
& quidem ut in dubio poneret utrum id quod reprehenderet ma
trone sua sponte an nobis auctoribus fecissent rem defendā non
nos in quos iecit magis hoc consul uerboreus q̄ ut re insimularet
cętū & seditiones & interdum secessionem muliebrem appellauit:
q̄ Matrone in publicum nos rogassent ut legem inse datam per bel
lum temporibus duris in pace & florente ac beata re.p. abrogare
tis. Verba magna quę rei augendę causa conquirantur & hęc & alia
esse scio & Marcum Catonem non solum grauem sed interdum
etiam trucem scimus omnes cum ingemo sit mitis. Nam quid tā
dem noui Matrone fecerunt: q̄ frequentes in causa ad se perti
nente in publicum processerunt: Nunq̄ ante hoc tempus in publi
co apparuerunt: Tuas aduersus te origines reuoluam Accipe quo
tiens id fecerint & quidem semper bono publico Iam a principio
regnante Romulo cum Capitolio a sabinis capto medio in foro
signis collatis dimicaretur nonne intercursu Matronarum inter
acies duas prelium sedatum est Quid regibus ejectis cum Corio
lano Martio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidē
posuissent non ne id agmen quo obrupta hęc urbs esset Matrone
auerterunt: Iam urbe capta a Gallis aurum quo urbs redempta
est: nempe Matrone consensu omnium in publicum contulerē
procumo bello. ne antiqua repetam: non ne & cum pecunia opus
fuit Viduarum pecunie adiuuerunt erarium: Et cum diu quoque
noui ad opem ferendam dubiis rebus arcesserentur: Matrone i
unuerse ad mare profecte sunt ad matrem Ideam accipiendam
Dissimules inquit causę sunt. Nec mihi causas equare prepolitum
est mihi noui factum purgare satis est. Ceterum quod in rebo ad
omnes pariter uiros feminasq̄ pertinentibus fecisse eas nemo

miratus est in causa propria ad ipsas pertinente miramur fecisse?
Quid autem fecerunt. Superbas medius fidius aures habemus si eū
domini seruorum non fastidiant preces non rogari ab honestis
feminis indignamur. Venio nunc ad id de quo agitur in quo du
plex consulis oratio fuit nam & legem ullam omnino abrogari est
indignatus & eam precipue legem que luxurie muliebris coerce
de causa lata esset. Et illa cōmunis pro legibus suis consularis ora
est. Et hec aduersus luxuriam seuerissimis moribus conuenebat:
utraq; periculum est nisi quid in utraq; re uam sit docuerimus ne gs
error nobis effundatur. Ego enim quemadmodum ecus legibus
que non in tempus aliquod sed perpetue utilitatis cause in eternū
late sunt nullam abrogari deberi fateor nisi quam aut usus coar
guit aut status aliquis rei P. inutilem fecit. sic quas tempora aliq̄
desiderarunt leges mortales ut ita dicam & temporibus ipsis mu
tabiles esse uideo: que in pace late sunt plerumq; bellum abrogat.
Que in bello pax. Vt in nauis administratione alia in secunda alia
in aduersa tempestate usui sunt. hec cum ita natura distincta sit
ecutro tandem genere ea lex esse uidetur quam abroginus qua
uetus regia lex simul cum ipsa urbe nata aut quid secundum est
a decemuiris ad condenda iura creatis in xii tabulis scripta sine
qua cum maiores nostri non existimauerint decus matronale ser
uari posse nobis quoq; uerendum sit: ne cum ea pudorem sanctita
temq; feminarum abrogemus. Quis igitur nesciat nouam istam le
gem esse. Q. Fabio & T. Sempronio consulibus .xx. annis ante latā
sine qua cum per tot annos Matrone optimis moribus uixerint
quod tandem ne abrogata ea effundantur ad luxuriam periculū
est. Nam si ista lex aut ideo lata esset ut finiret libidinem mulie
brem: uerendum foret ne abrogata incitaret. Cur si autem lata
ipsum indicauit tempus: Annibal in Italia erat uictor ad Cannas
iam Tarentum iam Arpos iam Capuam habebat ad urbem Romam
admoturus exercitum uidebatur. Defecerant socii. Non milites
in suplementum non socios nauales ad classem tuendam non pecu

niam in ærario habebamus. Serui quibus arma darentur ita ut pre
tium pro iis bello perfecto dominis solueretur emebantur. In ead
die pecuniæ frumentum & cetera que belli usus postulabat preben
da publicani se conducturos professi erant. Seruos ad remum nume
ro excessu constituto cum stipendio nostro dabamus aurum & argē
tum oē a senatoribus eius rei in initio orto in publicum confereba
mus. Vidue & pupilli pecunias suas in erarium deferebant cautū
erat quo ne plus auri & argenti facti quo ne plus signati argenti &
æris domi haberemus. Tali in luxuria & ornatu Matrone occupa
te erant ut ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit cum quia
ceteris sacrificium lugentibus omnibus Matronis intermissū erat
senatus finiri luctum .xxx. diebus iussit. Cui non apparet miseria
& inopia ciuitatis & quia omnium priuatorum pecunie in usum
publicum uertende erant: istam legem scripsisse tam diu mansu
ram quādiu causa scribende legis mansisset: nam si que tunc tē
poris causa decreuit senatus aut populus iussit in perpetuum ser
uari oportet: cur pecunias reddimus priuatis. cur publica presen
ti pecunia locamus: cur serui qui militent non emuntur: cur priua
ti damus remiges sicut tunc dedimus. Omnes alii ordines omnes
homines mutationem in meliorem statum rei p. sentient ad coniuge
tantum nostras pacis & tranquillitatis publice fructus non perue
niet. Purpura uiri utemur pretextati in magistratibus in sacerdo
tiis liberi nostri pretextis purpura togis utentur. Magistratibus in
coloniis municipiisq; toge pretexte habende ius est. Nec id ut uiui so
lum habeant tantum insigne sed etiam ut cum eo crementur mor
tui feminis duntaxat usum purpure interdicemus: & cum tibi ui
ro liceat purpura in ueste stragula uti: Matrem familie tuam pur
puream amiculum habere non sines & equus tuus speciosius instra
tus erit q̄ uxor uestita: Sed in purpura que teritur absumiturq; nō
iniustam quidem sed aliquam tamen causam tenacitatis uideo in
auro uero in quo preter manus pretium nihil interimenti fuit: q̄
malignitas est: presidium potius in eo est ad priuatos & ad publicos

usus sicuti experti estis. Nullam emulationem inter se singularum
quando nulla haberet esse aiebat. At hercule uniuersis dolor &
indignatio est cum sociorum latini nominis uxoribus uident
ea concessa ornamenta que sibi adempta sint. Cum insignes eas esse
auro & purpura: Cum illas uehi per urbem se pedibus sequi tanquam
in illarum ciuitatibus non in sua imperium sit. Virorum hoc animos
uulnerare posset quid muliercularum censetis quas etiam parua
mouent. Non magistratus: nec sacerdotia nec triumphi: nec insi
gnia nec dona aut spolia bellica his contingere possunt. Munditie
ornatus & cultus hec feminarum insignia sunt his gaudent & glo
riantur hunc mundum muliebrem appellauerunt maiores nostri:
Quid aliud in luctu quam purpuram atque aurum deponunt: quid cum
eduxerunt sumunt: quid in gratulationibus supplicationibusque nisi
excellentiores ornatus adiiciunt: Scilicet si legem Oppiam abroga
ueritis non uestri arbitrii erit siquid eius uetare uolueritis: quod
nunc lex uetat. Minus fide uxores sorores etiam quibusdam in ma
nu erunt. Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris & ipse liber
tatem quam uiduitas & orbitas facit detestantur. In uestro ar
bitrio suum ornatum quam in leges malunt esse: & uos in manu & tu
tela non in seruitio debetis habere eas: & malle patres uos aut uiros
quam dominos dici. Inuidiosis nominibus utebatur modo consul se
ditionem muliebrem & secessionem appellando id enim pericu
lum est ne sacrum montem sicut quondam irata plebs aut auen
tinum capiant. Patiendum huic infirmitati est quodcunque uos cen
sueritis quo plus potestis eo moderatius imperio uti debetis. Hec
cum contra legem proque lege dicta essent: aliquanto maior frequen
tia mulierum postero die sese in publicum effudit unoque agmine
omnes tribunorum ianuas obsiderunt qui collegarum orationi
intercedebant. Nec ante abstiterunt quam remissa intercessio a tribu
nis est. Nulla deinde dubitatio fuit: quin omnes tribus legem ab
rogarent. Annis .xx. post abrogata est quam lata. M. Portius consul
postquam abrogata est Oppia lex ex templo .xxv. nauibus longisque

quinq; sociorum erant ad Lune portum profectus eodem exercitu
conuenire iusso & edicto per oram maritimam misso nauibꝫ oīs
generis contractis a Luna proficiscens edixit ut ad portum Py
renei sequerentur inde frequenti classe ad hostis iturum. Pre
teruecti Ligustinos montes sinumq; Gallicum ad diem quam edi
xerat conuenerunt. Inde Rhodam uentum & presidium hispa
norum quod in castello erat ui deiectum ab Rhoda secundo uen
to Emporias peruentum: ibi copie omnes preter socios nauales
in terram exposite. Iam tunc Emporie duo oppida erant: muro
diuisa. Vnum greci habebant a Phocia unde & Massilenses ori
undi. Alterum hispani. Sed Grecum oppidum mare expositum
totū urbem muri minus quadringentos passus patentem habebat.
Hispanis retractior a mari trium milium passuum in circuitu mu
rus erat. Tertium genus Romani Coloni ab diuo Cesare post de
uictos Pompeii liberos allecti nunc in corpus unum confusi oīs
hispanis prius postremo & Grecis in ciuitatem Romanam ascitis.
Miraretur qui tum cerneret aperto mari ab altera parte: ab altera
hispanis tam fera & bellicosa gente obiectis que res eos tutaretur.
Disciplina erat custos infirmitatis quam inter ualidiores optime
timor continet: partem muri uersam in agros egregie munitā
habebant. Vna tantum in eam regionem porta imposita cuiusuel
assiduus custos aliquis ex magistratibus erat. Nocte pars tertia
ciuium in muris excubabat neq; moris tantum aut legis causa
sed quanta si hostis ad portas esset obseruabant uigilias & circū
ibant cura. Hispanum neminem in urbem recipiebant ne ipsi
quidem temere urbe excedebant ad mare patebat omnibꝫ exi
tus porta ad hispanorum oppidum uersa, nunq̄ nisi frequentes
pars tertia fere ciuius proxime nocte uigilie in muris fuerant
egrediebantur causa exeundi hec erat: cōmertio eorum hispa
ni imprudentes maris gaudebant mercariq; & ipsi ea que exter
na nauibus inueherentur & agrorum exigere fructus uolebant.
Huius mutui usus desiderium, ut hispana urbs Grecis pateret, faci

ebat. Erant etiam eo tutiores quod sub umbra Romane amicitie
latebant quam sicut minoribus uiribus q̄ Massilienses ita pari co
lebant fide. Tunc quoq; consulem exercitumq; comiter ac benigne
acceperunt. Paucos ibi moratus dies Cato dum exploraret: ubi &
quante hostium copie essent: ut ne mora quidem segnis esset omne
id tempus exercendis militibus consumpsit. Id erat forte tempus ani
ut frumentum in areis haberent itaq; redemptoribus uetitis fru
mentum parare ac Romam dimissis bellum inquit se ipsum alet.
P rofectus ab emporiis agros hostium urit uastatq; omnia fuga & ter
rore complet. Eodem tempore heluio decedenti ex ulteriore hispa
nia cum presidio sex milium dato ab ap. Claudio pretore celtibe
ri agmine ingenti ad agrum Iliturgim occurrerunt. xx. milia ar
matorum fuisse Valerius scribit. xii. milia exiis cesa oppidum Iltur
gi receptum & puberes omnis interfectos inde ad castra Catonis
heluius peruenit. Et quia tuta iam ab hostibus regio erat: presidio
in ulteriorem hispaniam remisso: Romam est profectus & ob rē
feliciter gestam ouans urbem est ingressus argenti infecti tulit in
erarium. xxiiii. milia pondo septingenta. xxxii. & signati bigato
rum. xvii. milia. xxiii. & oscensis argenti. cxx. milia. cccc. xxxviii.
C ausa negati triumphi fuit: q; alieno auspicio & in aliena prouincia
pugnasset. Ceterum biennio post redierat cum prouincia quoque
successori minutio tradita annum sequentem retentus ibi longo
& graui fuisset morbo itaq; duobus modo mensibus ante heluius
ouans urbem est ingressus q̄ successor eius. Q. Minutius triūphare
hic quoq; tulit argenti pondo. xxxiiii. milia octingenta bigatorū
lxxiii. milia & oscensis argenti. cc. lxxviii. milia. In hispania interī
consul haud procul emporiis castra habebat eo legati tres ab Ilerge
tum regulo Bilistage in quibus unus filius eius erat: conuenerūt
querentes castella sua oppugnari, nec spem ullam esse resistendi ni
si presidium Romani misissent quina milia militum satis esse nec ho
stis si tanta manus uenisset, mansuros. Ad ea consul moueri quidē
se uel periculo eorum uel metu dicere sed sibi nequaq̄ tantū copiarū

esse ut cum magna uis hostium haud procul absit cum qua mox si
gnis collatis dumcandum sibi in dies expectet diuidendo exercitum
minuere tuto uires posset. Legati ubi hoc audierunt flentes ad ge
nua consulis prouoluuntur orant ne se in rebus tam trepidis dese
rat: quo enim se repulsos ab Romanis ituros: nullos se socios mbi l
usq; in terris aliud spei habere potuisse si gerra id periculum esse si
decedere fide si coniurare cum ceteris uoluissent nullis minis nul
lis periculis se motos sperantes satis opis & auxilii sibi in Romanis
esse id si nullum sit: si sibi a consule negetur deos hominesq; se te
stes facere inuitos & coactos se ne eadem quę Saguntini passi sunt:
parantur defecturos & cum ceteris potius hispanis q̄ solos periu
ros esse. Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consulem noc
te quę insequuta est: anceps cura agitare. Nolle deserere socios nol
le minuere exercitum quod aut moram sibi ad dumcandum aut
in dumicando periculum afferre posset. Stat sententia non minue
re copias ne quid interim hostes inferant ignominię. Socius spem
pro re ostendendam censet sępe uana pro ueris maxime in bello ua
luisse & credentem se aliquid auxilii habere perinde atq; haberet
ipsa fiducia sperando atq; audendo seruatum. Postero die legatis res
pondit: quanq̄ uereatur ne sua uires alius eas cōmodando minuat:
tamen illorum se temporis ac periculi magis q̄ sui rationem habere
denuntiat militum parti tertię ex omnibus cohortibus iubet ut cibū
quem in naues imponant maturę coquant: naues q; in diem tertiū
expediri iussit duos ex legatis Bilistagi atq; Ilergetibus nuntiare ea
iubet. Filium reguli comiter habendo & muneribus apud se retinę.
L. egati non ante profecti q̄ impositos in naues milites uiderunt id: r
pro haud dubio iam nuntiantes non suos modo sed etiam hostis fa
ma Romam auxilii aduentantis impleuerunt. Consul ubi satis q̄d
in speciem fuit ostentatum est reuocari ex naubus milites iubet ip
se cum iam id tempus anni appeteret: quo geri res posset: castra hy
berna mille passuum ab emporiis posuit idem per occasiones nunc
hac parte nunc illa modico presidio predatum milites in hostium

agros educebat nocte ferme proficiscebantur ut & q̃ longissime
a castris procederent: & inopinantis opprimerent. Et exercebat ea
res nouos milites & hostium magna uis excipiebatur nec iam egre
di extra munimenta castellorum audebant ubi satis admodum &
suorum & hostium animos est expertus conuocari tribunos pre
fectosq; & equites omnis & centuriones iussit. Tempus quod se
pe optastis uenit: quo uobis potestas fieret uirtutem uestram
ostendendi: ad huc predonum magis q̃ bellantium militastis
more nunc iusta pugna hostes cum hostibus conseratis manus
non agros inde populari sed urbium opes haurire licebit. Patres
nostri cum hispania Carthaginensium & imperatores ibi & exer
citus essent: ipsi nullum imperatorem nullos in ea milites habe
rent: tamen addere hoc in federe uoluerunt ut imperii sui Iberus
fluuius esset finis nunc eum duo pretores cum consul cum tres
exercitus Romani hispaniam obtineant & Carthaginensium iã
prope decem annis in his prouinciis sit imperium nobis citra Ibe
rum amissum est hoc armis & uirtute recuperetis oportet & na
tionem rebellantem magis temere q̃ constanter bellantem iugũ
quo se exuit accipere rursus cogatis. In hunc modum maxime i
ad hortatus pronuntiat se nocte ad castra hostium ducturum ita
ad corpora curandum dimissi nocte media cum auspicio operam
dedisset: profectus ut locum quem uellet: priusq̃ hostes sentirẽt:
caperet preter castra hostium circũducit & prima luce acie ĩstruc
ta sub ipsum uallum tres cohortes mittit mirantes Barbari a ter
go apparuisse Romanum discurrere ipsi ad arma interim consul
apud suos nusq̃ nisi in uirtute spes est milites inquit: & ego sedulo
ne esset feci inter castra nostra & nos medii hostes & ab tergo ho
stium ager est quod pulcherrimum idem tutissimum est in uirtu
te spem positam habere. Sub hec cohortes recipi iubet: ut barbaros
simulatione fuge educeret id quod crediderat: euenit pertimuis
se & cedere rati Romanos portas erumpunt: & quantum inter ca
stra sua & hostium aciem relictum erat: loci armatis complent dũ

trepidant acie instruenda consul iam paratis ordinatisq; oĩb⁹
incompositos aggreditur: equites primos ab utroq; cornu in pu
gnam educit. Sed in dextro exemplo pulsi cedentesq; trepidi ẽt
pediti terrorem intulere quod ubi uidit consul duas cohortes
ab dextero latere hostium circũduci iubet: & ab tergo eos ten
dere priusq; concurrent peditum acies. Is terror obiectus hosti
rem metu Romanorum equitum inclinatam equauit tamen
adeo turbati erant dextere ale equites peditesq; ut quosdam cõ
sul manu ipse reprehenderit: uertentq; in hostem, & q̃ diu mis
silibus pugnatum est anceps pugna erat: & iam ab dextera par
te unde terror & fuga ceperat egre Romanus restabat a sini
stro cornu, & ab fronte urgebantur Barbari & cohortes ab ter
go instantes pauci respiciebant. Et emissis solliferreis falari
cisq; gladios strinxerunt: tum uelut redintegrata est pugna,
non cesis ictibus uulnerabantur: sed pede collato tota in uirtu
te ac uiribus spes erat. Fessos iam suos consul ex secunda acie
subsidiariis cohortibus in pugnam inductis accendit noua a
cies facta integri recentibus telis fatigatos adorti hostis p̃mũ
acri impetu uelut cuneo perculerunt deinde dissipatos in fu
gam auerterunt effuso per agros cursu repetebantur. Vbi oĩa
fuga completa uidit Cato ipse ad secundam legionem que in
presidio posita erat: reuehitur & signa pre se ferri plenoq; gra
du ad castra hostium oppugnanda succedere iubet: si quis ex
ordinem auidius procurrit & ipse inter equites sparo percutit
& tribunos centurionesq; castigare iubet. Iam castra oppugna
bantur: saxisq; & fustibus & omni genere telorum sumouebatur
a uallo Romani. Vbi recens submota legio est tum & oppugna
tibus animus creuit & infensius hostes pro uallo pugnabat.
C onsul omnia perlustrat ut qua minima ui resistitur ea par te
irrumpat. Ad sinistram portam infrequentes uidet eo secũde
legionis principes hastatosq; ducit. Non sustinuit impetum
eorum statio que porte apposita erat. Et ceteri postq̃ intra val

lum hostes uident ipsi castris exuti signa armaq; abiciunt cedũ
in portis suo met ipsi agmine in arcto herentes Secundani terga
hostium cedunt ceteri castra diripiunt. Valerius Antias supra xl.
milia hostium cesa eo die scribit. Cato ipse haud sane detractator
laudum suarum multos cesos ait numerum non scribit. Nihil de
inde a uictoria cessatum cum receptui signo dato suos spoliis onu
stos in castra reduxisset paucis horis noctis ad quietem datis ad
predandum agros duxit. Effusius ut sparsis hostibus fuga preda
ti sunt: que res non minus q̃ pugna pridie aduersa Emporitanos
hispanos accolasq; eorum in deditionem compulit. Multi & alia
rum ciuitatum qui Emporias perfugerant dediderunt se. Quos
omnis appellatos benigne domos dimisit. Confestim inde castra
mouit. Et quacunq; incedebat agmen legati dedentium ciuitates
suas occurrebant: & cum Tarraconem uenit iam omnis cis Iberũ
hispania perdomita erat. Captiuiq; & Romani & socium ac Latini
nominis uariis casibus in hispania oppressi: domum consuli a Bar
baris reducebantur. Fama deinde uulgatur: consulem in Turde
taniam exercitum ducturum & ad deuios Montanos profectu
rum etiam falso perlatum est. Ad hunc uanum & sine autore ul
lo rumorem Bergistanorum ciuitates septem & aliquot castella
defecerunt eos deducto exercitu compulsos nec memorando p̃lio
in potestatem redigit. haud ita multo post iidem regresso tarra
conem consule priusq̃ inde quo q̃ procederet defecerunt. Iterũ
subacti sed non eadem uenia uictis fuit. Sub corona ueniere om̃s
ne sepius pacem sollicitarent. Interim P. Manlius pretor exerci
tu uetere a. Q. Minutio cui successerat: accepto adiuncto & a P.
Claudio Nerone ex ulteriore hispania uetere item exercitu in
Turdetaniam proficiscitur. Omnium hispanorum maxime im
belles habentur Turdetani freti tamen multitudine sua obuiam
ierunt agmine Romano eques immissus turbauit ex templo
acies eorum pedestre prelium nullius ferme certaminis fuit. Mi
lites ueteres periti hostium belliq; haud dubiam pugnam fecerũt

Nec tamen ea pugna debellatum est. xx. milia Celtiberum mercede
Turduli conducunt: alienisq; armis parabant bellum. Consul in
terim rebellione Bergistanorum uetus: ceteras quoq; ciuitates ra
tus per occasionem idem facturas arma omnibus eis Iberum his
panis ademit. Quam rem adeo egre passi ut multi mortem sibi
metipsi consciscerent ferox gens nullam uitam rati sine armis
esse. Quod ubi consuli nuntiatum est: senatores omnium ciuita
tum ad se uocari iussit atq; ait. Non nostra inquit magis q̄ uestra
refert uos non rebellare siquidem id maiores hispanorum malo
q̄ exercitus Romani labore semper ad huc factum est: id ut ne
fiat uno modo cauendum arbitror posse si effectum erit: ne pos
sitis rebellare. Volo id q̄ molissima uia consequi uos quoq; in ea
re consilio me adiuuate nullum libentius sequar q̄ quod uos met
ipsi attuleritis. Tacentibus spatium se ad deliberandum dierum
paucorum dare dixit. Cum reuocati secundo quoq; consilio tacu
issent: uno die muris omnium diruts ad eos qui non dum para
bant profectus ut in quāq; regionem uenerat omnes qui circi
incolebant populos in deditionem accepit. Segistam tantū gra
uem atq; opulentam ciuitatem uineis & pluteis cepit. Eo maio
rem habebat difficultatem in subigendis hostibus q̄ qui primi
uenerant in hispaniam q; ad illos redito imperii Carthaginensiū
hispani deficiebant. huic excitata libertate in seruitutem uelut
asserenda erant. Et ita mota omnia accepit: ut alii in armis esset.
alii obsidione ad defectionem cogerentur nec nisi in tempore
subuentum foret ultra substentatum fuerunt. Sed in consule ea
uis animi atq; ingenii fuit ut omnia maxima minimaq; per se adi
ret atq; ageret: nec cogitaret modo imperaret q; que in rem esset:
sed pleraq; ipse transigeret nec in quenq̄ omnium grauius seue
riusq; q̄ in semetipsum imperium exerceret parsimonia & uigilis
& labore cum ultimis militum certaret nec quicq̄ in exercitu
suo precipui preter honorem atq; imperium haberet: difficilius
bellum in Turdetania pretori Romano. P. Manlio Celtiberi mer

cede excitu ab hostibus sicut ante dictum est faciebant. Itaq; eo
consul accersitus litteris prętoris legiones duxit. Vbi eo uenit
castra separatum Celtiberi & Turdetam habebant cum Turde
tanis ex templo leuia prelia incursantes stationes eorum Roma
ni faciebant semperq; uictores ex quauis temere cepto certami
ne abibant. Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum mi
consul, atq; iis trium conditionum electionem ferre iubet. Pri
mam si transire ad Romanos uelint & duplex stipendium acci
pere q; quantum a Turdetanis pepigissent. Alteram si domos
abire publica fide accepta: nihil eam rem nocie futuram q; ho
stibus se Romanorum iunxisset. Tertiam si utriq; bellum placeat:
diem locumq; constituant ubi secum armis decernant. A Celtibe
ris dies ad consultandum petita concilium immixtis Turdeta
nis habitum: magno cum tumultu. Eo minus decerni quicquā
potuit. Cum in certum bellum an pax cum Celtiberis esset: com
meatus tamen haud setius q; in pace ex agris castellisq; hostium
Romani portabant. Deinde sepe munimenta eorum: uelut cō
muni pacto cōmertio priuatis inducus ingredientes Consul ubi
hostes ad pugnam elicere nequit primum predatum sub signis
aliquot expeditas cohortis in agrum integre regionis ducit: t
Deinde audito Secuntie Celtiberum omnis sarcinas impedimen
taq; relicta eo pergit ducere ad oppugnandum. Postq; nulla mo
uentur re persoluto stipendio non suis modo sed etiam prętoris
militibus relictoq; omni exercitu in castris prętoris ipse cum
septem cohortibus ad Iberum est regressus. Ea tam exigua ma
nu oppida aliquot cepit defecere ad eum Sedetam Auscetam Su
essetam. Lacetanos deuiam & siluestrem gentem cum insita fe
ritas continebat in armis tum conscientia dum consul exerci
tusq; Turdulo bello est occupatus depopulatorum subitis incur
sionibus sociorum. Igitur ad oppidum eo⁹ oppugnandū consul
ducit non Romanas modo cohortes, sed & iuuentutem etiam
merito infensorum iis sociorum. Oppidum longum in latitu

dinem haud quaq; tantundem patens habebant. Quadringẽtos inde ferme passus constituit signa. Ibidem lectarum cohortiũ stationem relinquens precepit iis ne se ex eo loco ante moueret q; ipse ad eos uenisset. Ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circũduxit maximum ex omnibus auxiliis numerum suessetane iuuentutis habebat eos ad murum oppugnandum subire iubet. Quorum ubi arma signaq; Lacetani cognouere memores q; sepe in agro eorum impune persultassent: quoniã ipsos signis collatis fudissent patefacta repente porta universi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum ne dum impetum Suessẽtani tulere: quod postq; sicuti futurum ratus erat: consul fieri euidit equo curato supter murum hostium ad cohortes aduehitur atq; eas arreptas effusis omnibus ad sequendos Suessẽtanos qua silentium ac solitudo erat: in urbem ducit priusq; omnia ceperit q; se reciperent Lacetani mox ipsos nihil preter arma habentes in deditionem accepit. Confestim inde uictor ad Regium ducit castrum. Receptaculum id maxime predonũ erat & inde incursiones in agros pacatos prouincie eius fiebãt. Trãsfugit inde ad consulem principis Vergẽtarius & purgare se ac populares cepit. Non esse esse in manu ipsis rem p. predones receptos totum sue potestatis id castrum fecisse. Consul eum domum redire: confecta aliqua probabili cura abfuisset causa iussit: cum se muros subisse cerneret intentosq; predones ad tuenda menia esse: tum uti cum suis factionis hominibus memmisset arcem occupare id uti preceperat. factum. Repente anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis illic arce capta: Barbaros circũuasit. huius potitus loci consul eos qui arcem tenuerant liberos esse: cum cognatis suaq; habere: iussit. Vergestanos ceterosq; questori ut uenderet imperauit: de predonibus supplicium sumpsit. Pacata prouincia uectigalia magna instituit: ex ferrariis argentariisq; quibus tum instructis locupletior in dies prouincia fuit. Ob has res gestas sup

plicationem in triduum patres decreuerunt. Eadem estate alter cos. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Lita nam siluam signis collatis secundo prelio confligit. Octo milia Gallorum cesa traduntur. Ceteri omnes in uicos suos atq; agros di lapsi. Consul reliquum estatis circa Padum Placentie & Cremo excercitum habuit restitutaq; que in iis oppidis bello diruta fue rant. Cum hic status rerum in Italia hispaniaq; esset. T. Quintius in Grecia ita hybernis actis ut exceptis etolis quibus nec prospe uictorie premia contigerat nec diu ques placere poterat uni uersa Grecia simul pacis libertatisq; perfruens bonis egregie sta tu suo gauderet nec magis in bello uirtutem Romanam ducis q̄ in uictoria temperantiam iustitiamq; & moderationem mirare tur: senatus consultum quo bellum aduersus Nabin Lacedemo nium decretum erat affertur. Quo lecto Quintius conuentū Co rinthum omnium sociarum ciuitatum legationibus in diem cer tam edicit. Ad quam ubi frequentes undiq; principes conuene runt ita ut in ea ne etoli quidem abesserint tali oratione est usus.

Bellum aduersus Philippum nō magis cōmuni animo consilioq; Ro mani & greci gesserunt q̄ utriq; suas causas belli habuerunt: nam & Romanos amicitiam nunc Carthaginenses hostis eorum unā do nunc hic socius nostris oppugnandis uiolauerat & in uos talis fuit ut uobis etiam si nostrarum obliuisceremur iniuriarū uestre iniurie satis digna causa belli fuerint hodierna consultatio tota ex uobis pendet. Refero enim ad uos utrum argos sicut scitis ipsi ad Nabide occupatos pati uelitis sub ditione eius esse. An equum censeatis nobilissimam uetustissimamq; ciuitatem in media Grecia sitam repeti in libertatem & eodem statu quo ceteras urbes Pelopō neli & Grecie esse: Hec consultatio ut uideris tota de re pertinet ad uos est. Romanos nihil contingit: nisi quatenus libertatē gre cie unius ciuitatis seruitus non plenam nec integram gloriā esse sinit. Ceterum si uos nec cura eius ciuitatis nec exemplum nec pe riculum mouet ne serpat latius contagio eius mali nos eq̄ bonique

facimus

facimus de hac re uos consulo staturus eo: quod plures censue
ritis. Post rationem Romani imperatoris percenseri aliorũ sen
tentię cepte sunt. Cum legatus Atheniensium quantum poterat
gratiis agendis Romanorum in gręcia merita extulisset: ĩplo
ratus auxilium aduersus Philippum tulisse opem non rogatos ul
tro aduersus Tyrannum Nabin afferre auxilium indignatq;
esset hec tanta merita sermonibus tamen aliquorum carpi fu
tura calumniantium cum fateri potius preteritorum gratiã
deberent: Apparebat incensos Etolos. Igitur Alexander prin
ceps gentis inuectus primum in Athenienses qui libertatis quõ
dam duces & autores assentationis proprię gratia cõmunẽ cau
sam proderent: questus deinde est Acheos: Philippi semper soci
os Romanorũ pactos in federe suas urbes agrosq; fore deuicto
Philippo fraudari Echineo & Pharsalo insimulauit: fraudis Ro
manos q; uano titulo libertatis ostentatio Chalcidem & Deme
tridem presidiis tenerent: qui Philippo contanti deducere inde
presidia obucere semper soliti sunt: nunq̃ donec demetrias chal
cisq; & Corinthus tenerentur liberam Gręciam fore postremo q
remanendi in Gręcia retinendiq; exercitus argos & Nabin cau
sam facerent: deportarent legiones in Italiam: Etolos polliceri
aut conditione & uoluntate sua Nabin presidium argis deduc
turum, aut ui atq; armis coacturos in potestate consentiẽtis Gręcię
esse. Hac uaniloquentia primum Aristhemum pretorẽ Achę
orum excitauit. Ne istuc inquit Iupiter optimus maximus sinat
Iunoq; regina cuius in tutela argi sunt ut illa ciuitas inter Ty
rannum Lacedemonium & latrones Etolos premium sit posita
in eo discrimine ut miserius a nobis recipiatur: q̃ ab illo capta
est mare interiectum ab istis predonibus non tuetur nos. T. 3
Quinti quid si in medio Peloponneso arcem sibi fecerint: futur
nobis est liguam tantum gręcorum habent sicut speciem homi
num moribus ritibusq; efferatoribus q̃ ulli Barbari ĩmanes

belue uiuunt itaq; uos rogamus Romani ut & ab Nabide Ar-
gos recuperetis & ita res Grecie constituatis ut a latrocinio q̄q;
Etolorum satis pacata hec relinquatis. Romanos consul cūctis
undiq; increpantibus Etolos. Responsurum se fuisse ius dixit:
nisi ita infensos omnis in eos uideret: ut sedandi potius: q̄ irritan-
di essent contentum itaq; opinione ea que de Romanis Etolisq;
esset referre se dixit: quid de Nabidis bello placeret nisi redde-
ret Acheis Argos: Cum omnes bellum decreuissent auxilia ut pro
uiribus suis quoq; ciuitates mitterent est hortatus. Ad Etolos le-
gatos etiam misit magis ut nudaret animos: id quod euenit q̄
spe impetrari posse. Tribunis militum ut exercitum ab hellacia
accerseret imperauit. Per eosdem dies & Antiochi legatis de so-
cietate agentibus respondit nihil se absentibus decem legatis
sententie habere: Romam eundum ad senatum ius esse ipse co-
pias eductas ab hellacia ducere Argos pergit atq; ei circa Cle-
onas Aristhenus pretor Acheorum militibus occurrit & haud pro-
cul inde uinctis exercitibus posuerunt castra. postero die in cāpū
Argiuorum descenderunt: & quatuor fere milia ab argis locū
castris capiunt. Prefectus presidio Laconum Pythagoras gener
idem Tyranni & uxoris eius frater qui sub aduentum Roma-
norum & utrasq; arces nan duas habent Argi & loca alia que
opportuna aut suspecta erant: ualidis presidiis firmauit. Sed in
inter agenda hec pauorem iniectum aduentu Romanorū dissi-
mulare haud quaq̄ poterat: & ad externum terrorem intestina
etiam seditio accessit. Damocles erat Argiuus adolescens maio-
ris animi: q̄ consilii qui primo iureiurando interposito de pre-
sidio expellendo cum idoneis colloquutus dum uires adiicere
coniurationi studenti cautior fidei estimator fuit. Colloquen-
tem eum cum suis satelles a prefecto missus cum accerseret: sen-
sit proditum consiliū esse hortatusq; coniuratos qui aderant
ut potius q̄ extorti morerentur arma secum caperent. Atq;

ta cum paucis in forum ire pergit clamitans ut qui saluam rē. P.
uellent autorem & ducem se libertatis sequerentur: hauit sane
mouit quenq; quia nihil usq; spei propinque ne dum satis firmi
presidii cernebant. Hec uociferantem eum lacedemonii circūue
tum cum suis interfecerunt. Comprehensi deinde quidam & alii
ex iis occisi plures pauci in custodiam coniecti: proxima nocte
funibus per murum demissi ad Romanos transfugerunt. Quan
tus affirmantibus iis si ad portam romanus exercitus fuisset non
sine effectu motum illum futurum fuisse si propius castra admo
uerentur non quieturos argiuos misit expeditos equites pedites q;
qui circa Cylarabin Gymnasium id est minus trecentos passus ab
urbe cum erumpentibus a porta Lacedemonius prelium cōmise
runt: atq; eos haud magno certamine compulerunt in urbem, &
castra eo ipso loco ubi pugnatum erat: imperator Romanus po
suit. Diem unum in speculis fuit: si quid noui motus oriretur:
P ostq; oppressam metu ciuitatem uidit: aduocat consilium de op
pugnandis argis. Omnium principum Grecie preter aristhenem
eadem sententia erat: cum causa belli non alia esset. Inde potissi
mum ordiendi belli. Quinti id nequaq; placebat: Sed aristhenem
contra omnium consensum disserentem cum haud dubia appro
batione audiuit. Et ipse adiecit: Cum pro argis aduersus Tyra
num bellum susceptum sit: quid minus conuenies esse q; omisso
hoste argos oppugnari: se uero caput belli Lacedemonem & Ty
rannum petiturum. Et dimisso consilio frumentatum expedi
tas cohortes misit: quod matum erat demessum & conuectū est
unde ne hostes mox haberent protritum & corruptum. Castra
deinde mouit & Parthenio monte superato preter Tegeā tertio
die ad Carrhas posuit castra. Ibi priusq; hostium intraret agrū
sociorum auxilia expectauit. Venerunt Macedones a Philippo
duo milia: & .dcc. & Thessalorum equites quadringenti nec iā
auxilia quorum affatim erat: sed cōmeatus finitimis urbibus ipe

ran morabantur romanum. Nauales quoq; magne copie conue
niebant iam ad Leuacada. L. Quintius cum .xl. nauibus uenerat.
Rhodie .x. & octo tecte naues iam Cumenes rex circa Cycladas in
sulas erat: cum decem tectis nauibus. xxx. lembis mixtisq; aliis
minoris forme nauibus. Ipsorum quoq; Lacedemoniorum exu
les permulti Tyrannoy iniuria pulsi spe recuperande patrie in ca
stra romana conuenerunt. Multi ante erant: iam per aliquot eta
tes ex quo Tyranni tenebant Lacedemonem alii ab alis expulsi p
princeps erat exsulum a Gelipolis cuius uire gentis regnum Lace
demone erat: pulsus infans ab Lycurgo Tyranno post mortem Cleo
menis qui primus Tyrannus Lacedemone fuit: Cum terra mariq;
tantum bellum circulsaret Tyrannum & prope nulla spes esset: u
res suas hostiumq; estimanti non tamen omisit bellum sed a creta
mille delectos iuuentutis eorum excuit: cum mille iam haberet
& tria milia mercennariorum militum. x. milia popularium cum
castellanis agrestibus in armis habuit: & fossa ualloq; urbem com
munuit & nequid intestini motus oriretur metu & acerbitate
penarum tenebat animos. Quoniam ut saluum uellent Tyranni
sperare non. cum suspectos quosdam ciuium haberet: eductis oib
in campum copus positis armis ad contionem uocari iubet Lace
demonios. atq; eorum contionem satellites armatos circudedit. Et
pauca prefatus cur sibi omnia timenti cauentiq; ignoscendu in
tali tempore foret: & ipsorum referre si quos suspectos status pre
sens rerum faceret prohiberi potius ne quid moliri possint: q; pu
niri molientis. Itaq; quosdam se in custodiam habiturum donec
ea que instat tempestas preterat hostibus repulsis a quibus si mo
do prodito intestina satis cauetur minus periculi esse ex templo
eos emissurum. Sub hec ciuari nomina octoginta ferme principu
iuuentutis tulit: atq; eos ut quisq; ad nomen respondera in cu
stodiam tradidit. Nocte insequenti omnes interfecti. Horaru de
inde quidam ii sunt iam inde antiquitus castellani agreste ge

transfugere uoluisse insimulati per omnes uicos sub uerberib⁹
acti necantur. Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi
ab omni conatu nouorum consiliorum. Intra munitiones copi
as continebat: nec patem se ratus si dimicare acie uellet: & urbē
relinquere tam suspectis & incertis omnium animis metuens.
Quintius satis iam omnibus paratis profectus ab statiuis die poste
ro ad sellas super eurotam fluuium peruenit. Quo in loco antigo
nus macedonum rex cum Cleomene Lacedemoniorum Tyrano
signis collatis dum casse dicebatur. Inde cum audisset ascensū difficilis & arcte uie esse breui per montis circuitum premissis q mu
nirent uiam lato satis & patenti limite ad eurotam amnem sub
ipsis prope fluentem montibus peruenit. Vbi castra metantes Ro
manos Quintiumq ipsum cum equitibus atq expeditis pregres
sum auxilis Tyranni adorti ingentem terrorem ac tumultū
coniecerunt nihil tale expectantibus quia nemo iis obuius toto
itinere fuerat: ac uelut pacato agro transierant. Aliquādiu pe
ditibus equites equitibus pedites uocantib⁹ cum inse cuiq; mi
nime fiducie esset: trepidatum est. Tandem signa legionum su
peruenerunt: & cum primi agminis cohortes inducte inprelii
essent: qui modo terrori fuerant trepidantes in urbem cōpulsi
sunt. Romani cum tantum a muro recessissent: ut extra ictū
teli essent acie directa paulisper stetерunt. Postq̄ nemo hostium
contra exibant reduerunt in castra: Postero die Quintius prope
fluuium preter urbem subiplas Menali montis radices cum du
ceret copias instructas pergit. Primę legionarię cohortes ibant:
leuis armatura & equites agmen cogebant. Nabis intra murum
instructos paratosq; sub signis habebat mercenarios milites
in quibus omnis fiducia erat: ut ab tergo hostem aggrederet.
Postq̄ extremum agmen preterit tum ab oppido eodem quo pri
die eruperant tumultu pluribus simul locis erumpunt. Ap. Cla
udius agmen cogebat qui ad id quod futurum erat: ne inopi

nate accideret preparatis suorum animis signa ex templo con
uertit totumq; in hostem agmen circumegit itaq; uelut recte
acies concurrissent iustum aliquandiu prelium fuit tandē Na
bidis milites in fugam inclinauerunt. Que minus trepida fu
isset ni Achei locorum prudentes institissent. Ii & cedes ingē
tes ediderunt & dispersos passim fuga plerosq; armis exue
runt. Quintius prope Amyclas posuit castra: Vnde cum popu
latus omnia circūiecta urbi frequentis & ameni agri loca eēt:
nullo iam hostium portam excedente mouit castra ad flum̄
Aranta inde uallem Taygeto subiectam agrosq; ad mare perti
nentis euastat. Eodem tempore L. Quintius maritime ore op
pida partim uoluntate partim metu aut ui recipit certior deīn
factus Gytheum oppidum omnium maritimarum rerum Lace
demoniis receptaculum esse: procul a mari castra romana ab eē
omnibus id copiis aggredi constituit: Erat eo tempore ualida
urbs & multitudine ciuium incolarumq; & omni bellico appara
ratu instructa. In tempore Quintio rem haud facilem aggredie
ti rex Eumenes & classis Rhodiorum superuenerunt. Ingens mul
titudo naualium sociorum e tribus concitata classibus intra pau
cos dies omnia que ad oppugnationem urbis terra mariq; muni
te facienda opera erant: effecit. Iam testudinibus admotis mu
rus subruebatur: iam arietibus quatiebatur itaq; una crebris
ictibus euersa est turris quodq; circa muri erat: casu eius pro
stratum & Romani simul a portu unde aditus planior erat: ut
discederent ab apertiore loco hostes simul perpatefactum rui
na iter irrumpere conantur. Nec multum abfuit: quin qua in
tenderant penetrarent: sed tardauit impetum eorum spes ob
iecta dedende urbis. Mox deinde eadem turbata Dexagorides
& Gorgopas pari imperio preerant urbi. Dexagorides mise
rat ad legatum Romanum traditurus urbem & cum ad eam rē
tempus & ratio conuenisset a Gorgopa proditor interficitur

intentiusq; ab uno urbs defendebatur & difficilior facta op
pugnatio erat: ni T. Quintius cum quatuor milib; delectoꝝ
militum superuenisset. Is cum supercilio haud procul distan
tis tumuli ab urbe instructam aciem ostendisset ex altera
parte. L. Quintius ab operibus suis terra mariq; instaret: tū
uero disperatio Gorgopam quoq; cogit id consilii quod in al
tero morte uindicauerat capere: & pactus ut abducere inde
milites quos presidii causa habebat: liceret tradidit Quintio
urbem. Priusq̄ Gytheum traderetur: Pythagoras prefectus ar
gis relictis tradita custodia urbis Tymocrati Pellenensi cū mil
le mercennariis militibus & duobus milibus argiuorum La
cedemonem ad Nabin uenit. Nabis sicut primo aduentu Ro
mane classis & traditione oppidorum maritime ore conterri
tus erat: sic parua spe cū acquieuisset Gytheo ab suis retento: t
postq̄ id quoq; traditum Romanis audiuit esse cum ab terra
omnibus circa hostibus nihil spei esset: amari quoq; toto se in
terclusum tum cedendum fortune ratus caduceatorem primū
in castra misit ad explorandum si paterentur legatos ad se mit
ti qua impetrata re Pythagoras ad imperatorem uenit: nullis
aliis mandatis q̄ ut Tyranno colloqui cum imperatore liceret:
Consilio conuocato cum omnes dandum colloquium censuissēt:
dies locusq; constituitur in medio regionis tumulo modicis
copiis sequentibus cum uenissent relictis ibi in statione con
specta utrinq; cohortibus Nabis cum delectis custodibus cor
poris: Quintius cum fratre & eumene rege & Sosila Rhodio ꝛꝛ
& aristheno acheorum pretore tribunisq; militum paucis descē
dit. Ibi permisso ut seu dicere prius seu audire mallet: ita cepit
Tyrannus. Si ipsi per me Quinti uosq; qui adestis causam exco
gitare: cur mihi aut indixissetis bellum aut inferretis possem
tacitus euentūs fortune mee expectassem nunc imperare ani
mo nequeo priusq̄ reperirem: cur periturus essem scirem & her

cule si tales essetis quales esse Carthaginenses fama est: apud q̄s
nihil societatis fides sancti haberet in me quoq; uobis quid face
retis minus pensi esse: non mirarer. Nunc uos cum intueor Ro
manos esse: qui rerum diuinarum fędera humanarumq; fidem
socialem sanctissimam habeatis: cum me ipse respexi eum esse spe
ro: cui & publice sicut cęteris Lacedemoniis uobiscum uetustissi
mum fędus sit: & meo nomine priuatim amicitia ac societas nu
per Philippi bello renouata. At enim ego uiolaui & euerti quod
argiuorum ciuitatem teneo quo modo hoc tuear: re an tēpore.
res mihi duplicem defensionem prębet: nam & ipsis uocantibus
& tradentibus urbem cepi non occupaui & accepi urbem cū Phi
lippi partium non in uestra societate esset. Tempus autem me li
berat: q; cum argos presidium deducerem pepigistis at herde in
ea controuersia quę de argis est: superior sum & equitate rei q; nō
uestram urbem sed hostium q; uolentem non ui coactam accepi
& uestra confessione q; in conditionibus societatis mihi Argos re
liquistis: Cęterum nomen Tyranni & facta pręmiunt: q; seruos ad
libertatem uoco quod in agros inopem plebem deduco de nomiē
hoc respondere possum me qualiscunq; sum eum esse: qui fui cum
tu ipse mecum. T. Quinti societatem pepegisti tum me regem appel
lari a uobis memini nunc Tyrannum uocari uideo: itaq; si ego no
men imperii mutassem męę inconstantię: cum uos mutetis uobis
uestrę reddenda ratio est. Quod ad multitudinem seruis liberan
dis auctam & ęgentibus diuisum agrum attinet possum quidem
& in hoc me iure temporis tutari nam feceram hęc qualiacunque
sunt: cum societatem mecum pepigistis & auxilia in bello aduer
sus Philippum accepistis sed si nunc ea fecissem non dico q; in eo t
uos lesissem: aut uestram amicitiam uiolassem sed illud me more
atq; instituto maiorum fecisse: nolite ad uestras leges atq; institu
ta exigere ea: quę Lacedemone fiunt: nihil comparare singula ne
cesse est: uos a censu equitem a censu peditem legitis & paucos excel

lere opibus plebem subiectam esse illis uultus. Noster legum lator
non in paucorum manu rem p. esse uolunt quem uos senatū appel
latis. Nec excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate, sed per
equationem fore ad dignitates credidit: ut multi essent q arma
pro patria ferrent. Pluribus me peregisse q̄ pro patrię sermone
breuitatis fateor & breuiter peroratum esse potuit: nihil me posto
amicitiam instituu cur eius uos peniteret cōmisisse. Ad hec impe
rator romanus amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cū Pelo
pe rege Lacedemoniorum iusto ac legitimo facta est cuius uis Ty
ranni quoq; postea per uim tenuerunt Lacedemone imperium q
nos bella, nunc Punica nunc Gallica nunc alia ex alia occupaue
rant usurparunt sicut tu quoq; hoc bello Macedonico fecisti. nā
quid minus conueniret q̄ nos qui pro libertate grecie aduersus
Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiā
& eo Tyranno q̄ qui unq̄ seuissimo & uiolentissimo in suos nobisue
ro etiam si Argos nec cepisses per fraudem, nec teneres liberantib;
omnem Greciam Lacedemon quoq; uindicanda in antiquam liber
tatem erat: atq; in leges suas quarum modo tanq̄ emulus Lycur
gi mentionem fecisti: an ut ab Naso & Bargullis presidia Philippi
deducantur cura erit nobis: Argos & Lacedemones duas clarissi
mas urbes lumina quondam Grecię sub pedibus tuis relinquemus
que titulum nobis libertatis Grecię seruientes deformem: At enī
eum Philippo arguu senserunt remittimus hoc tibi, ne uice nostra
urascaris. Satis compertum habemus duorum aut sūmum trium in
ea re nouitatis culpam esse tam hercle q̄ in te tuoq; presidio arces
sendo: accipiendoq; in arcem nihil sit publico consilio actum. Thes
salos & Phocenses & Locrenses consensu omnium scimus partium
Philippi fuisse: tamen cum ceteram liberauimus Greciam quid tā
dem censes in Argiuis qui in fontes publici consilii sint facturos
seruorum ad libertatem uocatorum & egentibus hominib; agri
duuisi: crimina tibi obici dicebas: non quidem, nec ipsā medicam



sed quid ipsa sunt pręiis quę a te tuisq; quotidie alia superalia
facinora eduntur: exhiberes liberam contionem uel Argis uel
Lacedemone sicut ire iubet uerba dominationis impotentissi
me crimina ut omnia alia uetustiora obmittam quam cedem
Argis Pythagoras iste gener tuus pene in oculis meis edidit: t
quam tu ipse cum iam prope in finibus Lacedemoniorum essē:
agedum quos contione comprehensos omnibus audientibus
tuis in custodiam te habiturum esse pronuntiasti: iube uinctos
produci miseri parentes quos falso lugent uiuere sciant. Et eni
ut iam ita sint hęc quid ad uos Romani hoc tu dicas liberantib;
Greciam sociis qui ut liberare possent: mare traiecerunt terra
mariq; gesserunt bellum uos tamen inquis uestramq; amicitiā
ac societatem populi Romani non uiolaui quotiens uis te id ar
guam fecisse sed nolo pluribus summam rem complectar. Qui
bus igitur amicitia uiolatur: nempe his duabus te coniungas
utrum non a te factum est: nam & Messenen uno atq; eodem
iure fęderis quo & Lacedemonem in amicitiam nostrā acceptā
socios ipse sociam nobis urbem ui atq; armis cępisti, & cum Philip
po hoste nostro non societatem modo sed si diis placeat: affini
tatem etiam per Philoclem pręfectum eius pepigisti & bellum
aduersum nos gerens: mare circa maleam infestum nauibus py
ratibus fecisti: & plures prope ciues Romanos q̄ Philippus cępisti:
atq; occidisti tutiorq; Macedonię ora q̄ promontorium Malee
cōmeatus ad exercitus nostros portantibus nauibus fuit pro
inde parce sic fidem ac iura societatis iactare: & omissa popula
ri oratione tanq̄ Tyrannus & hostis loquere. Sub hęc Aristhen⁹
nunc mouere Nabin nunc etiam orare: ut dum liceret: dū occa
sio esset sibi ac fortunis suis consuleret. Et referre deinde no
minatim Tyrannos ciuitatum finitimarum cępit: qui deposito
imperio restitutaq; libertate suis, non tutam modo sed etiam ho
noratam inter ciues senectutem egissent. His dictis inuicem

auditis q̄ nox prope diremit colloquium. Postero die Nabis Ar
gis se cedere: ac deducere presidium q̄ ita Romanis placeret: &
captiuos & per fugas redditurum dixit. Aliud si quid postularet
scriptum ut ederent petiit: ut deliberare cum amicis posset. Itaq̄
ut Tyranno ad consultandum tempus datum est: & Quintius
sociorum etiam principibus adhibitis habuit consilium. Maxi
me partis sententia erat perseuerandum in bello esse: & tollēdū
Tyrannum nunq̄ aliter tutam libertatem Grecie fore satius mul
to fuisse non moueri bellum aduersus eum q̄ omitti motum &
ipsum uelut comparata dominatione firmiorem futurum aucto
re iniusti imperii assumpto populo Romano & extemplo multos
& in aliis ciuitatibus ad insidiandum libertati ciuium suorum
incitaturum. Ipsius imperatoris animus ad pacem inclinatior
erat: uidebat enim compulso intra menia hoste nihil preter ob
sidionem restare: eam autem fore diuturnam non enim Gythe
um quod ipsum tamen traditum non expugnatum esset: sed La
cedemonem ualidissimam urbem uiris armisq̄ oppugnaturos. ꝛ
unam spem fuisse si qua admouentibus exercitum ac dissensio
seditio inter ipsos excitari posset: cum signa portis prope īferī
cernerent: neminem se mouisse adiiciebat: & cum Antiocho ꝛ
infidam pacem: Iulium legatum inde redeuntem nuntiare: ꝛ
multo maioribus q̄ ante terrestribus naualibusq̄ copiis in Eu
ropam transisse: si occupasset obsidio Lacedemonis exercitū q̄bꝫ
aliis copiis aduersus regem tam ualidum ac potentem bellum
gesturos: Hec propalam dicebat illa tacita suberat cura ne nouū
consul Greciam prouinciam sortiretur & inchoati belli uictoria
successori tradenda esset: cum aduersus tendendo nihil moue
ret socios simulando se transire in eorum sententiam: omnes
in assensum consilii sui traduxit. Beneuertat inquit obsideamus
Lacedemonem quando ita placet: ceterum cum res tam lenta
q̄ ipsi scitis oppugnatio urbium sit: & obsidentibus prius sepe.

q̄ obsessis tedium afferat: iam nunc hoc ita proponere uos animis
oportet: hibernandum circa lacedemonis mœnia esse quę mora
si laborem tantum ac periculum haberet: & animis & corporibꝫ
ad sustinenda ea parati essetis: hortarer uos nunc īpensa quoq; ma
gna egit in opera in machinationes & tormenta quibus tanta
urbs oppugnanda est: in cōmeatus uobis hyeme expediendos.
I taq; ne aut repente trepedetis aut rem inchoatum turpiter de
stituatis: scribendum ante uestris ciuitatibus censeo explorādūq;
quid quęq; animi quid uirium habeat auxiliorum satis superq;
habeo Sed quo plures sumus: pluribus rebus egebimus nihil iam
pręter nudum solum ager hostium habet: ad hęc hyems accidit
ad portandum ex longinquo difficilis. hęc oratio primum ani
mos omnium ad respicienda cuiq; domestica mala conuertit: se
gnitiam & inuidiam & obtrectationem domi manentium aduer
sus militantes libertatem difficilem ad consensum inopiam publi
cam malignitatem conferendi ex priuato uersis itaq; subito uolū
tatibus facere quod de re p. populi Ro. sociorumq; esse crederet:
imperatori permiserunt. Inde Quintius adhibitis legatis tantū
tribunisq; militum conditiones in quas cum Tyrāno pax fieret has
conscripsit. Sex mensium inducie ut essent Nabidi: Romanisq; &
Eumeni regi & Rhodiis legatos ex templo mitterent Romam. T.
Quintius & Nabis ut pax ex autoritate senatus confirmaretur.
E x qua die scr̄pte conditiones pacis edite Nabidi forent ea dies ut
induciarum principium esset. Et ut ex ea die intra decimum diē
ab Argis cęterisq; oppidis quę in argiuorum agro essent: pręsidia
omnia deducerentur uacuaq; & libera traderentur Romanis. Et
ne quod inde mancipium regium publicum ue aut priuatum edu
ceretur: & siqua ante educta forent: dominis recte restituerentur.
N aues quas ciuitatibus maritimis ademisset: redderet ne ue ipse
nauem ullam pręter duos lembos qui non plus q̄ sedecim remis a
agerentur haberet. Perfugas & captiuos omnibus sociis populi Ro.

ciuitatibus redderet. Messenis omnia quę comparerent: quęq;
domini cognoscerent: exulibusq; Lacedemonis coniuges liberosq;
restitueret: quę earum uiros sequi uoluissent: munita nequa exil
lis comes esset. Mercenariorum militum Nabidis qui aut in ci
uitates suas: aut ad Romanos transissent iis res sue omnes red de
redderentur. In Cretam insulam ne quam urbem haberet quas ha
buisset redderet Romanis. Nequam societatem cum ullo Crete
sium: aut quoq; alio institueret. Neu bellum gereret ciuitatib;
omnib; quasq; & ipse restituisset quęq; se: suaq; in fidem ac dedi
tionem populi Romani tradidissent. Omnia presidia deducere
seq; ipse suosq; abiis abstineret. Ne quod oppidum ne quod castel
lum in suo alieno ue agro conderet. Obsides ea ra futura dare
V. quos imperator Ro. placuisset filium suum in iis: et talenta
centum argenti in presenti & quinquaginta talenta in singlos
annos per annos octo. Hęc conscripta castris propius urbem mo
tis Lacedemonem mittuntur. Nec sane quicq; eorum satis place
bat Tyranno nisi q; preter spem reducendorum exsulum mentio
nulla facta erat. Maxime autem omnium ea res offendebat q;
& naues & maritime ciuitates adempte erant. Fuerat autem ei
magno fructui mare omnem oram Maleę nauibus infestam ha
benti. Iuuentutem preterea ciuitatum earum ad supplementum
longe optimi generis militum habebat. Has conditiones quanq;
ipse in secreto uolutauerat cum amicis: uulgo tamen omnes fa
ma ferebant: uanis ut ad ceteram fidem sic ad secreta tegenda
satellitum regiorum ingenius non tam omnia uniuersi q̄ ea quę
ad quęq; pertinerent singuli carpebant. Qui exsulum coniuges
in matrimonio habebant: aut ex bonis aliquid eorum possederat
tanq; amissuri non reddituri indignabantur. Seruis liberatis a Ty
ranno non irrita modo futura libertas sed multo fedior q; fuisset
ante seruitus redeuntibus in uratorum dominorum potestate
ante oculos aduersabantur. Mercenarii milites & pretia militię

casura in pace egreferebant: & reditum sibi nullum esse in ciui
tates uidebant infensas non Tyrãno magis q̃ satellitibus eorũ.
H ęc inter se primo in circulis serentes fremere. Deinde ad arma
subito discurrerunt. Quo tumultu cum per se satis irritatam
multitudinem cerneret Tyrannus contionẽ aduocari iussit: ibi
cum ea quę imperarentur a Romanis exposuisset: & grauiora
atq; indigniora quędam falso adiũxisset: & ad singula nunc
ab uniuersis nunc a partibus contionis acclamaretur: inter
rogauit quid se respondere ad ea, aut quid facere uellent pro
pe una uoce omnes nihil respondere: bellum geri iusserunt:
& pro se quisq; qualia multitudo solet: bonum animum habere
& bene sperare iubentes: fortes fortunam adiuuare aiebant.
H is uocibus incitatus Tyrannus & Antiochum Etolosq; adiutu
ros pronuntiat: & sibi ad obsidionem sustinendam copiarum
affatim esse. Exciderat paucis mentio, ex omnium animis &
in stationes non ultra quieturi discurrunt paucorum excursio
lacessentum & emissa iacula ex templo: & Romanis dubitatio
nem quin bellandum esset: exemerunt. Leuia inde pręlia per
quatriduum primum sine ullo satis certo euentu cõmissa, qn
to die prope iusta pugna: adeo pauentes in oppidum Lacede
monii compulsi sunt: ut quidem milites Romani terga fugi
entium cędentes per intermissa ut tunc erant: męnia urbem
intrauerint: & nunc quidem Quintius satis eo terrore coercitis
excursionibus hostium nihil preter ipsius oppugnationem ur
bis superesse ratus, missis qui omnes nauales socios a Cytheo ac
cerserent ipse interim cum tribunis militum ad uisendum ur
bis situm menia circũuehitur. Fuerat quondam sine muris
Sparta Tyrãni nuper locis patentibꝫ planisq; obiecerunt murũ
altiora loca, & difficiliora aditu stationibus armatorum pro
munimento obiectis turbantur. Vbi satis omnia inspexit coro
na oppugnandum ratus omnibus copiis. Erant autem Romano

rum ſociorumq; ſimul peditum equitumq; ſimul terreſtrium ac
nauallium ad quinquaginta milia hominum urbem cinxit. Alii
ſcalas alii ignem: alii alia quibus non oppugnarent modo ſed
etiam terrerẽt portabant: iuſſi clamore ſublato: ſubire undiq;
omnes, ut qua primum occurrerent: qua ue opem ferrent: ad
omnia ſimul pauentes Lacedemonii ignorarent. Quod robor⁹
erat in exercitu triphariam diuiſum parte una a Phebeo altera
a Clycutineo tertia abeo loco quem heptagonias appellant oĩa
autem hec aperta ſine muro loca ſunt: aggredi iubet. Cum tã
tus undiq; terror urbem circũuaſiſſet: primo tyrannus & ad cla
mores repentinos & nuntios trepidos motus, ut quiſq; maxime
laborabat locus, aut ipſe occurrebat aut aliquos mittebat. Dein
circũfuſo undiq; pauore ita obturpuit ut nec dicere quod in re
eſſet nec audire poſſet: nec inopſ modo conſilii ſed ipe mentis
compoſ eſſet. Romanoſ primo ſuſtinebant in angustiis Lacede
monii terreq; acies tempore uno, locis diuerſis pugnabant. Dein
creſcente certamine nequaq; erat prelium par: miſſilibus enim la
cedemonii pugnabant a quibus ſe & magnitudine ſcuti perfaci
le Romanus tuebatur miles & quod alii uani alii leues admodũ
tetuſ erant nam propter angustias loci conſertamq; turbam non
modo ad emittenda cum pro curſu quo plurimum concitantur
tela ſpatium habebant: ſed ne ut de gradu quidem libero ac ſta
bili conarentur: itaq; ex aduerſo miſſo tela, nulla in corporibus
rara in ſcutis herebant. A circumſtantibus ex ſuperioribus locis
uulnerati quidam ſunt: mox progreſſos iam etiam ex rectis nõ
tela modo ſed regule quoq; inopinantes perculerunt. Subiatis
deinde ſupra capita ſcutis continuatis ita inter ſe: ut non modo
ad cęcoſ ictus ſed ad ne inſerendum quidem ex propinquo telũ
loci quicq; eſſet: teſtudine facta ſubibant. Et prime angustie pa
uliſper ſua hoſtiumq; referre turba tenuerunt. Poſtq; in patenio
rem uiam urbis paulatim urgentes hoſtes proceſſere: non ultra

uis eorum atq; impetus sustineri poterant: cum terga uertissent
Lacedemonii & effusa fuga superiora peterent loca Nabis quidē
ut capta urbe trepidans quanam ipse euaderet circūspectat: Py-
thagoras tum ad cętera animo officioq; ducis fungebatur: Tum
uero unus ne caperetur urbs causa fuit. Succendi enim edificia
proxima muro iussit: quę cum momento temporis arsissent ut
adiuuantibus ignem qui alias ad extinguendum opem ferre so-
lent: ruere in Romanos tecta nec tegularum modo fragmenta
sed etiam ambusta tigna ad armatos peruenire & flamma late
fundi fumus terrorem etiam maiorem q̄ periculum facere: itaq;
& qui extra urbem erant Romanorum. tum maxime impetus
facientes recessere a muro & qui iam intrauerant: ne incendio
a tergo oriente intercluderentur a suis receperunt sese. Et Quin-
tius postq̄ quid rei esset: uidit receptui canere iussit: ita iam prope
capta urbe reuocati redierunt in castra. Quintius ex timore hostium
plusq̄ ex re ipsa spei nactus per triduum insequens territauit eos. nc̄
pręliis lacescendo nunc operibus intersepiendo quedam ne exit'
ad fugam esset. His cōminationibus compulsus Tyrannus Pytha-
goram rursus oratorem misit: quem Quintius primo aspernatū
excedere castris iussit. Deinde suppliciter orantem aduolutumq;
genibus tandem audiuit. Prima oratio fuit omnia permutentis
arbitrio Romanorum: deinde cum ea uelut uana & sine effectu
nihil proficeret: eo deducte res ut his conditionibus quę exscripto
paucis ante diebus edite erant: inducie fierent pecuniaq; & obsi-
des accepti. Dum oppugnatur Tyrānus Argiui nuntiis aliis prope
super aliis afferentibus non tantūmodo obsessam sed iam captam
urbem Lacedemonem esse: erecti & ipsi simul eo q; Pythagoras cū
parte ualidissima pręsidii excesserat: cōtempta paucitate eorū qui
in arce erant duce Archippo quodam pręsidium expulerunt. Ti-
mocratem Pellenensem quia clementer prefuerat uiuum fide da-
ta miserunt. Huic letitię Quintius superuenit pace data Tyranno

dimissus a Lacedemone Eumene & Rhodiis & L. Quintio fratre
ad classem. Leta ciuitas celeberrimum festorum dierum ac nobile
ludicrum Nemeorum die stata propter belli mala pretermissum in
inaduentum Romani exercitus ducisq; indixerunt: prefecerunt q;
ludis ipsum imperatorem. Multa erant que gaudium cumularent.
Reducti ciues a Lacedemone erant: quos nuper Pythagoras quosq;
ante Nabis abduxerat. Redierāt qui post compertā a Pythagora cō
iurationem & cede iam cepta effugerant. Libertatem ex longo inter
uallo libertatisq; autores Romanos quibus causa bellandi cum Ty
rāno ipsi fuissent cernebant. Testata quoq; ipso Nemeorum die uo
ce preconis libertas est Argiuorum. Acheis quantum restituti Argi
in cōmune Achaie concilium letitie afferebant: tantum serua Lace
demone relicta lateri adherens Tyranni non sincerum gaudium
prebebat. Etoli uero eam rem omnibus conciliis lacerare cum Phi
lippo non ante desitum bellari: q̄ omnib; excederet Grecie urbibus
Tyrāno relictā Lacedemonem regem autem legitimum qui in Ro
manis fuerat castris ceterosq; nobilissimos ciues in exsilio uicturos.
Nabidis dominantis satellitem factum tribunum militū. Quintius
ab Argis Helaciam unde ad bellū spartanum profectus erat: copi
as reduxit. Sunt qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse
Tyrānum tradant: sed castris aduersus Romana castra positis. Diuq;
contatum cum Etolorum auxilia expectasset: coactum ad extremū
acie confligere impetu in pabulatores suos ab Romanis facto: Eo pre
lio uictum castrisq; exutum pacem petisse cum cecidissent quīdecī
milia militum capta plus quattuor milia essent. Eodem fere tēpore
& ab. T. Quintio de rebus ad lacedemonem gestis & ab. M. Portio
consule ex hispania litere allate. Vtriusq; nomine ternos in dies sup
plicatio a senatu decreta est. L. Valerius consul cum post effusos cir
ca lutanam siluam Boios quietam prouinciam habuisset: Comitior
causa Romam rediit & creauit consules. P. Cornelium Scipionē afri
canum iterum & Valerium Sempronium longum. Horum patres

primo āno secundi punici belli consules fuerant. Pretoria īde
comitia habita. Creati. P. Cornelius Scipio & duo. C. Cornelii
Merenda & Blasius & Cn. Cornelius henobarbus & Sex Digitiꝰ
& T. Iuuentius alua. Comitiis perfectis: consul in prouinciam
reduit. Nouum ius eo anno a Ferentinatibus temptatum, ut La
tini qui in Coloniam Romanam nomina dedissent: ciues Ro. es
sent: Puteolos Salernumq; & Bossenium adscripti Coloni noīa
dederant. Cum ob id se pro ciuibus Romanis ferrent: senatus
iudicauit: non esse eos ciues Ro. Principio anni quo. P. Scipio
africanus iterum & T. Sempronius Longus consules fuerant:
legati Nabidis Tyranni Romam uenerunt duo extra urbem
in ęde appollinis senatus datus est. Pax quę cum. T. Quintio cō
uenisset: ut rata esset petierunt impetrauerunt q. De prouin
ciis cum relatum esset: Senatus frequens in eam sententiā ibat
ut quoniam in hispania & Macedonia debellatum foret: con
sulibus ambobus ambobus Italia prouincia esset. Scipio satis
esse Italie Italię unum consulem censebat alteri decernendam
Macedoniam esse: bellum graue ab antiocho imminere iā ipsū
sua sponte in europa transgressum. Quid deinde facturum cē
serent cum hinc e toli, haud dubie hostes uocarent ad bellū illīc
hannibal Romanis cladibus insignis imperator stimularet:
Dum de prouinciis consulum disceptatur pretores sortiti sunt
. C. Domitio urbana iurisdictio. T. Iuuentio peregrina euenit
. P. Cornelio hispania ulterior Sex Digitio citerior. Duobus Cor
niliis Blasio Sicilia Merende Sardinia. In Macedoniam nouū
exercitum transportari non placuit: eum qui esset: reduci in
Italiam a Quintio, ac dimitti. Item eum exercitum dimitti: qui
cum. M. Portio Catone in hispania esset. Consulibus ambobus
Italiam prouinciam esse: & duas urbanas eo legiones scribere
ut dimissis quos senatus uoluisset exercitibus. viii. omnino Ro
mane legiones essent. Ver sacrum factum erat priore anno. M.

Portio & L. Valerio cons. Id cum P. Licinius pontifex nō esse recte factum: Collegio primo deinde ex auctoritate Collegii patribus renuntiasset: de integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt. Ludosq; magnos qui una uoti essent: tanta pecunia quanta assoleret faciendos. Ver sacrum uideri pecus quod natum esset inter K Is. Martias & idus maias. P. Cornelio & T. Sempronio Longo consulibus. Censorum inde comitia habita sunt creati censores. Sex helius Petus & Cn. Cornelius Cethegus principem senatorum. P. Scipionem consulem quem & priores censores legerant: legerunt. Tristomnino senatores neminem Curuli honore usum preterierunt. Gratiam quoq; ingentem apud eum ordinem pepererunt: q; ludis Romanis edilibus Curulibus imperarunt: ut loca senatoria secernerent a populo: Nam antea in promiscuo spectarant. Equitibus quoq; per paucis adempti equi. Nec in ullum ordinem seuitum. Atrium libertatis & uilla publica ab eisdem refecta amplificataq;. Ver sacrum Ludiq; uotiui quos uouerat. Ser. Sulpitius Galba consul facti. Cū spectaculo eorum occupati animi omnium essent: Quintus Pleminius qui propter multa in deos hominesq; scelera Locris admissa in carcerem coniectus fuerat: comparauerat homines q; pluribus simul locis urbis nocte incendia facerent: ut in cōsternata nocturnu tumultu ciuitate refringi carcer posset. Ea res in dubio consciorum palam facta delataq; ad senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est. necatusq; Coloniæ Romanorum eo anno deductæ sunt Puteole Vulturnum Liternū trecēti homines in singulas. Item Salernum Bussenium q; Coloniæ Romanæ deductæ sunt. Deduxere triumuiri. T. Sempronius Longus qui tum consul erat. M. Seruilius. Q. Minutius Therinus. Ager diuisus est: qui campanorum fuerat. Sipontum item in agrum qui Arpariorum fuerat. Coloniam ciuium Romanorū alii triūuiri. D. Iunius Brutus. M. Bebius Pamphilus. Marcus

heluius deduxerunt. Tempsam item & Chrothonem ciuium Romanorum Colonię deductę. Tempsanus ager de Brutiis captus erat. Brutii Grecos expulerant. Crothonem Greci habebant. Triumuiri. Cn. Octauius. L. Emilius Paulus. C. Lectorius Crothonē Tempsam. L. Cornelius Merula deduxerunt. Prodigia quoq; alia uisa eo anno Romę sunt: alia nuntiata. In foro & comitio & Capitolio sanguinis guttę uisę sunt. Et terra aliquotiens pluuit. Et caput uulcani arsit. Nuntiatum est Interamne fluxisse lac. Pueros ingenuos Arimini sine oculis: ac naso. Et in Piceno agro nō manus non pedes habentem natum. Ea prodigia ex pontificū decreto procurata. Et sacrificium Nouendiale factum quod hadriani nuntiauerant in agro suo lapidibus pluuisse. In Gallia. L. Valerius proconsul circa Mediolanum cum Gallis Insubribus & Boiis qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padū trāsgressi erant: signis collatis depugnauit decem milia hostiū sunt cesa. Per eos dies. M. Portius Cato ex hispania triumphauit. Tulit in eo triumpho argenti infecti uiginti quinq; milia pondo auri mille pondo. Quadringenta milia militibꝫ diuisit: in singulos ducenos septuagenos eris triplex equiti. T. Sempronius consul in prouinciam profectus in Boiorum primum agrum legiones duxit. Boiorex tum Regulus eorum cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum castra locis apertis posuit ut appareret dimicaturos si hostis fines intrasset: Consul quātę copię, quanta fiducia esset hosti sensit nuntium ad Collegā mittit: ut si uideretur ei maturaret uenire se tergiuersando in aduentum eius rem extracturum: que causa consuli contandi eadem Gallis pręterq̄ q̄ contatio hostium animos faciebat: rei maturande erat: ut prius q̄ coniungerentur consulum copię rē transigerent. Per biduum tamen nihil aliud q̄ steterunt parati ad pugnam siqui contra egrederentur. Tertio subire ad uallū castra q̄ ab omni simul parte aggressi sunt. Consul arma ex tem

plo capere

plo capere milites iussit: armatos paulisper inde continuit: ut sto
lidam fiduciam hosti augeret: & dis disponeret copias quibus
queq; portis erumperent: due legiones duabus principibus por
tis signa efferre iusse. Sed in ipso exitu ita conferti stetere Galli
ut claderent uiam. Diu in angustiis pugnatum est: nec dextris
magis gladius gerebatur res q̃ scutis corporibusq; ipsis obnixi
urgebant. Romani ut signa foras efferrent. Galli ut aut ipsi
in castra penetrarent aut exire Romanos prohiberent: nec ãte
in hanc aut illam partem moueri acies potuerunt: q̃. Q. Fictor'
Primipili Centurio &. C. Atinius quarte hic: ille secunde legiõis
rem in asperis prẽliis sepe temptata signa adepta signiferis in ho
stes iecerunt: dum repetunt enixe signum priores. Secundam se
porta erecere. Iam hi extra uallum pugnabant: quarta legione
in porta herente cum alius tumultus ex aduersa parte castrorũ
est exortus. In portam questoriam irruperant Galli resistentesq;
pertinacius occiderant. L. Postumium Questorem cui Tumpano
fuit cognomen &. M. Atinium & Sempronium Prefectos socii
& ducentos ferme milites capta ab ea parte castra erant: donec
cohors extra ordinaria missa a consule ad tuendam Questoriam
portam & eos qui intra uallum erant partim occidit: partim ex
pulit castris & irrumpentibꝰ obstitit. Eodem fere tempore et
quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta eru
pit. Ita simul tria prelia circa castra locis distantibus erant cla
moresq; dissoni ad incertos suorum euentus a presenti certami
ne animos pugnantium auertebant: usq; ad meridiem equis u
ribus ac prope pari sepe pugnatum est. Labor & estus emollida
& fluuida corpora Gallorum & minime patientia sitis: cum de
cedere pugna coegisset in paucos restantes impetum Romani fe
cerunt: fusosq; compulerunt in castra signum inde receptui a
consule datum est: ad quod pars maior receperunt sese. Pars cer
tamini studio & spe potiundi castris hostium prestitit ad uallum
eorum paucitate contempta. Galli ex castris erumpunt: fusi inde

Romani et qui imperio consulis parere noluerant: suo pauore
ac terrore castra repetunt Ita uaria hinc atq; illinc nunc uictoria
nunc fuga fuit: Gallorum tamen ad .xi. milia: Romanorũ quinq;
milia sunt. Galli recepere in intima finium se se. Consul placẽtiã
legiones duxit. Scipionem alii iuncto exercitu cum collega: par
Boiorum agros populantem esse: quoad progredi silue paludeq;
passe sunt: scribunt. Alii nulla memorabili re gesta comitiorũ
causa redisse Romam. Eodem anno. T. Quintius Helacie quo in
loco reduxerat copias: totum hyemis tempus iure dicendo cõ
sumpsit: mutandisq; iisque aut ipsius Philippi, aut prefectorum
eius licentia in ciuitatibus facta erant: cum sue factionis hoĩum
uires agendo ius atq; libertatem aliorum deprimeret. Veris initio
Corinthum conuentu edicto, uenit ibi omnium ciuitatum legio
nes in contionis modum circũfusas est alloquutus. Orsus ab ini
ta primum Romanis amicitia cum Grecorum gente, & impera
torum qui ante se in Macedonia fuissent: suisq; rebus gestis. Oĩa
cum approbatione ingenti sunt audita, preterq̃ cum ad mentio
nem Nabidis uentum esset: id minime conueniens liberanti Gre
ciam uidebatur: Tyrannum reliquisse non sue solum patrie gra
grauem, sed omnibus circa ciuitatibus metuendum. Nec igna
rus huius habitus animorum Quintius: si sine excidio Lacede
monis fieri potuisset: fatebatur pacis cum Tyranno mentionẽ
admittendam auribus non fuisse: & cum aliter qua ruina grauis
sime ciuitatis opprimi non posset satius uisum esse Tyrannum de
bilitatum, ac prope uiribus totis ad nocendum cuiq̃ ademptis re
linqui: q̃ intermori uehementioribus q̃que pati posset remediis
ciuitatem sinere in ipsa uindicta libertatis perituram. Preteritorũ
cõmemorationi subiecit proficisci sibi in Italiam, atq; omnem exer
citum deportare in animo esse. Demetridis Chalciadisq; presidia
intra decimum diem audituros deducta, ac Corinthum ipsis ex
templo uidentibus: uacuum Acheis traditurum: ut omnes scirẽt.
utrum Romanis an etolis mentiri mos esset: qui male cõmissã

libertatem populo Ro. sermonibus distulerunt: & mutatos pro
macedonibus Romanos dominos, sed illis nec quid dicerent: nec
quid facerent: quicq̃ unq̃ pensi fuisse. Reliquas ciuitates mone
re, ut factis non ex dictis amicos pensent: intelligantq; quibꝫ cre
dendum, & a quibus cauendum sit: libertate modice utantur: &
temperatam eam salubrem eis, & singulis ciuitatibus esse nimiã
& aliis grauem & iis qui habeant precipitem & effrenatam esse cõ
cordie in ciuitatibꝫ principes & ordines inter se & in cõmune
omnes ciuitates consulerent: aduersus consentientes nec regẽ
quenquam satis ualidum: nec Tyrannum fore discordiam & se
ditionem omnia opportuna insidiantibus facere: cum pars que
domestico certamine inferior sit: externo potius se applicet: q̃
ciui cedat alienis armis esse partam: externa fide redditam liber
tatem sua cura custodirent seruarentq; ut Romanus populus di
gnis datam libertatem hinc munus suum bene positum scirent.
Has uelut parentis uoces cum audirent: manare omnibus lacbrime &
adeo ut ipsum quoq; confunderent dicentem. Paulisper fremitus
approbantium dicta fuit: monentiumq; aliorum alios, ut eas uo
ces uelut oraculo missas, in pectora animosq; demiterent. Silẽtio
deinde facto petiit ab iis ut ciues Romanos siqui apud eos in ser
uitute essent: conquisitos intra duos menses mitterent ad se in
Thessaliam: ne ipsis quidem honestum esse in liberata terra libera
tores eius seruire. Omnes acclamarunt gratias se inter cetera et
ob hoc agere: quod admoniti essent: ut tam pio ac necessario offi
cio fungerentur. Ingens numerus erat: bello punico captorum
quos hannibal cum a suis non redimerentur uenundederat. &
Multis dinis eorum argumentum est: q; Polybius scribat centũ
talentis eam rem Acheis stetisse: cum quingentos denarios pre
tium in capita, quod redderetur dominis statuissent: mille enĩ
ducentos ea ratione achaia habuit. A duce nunc proportionẽ
quot qerisimile sit Greciam totam habuisse. Non dum conuẽtus
dimissus erat: cum respiciunt presidium a Corintho discedens

protinus duci ad portam atq; abire quorum agmen imperatorem
sequutum prosequentibus cunctis: seruatoremq; acclamantibus
salutatis dimissisq; die eadem qua uenerat uia Thessaliam redit.
Inde cum omnibus copus. Ap. Claudium Legatum dimissis per
Thessaliam atq; Epirum ducere Oricum iubet: atq; ibi se oppeti
ri. Inde nanq; in animo esse in Italiam exercitum traducere.
Et. L. Quintio fratri legato & prefecto classis scribit: ut onerar'
ex omne Grecie ora eodem contraheret. Ipse Chalcidem profect'
deductisq; non a Chalcide solum sed etiam ab Oreo atq; Erethria
presidiis conuentum ibi Euboicarum ciuitatum habuit admo
nitosq; in quo statu rerum accepisset eos & in quo relinqueret
dimisit. Demetriadem inde proficiscitur deductosq; presidio pro
sequentibus cunctis sicut Corinthi & Chalcide pergit ire in Thes
saliam ubi non liberande modo ciuitates erant: sed ex omni collu
uione & confusione in aliquam tolerabilem formam redigende:
nec enim temporum modo diuitis ac uiolentia & licentia regia
turbati erant: sed inquieto etiam ingenio gentis nec comitia
nec conuentum nec concilium ullum sed per seditionem ac tu
multum iam inde a principio ad nostram usq; etatem traducen
tes a censu maxime & Senatum & iudices legit: potentiorumq; ea
partem fecit: cui salua tranquillaq; omnia magis esse expediebat
itaq; cum precensuisset Thessaliam per Epirum in Oricum unde
erat traiecturus uenit. Ab Orico copie omnes Brundusium trans
portate: unde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes
non minore agmine rerum captarum quam suo pre se acto uene
runt: Postq; Romam uentum est: Senatus extra urbem Quin
tio ad res gestas edisserendas datus est. Triumphus q; meritis
ab annuentibus decretus. Triduum triumphauit. Die primo ar
ma tela signa q; erea & marmorea transtulit plura Philippo adep
ta q; que ex ciuitatibus ceperat. Secundo die aurum argentiq;
factum infectumq; & signatum: infecti argenti fuit: decem & octo
milia pondo & ducentum septuaginta facti: uasa multa ois

generis celata pleraq; quedam eximie artis, & ex ere multa fabrefcā.
ad hęc clepei argentei decem signati argenti octoginta quattuor
milia fuere: atticorum tetrarchiam uocant: trium fere denario
rum in singulis argenti est pondus. Auri pondo fuit tria milia
septingentum decem quattuor: & clipeum unum ex auro totum
& Philippei nummi aurei decem quattuor milia quingenti quat
tuordecim. Tertio die coronę aureę dona ciuitatum translate
cxiiii. Et hostie ducte & ante currum multi nobiles captiui ob
sidesq; inter quos Demetrius Regis Philippi filius fuit: & Ar
menes Nabidis Tyranni filius Lacedemonius: Ipse deinde Quī
tius urbem est infectus sequuti currum milites frequentes exer
citu omni ex prouincia deportato. His duceni quinquageni eris
in pedites diuisi: duples Centurioni triplex equiti. Prebuerunt spe
ciem triumpho sequuti capitibus rasis qui seruitute exempti fuerāt.
E xitu anni huius. Q. helius Tubero tribunus plebis tulit ad ple
bem: Plebesq; sciuit ut latine due Colonie una in Brutios altera
in Turinum agrum deducerentur: his deducendis Triūuiri crea
ti quibus in triennium imperium esset: Brutios. Q. Neuius. M.
Minutius Ruffus. M. Furius Crassipes. In Turinum agrum. A.
Manlius. P. Emilius. L. Apustius. Ea bina Comitia Cn. Domitiꝰ
Prętor vrbanus in capitolium habuit. Edes eo anno aliquot de
dicate sunt una Iunonis Matutę in foro Olitorio uota locataq;
quadriennio ante a. C. Cornelio consule Gallico bello. Censor
idem dedicauit. Altera Fauni Ediles eam biennio ante ex multa
titio argento faciendam locarunt. C. Scribonius & Cn. Domitiꝰ
qui prętor vrbanus eam dedicauit. Et edem fortune Primigenie
in colle Quirinali dedicauit. Q. Martius Ahala Duumuir ad ipsū
creatus uouerat eam decem annis ante Punico bello. P. Sempro
nius Sophus locauerat idem Censor. Et insula Iouis edem C. Ser
uilius Duumuir dedicauit: uota erat sex annis ante Gallico bel
lo ab. L. Furio Purpurione Prętore ab eodem consule locata. +
H ec eo anno. Scipio ex prouincia Gallia ad consules subrogādos

rediit. Comitia consulum fuere quibus creati sunt. L. Cornelius Ce
rula &. Q. Minutius Therinus. Postero die creati sunt pretores
L. Cornelius Scipio. M. Fuluius Nobilior. C. Scribonius. M. Va
lerius Messalla. L. Portius. M. Licinius. &. C. Flaminius Megalē
sia Ludos Scenicos attilius Serranus. L. Scribonius Libo Ediles
Curules primi fecerunt: horum edilium ludos Romanos p̄mū
senatus a populo secretus spectauit: prebuitq; sermones sicut oīs
nouitas solet: aliis tandem quod multo ante debuerit: tributū
existimantibus amplissimo ordini aliis demptum ex dignita
te populi quicquid maiestate patrum adiectum esset: interpre
tantibus & omnia discrimina talia quibus ordines discernerē
tur & concordie & libertatis eque minuende esse ad quingen
tesimum octauum annum in promiscuum spectatum esse quid
repente factum: cur immisseri sibi in cauea Patres plebem nollēt:
cur diues pauperem consessorem fastidiret: nouam superbam
libidinem ab nullius ante gentis senatu neq; desideratam neq;
institutam. Postremo ipsum quoq; africanum: q; consul autor
eius rei fuisset: penituisse ferunt adeo nihil motum ex anti
quo probabile est ueteribus, nisi que usus euidenter arguit sta
ri malunt. Principio anni quo. L. Cornelius. Q. Minutius cō
sules fuerunt: terremotus ita crebri nuntiabantur ut non rei
tantum ipsius sed feriarum quoq; ob id indictarum homines
tederet nam neq; senatus haberi: neq; administrari resp. pote
rat: sacrificando expiandoq; occupatis consulibus Postremo
Decēuiris adire liberos iussis: ex responso eorum supplicatio
per triduum fuit. Coronati ad omnia puluinaria supplicaue
runt: edictumq; est ut omnes qui ex una familia essent: pariter
supplicarent. Item ex autoritate senatus: consules edixerunt: ne
quis quo die terremoto ferie indicte essent: eo die alium terre
motum nuntiaret. Prouincias deinde consules prius. Tum pre
tores sortiti: Cornelius Galliam Minutius Ligures sortiti sūt
C. Scribonius vrbanam M. Valerius: Peregrinam. L. Cornelius

Siciliam. L. Portius sardiniam. C. Flaminius in hispaniam Cite
riorem. M. Fuluius hispaniam ulteriorem. Nihil eo anno belli
expectantibus consulibus littere. M. Cincii prefectus Pisis erat.
allate Ligurum. xx. milia armatorum coniuratione per oīa
conciliabula uniuerse gentis facta: Lunensem primum agrū
depopulatos: Pisanum deinde finem transgressos omnem orā
maris peragrasse. Itaq; Minutius consul, cui Ligures prouin
cia euenerat ex auctoritate senatus in rustra ascendit: ac edi
xit ut legiones due vrbane que superiore anno conscripte eēnt
post diem decimum Arretii adessent: in earum locum se duas
legiones vrbanas scripturum. Item socis & latino nomini Ma
gistratibus legatisq; eorum qui milites dare debebant edixit: ut
in Capitolio se adirent. Is xv. milia peditum & quingentos equi
tes pro numero cuiusq; uniorum descripsit: & inde e Capitolio
protinus ire ad portam: & ut maturaretur res proficisci ad dec
tum iussit. Fuluio Flaminioq; terna milia Romanorum peditū,
& centeni equites in supplementum & quina milia socium latini
nominis & duceni equites decreti Mandatumq; pretoribus ut
ueteres dimiterent milites: Cum in prouinciam uenissent. Cū
milites qui in legionibus vrbanis erant: frequentes tribunos
Plebeios adissent: uti causas cognoscerent eorum quibus aut
emerita stipendia aut morbus cause essent: quo minus milita
rent: eam rem littere. T. Sempronii discusserunt: in quibus scrip
tum erat: Ligurum x milia in agrum Placentinum uenisse & usq;
ad ipsa Colonie menia & Padi ripas cum cedibꝫ & incendiis per
populatos esse. Boiorum quoq; gentes ad rebellionem spectare
ob eas res tumultum esse decreuit senatus tribunos plebei nō pla
cere causas militaris cognoscere: quo minus ad edictum conueni
rent. Adiecerunt etiam ut socius nominis latini qui in exercitu
P. Cornelii. T. Sempronii fuissent: & dimissi abiis consulibꝫ essent:
ut ad quam diem. L. Cornelius consul edixissent & in quem lo
cum edixisset Hetrurix conuenirēt. Et uti. L. Cornelius cons.

in prouinciam proficiscens in oppidis agrisq; qua iturus esset: Si
quos ei uideretur milites scriberet armaretq;: & duceret secum
dimittendiq; ei quos eorum quandoq; uellet ius esset. Postq̄ con
sules delectu habito: profecti sunt in prouincias tum .T. Quintius
postulauit: ut de iis quę dum decem legatis ipse statuisset: sena
tus audiret: ea que si uideretur autoritate sua confirmaret id
eos facilius facturos: si legatorum uerba: qui ex uniuersa grę
cia & magna parte asię quiq; a regibus uenissent audissent. hę
legationes a .C. Scribonio prętore urbis in senatum introducte
sunt: benigneq; omnibus responsum Cum Antiocho quia longior
disceptatio erat: decem legatis quorum pars aut in asia aut Lysi
machie apud regem fuerat: delegata est. Quintio mandatū, ut
ad hibitis his legatorum regis uerba audiret responderetq; iis:
quę ex dignitate atq; utilitate populi .R. responderi possent. Me
nippus & hesianax principes regie legationis erant: ex iis Me
nippus. Ignorare se dixit quid nam perplexi sua legatio haberet
cum simpliciter ad amicitiam petendam iungendamq; societa
tem uenisset. Esse autem tria genera fęderum: quibus integra pa
ciscerentur amicitias ciuitates regesq;. Vnum cum bello uictis
dicerentur leges: ubi enim omnia ei qui armis plus posset de
dita essent: quę ex iis habere uictor quibus mulctari eos uelit
ipsius ius atq; arbitrium esse: Alterum cum pares bello: equo fę
dere in pacem atq; amicitiam uenirent: tunc enim repeti reddiq;
per conuentionem res: & siquarum turbata bello possessio sit: eas
aut ex equo simul, aut ex iuris antiqui aut partis utriusq; cōmo
do componi. Tertium esse genus cum qui hostes nunq̄ fuerint: ad
amicitiam sociali fędere iungendam coeant: eos neq; accipere neq;
dicere leges id enim uictoris & uicti esse. Ex eo genere cum Antio
chus esset: mirari se: q; Romani equum censeant: ei leges dicere q̄s
asię urbium liberas & immunis quas stipendiarias esse uelint: quas
intrare pręsidia regia regemq; uetent: cum Philippo enim hoste
pacem, non cum Antiocho amico societatis fędus ita sanciendum

esse. Ad ea Quintus: Quoniam nobis distincte agere libet: & ge
nera iungendaꝝ amicitiarum enumerare: ego quoq; duas con
ditiones ponam: extra quas nullam esse regi nuntietis amicitie
cum populo Ro. iungende unam si nos nihil: quod ad urbes
Asie attinet curare uelit ut & ipse omni Europa abstineat: alte
ram si se ille Asie finibus non contineat: & in Europam trāsce
dat ut & romanis iuuet sit Asie ciuitatum amicitias & tueri qui
habeant & nouas complecti. Enim uero id auditu etiam dice
re indignum esse hegesianax Thracie & Chersonesi urbibus
arceri antiochum: quē Seleucus proauus eius Lysimacho rege
uicto bello & in acie cesso per summum decus parta reliquerit:
pari cum laude ab Thracibus possessa partim armis receperit
Antiochus: partim deserta sicut ipsam Lysimachiam & reuoca
tis cultoribus frequentauerit & questrata ruinis atq; incendiis
erant: impensis suis edificauerit: quid igitur simile esse
ex ea possessione ita parata: ita recuperata deduci antiochum &
Romanos abstinere Asia: quē nunq; sua fuerit amicitiam expete
re Romanorum antiochum sed quē impetrata gloriē sibi: nō
pudore sit. Ad hec Quintius quando quidem inquit honesta
pensamus: sic ut aut sola aut prima certe pensari decet: princi
pi orbis terrarum populo & tanto regi utrum tandem uidetur
honestius liberas uelle omnis quē ubiq; sunt Grecie urbes: an
seruas & uectigalis facere: si sibi antiochus pulchrum esse cēsēt
quas urbes proauus belli iure habuerit: auus paterq; nunquā
usurpauerint: pro suis eas repetere in seruitutem & populi Ro
manum susceptum patrocinium libertatis Grecorum non dese
rere fidei constantieq; sue ducit esse: sicut a Philippo Greciam
liberauit ita ab antiocho grecas asie urbes liberare in animo
habet: neq; enim in eolidem ioniamq; colonie in seruitutem re
gum misse sunt: sed stirpis augende causa gentisq; uetustissi
per orbem terrarum propagande. Cum hesitaret hesianax nec
inficiari posset honestiorem causam libertatis q̄ seruitutis pri

texi titulo. quin mittimus Ambages inquit. P. Sulpitius qui
maximus natu ex x. legatis erat. Alteram ex duabus conditio
nibus quę modo deserte a Quintio date sunt legite, aut super
sedete de amicitia agere. Nos uero inquit Menippus, nec uo
lumus nec possumus pacisci quicq̃ quo regnum Antiochi mi
nuatur. Postero die Quintius legationes uniuersas Grecię et
asięq; in senatum cum introduxisset: ut scirent quali animo
populus romanus quali Anthiochus erga ciuitates Grecię essēt:
postulata & sua & regis exposuit. Renuntiarent ciuitatib; suis
populum Romanum qua uirtute quaq; fide libertatē eorum
a Philippo uindicauerit: ea ab Antiocho ut decedat Europa
uindicaturum. Tum Menippus deprecari & Quintium, &
patres institit ne festinarent decernere: quo decreto turba
turi orbem terrarum essent: tempus & sibi summerent & re
gi ad cogitandum darent: cogitaturum cum renuntiate con
ditiones essent: & impetraturum aliquid, aut pacis causa cō
sensurum. Ita integra dilata res legatos mitti ad regem eosdē
qui Lysimachie apud eum fuerant placuit. P. Sulpitium. P.
Iulium. P. helium. Vix dum ii profecti erant: cum a Carthagi
ne legati bellum haud dubie parare Antiochum Hannibale mi
nistro attulerunt iniecerunt q; curam ne simul & punicū ex
citaretur bellum. Hannibal patria profugus peruenerat ad
Antiochum sicut ante dictum est: & erat apud regem in ma
gno honore: nulla alia arte, nisi quod uolūtati diu consilia de
Romano bello nemo aptior: super tali re participes esse sermo
nis poterat. Sententia eius una, atq; eadem semper erat: ut i Ita
lia bellum gereretur. Italiam & milites & cōmeatus prębiturā
externo hosti: si nihil ibi moueatur: liceatq; populo Romano
uiribus & copiis Italię extra Italiam bellum gerere: neque re
gem neq; gentem ullam parem Romanis esse: sibi centū lectas
naues sedecim milia peditum mille equites deposcebat: ea se
classe primum africam petiturum magnopere confidere: &

Carthaginenſes ad rebellandum abſe compelli poſſe ſi illi con
tentur ſe aliqua parte Italię bellum excitaturum Romanis
regem cum ceteris omnibus ducere in Europam debere: & in
aliqua parte Grecię copias continere neq; traiicientem: & quod
in ſpeciem famamq; belli ſatis ſit paratum traiicere. In hanc ſẽ
tentiam cum adduxiſſet regem preparandos ſibi ad id popu
larium animos ratus: literas ne quo caſu intercepte palam fa
cerent conata: ſcribere non eſt auſus. Ariſtonem quendam
Tyrium natum Epheſi experumq; ſollertiam leuioribus mi
niſteriis partim donis partim ſpe premiorum oneratis quibus
etiam ipſe nec annuerat: Carthaginem cum mandatis mittit:
edit nomina eorum quibus conuentus opus eſſet. Inſtruit et
ſecretis notis, per quas haud dubie cognoſcerent ſua manda
ta eſſe. Hunc Ariſtonem Carthaginem obuerſantem nõ priꝰ
amici q̃ inimici hannibalis qua de cauſa ueniſſet cognouerunt
& primo in circulis conuiuiisq; celebrata ſermonibꝰ res eſt.
D einde in ſenatu quidam nihil actum eſſe dicere exilio hanni
balis: ſi abſens quoq; nouas moliri res ſolicitando animos
hominum turbare ſtatum ciuitatis poſſet. Ariſtonem quẽdã
Tyrium aduenam inſtructum mandatis ab hannibale & ab
Rege Antiocho ueniſſe certos homines quotidie cum eo ſe
creta colloquia ſerere in occulto colloqui quod mox in oĩum
pernitiem eruptурum eſſet. Conclamauere omneſ uocari Ari
ſtonem debere & queri quid ueniſſet: & niſi expromeret cum
legatis Romam mitti. ſatis pro temeritate unius hominiſ ſup
plitiorum penſum eſſe. Priuatos ſuo periculo peccaturos: rẽ
P. non extra noxam modo ſed etiam extra famam noxe con
ſeruandam eſſe. Vocatus Ariſton purgare ſeſe & firmiſſimo
propugnando uti: q; nihil literarum ad queng̃ attuliſſet. Ce
terum nec cauſam aduentus ſatis expediebat: & in eo maxi
me hesitabat: q; cum Brachine ſolum factionis hominibus col
loquutum eum arguebant. Orta deinde altercatio eſt: aliis pro

speculatore comprehendi iam & custodiri iubentibus. Aliis negā
tibus tumultuandi causam esse: mali rem exempli esse: de nihilo
hospites corripi, idem Carthaginensibus & Tyri: & in aliis empo
riis quę frequenter cōmeant euenturum. Dilata eo die res est. Ari
ston Punico ingenio inter Penos usus tabellas conscriptas celeber
rimo loco supra sedem quottidianam magistratuum prima ues
pera suspendit: ipse deinde tertia uigilia nauem conscendit &
profugit. Postero die cum Suffetes ad ius dicendum consedissent:
conspecte tabelle dempteq; & lecte. Scriptum erat: Aristonē pri
uatim ad neminem publice ad seniores: ita senatum uocabāt mā
data habuisse. Publico crimine minus intenta de paucis questio
erat. Mitti tamen legatos romam qui rem ad consules & senatū
referrent: placuit simul qui de iniuriis Masanisse quererentur:
Masanissa postq̄ uidit & infames Carthaginenses: & inter seipos
discordes: Principes propter colloquia Aristonis senatui senatū
propter inditia ipsius Aristonis populo suspectum locum iniu
rie esse ratus: agrum maritimum eorum depopulatus est: & quas
dam urbes uectigales Carthaginensium sibi coegit stipendium pē
dere. Emporiam uocant eam regionem ora est minoris Sirtis: &
agri uberis: una ciuitas eius Leptis ea singula in dies talenta uec
tigal Carthaginensibus dedit. hanc tum regionem & totā infe
stam Masanissa & ex quadam parte dubię possessionis sui regni
an Carthaginensium esset: effecerat & quia simul ad purgāda
crimina & questum de se Romam ituros comperit: qui & illa one
rarent suspicionibus: & de iure uectigalium disceptarent: lega
tos & ipse romam misit. Auditi de Tyrio aduena primum Car
thaginenses curam iniecere Patribus: ne cum Antiocho simul
& penis bellandum esset: maxime ea suspitio crimen augebat: q;
quem comprehensum Romam mitti placuisset: nec ipsum nec
nauem eius custodissent. De agro deinde cum regis legatis si
mul deceptari ceptum. Carthaginenses iure finium causam tue
bantur: quod intra eos terminos esset: quibus. P. Scipio uictor

agrum qui iuris esset Carthaginensium finisset. Et confessione
regis: qui cum aphyrem profugum ex regno suo cum parte Nu
midarum uagantem circa Cyrenas persequeretur precario
ab se iter per eum ipsum agrum: tanq̃ haud dubie Carthagi
nensium iuris petisset. Numide & determinatione Scipionis
mentiri eos arguebant: & siquis ueram originem iuris exige
re uellet quem proprium agrum Carthaginensium in Africam
esse aduenis: quantum secto bouis tergo amplecti loci potuerit:
tantum ad urbem communiendam precario datum: quicquid
Byrsam sedem suam excesserint: ui atq; iniuria partum habere
neq; enim de quo agatur probare eos posse: non modo semper
ex quo ceperint: sed ne diu quidem eos possedisse: per oportuni
tates nunc illos nunc reges Numidarum usurpasse ius semper
q; penes eũ possessionem fuisse: qui plus armis potuisset: cuius
conditionis res fuerit: priusq̃ hostes Romanis Carthaginẽses
socius atq; amicus rex Numidarum esset: eius sinerent esse:
nec se interponerent quominus qui possent tenerent: respon
deri legatis utriusq; partis placuit missuros se in Africam: qui
inter populum Carthaginensem: & regem in re presenti discep
tarent. Missi. P. Scipio Africanus & C. Cornelius Cethegus &
M. Minutius Ruffus. Audita inspectaq; re suspensa omnia: ne
utro inclinatis sententiis reliquere. Id utrum sua sponte fece
rint: an quia mandatum ita fuerit: non tam certum est: q̃ ui
detur tempori aptum fuisse integro certamine eos relinqui
nam ni ita esset unus Scipio uel notitia rei uel autoritate ita
de utrisq; meritus finire nutu disceptationem potuisset;

PRINCIPIO ANNI QVO
gesta sunt hec Sex Digitius pretor
in hispania citeriore ciuitatib; iis:
que post profectionem. M. Catonis
rebellauerant crebra magis. q̃ digna
dictu prelia fecit: & adeo pleraq; ad
uersa. ut uix dimidium militum q̃
quod acceperat: successori tradide
rit: nec dubium est: quin omnis his
pania sublatura animos fuerit: ni alter pretor. P. Cornelius
Scipio. Cn. F. trans hiberum multa secunda prelia fecisset: q̃
terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerũt.
Scipio idem Propretore Lusitanos peruastata ulteriori prouin
cia. cum ingenti preda domum redeuntes in ipso itinere aggres
sus ab hora tertia dei. ad octauam incerto euentu pugnauit:
numero militum impar superior aliis: nam acie frequenti ar
matis aduersus lõgum & impeditum turba pecorum agmen
& recenti milite aduersus fessos longo itinere concurrerat:
tertia nanq; uigilia exierant: hostes huic nocturno itinere
tres diurne hore accesserant nec ulla quiete data laborem uie
prelium exceperat itaq; principio pugne uigoris aliquid in
corporibus animisq; fuit: & turbauerant primo Romanos:
deinde equata paulisper pugna est. In hoc discrimine Ludos lo
ui: si ui fudisset cecidissetq; hostis pretor uouit tandem gra
dum Romani acrius intulerunt cessitq; Lusitanus: deinde pror
sus terga dedit: & cum institissent fugientibus uictores ad xii
milia hostium sunt cesa: capti ducenti quinquaginta omnes
ferme equites & signa militaria capta centum quinquaginta
quattuor. Ex exercitu Romano septuaginta & tres amissi pu

gnatum haud procul Ilipa urbe est. Eo uictorem opulentum
prede exercitum. P. Cornelius reduxit. Ea omnis ante urbē
exposita est potestas q. dominis suas res cognoscendi facta ē.
cetera uendenda Questori data quod inde refectum est: mili
tibus diuisum. Non dum ab Roma profectus erat. C. Flamini
pretor cum hec hispania gerebantur: utraq. tam aduerse q. secū
de res per ipsum amicosq. eius magnis sermonibus celebrabā
tur: & temptauerat quoniam bellum ingens in prouincia exar
sisset: & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio atq. eas
ipsas plenas pauoris ac fuge acceptarus esset: ut unam sibi ex ur
banis legionibus decerneret: ad quam cum militem ab se ipo
scriptum: ex senatus consulto adiecisset: eligeret ex omni nu
mero tria milia. & ducentos pedites & equites trecentos: ea se
legione nam ni. Sex. Digitii exercitu haud multum spei esse rē
gesturum. Seniores negare: ad rumores priuatos temere in
gratiam Magistratuum confectos: senatus consulta facienda
esse: nisi quod ex prouinciis scriberetur: aut legati renūtia
rent nihil ratum haberi debere. Si tumultus in hispania eet
placere ut tumultuarii milites extra Italiam legerentur. Va
lerius Antias & in Siciliam nauigasse delectus causa. C. Flami
nium scribit. & ex Sicilia hispaniam petentem tempestate in
Africam delatum uagos milites de exercitu. P. Africam sacra
mento rogasse: his duarum prouinciarum dilectibus tertiū
in hispania ad legisse. Nec in Italia segnius Ligurum bellum
cressebat. Pisas iam quadraginta milibus hominum affluen
te multitudine ad famam belli spemq. prede circūsedebat.
M Inuitus consul Arretium die quem dixerat ad conuenien
dum militibus uenit: inde quadrato agmine cum ad Pisas
duxisset dum hostes: non plus passuum tribus milibus ab
oppido transfluuium mouissent castra consul urbem haud
dubie seruatam aduentu suo: est ingressus. Postero die & ipse
transfluuium ferme mille passus ab hoste posuit castra inde

leuibus prelijs a populationibus agrum sociorum turbabatur in
aciem exire non audebat: nouo milite & ex multis generibus ho
minum collecto: nec dum noto satis inter se: ut ijs fidere alij alij
possent. Ligures multitudine freti & in aciem exibant parati de
summa rerum cernere & abundantes militum numero. passi
multas manus per extrema finium ad predandum mittebant:
& cum coacta uis magna pecorum: predeq; esset paratum erat
presidium, per quod in castella eorum uicosq; ageretur. Cū bel
lum Ligustinum ad Pisas constituisset: Consul alter. L. Cornelius
Merula: preter extremos Ligurum finis exercitum in agro Bo
iorum induxit. Vbi longe alia belli ratio: q̄ cum Liguribus erat.
C onsul in aciem exibat hostes pugnam detractabant. Predatiq;
ubi nemo obuiam exiret: discurrebant Romani. Boi diripi u
sua impune q̄ tuendo ea conserere certamen malebant. Postquā
omnia ferro igniq; sata fastata erant: Consul agro hostium ex
cessit: & ad Mutinam agmine incauto. ut inter pacatos ducebat.
Boi ubi egressum finibus suis hostem sensere sequebantur silē
ti agmine locum insidijs querentes. Nocte preter gressi castra
Romana saltum qua transeundum erat Romanis insederunt.
I d cum parum occulte fecissent: Consul qui multa nocte solitus
erat mouere castra: ne nox terrorem in tumultuario prelio
augeret lucem expectauit: & cum luce moueret: tamen tur
mam equitum exploratum misit. Postq̄ relatum est: quantę
copię & in quo loco essent: totius agminis sarcinas in medij
collici iussit: & Triarios uallum circūiicere: ceteros exercitu
instructo ad hostem accessit. Idem & Galli fecerunt: postq̄ aper
tas esse insidias ac recto & iusto prelio: ubi uera uincerent uirtu
dum candum uiderunt. Hora secunda ferme concurrunt: si
nistra sociorum equitum alia & extraordinarij prima in acie
pugnabant. Prę erant duo Consulares Legati. Marcus Marcel
lus: & T. Sempronius priores ann Consules. Nouus Consul
nunc ad prima signa erat: nunc legiones continebat in subsi

dus ne certaminis studio prius procurreret: q̃ datum signũ esset
equites earum extra aciem in locum patentem. Q. & P. Munio
Tribunos militum: educere iussit unde cum signum dedisset:
impetum ex aperto facerent. Hęc agenti nuntius uenit a T.
Sempronio Longo non sustinere extraordinarios impetũ Gallo
rum & cęsos per multos esse & qui supersint partim labore: par
tim metu remanssisse ardorem pugnę: legionem alteram: ex du
abus si uideretur: transmitteret: priusq̃ ignominia acciperetur:
Secunda missa est legio & extraordinarii recepti: tum redintegra
ta est pugna: cum & recens miles & frequens ordinibus legio ui
succedisset. & sinistra ala ex prelio subducta est: dextra in primã
aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia
estus corpora Gallor̃. Densi tamen ordinibus nunc alii in alios
nunc in scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum.
Quod ubi animaduertit Consul ad perturbandos ordines eorum
C. Liuium Salinatorem qui preerat alaribus equitibus q̃ cõ
citatissimos equos immittere iubet & legionarios equites ĩ sub
sidium esse. hęc procella equestris primo confudit: & turbauit:
deinde dissipauit aciem Gallorum. non tamen ut terga daret.
Obstabant Duces hastilibus cedentes terga trepidantium & redi
re in ordines cogentes sed inter equitantes alarii non patiebã
tur: Consul orabat milites ut parum niterentur: uictoriam in
manibus esse. dum turbatos & trepidantes uiderent instaret.
si restitui ordines sinissent: integro rursus eos prelio & dubio
dimicaturos. Inferre ue cillarios iussit signa. Omnes connixi
tandem auerterunt hostem. Postq̃ terga dabant: & in fugam
passim effundebantur tum ad persequendos eos legionarii
equites immissi quattuordecim milia Boiorum ea die cęsa sũt
uiui capti mille non agitando equites cc & xxi. Tres Duces
eorum signa militaria ducenta xii carpenta centum duo. Nec
Romanis incruenta uictoria fuit. Supra quinque milia mili
tum ipsorum: aut sociorum sunt amissa. Centuriones tres & xx

Prefecti ſocium quattuor: & M. Martius Tribunus militum
ſecunde legionis. Eodem fere tempore duorum Conſulũ lit
tere allate ſunt. L. Cornelii ad mutinam de prelio cum Boiis
facto: & Q. Minutii a Piſis comitia ſue ſortis ceterum adeo ir
ſuſpenſa omnia in Liguribus ſe habere: ut abſcedi inde: abſq;
pernicie ſociorum: Et damno Rei p. non poſſet. Si ita uiderentur
Patribus mutarent ad Collegam: ut is qui profligatum bellũ
haberet: ad Comitia Romam rediret. Si id facere grauaretur:
q; non ſue ſortis id negotium eſſet: ſe quidem facturum quod
cunq; Senatus cenſuiſſet Sed etiam atq; etiam uiderent: ſi ma
gis e re p. eſſet: Interregnum uiri q̃ a ſe in eo ſtatu relinqui
prouinciam. Senatus. C. Scribonio negotium dedit ut duos
legatos ex ordine ſenatorio mitteret ad. L. Cornelium Conſ:
qui litteras college ad ſenatum miſſas deferrent ad eum & nun
tiarent: Senatum ni is ad magiſtratus ſubrogandos Romam
ueniret: potiuſ q̃ Q. Minutius a bello integro auocaretur: In
terregnum uiri paſſurum. Miſſi Legati renuntiauerunt Cor
nelium ad magiſtratus ſubrogandos uenturum De litteris
L. Cornelii quas ſcripſerat: ſecundum prelium cum Boiis
factum diſceptatio in Senatu fuit. qua priuatum pleriſq; ſena
toribus: Legatos. M. Claudius ſcripſerat: fortune populi
Romani & militum uirtuti gratiam habendam quod reſte
ne geſta eſſet. Conſulis opera: & militum aliquantum amiſſũ
& hoſtium exercitum cuius delendi oblata fortuna fuerit
elapſum. Militeſ eo plures periſſe q; tardius ex ſubſidiis qui
laborantibus opem ferrent: ſucceſſiſſent. Hoſtes e manibo
emiſſos q; equitibus legionariis tardius datum ſignum eet:
ut perſequi fugientes non licuiſſet. De ea re: nihil decerni
placuit. ad frequentiores conſultatio delata eſt. Inſtabat. n.
cura alia: quod ciuitas fenore laborabat: & cum multis fene
bribus legibus conſtricta auaritia eſſet: uia fraudis inita
erat: ut in Socios qui non tenerentur iis legibus nomina trã

scriberent. In tali uero fenore obruebantur debitores. Cuius cer
nendi cum ratio quereretur: diem fimri placuit: fenebria que
proxima fuissent: ut qui post eam diem Socii cum bus Romanis
credidissent pecunias profiterentur: & ex ea die pecunie cre
dite quibus debitor uellet legibus creditori ius redderetur.
I nde postq̃ professionibus detecta est magnitudo eris alieni: per
hanc fraudem contracti: M. Sempronius Tribunus plebis ex
auctoritate patrum plebem rogauit: plebesq; scitit: ut cum So
cius ac nomine Latino crediti ius idem: quod cum cunbs Roma
nis esset. Hec in Italia domi militeq; acta in hispania nequaquã
tantum belli fuit: quantum auxerat fama. C. Flamminius in Cite
riori hispania oppidum Illuciam in Oretanis cepit. Deinde in
hybernacula milites deduxit. & per hyemem prelia aliqua: nulla
memoria digna: aduersus latronum magis q̃ hostium excursio
nes uario tamen euentu: nec sine militum iactura sunt facta.
M aiores geste res a M. Fuluio. Is apud Toletum oppidum cũ Vacce
is Vectombrq; & Celtiberis signis collatis dimicauit. Exercitũ
earum gentium fudit: fugauitq; Regem hilernum uiuũ ce
pit. Cum hec in hispania agerentur comiciorum iam appetebat
dies Ita q; L. Cornelius Consul relicto ad exercitum Claudio Le
gato: Romam uenit Is in senatu: cum de rebus a se gestis disseru
isset: quoq; in statu prouincia esset: questus est cum patribs con
scriptis q; tanto bello una secunda pugna: tam feliciter perfecto
non esset habitus diis immortalibus honos: postulauit deinde
supplicationem simul triumphumq; decernerent. Prius tamen
q̃ relatio fieret. Q. Metellus qui consul dictatorq; fuerat: litte
ras eodem tempore dixit: & consulis L. Cornelii ad senatum &
M. Marcelli ad magnam partem senatorum allatas esse: in ter
se pugnantes eoq; dilatam esse consultationem: ut presentib
auctoribus earum litterarum disceptaretur. Ita q; expectasse se
se ut consul qui sciret ab Legato suo aduersus se scriptum aliqd
cum ipsi uemendum esset: deduceret eum secum Romam cum

etiam uerius esset. T. Sempronio Imperium habenti: tradi exerci
tum: q̃ legato. nunc uidere sese amotum de industria qui eaque
scripsisset presens diceret argueretq; coram & siquid naui affer
ret: argui posset: donec ad liquidum ueritas explorata esset itaq;
nihil eorum: que postulauit Consul: decernendũ in presentia
censere. Cum pergeret nihilo segnius referre: ut supplicationes
decernerentur: triumphantiq; sibi in urbem inuehi liceret. M.
& Crassus Ticinii. Tri plebis se intercessuros si de ea re fieret sena
tus consultum dixerunt Censores erant priori anno creati. Sex.
Elius Petus & C. Cornelius lustrum condidit. Censa sunt ciuiũ
capta. cxliii. septingenta. iiii. aque ingentes ea anno fuerunt.
& tyberis loca plana urbis inundauit. Circa portam Flumentanã:
etiam collapsa quedam ruinis sunt. Et porta Celimontana flul
mine icta est. Muris circa multis locis de celo tactus. & Aricie
& Lanuuio & Auentino lapidibus pluit. Et a Capua nuntiatum
est: examen uesparum ingens in forum aduolasse. & in Martis
ede consedisse. eas collectas cum cura igni crematas esse. horum
prodigiorum causa decemuiri adire libros iussi. & nouendiale
sacrum factum. & supplicatio indicta est. atq; urbs lustrata. Isd
diebus ediculam victorie virginis prope edem victorie. M. Por
tius Cato dedicauit: biennio postq̃ nouit. Eodem anno Coloniã
latinam in castrum ferentinum Triũuiri deduxerunt. C. Man
lius Volso. L. Apustius Fullo. P. Elius Tubero. Cuius lege deduce
bantur. deducebantur. Tria milia peditum fere. ccc. equites:
numerus exiguus: pro copia agri. Dari potuere xl. iugera in
pedites: sexaginta in equites. Apustio autore tertia pars agri
dempta est: quo postea si uellent: nouos colonos ascribere posset.
V igena iugera pedites: quadragena acceperunt. In exitu iam an
nus erat: & ambitio magis: q̃ unq̃ alias exarserat consularibus
comitiis. Multi & potentes petebant Patritii: plebemq; P. Cor
nelius Cn. F. Scipio: qui ex hispania prouincia nuper recesserat:
magnis rebus gestis. L. Quintius Flaminius: qui classi in Grecia

prefuerat

prefuerat. Et. Cn. Manlius Volso. hii patritii. Plebei autē. C. Le
lius. Cn. Domitius. C. Liuius Salinator. M. Acilius. Sed omniū
oculi in Quintium & Cornelium coniecti: nam & in unum lo
cum patebant Patritii ambo: & rei militaris gloria recensq; utrq;
cōmendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres
Canditatorum duo clarissimi suę ętatis Imperatores. Maior gloria
Scipionis: & quo maior eo propior inuidię. Quintii recentior: ut
qui eo anno triumphasset. Accedebat q; alter decimum iam prope
annum assiduus in oculis hominum fuerat: quę res minus uerē
dos magnos homines: ipsa societate facit. Consul iterum post de
uictum hannibalem: censorq; fuerat. In Quintio noua & recētia
omnia ad gratiam erant. Nihil nec petierat a populo post triū
phum nec adeptus erat. Pro fratre germano: non patruele se pe
tere aiebat: pro collega: & participe administrati belli: se terra:
fratrem mari rem gessisse. His obtinuit ut pręferretur candida
to: quem Africanus frater ducebat: quem Cornelia gens Cor
nelio consule comitia habente: quem tantum pręiudiciū Se
natus uirum e ciuitate optimum iudicatum qui matrē ideam
pessimunte uenientem in urbem acciperet. L. Quintius & Cn.
Domitius & Nobarbus Consules facti. Adeo ne in Plebeb quidē
consule: cum pro. C. Lelio niteretur Africanus ualuit. Postero
die prętores facti. Creati. L. Scribonius Libio. M. Fuluius Centu
malus. A. Attilius Serrānus. M. Bebius Tamphilius. Q. Saloni
Sarra. Edilitas insignis eo anno fuit. M. Emilii Lepidi: & P. Emi
lii Pauli: multos pecuniarios damnarunt: & ex ea pecunia Clipea
inaurata in fastigio Iouis edis posuerunt. Porticum unam extra
portam Trigeminam emporio ad Tyberim adiecto: alteram ad
portam fontinalem: ad Martis aram: qua in campis iter esset per
duxerunt. Diu nihil memoria dignum in Liguribus gestū erat.
Extremo eius anni bis in magnum periculum res adducta ē: nā
& castra consulis oppugnata: egre sunt defensa: & non ita mul
tum post: per saltum angustum cum duceretur agmen Roma

num: ipsas fauces exercitus Ligurum insedit: qua cum exitus
non pateret: conuerso agmine redire Consul instituit: & a tergo
fauces saltus occupate a parte hostium erant. Caudineq; cladis
memoria: non animis modo: sed propo oculis: obuersabatur.
Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat: eos
prefectus consuli pollicetur: se parte utra uellet: cum suis erup
turum: tantum uti diceret: utra pars frequentior uicis esset:
in eos se impetum facturum. & nihil prius: q̃ flammam rectis
inuecturum: ut is pauor cogeret Ligures excedere saltu: quem
obsiderent: & discurrere ad opem ferendam suis. Laudatũ eũ
consul: spe premiorum onerat: & Numide equos conscendunt:
& obequitare stationibus neminem lacessentes ceperunt. Nihil
primo aspectu cõtemptius equi hominesq; paululi: & graciles: dis
cinctus & inermis eques: preterq̃ q, iacula secum portat. eq sine
freni: deformes: ipse cursus rigida ceruice: & extento capite
currentium. Hunc contemptum de industria agentes: labi ex
equis: & per ludibrium spectaculo esse: utraq; qui primo intenti
paratiq; si lacesserentur in stationibus fuerant: iam inermes
sedentesq; pars maxima spectabant: Numide ad equitare & re
fugere: sed propius saltum paulatim euehi: uelut quos impoten
tes gerendi equos: unuitos efferrent. Postremo subditis calca
ribus: per medias stationes hostium erupere: & in agrum lato
rem euecti omnia peruastant. Fumus primo conspectus: deide
clamor trepidantium ut uicis auditus: postremo semiores: pu
eriq; refugientes tumultum in castris fecerunt: utraq; sine con
silio: sine imperio pro se quisq; currere ad sua turanda: momẽ
toq; temporis castra relicta erant: & obsidione liberatus cons.
quo intenderat peruenit. Sed neq; Boii, neq; Hispani cũ quibꝰ
eo anno bellatum erat: tam inimice infesti erant Romanis: q̃
etolos gens. li post deportatos ex grecia exercitus: primo in
spe fuerant. & Antiochum in uacuam europe possessionẽ uen
turum: nec Philippum, aut Nabin quieturos. Vbi nihil usquã

moueri uiderunt: agitandum miscendumq; rati: ne conctãdo
senescerent consilia. Concilium Naupactum indicerunt. Ibi Tho
as eorum prętor conquestus iniurias Romanorum: statumq;
ętolię q; omnium grecię gentium ciuitatumq; inhonoratissi
mi post eam uictoriam essent: cuius causa ipsi fuissent: legatos
censuit circa reges mittendos qui non solum tentarent animos
eorum: sed suis quenq; stimulis mouerent: ad Romanum bellũ.
Democritus ad Nabin nauigat. Ad Philippum Nicander. Dice
archus frater prętoris ad Antiochum est missus. Tyranno Lace
demonio Democritus ademptus maritimis ciuitatibus eneruа
tam Tyrannidem ducere inde militem, inde naues naualesq; so
cios habuisse, inclusum suis prope muris a cheos uidere dominã
tis in Peloponneso, nunq; habiturum recuperandi sua occasionẽ
si eam quę tunc esset, prętermisisset: & nullum exercitum Ro
manum in Greciа esse nec propter Gytheum aut maritimos ali
os Laconas, dignam causam existimaturos Romanos, cur legio
nes rursus in greciam transmittant. hęc ad incitandum animũ
Tyranni dicebantur: ut cum in Greciam Antiochus traiecisset
conscientia uiolatę per socios iniurias Romę amicitias iun
gerent cum Antiocho. Et Philippum Nicander haud dissimili
oratione incitabat. Erat etiam maior orationis materia quo
ex altiore fastigio rex q; tyrannus detractus erat quoq; plures
ademptę res. ad hęc uetusta regum macedonũ fama per agra
tusq; orbis terrarum uictoris eius gentis referebatur: & tutũ
uel incepto, uel euentu, se consilium afferre, neq; ut antese mo
ueat Philippus, q; Antiochus cum exercitu transierit in greciа
suadere: & qui sine Antiocho socius ętolis: qui cum grauiores ho
stes tum Romanis fuerunt: quibus tandem uiribus resistere
Romanos posse: adiiciebat de duce hannibale nato aduersus Ro
manos hoste: qui plures & Duces & milites eorum occidisset: q;
quot superessent. Nec philippo Nicander. Alia Diearchus An
tiocho & omnium primum prędam de Philippo Romanorũ

380

esse dicere: uictoriam Etolorum & additum in greciam Romanis
nullos alios, q̄ Etolos dedisse & ad uincendum uires eosdem prebu
isse: deinde quantas equitum peditumq; copias prebituri Antiocho
ad bellum essent: que loca terrestribꝫ copiis, quos portus mariti
mus. Tum de Philippo & Nabide libero mendacio abutebantur:
paratum utrunq; ad rebellandum esse: & primam quanq; occasio
nem recuperandi ea que bello amisissent: arrepturos Ita per totū
simul orbem terrarum Etoli Romanis concitabant bellum. Et re
ges tamen, aut non moti, aut tardius moti sunt. Nabis extēplo
circa omnis maritimos uicos misit, ad seditiones in iis miscēdas.
E t alios principum donis ad suam causam perduxit. Alios perti
naciter in societate Romana manentes occidit. Acheis omnium
maritimorum locorum tuendorum a T. Quintio cura manda
ta erat: itaq; extemplo ad Tyrānum Legatos miserunt: qui ad
monerent federis Romani, denuntiarentq; ne pacem, quā tan
topere petisset, turbaret: & auxilia ad Gytheum: quod iā oppu
gnabatur a Tyranno & Romam qui ea nuntiarent. Legatos mise
runt. Antiochus Rex ea hyeme Raphei in Phenice: Ptolemeo Re
gi Egypti filia in matrimonium data: cum Antiochiam se recepis
set per Ciliciam: Tauro monte superato: extremo iam hyemis ephe
sum peruenit. Inde principio ueris Antiocho filio misso in Syriā:
ad custodiam ultimarum partium regni: nequid absente se a ter
go moueretur: ipse cum omnibus terrestribus copiis ad Pysidas:
qui circa Sicam incolunt: oppugnandos est profectus. Eo tēpore
Legati Romam P. Sulpitius: & P. Iulius qui ad Antiochum sicut
ante dictum est: missi erant: iussi prius Eumenem adire: Eleam
uenere: inde Pergamum ubi regia Eumenis fuit descenderunt.
C upidus belli aduersus Anthiocum Eumenes erat grauem: si pax
esset accolam: tanto potentiorem Regem credens eūdem si mo
tum bellum esset: non magis parem Romanis fore: q̄ Philippus
fuisset: & aut funditus sublatum iri: aut si pax uicto daretur mul
ta illi detracta: sibi accessura: ut facile deinde ab eo sine ullo ro

mano auxilio tueri posset: etiam siquid aduersi casurum foret: sa
tius esse romanis sociis quamcunq; fortunam subire: q̃ solum aut
imperium pati Antiochi: aut abnuentem ui atq; armis cogi: ob
hęc quantum consilio ualebat: incitabat Romanos ad bellũ Sul
pitius eger pergami substitit. Iulius cum Pysidie bello occupa
tum esse regem audisset: Ephesum profectus: dum paucos ibi mo
ratur dies: dedit operam: ut cum hannibale: qui tum ibi forte
erat: sepe congrederetur ut animum eius: & temptaret: siqua pos
set: & mętum demeret: periculi ei quicq̃ ab Romanis esse: His col
loquiis aliud nihil actum est. Sequutum tamen sua sponte est: ue
lut consilio petitum esse: ut uilior ab ea regi hannibal suspectior
q; ad omnia fieret. Claudius sequutus Grecos ancilianos libros:
P. Africanum in ea fuisse legatione tradit: eumq; Ephesi colloqu
utum cum hannibale & sermonem etiam unum refert: quo que
rente Africano: quem fuisse maximum imperatorem hannibal
crederet respondisse. Alexandrum Macedonum regem: q; par
ua manu innumerabiles exercitus fudisset: q; ultimas oras sup̃
spem humanam peragrasset. Querenti deinde: quem secũdum
poneret. Pyrrhum dixisse castra metari primum docuisse ad
hoc: neminem elegantius loca cępisse: presidia disposuisse: artẽ
etiam consiliandi sibi hones eum habuisse: ut Italicę gentes re
gis externi q̃ populi Romani tam diu principis in ea terra: ĩpe
rium esse mallent. Exequenti deinde quem tertium diceret.
H aud dubie se ipsum dixisse. Tum risum obortum Scipioni sub
iecisse. Quid nam tu diceres si me uicisses. Tum me uero inquit
& ante Alexandrum: & ante Pyrrhum: & ante omnes alios impe
ratores esse. Et perplexum punico astu responsum: & improuisũ
assentationis genus Scipionem mouisse: q; egrege se imperatoꝝ
uerum inestimabilem secreuisset. Iulius ab Epheso Apameam
processit: eo & Antiochus audito Romanorum legatorum aduen
tu occurrit. Apameam congressus disceptatio eadem ferme fuit:
quę Romę inter Quintium & legatos Regis fuerat. Mors nũtia

ta Antiochi filii regis: quem missum pauloante dixeram in Syriā
dirimit colloquia. Magnus luctus in regia fuit: magnumq; eius
iuuenis desiderium. Id enim iam specimen sui dederat: ut si uita
longior contigisset: magni iustiq; regis in eo indolem fuisse appa
reret. Quo carior acceptiorq; omnibus erat: eo mors eius suspec
tior fuit: grauem successorem eum: instare senectuti suę patrē
credentem: per Spadones quosdam: talium ministerio facinorū
acceptos Regibus: ueneno sustulisse. Eam quoq; causam clande
stino facinori adiiciebant: q; cum Seleuco filio Lysimachiam de
disset: Antiocho quam similem daret sedem: ut procul ab se ho
nore eum quoq; ablegaret: non habuisset. Magni tamen luct'
species per aliquot dies Regiam tenuit. Legatusq; Romanus ne
alieno tempore incōmodus obuersaretur: Pergamum conces
sit: rex Ephesum: omisso quod inchoauerat bello: redit ibi per
luctum regia clausa: cum Minione quodam: qui princeps ami
corum eius erat: secreta consilia agitauit. Minio ignarus om
nium externorum: uiresq; existimans Regis ex rebus in Sy
ria aut Asia gestis: non causa modo superiorem esse Antiochū
q; nihil equi postularent Romani: sed bello quoq; superaturū
credebat. Fugienti regi disceptationem cum Legatis: seu iam
experto eam minus prosperam: seu merore recenti confuso: pro
fessus Minio se quę pro causa essent dicturum: persuasit ut a
Pergamo acerserentur Legati. Iam conualuerat Sulpitius itaq;
ambo Ephesum uenerunt. Rex a Minione excusatus: & absē
te eo res agi capta est. Ibi pręparata oratione Minio. Specioso
titulo inquit uti uos Romani Gręcarum ciuitatum liberāda
rum uideo: sed facta uestra orationi non conueniunt: & aliud
Antiocho iuris statuistis: alio ipsi utimini: quid enim magis
Smyrnei lampsaceniq; gręci sunt: q̄ Neapolitani & Regini: &
Tarentini a quibus stipendium: a quibus naues: ex fędere exi
gitis: Cur Syracusas: atq; in alias Sicilię gręcas urbes pręterē:
quot annis cum imperio & securibus: & uirgis mititis: nihil

aliud profecto dicatis: q̃ armis superatis uos iis leges imposuisse.
E andem de Smirna & Lampsaco ciuitatibꝫ q̃ que Ionie: aut Eoli
dis sunt: causam ab Antiocho accipite: bello superatas a maioribꝫ
stipendarias ac uectigales factas Antiochus repetit: itaq̃ hec ei
responderi uelim: sed ex equo disceptaturus non belli causa ꝛ
queritur. Ad ea Sulpitius. Fecit uerecunde inquit Antiochus
qui si alia pro causa eius non erant: que dicerentur quēlibet ꝛ
ista: q̃ se dicere maluit. quid enim simile habet ciuitatum earꝫ
quas comparasti causa: ab Reginis & Neapolitanis: & Tarentinis:
ex quo in nostram uenerunt potestatem: uno & perpetuo tenore
iuris semper usurpato: nunq̃ intermisso: que ex foedere debent
exigimus: potes ne tandem dicere ut ii populi non per se non
per alium quenq̃ fedus mutauerint: sic a sue ciuitates: ut se
mel uenerunt in maiorum Antiochi potestatem: in perpetua
possessione regni uestri permansisse: & non alias earum in Phi
lippi: alias in Ptolemei fuisse potestate: alias per multos annos
nullo ambigente libertatem usurpasse nam si q̃ aliquando ser
uierunt temporum iniquitate pressi: ius post tot secula asse
rendi eos in seruitutem faciet: quid abest: quin actum nobis ni
hil sit: q̃ a Philippo liberauimus Greciam: & repetant posteri eiꝰ
Corinthum: Chalcidem: Demetriadem: & Thessalorum totam
gentem: Sed quid ego causam ciuitatum ago: quam ipsis a genti
bus: & nos: & regem ipsum cognoscere: equius est. Vocari deinde
ciuitatum Legiones iussit: preparatas iam ante: & instructas ab
Eumene: qui quantumcunq̃ uirium Antiocho decessisset: suo
id accessurum regno ducebat. Admissi plures: dum suas quisq̃
nunc querelas: nunc expostulationes inserit: equa iniquis ꝛ
miscentes e disceptatione: alterationem fecerunt: itaq̃ neque
remissa ulla re: neq̃ impetrata: eque ac uenerāt omnium incer
ti legati Romam redierunt. Rex dimissis iis: consilium debel
lo Romano habuit. Ibi alius alio uelocius: quia quo quisq̃ aspe
rius aduersus Romanos loquutus esset: eo spes gratie maior erat

aliuſ ſuperbiam poſtulatorum increpare: tanq̃ Nabidi uicto: An
tiocho maximo Aſię regum: imponentium legeſ quanq̃ nabidi
tamen dominationem in patriam ſuam: & patriam Lacedemonẽ
remiſſam: Antiocho ſi Smyrna: & Lampſacus imperata faciant:
indignum uideri. Alii paruaſ & uix dictu dignaſ belli cauſas: tã
to regi eaſ ciuitates eſſe. Sed iniurium ſemper periuſ iniuſta impe
randi fieri niſi crederent: Perſaſ cum aquam: terramq; ab Lace
demoniſ petierunt: gleba terrę: & hauſtu aquę eguiſſe: perſimi
lem temptationem Romaniſ de duabuſ ciuitatib⁹ agi: & aliaſ ci
uitateſ: ſimul duas iugum excuſſe uidiſſent: ad liberatorem po
pulum defecturas: ſi non libertaſ ſeruitute potior ſit: tamen omnẽ
preſenti inſtatu ſpem: cuiuſq; nouandi reſ ſuaſ blandiorem eſſe:
Alexander Acarnas in conſilio erat. Philippo quondam amicus
nuper relicto eo ſequutus opulentiorem regem Antiochu: & tãq̃
peritus Græciæ nec ignaruſ romanorum: in eum gradum amicitię
regis: ut conſiliiſ quoq; arcaniſ intereſſet acceptus erat. Iſ tanquã
non utrum bellandum eſſet: nec ne cõſuleretur: ſed ubi & qua ra
tione bellum gereretur: uictoriam ſe haud dubiam proponere ani
mo affirmabat: ſi in Europam tranſiſſet rex: & in aliqua græciæ par
te ſedem bello cępiſſet. Iam primum Etoloſ: qui umbilicum græciæ
incolerent: in armiſ eum inuenturum. Ante ſigna noſ ad aſperum
queq; belli paratoſ in duobus uelut cornibuſ græciæ nabin⁹ a Pelopõ
neſo concitaturum omnia: repetentem Argiuorum urbem repetẽ
tem maritimas ciuitates: quibus eum depulſum romani Lacede
monis muriſ ineluſiſſent. A Macedonia Philippum: ubi primu bel
licum cani audiſſet: arma capturum: noſſe ſe ſpiritus eius noſſe ani
mum ſeue ferum ferarum modo: quę clauſtris: aut umculis tene
antur: ingentiſ iam diu iraſ in pectore uoluere. Meminiſſe etiam
ſe quotiens in bello precari omneſ deos ſolitus ſit: ut Antiochũ ſibi
darent adiutorem: cuius uoti ſi compos nunc fiat: nullam moã
debellandi facturum: tantum non contrandum: neq; ceſſandũ eſſe:
in eo enim uictoriam uerti: ſi loca opportuna & ſocii preoccupa

rentur: hannibalem quoq; sine mora mittendum in Africam ee.
ad estringendos romanos. Hannibal non adhibitus est in consi
lium: propter colloquia cum Iulio suspectus regi: & in nullo po
stea honore habitus: primo eam contumeliam tacitus tulit: dein
melius esse ratus: & per contari causam repentine alienationis:
& purgare se se: a tempore quesita simpliciter iracundie causa
auditaq; Pater Amilcar inquit Antioche: paruum admodu me:
cum sacrificaret: altaribus admotum iureiurando adegit nuq;
amicum fore populi R: sub hoc sacramento sex & xxx. annos
militaui: hoc me in pace patria mea expulit: hoc patria extorre
in tuam regiam adduxit hoc duce: si tu spem meam destituen:
ubicunq; uires: ubi arma esse sciam: huc ueniam toto orbe terra
rum querens aliquos Romanis hostes: itaq; si cui tuorum meis
criminibus apud te crescere libet: aliam materiam crescendi q; ex
me querat: odioq; q; sim romanis: id me uerum dicere: pater
Amilchar & dii testes sunt: proinde cum de bello romano cogi
tabis: inter primos amicos hannibalem habeto. Si qua res te in pa
cem compellet: in id consilium cum quo deliberes: queruto. No
mouit modo talis oratio regem: sed etiam reconciliauit hamba
li. Ex consilio ita discessum est: ut bellum gereretur. Rome dest
nabant: quidem sermonibus: hostem Antiochum: sed nihil dum
ad id bellum preter animos parabant. Consulibus ambobus Ita
lia prouincia decreta est: ita ut inter se compararent sorterentur
ue: uter comitis eius anni preesset: ad utrum ea non pertineret
cura: ut paratus esset: si quo extra Italiam opus esset: duceret le
giones nouas & socium ac nominis Latini milia xx & equites
d. ccc. Alteri consuli due legiones decrete: quas L. Cornelius
consul superioris anni habuisset: & socium ac Latini nominis
ex eodem exercitu pedites xv. milia & equites quingentos. Q.
Minutio cum exercitu: quem in Liguribus habebat prorogatu
Imperium: additum in supplementum: ut quattuor milia pediti
Romanorum scriberentur cl. equites ex Socis eodem v. pediti

milia imperarentur. ccc l. equites. Cn. Domitio extra Italiã: quo Senatus censuisset. Prouincia euenit. L. Quintio Gallia.

Et comitia Prętorum habita prętoresq; deinde prouincias sortiti. M. Fuluius centumalus: urbanam. L. Scribonius libo: peregrinam. L. Valerius Tappo: siciliam Sol. Q. Solonius Sarra: Sardiniam: M. Bebius Tamphilus hispaniam citeriorem. M. Attilius Serranus ulteriorem. sed his duobus primum. S. C. deinde plebiscito permutatę prouincię sunt. A. Acilio classis: & Macedonia. a. Bebio Bruti decreti. Flamnio fuluioq; in hispanius prorogatum imperium. Acilio in Brutios duę legiones decretę: quę priori anno urbanę fuissent. ut & sociis eodẽ milia quindecim imperarentur: & quingenti equites. Bebius Tamphilus. xxx. naues quinq; remes facere iussus: & ex nauilibus ueteres deducere: siquę utiles essent: & scribere nauales socios & consuli imperatum uti duo milia socium ac Latini nominis: & mille Romanos daret pedites. Hi duo prętores: & duo exercitus terrestris: nauales q; aduersus Nabin apertam oppugnantem socios populi Romani dicebantur parari.

Cęterum Legati ad Antiochum missi expectabantur: & priusq; ii redissent uetuerat. Cn. Domitium cons. senatus ab urbe discedere. Prętoribus fuluio & Scribonio quibus: ut ius dicerent. Roma prouincia erat: negotium datum: ut prętor eam classẽ. cui Bebius prefecturus erat: centum quinqueremes pararent.

Prius q; consul: pretoresq; in prouincias proficiscerentur: supplicatio fuit prodigiorum causa. Capram sex hedos uno fetu edidisse: ex Piceno nuntiatum est. Et Arretii puerum unũ natũ unimanum. Amiterni terram pluisse. Formis portam: murumq; de cęlo tacta. Et quod maxime terrebat consulem Cn Domitium: bouem locutam. Roma caue tibi: cęterorum prodigiorum causa supplicatum est. Bouem cum cura seruari aliqui aruspices iusserunt. Tiberis infestiore: q; priore impetu in latus urbi: duos pontis ędificata multa: maxime circa

Flumentanam portam euertit: Saxum ingens siue hymbrib⁹ seu motu terre leniore: q̄ ut alioquin sentiretur: labefactatum inui cum Lugarium ex Capitolio procidit: & multos oppressit. Inag⁹ passim inundatis pecora ablata: uillarum strages facta est. Priusq̄ L. Quintius proconsul in prouinciam perueniret. Q. Minutius in agro pisano: cum Ligurib⁹ signis collatis pugnauit. Nouē milia hostium occidit: ceteros fusos fugatosq; in castra cōpulit: ea usq; in noctem magno certamine oppugnata: defensa q; sunt: nocte clam profecti Ligures: prima luce Romanus uacua ca stra inuasit: prede minus inuentum est: quod subinde spolia agrorum capta domos mittebant: Minutius nihil deinde la xamenti hostibus dedit: ex agro pisano in Ligures profectus castella uicosq; eorum igni: ferroq; peruastauit: ibi preda he trusca que missa a populatoribo fuerat: repletus est miles. Ro

Sub idem tempus Legati ab Regibus Romam reuerterunt: q̄ cū nihil quod satis maturam causam belli haberet: nisi aduersus Lacedemonium Tyrannum attulissent: quem & Achei Legati nuntiabant: contra fedus maritimam oram laconum oppu gnare: Attilius pretor cum classe missus est in Greciam: ad so cios tuendos. Consules q; nihil ab Antiocho instaret: proficisci ambos in prouincias placuit. Dominus ab Arimino qua pro xumum fuit: Quintius per Ligures in Boios uenit. Duo consu lum agmina diuersa late agrum hostium peruastarunt: pri mo equites eorum pauci cum prefectis: deinde uniuersus senatus: postremo in quibus aut fortuna aliqua: aut dignita' erat ad mille: ad consules transfugerunt. Et in utraq; hispa nia eo anno res prospere geste: nam &. C. Flamminus oppidū: Litabrum munitum opulentumq; uineis expugnauit: et no bilem regium Corribilonem uiuum cepit. Et .M. Fuluius pro consul cum duobus exercitibus hostium duo secunda prelia fecit. Oppida duo hispanorum Vescelia: holonem q; & castel la multa: expugnauit. Alia uoluntate ad eum defecerunt

Tum in Oretanos progressus: & ibi duobus proeliis oppidis: Noliba & Cusibi: ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parua urbs erat: sed loco munito: eam cum oppugnaret: Vectonum magn' exercitus Toletanis subsidio uenit. Cum his signis collatis prospere pugnauit: & fusis Vectonibus operibus Toletum cepit: Ceterum eo tempore ea bella que gerebantur: minus cure patribus erant: q̃ expectatio non dum cepti cum Antiocho belli: nam & per legatos idem omnia exprimebantur: q̃ rumores temere sine ullis autoribus orti: multa falsa ueris miscebant. Inter que alla tam erant: cum in Etoliam uenisset Antiochus: ex templo classem eum in Siciliam missurum. Itaq; senatus: & si prętorem amicum cum classe miserat in Greciam: tamen quia non copus modo: sed etiam autoritate opus erat: ad tuendum sociorum animos. L. Quintium: & Cn. Octauium & Cn. Seruilium & P. Iulium Legatos in greciam misit. & ut M. Bebius ex brutiis ad Terentum & Brundusium promoueret legiones decreuit. Deinde si res posceret: in macedoniã trauiceret. Et M. Fuluius prętor classem nauium xxx. mitteret ad tuendam Siciliæ oram. Et ut cum imperio esset: qui classem eam duceret. Duxit L. Oppius Salinator qui prior anno ędilis plebis fuerat. Et ut idem prętor. L. Valerio collega scriberet: periculum esse: ne classis regis Antiochi ex Etolia in Siciliam trauiceret: itaq; placere senatui ad eum exercitum: quem haberet: tumultuariorum milium .xiii. milia & .ccc. equites scriberet: quibus oram maritimam prouincię: quę uergeret in Greciam tueri posset. Eum delectũ prętor non ex Sicilia ipsa tantum: sed etiam ex circũiacentibus insulis habuit. Oppida omnia maritima: quę in Greciam uersa erãt. prędis firmauit. Addidit alimenta rumoribus aduentus Attali Eumenis fratris: qui nuntiauit Antiochum regem hellespõtũ cum exercitu transisse: & se parare Etolos: ut sub aduentũ eius maritimis esset. Et eumenem absenti: & prędenti Attalo: gratię actę & ędes libere: loca lauticię decreta: & munera data: quia bou

equestria arma: & uasa argentea centum pondo. Cum alii atq; alii nuntii bellum instare afferrent ad rem pertinere uisum est consules primo quoq; tempore creari: itaq; Senatusconsultum factum est: ut M. Fuluius Prętor literas ex templo ad consulē mitteret: quibus certior fieret: senatui placere: prouincia exercitusq; tradito Legatis: Romam reuerti eum & exitinere prędmittere edictum: quo comitia consulibus creandis ederet. Paruit his literis consul & prędmisso edicto Romam uenit. Eo quoq; anno magna ambitio fuit: quod patricii tres in unum locum petiere P. Cornelius. Cn. filius Scipio: qui priore anno repulsam tulerat. Et L. Cornelius Scipio. Cn. Manlius Volso. P. Scipiom uno tali ut dilatum: non negatum honorem appareret. Consulatus datus est: additus ei de plebe collega. M. Aelius Glabrio. Postero die prętores creati. L. Emilius Paulus. q. Emilius Lepidus. M. Iuni⁹ L. Cornelius Mamula. L. Liuius & L. Oppius fuerat: qui classem xxxx. nauium in Siciliam duxerat. Interim dum noui magistratus sortirentur prouincias: Cn. Bebius a Brundusio cum omnibus copiis transire in Epirum est iussus: & circa Apolloniam copias continere. & M. Fuluio prętore Vrbano negotium datū est ut quinq; remes nouas. L. faceret. Et populus quidam Romanus ita se ad omnes conatus Antiochi pręparabat. Nabis tam nō differebat bellum sed suma ui Girtheum oppugnabat: & infestus Achęis: quod miserant obsessis prędsidium: agros eorum uastabat. Achęi non antea ausi capescere bellum: q̄ ab Roma reuertissent Legati: ut quid Senatui placeret scirent. Post reditum Legatorum: & Sicyonem concilium ediderunt: & Legatos ad T. Quintium miserunt: qui consilium ab eo peterent. In consilio omnium ad bellum ex templo capessendum inclinatę sententię erant. Literę T. Quintii contationem fecerunt: quibus autor erat Prętorem classemq; Romanam expectandi. cum principū alii in sententia permanerent: alii utendum eius quod ipsi consulussent consilium censerent: multitudo Philopoemenis sentē

tiam expectabat. Pretor is tum erat: & omnes eo tempore: & pru
dentia: & autoritate anteibat. Is profecto bene comparatum
apud etolos esse ait: ne pretor cum de bello cum consuluisset:
ipse sententiam diceret: statuere q̃ primum ipsos quid uellẽt:
iussit decreta eorum cum fide & cura exequuturum ad nixu
rumq; ut quantum in consilio humano positum esset: nec
pacis eos peniteret: nec belli. Plus ea ratio momenti: ad conci
tandos ad bellum habuit: q̃ si aperte suadendo: cupiditatem
res gerendi ostendisset: itaq; ingenti consensu bellum decretũ
est: tempus & ratio administrandi eius libera pretori permis
sa Philopomeni sunt: preterq̃q; ita Quintio placeret: & ita exi
stimabat classem Romanam expectandam: que mari Gutheũ
tueri posset: sed metuens ne dilationem res non pateretur: &
non Gutheum solum: sed presidium quoq; missum: ad tuendã
urbem amitteretur: naues acheorum deduxit. Comparauerat:
& Tyrannus modicam classem ad prohibenda: siqua obsessis
mari submitterentur presidia: tres tectas naues: & lembos tris
I sq; tradita uetere classe ex federe Romanis: harum ut nouar
tum nauium agilitatem experiretur: simul omnia satis apta
ad certamen essent: prouectos in altum cottidie remigem: mili
temq; simul acheis nauibus pugnam exercebat: in eo ratus uer
ti spem obsidionis: si presidia maritiã interclusisset. Pretor
acheorum sicut terrestrium certamine arte quẽuis clarorum
imperatorum: usu uel ingenio equabat: ita rudis in re nauali
erat: Arcas mediterraneus homo externorum etiam ignarus
omnium: nisi q; in creta prefectus auxiliorum militauerat:
quadriremi uectus: capta: annis ante .viii. cum Crateri uxorẽ
Nicalam a Naupacto Corinthum ueheret. huius fama motus
uenit: & nobilem in classe Regia quondam nauium deduci:
ad eum putrem iam admodum & uetustate dilabentem iussit:
hac cum pretoria naue precedente classem: cum in ea Patrẽsis
Piso Prefectus classis ueheretur: occurrunt a Gutheo Laconũ

naues: & primo statim in cursu ad nouam: & firmam nauem ue
tus que per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet: diuul
sa est. Capti q; omnes: qui in naue erant. Cetera classis: Pretoria
naue amissa: quantum quisq; remis ualuit: fugit. Ipse Philopo
menes in leui piscatoria naue fugit: nec ante fuge finem: q̄ pa
tras uentum sit fecit. Nihil ea res animum multarum uri: & mul
tos experti casus: imminuit: qui contra si in re nauali cuiusq; ig
narus offendisset: eo plus in ea quorum usu calleret: spem nact'
breue id Tyranno gaudium se affecturum affirmabat. Nabis
tum spem haud dubiam nactus: iam nihil mari periculi timēs:
& terrestres aditus claudere opportune positis presidiis uoluit:
tertia parte copiarum ab obsidione Gythei abducta: ad Pleias
posuit castra. Imminet is locus & Leucis: & Aeris: qua uidebā
tur hostes exercitum admoturi. Cum ibi statiua essent: pauci
tabernacula haberent: multitudo alia casas ex arundinibus
textas: fronde que umbram modo preberent erexissent: Pri'
q̄ in conspectum hosti ueniret Philopomenes: nec opinantem
eum improuiso genere belli aggredi statuit nauigia parua in
stationem occultam agri Argiui contraxit: in ea expeditos mi
lites cetratos plerosq; cum fundis: & iaculis: & alio leui genere
armature imposuit. Inde lucra legens cum ad propinquum ca
stris hostium promontorium uenisset: egressus: callibus noti'
nocte Pleias peruenit: & sopitis uigilib⁹: ut in nullo propinq;
metu: ignem cassis ab omni parte castrorum iniecit. Multi pri'
incendio absumpti sunt: q̄ hostium aduentum sentirent: & q
censerant: nullam opem afferre potuerunt: ferro flamma q;
omnia absumpta: per pauci tamen ancipiti peste: ad Gytheū
in maiora castra perfugerunt. Ita perculsis hostibus Philopome
nes protinus ad depopulandam Tripolin Laconici agri: qui pro
ximus finis magalopolitarum est: duxit & magna ui pecorū
hominumq; inde abrepta: priusq̄ a Gytheo Tyrannus presidi
agris mitteret discessit. Inde Telegam exercitu contracto: cō

cilioq; eodem & Acheis & sociis indicto: in quo & Epirotarum & Acarnanum fuere principes: statuit quoniam satis essent testes suorum: & a pudore maritime ignomine restituti amni: & hostiū conterriti essent: ad Lacedemonem ducere eo modo uno ratus ab obsidione Gytthei hostem abduci posse. Ad Carias primū in hostium terra posuit castra. Eo ipso die Gyttheum expugnatū: cuius rei ignarus Philopomenes castra ad Barbostenes: mōs est decem milia passuum ab Lacedemone: processit. Et Nabis recepto Gyttheo: cum expedito exercitu inde profectus: cum preter Lacedemonem raptū duxisset: Pirrhi que uocant castra occupauit: quem peti locum ab Acheis non dubitabat: inde hostibus occurrit: obtinebant autem longo agmine propter angustias uie prope quinq; milia passuum. cogebatur agmen ab equitibꝫ: & maxime a parte auxiliorum q; existimabant Philopomenes Tyrannum mercennariis militibus: quibus plurimum fideret a tergo suos aggressurum. Due res simul inopinate perculerunt eum: una preoccupatus: quem petebat locus. Altera quod primo agmini occurrisse hostem cernebat: ubi cum per loca confragosa iter esset: sine leuis armature presidio: signa ferri non uidebat posse. Erat autem Philopomenes precipue inducendo agmine: locisq; capiendis sollertie: atq; usus nec belli tantum temporibus: sed etiam in pace se ad id maxime exercuerat: ubi iter copiā faceret: & ad difficilem transitu saltum uenisset: contemplatus ab omni parte loci naturam: cum solus iret secum ipse agitabat animo: cum comites haberet: ab hiis querebat: si hostes eo loco apparuisset: quid si a fronte: quid si ab latere hoc aut illo quid si a tergo adoriretur: capiendum consilii foret: posse instructos recta acie posse inconditum agmen & tantūmodo aptum uie occurrere: quem locum ipse capturus esset: cogitando aut querēdo exequebatur: aut quot armatis aut quo genere armorum: plurimum enim interesse usurus: quo impedimenta: quo sarcinas: quo turbam inermem trauceret: quanto ea: aut quali pretio custodi

ret. & utrum pergere: qua cepisset ire uia: an ea qua uenisset: re
petere melius esset: castra quoq; quem locum caperet. quantum
munimento amplectaretur loci. qua opportuna aquatio: qua pa
puli lignorumq; copia esset. qua postero die castra mouenti tutū
maxime iter: que forma agminis esset. His curis cogitationibusq;
ita ab ineunte etate animum agitauerat: ut nulla ei noua in ta
li re cogitatio esset: & tum omnium primum agmen constituit.
D ein Cretensis auxiliares: & quos Tarentinos uocabant equites bi
nos secum trahentes equos: ad prima signa misit: & iussis equi
tibus subsequi: super torrentem unde aquari possent: rupē oc
cupauit: eo impedimenta omnia & calonum turbam contectam
armatis circūdedit: & pro natura loci castra communiuit: taber
nacula statuere in aspretis: & inequabili solo difficile erat. ho
stes quingentos passus aberant: ex eodem riuo: utriq; cum presi
dio leuis armature aquati sunt: & prius q̄ qualia in propinquis
castris solent: contraheretur certamen: nox interuenit. Postero
die apparebat pugnandum pro aquatoribus circa riuum esse.
N octe in ualle a conspectu hostium auersa quantam multitudinē
locus occulere poterat: condidit Cetratorum: luce orta Cretēsiū
leuis armatura: & Tarentini equites: super torrentē prelium com
miserunt. Letennastus Cretensis: popularibus suis equitibus Ly
portas Megalopolitanus preerat. Cretensis & hostium auxiliares
equitumq; idem genus. Tarentini presidio aquatoribus erant. ali
quādiu dubium prelium fuit: ut eodem ex parte utraq; hominū
genere: & armis paribus: procedente certamine & numero: uice
re Tyranni auxiliares: & quia ita preceptum a Philopomene Pre
fectis erat: ut modico edito prelio: in fugam inclinarent: hostēq;
ad insidiarum locum pertraherent: effuse sequenti fugientes per
conuallem pleriq; & uulnerati & interfecti sunt: priusq̄ occultum
hostem uiderent: Cetrati ita quantum latitudo uallis patiebatur:
instructi sederant ut facile per interualla hominum fugientes
suos acciperent. Consurgunt deinde ipsi integri: recentes in-

structi: & in hostis inordinatos effusos: labore etiam & uulne
ribus fessos: impetum faciunt: nec dubia uictoria fuit: ex tem
plo terga dedit Tyranni miles: & haud paulo concitatiore cur
su: q̃ sequutus erat: fugiens: in castra est compulsus: multi cęsi
captiq; in fuga sunt: & in castris quoq; foret trepidatum: ni Phi
lopomenes receptui cani iussisset: loca magis confragosa: qua
cunq; temere pręcessisset: nequaq̃ hostem metuens. Inde ex for
tuna pugnę & ingenio ducis coniectans: in quo tum is pauore
esset: unum de auxiliaribꝫ specie transfugę misit ad eum. Qui ꝛ
pro comperto afferret: Acheos statuisse postero die ad Eurotã
amnem: qui prope sub ipsis affluit męnibus procedere: aut inter
cluderetur ne aut Tyrannus cum uellet: receptum ad urbem ha
beret: aut cõmeatus ab urbe in castra portarentur: simul etiam
temptaturus: si quorum animi sollicitari ad defectionem a Ty
ranno possent. Non tam fidem dictis perfuga fecit: q̃ perculso
mętu relinquendi castra: causam probabilem prębuit. Postero
die Pythagoram cum auxiliaribꝫ: & equitatu stationem agere
pro uallo iussit: ipse tanq̃ in aciem cum robore exercitus egres
sus: signa ocius ferri ad urbem iussit. Philopomenes postq̃ cita
tum agmen per angustam & procliuem uiam duci raptim ui
dit: equitatum omnem & Cretensium auxiliares: instationẽ ho
stium quę pro castris erat emittit: Illi ubi hostes adesse: & a suis
se desertos esse uiderunt: primo in castra se recipere conati sũt:
deinde postq̃ instructa acies tota Acheorum admouebatur mę
tu: ne cum ipsis castris caperentur: sequi sociorum agmen ali
quantum pręgressum insistunt. Ex templo Cetrati Acheorum in
castra impetum faciunt: cęteri ad persequendos hostis irę per
gunt: erat iter tale: per quod uia tranquillum ab hostili mętu ꝛ
agmen expedire posset: ut uero ad postremos pręlium ortũ est
clamorq; terribilis a tergo pauentium ad prima signa est subla
tus: pro se quisq; armis abiectis incircũiectas itineri siluas diffu
giunt: momentoq; temporis strage armorum septa uia est: ma

xume hastis: que plereq; aduerse cadentes: uelut uallo obiecto iter impediebant. Philopomenes ut cunq; instare: & persequi auxiliaribus iussis: utiq; enim equitibus haud facile futuram fugā ipse grauius agmen uia patentiore ad Eurotam amnem deduxit: ibi castris sub occasum solis positis leuem armaturam: quam ad persequendum reliquerat hostem: opperiebatur: qui ubi prima uigilia uenerunt: nuntiantes Tyrannum cum paucis ad urbē penetrasse: ceteram multitudinem inermem: toto sparsam uagari saltu: & corpora curare eos iubet: ipse tum ex cetera copia militū qui quia priores in castra uenerant refecti & cibi sumpto: & modica quiete erant delectos: nihil preter gladios secum ferentes: ex templo educit: & duarum portarum itineribus que Phecas & q̄q. Barbostenes ferunt: eos instruxit: qua & fuga recepturos se se hostis credebat. Nec eum opinio fefellit: nam Lacedemonii quoad lucis superfuit aliquid a deuisis callibus medio saltu recipiebāt se primo uespere: ut lumina in castris hostium conspexere: e regione eorum occultis semitis se tenuerunt: ubi progressi ea sut: tam tutum rati in patentis uias descenderant: ibi exceptu ab insidente hoste passim: ita multi cesi capti q; sunt: ut uix quarta pars de toto exercitu euaserit. Philopomenes incluso Tyranno in urbē insequentis dies prope .xxx. uastandis agris Laconum absūpsit. Debilitatisq; ac prope factis Tyranni uiribus: domum rediit: equātibus eum gloria rerum Acheus Imperatori Romano: & quod ad Laconum bellum attineret: preferentibus etiam. Dum inter Acheos & Tyrannum bellum erat: Legati Romanorum circūire solliciti sociorum urbēm: ne e toli partis alicuius animos ad Antiochū auertissent: minimum opere in Acheis adeundis consūpserant: quos quia Nabidi infesti erant: ad cetera quoq; satis fidos censebant esse: Athenas primū inde Chalcidē inde in Thessaliā iere: alloquutiq; concilio frequenti Thessalos: Demetriadē iter direxere: Eo Magnetum Consilium indictum est. Acturi ubi habenda oratio fuit: q; pars principum alienati a Romanis: tanq;

Antiochi: & Etolorum erant: quia cum redditi filium obsidem Philippo allatum esset: stipendiumq; impositum remitti inter cetera uana allatum erat: Demetriadem quoq; reddituros Romanos esse id ne fieret. Eurilochus princeps Magnetum: factionisq; eius quidam: nouari Etolorum Antiochiq; aduentum malebant: aduersus eos ira dissimulanda erat: ut timorem uanum iis demendo spes incisa Philippum abalienaret: in quo plus ad omnia momenti q̄ in Magnetibus esset. Illa tantum cōmemorata cum totam Greciā beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse: tum eam ciuitatē precipue. Ibi enim non presidia modo Macedonum fuisse: sed regiā excedificatam: ut presens semper in oculis habendus esset dominus. ceterum ne quicq̄ ea facta si Etoli Antiochum in Philippi regnum abducerent: & nouus & incognitus pro noto: & experto habendus rex esset. Magnetarchen suum magistratum uocant. Istū Eurilochus erat. Ac potestate ea fretus: negauit dissimulandum sibi & Magnetibus esse. Et interdicendi contentionem inconsultius euect' proiecit: tum quoq; speciem liberam Demetriadem esse: re uera oia ad nutum Romanorum fieri. Subhac uoce fremitus uarianti multitudinis fuit: partim assentientium: partim indignantium dicere id ausum eum. Quintius quidem adeo exarsit ira: ut man' ad celum tendens deos testes ingrati: ac perfidi animi magnetū inuocaret. Hac uoce perterritis omnibus. Zeno ex principibus unus Magnetum: cum ob eleganter actam utram autoritate: qd semper Romanorum haud dubie partis fuerat: ab Quintio Legatus q; aliis flens petiit: ne unius amentiam ciuitati assignarēt: suo quenq; periculo fuere. Magnetas non libertatem modo sed omnia que hominibus sancta caraq; sunt. T. Quintio: Populo Ro. debere: nihi quenq̄ ab immortalibus dis precari posse: quod non magnetes ab illis haberent: & in corpora sua citius per furorem seuituros: q̄ ut Romanam amicitiam uiolarent. Huius orationem subsequute multitudinis preces sunt. Eurilochus ex consilio itineribus occultis ad portam: atq; protinus in etoliā profu

gut: iam

git: iam enim & id magis in dies: Etoli defectionem nudabat eoq;
ipso forte tempore Thoas princeps gentis: quem miserant ad An-
tiochum redierat: indeq; Menippum secum adduxerat Regis
legatum: qui prius q̃ consilium iis daretur: impleuerant oĩum
aures terrestris naualisq; copias commemorando ingentẽ uĩ
peditum: equitumq; uenire: & ex india elephantos ad omnia:
quo maxime moueri credebant multitudinis animos: tantum
aduehi auri ut ipsos emere Romanos possent. Apparebat quid
ea oratio in concilio motura esset: nam & uenisse eos & quę age-
rent: omnia Romanis Legatis deferebantur: & quanq̃ prope
abscisa res erat: tamen non abre esse Quintio uisum est. Socioꝝ
aliquos legatos interesse ei concilio: qui admonerent Roma-
nę societatis Etolos: uocem liberam mittere aduersus Regis le-
gatum auderent Athenienses maxime in eam rem idonei ui-
si sunt: propter & ciuitatis dignitatem: & amicitiam cum Eto-
lis: ab iis Quintius petiit: ut legatos ad Panetolicum conciliũ
mitterent. Thoas in eo concilio primum enuntiauit Legatio-
nem Menippus post eum intromissus: optimum fuisse omnibꝫ
qui gręciam: Asiamq; incolerent ait: integris rebus Philippi po-
tuisse interuenire Antiochum: sua quenq; habiturum fuisse neq;
omnia sub nutum ditionemq; Romanam peruentura: nunc
quoq; inquit si modo uos quę indoatis concilia: constanter
perducitis ad exitum poterit: diis iuuantibus & Etolis sociis:
Antiochus quanuis inclinatas gręcię res restituere in pristinã
dignitatem: ea autem in libertate posita est: quę suis stat uiri-
bus: non ex alieno arbitrio pendet. Athenienses quibus pri-
mis post regiam legationem dicendi quę uellent potestas facta
est: mentione omni Regis pręter missa Romanę societatis Eto-
los: meritorumq; in uniuersam gręciam. T. Quintii admonue-
runt: ne temere eam celeritate nimia conciliorum euerterẽt:
concilia callida: & audacia prima specie lęta: tractu dura euen-
tu trista esse. Legatos Romanos: & in iis. T. Quintium haud pro

cul inde abesse: dum integra omnia essent: uerbis potius de
iis: quę ambigerentur disceptarent: q̃ asiam Europamq; ad fu
nestum armarent bellum. Multitudo auida nouandi res: An
tiochi erat: & ne admittendos quidem in concilium Romanos
censebant. Principum maxime seniores: autoritate obtinue
re: ut daretur iis concilium. Cum hoc decretum Athenienses
retulissent: eundem in Etoliam Quintio uisum est: aut enim mo
turum aliquid: aut omnis homines testes fore: penes Etolos bel
li culpam esse. Romanos iusta ac prope necessaria sũpturos ar
ma. Postq̃ uentum est eo: Quintius in eo concilio orsus a princi
pio societatis Etolorum cum Romanis: & quotiens ab iis fides
mota fęderis esset: pauca de iure ciuitatum: de quibus ambi
geretur disseruit: siquid tamen equi se habere arbitrarentur:
quanto esse satius Romam mittere Legatos: seu disceptare: seu
rogare senatum mallent: q̃ populum Ro. cum Antiocho immix
tis Etolis: non sine motu magno generis humani: & pernitię
gręcię dimicare: nec ullos prius cladem eius belli sensuros: q̃
qui mouissent: hoc nequicq̃ uelut uaticinatus Romanus. Thoas
deinde cęteriq; factionis eiusdem: cum assensu omnium audi
ti peruicerunt: ut ne dilato quidem concilio: & absentibus Ro
manis decretum fieret quo accerseretur Antiochus ad liberan
dam gręciam: disceptandumq; inter Etolos & Romanos. huic
tam superbo decreto addidit: propriam contumeliam Demo
critus prętor eorum. Nam cum id ipsum posceret decretũ. T.
Quintius: non ueritus maiestatem uiri: primo aliud in prese
tia: quod magis instarent: pręuertendum sibi esse dixit de
cretum: responsumq; breui in Italia castris super ripam Tiberis
positis daturum. Tantus furor illo tempore gentem Etolorum:
tantusq; magistratus eorum cępit. Quintius Legatiq; corĩthũ
rediere. Inde ut queq; de Antiocho: nihil per se ipsi moti: & se
dentes: expectare aduentum uiderentur regis: conciliũ qui
dem uniuersę gentis post dimissos Romanos: non habuerunt

per apocletos autem: ita uocant sanctius concilium: ex delectis
constat uiris: id agitabant quodo res in Grecia nouarentur:
inter omnis constabat: inciuitatibus principes: optimum quę
q; Romanę societatis esse: & presenti statu gaudere multitu
dinem: & quorum res non ex sententia ipsorum esset: oia no
uare bella. Etoli concilium uno die: spei quoq; non audacis
modo: sed etiam impudentis ceperunt: Demetriadem chal
cidem Lacedemonem: Diocles: Demetriadē. Hunc exul eu
rilochus de cuius fuga: causaq; fugę ante dictum est. Quare
ditus in patriam nulla spes alia erat: adiuuit literis eurilochi
admoniti propinqui amici q; & qui eiusdem factionis erant:
liberos & coniugem: cum sordida ueste: tenentes uelamenta
supplicum: contionem frequenter adierunt: singulos uniuer
sosq; obtestantes: ne insontem indemnatum consenescere in ex
lio sinerent. Et simplices homines misericordia: & improbos
immiscendi rei tumultu etolico spes mouit: prosequisq; reuo
care iubebant. his preparatis Diocles cum omni equitatu: Et
erat tunc prefectus equitum: specie reducentis exulem hospi
tem profectus die ac nocte ingens iter emensus: cum milia sex
ab urbe abesset: luce prima tribus electis turmis cętera mul
titudine equitum subsequi iussa processit. Postq; porte appro
pinquabat: desilire omnes equis iussit: & loris ducere equos
utineris maxime modo: solutis ordinibus ut comitatus magis
prefecti uiderentur: q; presidium. Ibi una ex turmis ad porta
relicta: ne excludi subsequens comitatus posset: media urbe
ac per forum manu eurilochum tenens: multis concurren
tibus: gratulantibusq; domum deduxit: mox equitum plena
urbis erat: & loca opportuna occupabantur: tum in domos mis
si: qui principes aduersę factionis interficerent: ita Demetri
as etolorum facta est. Lacedemoni non urbi uis adferēda: sed
Tyrannus dolo capiendus erat: quem spoliatum maritimis op
pidis a Romanis: tunc inter mętia etiam Lacedemonis ab

Acheis compulsum: qui occupasset occidere eum: potius gratiā
rei apud Lacedemones laturum: causam mittendi ad eum habu
erunt: q̄ fatigabat precibus: ut auxilia sibi cum illis auctoribus
rebellasset: mitterentur. cc. pedites Alasmeno dati sunt: & xxx.
delecti ex iuuentute equites: iis a Pretore Democrito in conci
lio Arcano gentis: de quo ante dictum est: denuntiatum ne se
ad bellum Achaicum: aut rem ullam: quam sua quisq; opinio
ne percipere posset: crederent missos esse: quicquid Alaxamenū
res mouisset subiti consilii capere: ad id quāuis inopinatum: te
merarium: audax: obedienter exequendum parati essent: ac
pro eo acciperent: tanq̄ ad id unum agendum missos a domo se
scirent. Cum his ita preparatis Alaxamenus ad Tyrannū uenit.
Quem aduenienſ ex templo spei impleuit. Antiochum in Europā
transisse: mox in Greciam fore terras: maria armis uirisq; cō
pleturum: non cum Philippo rem esse credituros Romanos: nu
merum uiri peditum equitumq; ac nauium: non posse elephā
torum aciem conspectu ipso debellaturam. Etolos suo exercitu
preparatos esse uenire Lacedemonem: cum res poscat. Sed fre
quentis armatos ostendere aduenienti Regi uoluisse. Nabidi
quoq; & ipsi faciendum esse: ut quas haberet copias: non sinere
sub tectis marcescere ocio: seu educeret: & in armis decurrere
cogeret: simul animos acueret: & corpora exerceret: consue
tudine leuiorem laborem fore: & comitate & benignitate ducis:
etiam non in iocundum fieri posse. Educi inde frequenter an̄
urbem in campum ad Eurotam amnem cepere satellites Tyrām.
Media ferre in acie consistebat Tyrannus: cum tribus sum̄ū eq
tibus inter quos plerunq; Alaxamenus erat: ante signa uecta
batur: cornua extrema inuisens: In dextro cornu Etoli erant
& ante auxiliares Tyrranni fuerant & qui uenerant milites cū
Alaxameno fecerant sibi amorem. Alaxamenus nunc cum Ty
ranno inter paucos ordines circūeundi monendiq; eū que in
rem esse uidebantur: nunc in dextrum cornu ad suos ad equi

tanti. mox inde uelut imperato quod res poposcisset: recipien
di se ad Tyrannum. sed quem diem patrandi facinoris statu
erat eo paulisper cum Tyranno uectatus cum ad suos conces
sisset: cum equitibus a domo secum missis. Agenda inquit res
est iuuenes: audendaq; quam me duce impigre exequi iussi
estis parate animos dextras ue: ne quis eo quod me uiderit fa
cientem: cessit qui contatus fuerit & suum consilium in eo
interponet: sciat sibi reditum ad penates non esse. Horror cūc
tos cepit: & meminerant cum quibus mandatis exissent. Ty
rannus ab leuo cornu ueniebat. ponere hastas equites alaxa
menus iubet. & se intueri colligit & ipē animum confusum tā
tę cogitatione rei. Postq̄ appropinquabat impetum facit. &
transfixo equo Tyrannum deturpat. iacentem equites confo
diunt multis frustra in loricam ictibus: tandem innudū cor
pus uulnera peruenerunt. & prius quam media acie succur
reretur expirauit. Alaxamenus cum omnibus Aetolis citato
gradu ad Regiam occupandam pergit. Corporis custodes cum
res in oculis gereretur pauor primo cepit. Deinde postq̄ abire
ętolorum agmen uidere: concurrunt ad relictum Tyrāni cor
pus: per paucorum turba ex custodibus uite mortisq; ultoribꝫ
facta est. Nec mouisset se quisq̄: si ex templo positis armis uo
cata in contionem multitudo fuisset. & oratio habita tēpori
conueniens: frequentes inde retenti sine armis ętoli sine in
iuria cuiusq̄. sed ut oportet in consilio fraude cepta: omnia
in maturandam pernitiem eorum: qui fecerant: sunt facta.
Dux regia inclusus diem ac noctem inscrutandi thesauris Ty
ranni consumpsit. Aetoli uelut capta urbe: quam liberasse:
uideri uolebant: in predam uersi. Simul indignitas rei ac si
mul cōtēptus animos Lacedemonius ad coeundum fecit. Alij
dicere exturbandos ętolos. & libertatem cum restitui uide
retur interceptam repetendam. Alii ut caput agende rei esset:
Regii generis aliquem in speciem assumendum. Laconicus

eius stirpis erat: puer admodum educatus cum liberis Tyran
ni eum in equum imponunt. & armis arreptis Aetolos uagos
per urbem cedunt. tum regiam inuadunt: Ibi Alaxamenum
cum paucis resistentem obtruncant. Etoli circa Chalcioten: mi
nerue est templum ereum: congregati ceduntur. pauci armis
abiectis pars Tegeam pars Megalopolim perfugiunt. ubi com
prehensi a magistratibus: sub corona uenerunt. Philopome
nes audita clade Tyranni profectus Lacedemonem cum oīa
turbata metu inuenisset: euocatis principibus & oratione
habita: qualis habenda Alaxameno fuerat: sociati Acheorum
lacedemonios adiunxit. eo etiam facilius quod ad id forte
tempus. A. Attilius cum. iiii. & .xxv. remibus ad Githeum
accessit. Iisdem diebus: circa Chalcidē Thoas per Euthymidam
principem pulsum opibus eorum: qui Romane societatis erāt
post Quintii: Legatorumq; aduentum: & Herodorum mer
catorem: sed potentem Chalcide propter diuitias: preparatis
ad proditionem iis qui Euthymide factionis erant: nequaquā
eandem fortunam: qua Demetrias per Eurilochum occupata
erat: habuit. Euthymidas ab Athenis. eum domicilio delege
rat locum: Thebas primum: hinc Salganea processit. herodo
rus ad Thoronium: inde haud procul in Maliaco sinu uigīti
milia peditum & Thoas ducentos equites: naues onerarias
leues ad .xxx. habebat. eas cum quingentis peditibus hero
dotus traiicere in insulam Attlantem iussus: ut inde cum pe
destris copias appropinquare iam aulidi: atq; Euripo sensisset:
Chalcidem traiicere ipsi ceteras copias nocturnis maxime ui
neribus quanta poterant celeritate: Chalcidem ducebant. ꝑ
Myctilo & Enoclides penes quos tum summa rerum pulso Euthy
mida Chalcide erat: seu ipsi per se suspicati: seu indicata re: ꝑ
prīo pauidi: nihil usq; spei: nisi in fuga ponebant. deinde postq;
resedit terror: & prodi & deseri. non patriam mō: sed etiā
Romanorum societatem cernebant. consilio tali: animum

adiecerunt. Sacrum anniuersarium eo forte tempore Eretrie
a marynthidi Diane erat quod non popularium modo: sed
caristhorum etiam cetu celebratur. Eo miserunt orarent ut
eretrienses caristhosq; ut & suarum fortunarum in eadem
insula geniti misererentur. & Romanam societatem respi
cerent ne sinerent etolorum chalcidem fieri. euboeam ha
biturosq; si chalcidem habuissent. Graues fuisse macedonas
dominos. multo minus tolerabiles futuros etolos. Romano
rum maxime respectus ciuitates mouit. & uirtutem nuper
in bello: in victoria iustitiam benignitatemq; experti utq;
quod roboris in iuuentute erat: utraq; ciuitas armauit in
situq; bis tuenda memia chalcidis oppidani cum trahi dissent:
ipsi omnibus transgressi euripum ad Salganea posuerunt ca
stra. Inde caduceator primum: deinde Legati ad etolos missi
per contatum: quo suo dicto: facto ue socii ad se oppugnādos
uenirent: Respondit Thoas: dux etolorum: non ad oppu
gnandos uenirent. Respondit Thoas: dux etolorum: non ad
oppugnandos sed ad liberandos ab Romanis uenire sese. splē
didiore nunc eos cathena: sed multo grauiore uinctos esse:
q̄ cum presidium macedonum in arce habuissent. Se uero ne
gare chalcidenses aut seruire ulli aut presidio cuiusq̄ egere.
I ta digressi ex colloquio legati ad suos Thoas & Aetoli: ut q̄ spe
omnem in eo ut improuiso opprimerent: habuissent ad iustum
bellum oppugnationemq; urbis mare: ac terra munitę: haud
quaq̄ pares domum redire. Euthymidas postq̄ castra popu
larium: ad Salganea esse profectosq; Aetolos audiuit: & ipse
athenis athenas rediit. Et herodorus cum per aliquot dies in
tentus ab athlante signum ne quicq̄ expectasset: missa specu
latoria naue: ut quid moręesset. sciret postq̄ rem omissam a
sociis uidit Thoronium: unde uenerat repetit Quintius q̄q
bis auditus a corintho uenienti nauibus in chalcide Euripo eu
meni Regio occurrit. Placuit quingentos militesq; presidij cau

sa relinqui Chalcide ab eumene rege. Ipsum athenas ire. Quintius quo profectus erat Demetriadem contendit ratus Chalcidem liberatam: momenti aliquid apud Magnetas: ad repetendam societatem Romanam facturum. & presidii aliquid esse sue partis hominibus. Eunomo preton Thessalorum scripsit ut armaret iuuentutem. & Iulium ad Demetriadem premisit: ad reptandos animos: non aliter nisi parsaliqua inclinaret ad respectum pristine societatis rem aggressuros. Iuliusq; quinqueremi naue: ad hostium portus est inuectus eo multitudo Magnetum omnis cum se effudisset: quesiuit Iulius utrum ad amicos: an ad hostes uenire mallent. Respondit Manetarches eurilochus ad amicos uenisse eum: sed abstineret portu. & sineret Magnetas in concordia: & libertate esse nec per colloquii speciem multitudinem sollicitaret altercatio inde non sermo fuit: cum Romanus ut integratos increpuit Magnetas. imminentiq; predicaret cedes. multitudo obstreperet: nunc senatum: nunc Quintium accusando ita irrito incepto Iulius ad Quintium se se recepit. At Quintius nuntio ad pretorem misso ut reduceret domum copias: ipse nauibus Corinthum rediit. Abstulerunt me: uelut de spatio Grecie res immixte Romanis. non quia ipse opere pretium esset perscribere sed quia cause fuerunt cum Antiocho belli consulibus designatis: inde naq; diuerteram L. Quintius. & Cn. Domitius consules: in prouncias profecti sunt. Quintius in Ligures. Domitius aduersus Boios. Boii qui fuerunt atq; ea senatus eorum liberis: & prefecti cum equitatu summa oium mille & quingenti consuli dediderunt se se: ab altero consule ager Ligurum late est uastatus: castellaq; aliquot capta. unde non preda modo omnis generis cum captiuis parta sed recepti quoq; aliquot ciues socioq; Scito mille septingenti pedites uenerunt trecenti equites: trium uiri deduxerunt eos. Qu. Neuius. M. Minutius. C. Furius cresimus. Quina dena iugera agri

data in singulos pedites sunt duplex equiti Brutiorum ꝓxiē
fuerat ager Brutii ceperunt de Grecis. Rome per idem tēp⁹
duo maximi fuerunt terrores. diutius alter: sed segnior ter
ra dies duo de quadraginta mouit. per totidē dies fere in me
tu ac sollicitudine fuere in triduum eius rei causa supplicatō
habita est. ille non pauor uarius sed uera multorum clades
fuit incendio a foro Boario orto diem noctemq; edificia in
Tyberi uersa arsere taberneq; omnes cum magni pretii mer
cibus conflagrauerunt. Iam fere in exitu annus erat: & ī dies
magis fama de antiochi bello: & cura patribus crescebat. itaq;
de prouinciis magistratuum designatorum: quo interiores
essent omnes agitari coeptum est decreuere. ut consulibus Ita
lia & quo senatus censuisset: iam eē bellum aduersus antiochū
regem omnes sciebant: prouincie essent. cuius ea sors eēt. iiii.
milia peditum ciuium romanorum & ccc. equites sex milia
socium latini noīs cum ccc. equitibus sunt decreta. Eorū
delectum habere. L. Quintius consul uissus moraretur quo
minus consul nouus: quo senatus censuisset: ex templo profi
cisci posset. Item de prouinciis pretorum decretum est. Prīa
ut sors due peregrina vrbana q; & inter ciuis: ac peregrinos
iuris dictio esset. Secunda Brutii. Tertia classis ut nauigaret:
quo senatus censuisset. Quarta Sicilia. Quinta Sardinia. Sexta
hispania ulterior. Imperatum preterea L. Quintio consuli
est. ut duas legiones ciuium Romanorum nouas scriberet &
Socium ac latini nominis. xx. milia peditum: & octingentos
equites. Eum exercitum pretori: cui Brutii prouincia eue
nisset: decreuerunt. Edes Ioui eo anno in Capitolio dedica
te sunt. Vocauerat. L. Furius Purpurio pretor Gallico bello
unam alteram Consul dedicauit. Qu. Martius Ralla duūuir.
I udicia in foeneratores eo anno multo seuere sunt facta accu
santibꝫ priuatos Edilibus curulibus. M. Tutio & P. Iunio ꝗ
Bruto de multa dānatorum: quadrige inaurate in capitolio

positę & in cella Iouis supra fastigium ædiculę: & xii. clipea
inaurata & iidem porticum extra portam Trigeminam iter
lignarios fecerunt intentis in apparatum noui belli Romanis
ne ab antiocho quidem cessabatur: tres eum ciuitates tenebāt
Smyrna & alexandria troas: & Lampsacus quas neq; ui expugna
re ad eam diem poterant neq; conditionibus in amicitiam
perlicere. neq; a tergo relinquere traiiciens ipse in Europam
uolebat Tenuit eum & de hannibale deliberatio & primo na
ues aperte quas cum eo missurus in africam fuerant morate
sunt. Deinde an omnino mittendus esset: consulatio mota est.
maxime a Thoante ętolo: qui omnibus in Gręcia tumultu cō
pletis: Demetriadem deferebat in potestatem esse & quibus
mendaciis de Rege multiplicando uerbis copias eius erexerat
multorum in Gręcia animos iisdē & Regis spē inflabat omniū
uotis eum accersire. concursum ad lutora futurum unde clas
sem Regiam prospexissent. Hic inde ausus de hannibale est
mouere sententiam prope iam certam regis. nam neq; dimittē
dam partē nauium a classe regia censebat neq; si mittendę na
ues forent minus quenq̄ ei classi q̄ hannibalem pręficiendū,
exulem illum & poenum esse. cui in dies noua consilia uel for
tuna sua uel ingenium posset facere & ipsam eam gloriā bel
li qua uelut dote hannibal concilietur nimiam in pręfecto
regio esse. Regem unum ducem: unum imperatorem uideri
debere: si classem si exercitum amittat hannibal idem dāni fo
re: ac si per alium ducem amittantur siquid prospere eueniat
hannibalis eam non antiochi gloriam fore. Si uero uniuerso
bello uincendi Romanos fortuna detur q̄ spem esse sub Rege
uicturum hannibalem uni subiectum: qui patriam prope nō
tulerit: non ita se iuuenta eum gessisse spe animoq; complexū
orbis terrarum Imperium: ut in senectute dominum laturus
uideatur. nihil opus esse Regi hannibale duce: comite & con
ciliario eodem ad bellum uti posse modicum fructum ex in

genio tali neq; grauem: neq; inutilem fore/si summa petātur
& dantem & accipientem: per grauatura. Nulla ingenia tam
prona ad inuidiam sunt q̄ eorum: qui genus ac fortunam suā
animus non æquant: quia uirtutem & alienum bonum oderūt.
Ex templo consilium mutendi hannibalis quod unum in prin
cipio belli utiliter cogitatum erat: abiectum est. Demetriadis
maxime defectione ab romanis ad ætolos elatus non ultra dif
ferre profectionem in græciam constituit priusq̄ solueret na
ues: illuc a mari ascendit: ut mineruæ sacrificaret. Inde ad clas
sem regressus: proficiscitur. xl. lectis nauibus apertis. lx. & du
centæ onerariæ cum omnis generis cōmeatu: belli quoq; alio
apparatu sequebantur. Imbrum primo insulam tenuit. Inde
Scyatum traiecit: ubi collectis in alto quæ dissipatæ erant na
uibus: ad Pteleum primum continentis euenit. ibi eurilochus
& magnetarches principesq; magnetum ab Demetriade occur
rerunt. Quorum frequentia lætus die postero in portum urbis
nauibus est inuectus. Copias haud procul inde exposuit. x. mi
lia peditum fuere. & quingenti equites sex elephanti. uix ad
græciam nudam occupandam satis copiarum ne dum ad su
stinendum Romanum bellum. Ætoli postq̄ Demetriadem ue
nisse à nouum allatum est: concilio in dicto decretum quo
accerserent eum fecerunt. Iam profectus ab Demetriade rex
quinta decreturos sciebat Phalera in sinum Maliacum proces
serat. Inde decreto accepto hyameam uenit. exceptus ingēti
fauore multitudinis. cum plausibo: clamoribusq; & quibo alis
lætitia effusa uulgo significatur: in Concilium ut uentum est
a Phanea prætore principibusq; introductus. inde silentio facto
dicere orsus rex: prima eius oratio fuit primo excusatis qd̄
tanto minoribus spe q̄ opinione omnium: copius uenisset. id
suæ impense erga eos uoluntatis maximum debere: in dirū
esse q; nec paratus satis ulla re: & tempore ad naugandū ima
turo: uocantibus legatis eorum: haud grauate obsequutus esset

credidissetq: cum se uidissent ętoli omnia uel in se uno posi
ta pręsidia existimaturos esse. Cęterum eorum quoq; se: quoꝝ
expectatio destituta in presentia uidebatur: spem abunde ex
pleturum nam simul primum anni tempus nauigabile prębuis
set mare: omnem se gręciam armis uiris: equis omnem orā ma
ritimam classibus completurum nec īpensę: nec labori nec pe
riculo arsurum donec depulso ceruicibus eorum imperio Ro
mano liberam uere Gręciam: at que in ea princeps ętolos fecis
set. cum exercitibus cōmeatus quoq; omnis generis. ex Asia uē
turos in pręsentia curę eē ętolis debere ut copia frumenti suis:
& annona tollerabilis rerum alarum suppeditetur. In hanc sen
tentiam rex cum magno omnium assensu loquutus: decessit.
Post discessum regis inter duos principes ętolorum Phaneam:
& Thoantem contentio fuit. Phanas reconciliatore pacis. & dis
ceptatore de iis quę in controuersia cum Po. Ro. essent utendū
potius Antiocho censebat: q̄ duce belli aduentum eius & maie
statem ad uerecundiam inferendam Romanis uim maiorem
habituram. q̄ arma multa homines ne bellarent uoluntate re
mittere: quę bello: & armis cogi non possint. Thoas negare paci
studere Phaneam sed discutere apparatum belli uelle. ut tedio
& impetus relanguescat regis: & Romani tempus ad comparā
dum habebant. nihil enim equi ab Romanis impetrari posse to
tiens legationibus missis Romam totiens cum ipso Quintio dis
ceptādo satis expertum esse. Nec niti abscisa omni spe auxiliū
Antiochi imploraturos fuisse. quo celerius spe omnium oblatā
non esse elanguescendum. sed orandum potius regem: ut qm̄:
q; maximum fuerit: ipse uindex Gręcię uenerit: copias quoq;
terrestres: naualisq; accersat. Armatum regem aliquid impe
traturum inermem non per ętolis modo sed ne pro se quidē
ipso momēti ullius futurum apud Romanos, hęc uicit sententia.
Imperatoremq; Regem appellandum censuerunt. & xxx pri
cipes cum quibus siq̄ uellet. consultaret delegerunt. Ita dimis

so Concilio multitudo omnis in suas ciuitates dilapsa est. Rex
postero die: cum a pocletis eorum unde bellum ordiretur: con
sultabat: optimum uisum est Chalcidem: frustra nuper ab ęto
lis tẽptatam primum aggredi: & celeritate in eam rem magis
q̃ magno conatu: & apparatu: opus esse. Itaq; cum mille pedibus
Rex qui Demetriade sequuti erant: profectus per Phocidẽ est.
& alio itinere principes Aetoli iuniorum paucis euocatis. ad che
ronia occurrerunt. x. constratis nauibus sequuti sunt. Rex ad
Salganeam castris positis ipse cum principibꝫ ętolorum Euri
pum traiecit. & cum haud procul portu egressus esset: magistra
tus quoq; Chalcidensium & principes ante portam processerẽt.
Pauci utrinq; ad colloquium congressi sunt. Etoli magnopere
suadere: ut salua Romanorum amicitia Regem quoq; assumerẽt
socium atq; amicum. neq; enim eum inferendi belli: sed liberan
de Grecię causa: in Europam traiecisse: liberandę uero re: non
uerbis & simulatione: quod fecissent Romani. Nichil autẽ uti
lius Grecię ciuitatibus esse: q̃ utranq; complecti amicitiam. ita
enim ab utriusq; iniuria tutam alterius semper pręsidio & fidu
cia fore. nam si non recepissent Regem: uiderent quid patiẽdũ
iis ex templo foret. cum Romanorum procul auxilium: hostis
Antiochus cui resistere uiribus suis non possent: ante portas eẽt
ad hęc Myctilo unus ex principibus: mirari se dixit: ad quos libe
randos Antiochus relicto regno suo in Europam traiecisset nul
lam enim ciuitatem se in Grecia nosse: quę aut Pręsidium habeat
aut stipendium Romanis pendat. quę foedere iniquo alligata: ut
quas noluit leges patiatur itaq; Chalcidenses neq; uindice liberta
tis ullo egere cum liberi sint: neq; pręsidio cum pacem eiusdẽ Po.
Ro. beneficio: & libertatem habebant. Amicitiam regis nõ asper
nari. neq; ipsorum ętolorum. Id primum eos pro amicis facturos
si insula excedant. atq; habeant nam ipsi certum esse non modo
non recipere menibus: sed ne societatem quidem pacisci ullã ni
si ex auctoritate Romanorum hęc renuntiata Regi ad naves

ubi restituerat cum esset: in presentia neq; enim iis uenerat
copiis: ut ui agere quicq̄ posset reuerti Demetriadem placu
it. Ibi quoniam primum inane inceptū euasisset: consultare
cum Ętolis Rex quid deinde fieret. Placuit Acheos & aminā
drum Regem athamanum tēptare Boetolorum gentem auer
sam a Romanis iam inde ab Rhacilli morte: quę sequutę eā
fuerant: censebant. Acheorum Philopomenem Principem ę
mulatione gloriae in bello laconum infestum inuisumq; esse
Quintio credebant. Aminander uxorem apamiam filiā ale
xandri cuiusdam Megapolitani habebat qui se oriundum a
magno alexando ferens filiis duobus Philippum atq; alexan
drum & filię apamiam nomina imposuit. quam regiis indul
tam nuptiis maior ex fratribus Philippus sequutus in athama
niam fuerat. Hunc forte ingenio uanum Ętoli & Antiochus im
pulerant in spem. quod is uere Regum stirpis esset regni Mace
donię: si aminandrum athamanes Antiocho coniunxisset & ea
uanitas promissorum: non apud Philippum mō: sed etiā apud
aminandrum ualuit. In Achaia Legatus Antiochi Ętolorumq;
coram. T. Quintio Ęgei datum est concilium. Antiochi Legatus
prior: q̄ Ętoli est auditus. Is ut pleriq;: quos opes Regię alūt: ua
niloquiis maria terrasq; inani sonitu uerborum compleuit: equi
tum innumerabilem uim traiicii hellesponto in Europam: par
tim loricatos: quos Cathaphractos uocant partim sagittis ex quo
utentis: & a quo nihil satis tecti sit: auersos refugiente equo cer
tius figētes. his equestribus copiis quanq̄: uel totius Europę exer
citus in unum coacti: obrui possent adiiciebat multiplices co
pias peditum & nominibꝫ quoq; gentium uix fando auditis:
terrebat. Dahas medos Elimeosq;: & Cadusios: appellans: Naua
lium uero copiarum: quas nulli portus capere in Gręcia possēt
dextrum cornu Sidonios & Tyrios: sinistrum aradios: & ex
Pamphyla hydetas tenere quas gentes nullę unq̄: nec arte nec
uirtute nauali ęquassent. iam pecuniam: iam alios belli appara

tus: referre superuacaneum esse scire ipsos abundasse semper au
ro regna Asie, utraq; non cum Philippo: nec hannibale rem furu
ram Romanis principe altero. Macedonie tantum regni finib;
incluso: Sed cum magno Asie totius: partisq; Europe regem. eu
tamen quanq; ab ultimis orientis terminis ad liberandum gre
ciam ueniat: nihil postulare: ab Acheis unquo fides eorum ad
uersus Romanos priores Socios atq; amicos ledatur: non enim
ut secum aduersus eos arma capiant: sed neutri parti se se con
iungant petere. pacem utriq; parti: quod medios deceat ami
cos: optent. bello se non interponant. Inde ferme & Etolorum
legatus Archidamus petit: utque facillima & iustissima esset qe
rem prestarent. spectatoresq; fortunarum alienarum euentum.
sine ullo discrimine rerum suarum opperientur. Prouectus u
deinde est intēpētrantia lingue in maledicta. nunc cōmuniter
Romanorum: nunc prope ipsius Quintii ingratos appellans
& exprobans non uictoriam modo de Philippo: uirtute Etolo
rum partam: sed etiam salutem: ipsumq; & exercitum sua ope
ra seruatos. quo enim illum unq; imperatoris fructum officio
esse: auspicantemq; immolantem: & uota nuncupantem: sacri
ficuli uatis modo: in acie uidisse: cum ipse corpus suum: pro
eo telis hostium obiceret. Ad ea Quintius. coram quibus magis
quam apud quos uerba faceret. dicere Archidamum rationē
habuisse. Acheos enim probe scire Etolorum omnem ferociam
in uerbis non in factis esse. & in Conciliis magis contionibusq;
q̄ in acie apparere: utraq; parui Acheorum existimationem: q̄bus
notos esse se scirent. fecisse. Legatis regis: & per eos absenti re
gi eum se tractasse. q; siquis antea ignorasset. que res Antiochū
& Etolos conuincisset ex legatorum sermone potuisset: appa
rere. mentiendo inuicem iactandoq; uires: quas non habent.
inflasse uana spe: atq; inflatos esse dum ii ab se Philippū metu
sua uirtute protectos Romanos: & que modo audiebatis nar
rant: uos ceteraq; ciuitates & gentes suam sectam esse sequutos

al. coëne

Rex contra peditum equitumq; nubes iactat: & consternit maria
classibus suis. est aut̄ res similis materie Chalcidensis hospitis
mei: homines & boni: & sciti conuiuatores. apud quem solstitia
li tempore cōmuniter accepti: cum miraremur unde illi eo tē
pore anni tam uaria & multa uenatio: homo non q̄ isti sunt glo
riosus: renitens: condimentis ait uarietatem illam. & speciem
ferine carnis ex mansueto sue factam: hoc dici apte in copias
Regis: que pauloante iactate sunt posse. uaria enim genera ar
morum & multa nomina gentium inauditarum: Dahas & me
dos: & Cadusios & Elimeos uiros omnes esse haud paulo man
cipiorum melius propter seruilia ingenia q̄ militum genus &
utinam subicere oculis uestris Achei possem concursationem
Regis magni ab Demetriade: nunc Lamiam in conciliū etolor̄
nunc Chalcidem uideritis uix duarum male plenarum legiū
cularum instar in castra Regis. uideritis regem nunc mendi
cantem prope frumentum ab Etolis quod militi admentiat.
nunc mutuas pecunias fenore in stipendium querentem nūc
ad portas Calcidis stantem: & mox inde exclusum: nihil aliud
quam Aulide atq; Euripo spectatis in Etoliam redeuntem Ma
le crediderunt & Antiochus Aetolis. & Etoli Regie uanitati. Quo
minus decipi debetis. Sed ex parte totiens expectateq; Romanor̄
fidei credere. Nam quod optimum esse dicant: non interponen
di uos bello: nihil imo tam alienum rebus uestris est quippe sine
gratia sine dignitate: premium uictoris eritis. Nec absurde ad
uersus utrosq; respondisse uisus est. & facile erat orationē apud
fauentis. equis auribus accipi. nulla enim disceptatio fuit qn
omnes gentes fidos. & amicos. quos Po. Romanus censuisset iu
dicarent. bellumq; & Antiocho: & Etolis nuntiari iuberēt bel
lumq; & Antiocho: & Etolis nuntiari iuberent: Auxilia etiā
que censuit Quintius: quingentorum militum Chalcidē quin
gentorum Pireum ex templo miserunt. Erat enim haud pro
cul seditione Athenis res: trahentibus ad Antiochum q̄busdā:

spe largitionum uenalem pretio multitudinem: donec ab iis: qui
Romane partis erant: Quintius est accitus. & accusante Leone ii
quodam: apollodorus auctor defectionis dānatus: atq; in exiliū
est eiectus. & ab achęis quidem cum tristi responso Legatio ad Re
gem rediit. Boetiam nihil certi responderunt. cum antiochus
Boetiam uenisset: tum quid sibi faciendum esset deliberaturos
esse antiochus cum ad Chalcidis pręsidium: & acheos: & eumenē
misisse audisset maturandum ratus: ut & preuenirent sui: & ue
nientis si possent: exciperent: menippum cum ferme tribꝫ mi
libus: & cum omni classe Polyxenidam mittit. ipse paucos post ii
dies sex milia suorum militum: & ex ea copia quę Lamie repēte
colligi potuit non ita multos ętolos ducit. achęi quingenti ab
eumene Rege modicum auxilium missum: duce Xenoclidem
chalcidensi non dum obsessis itineribꝫ: tuto transgressi Euripū
chalcidē peruenerunt. Romani milites quingenti ferme & ipsi
cum iam menippus castra ante Salganea ad herinium: qua tran
situs ex Boetia in euboeam insulam est: haberet uenerunt. Mic
tilo erat cum iis legatus chalcide ad Quintium ad ipsum presidi
um petendum: missus qui postq̄ obsessas ab hostibꝫ fauces uidit
omisso ad aulidē itinere Delium conuertit. ut inde in euboeam
transmissurus. Templum est apollinis Delium īminens mari q̄q;
milia passuum ab Tanacra abest minus quattuor inde miliū pro
ximus in euboeam est maris traiectus. ubi & infano: lucoq; et ea
regione: & eo iure sancta quoq; sunt templa: asyla Gręci appellāt:
& non dum in dicto bello aut ita cōmisso: ut strictos gladios aut
sanguinem usq̄ factum audissent. cum per magnum ocium mi
lites alii ad spectaculum templi: luciq; uerni: alii in littore iner
mes uagarentur: magna pars per agros lignatum pabulatum q;
dilapsa esset: repente menippus palatos passim aggressus cecidit
ad quinquaginta uiuos cępit per pauci effugerunt. in quibꝫ micti
lo parua oneraria naue exceptus. Ea res Quintio Romanisq; si
cut iactura militum molesta: ita ad ius inferendi antiocho belli

adiecisse se aliquantum uidebatur. Antiochus admoto ad auli
dē exercitu: cum rursus oratores partim ex suis: parti ętolos u
chalcidem misisset: qui eadem illa: quę nuper cum minis grauio
ribus agerent: ne quicq̄ contra Menilone & Xenoclide tendē
tibus: facile tenuit: ut portę sibi aperirentur. Qui romanę par
tis erant: sub aduentu regis urbe excesserunt. Achęorum & Eu
menis milites. Salganea tenebant & in euripo castellum roma
ni milites pauci: custodię causa locum cōmunebant. Salganea
Menippus: rex ipse castellum euripi oppugnare est adortus. Pri
ores achęi & eumenis milites pacti: ut sine fraude liceret abire:
presidio excesserunt. pertinacius romani euripum tuebantur
hi quoq; iam cum terra mariq; obsiderentur: & iam machinas
tormentaq; comportari uiderent: non tulere obsidionem. Cum
id quod caput erat euboię teneret rex: ne cętere quidem eius
insule urbes imperium abnuerunt. magnoq; principio sibi orsu
bellum uidebat: quod tantę insulę tot opportunę urbes in suam
ditionem uenissent

CORNELIVM SCIPIONĒ
& .M. Atilium Glabrionem. ini
to magistratu Patres. prisq̄ de p
uinciis agerent: res diuinas face
re maioribus hostiis iusserunt. in
omnibus fanis: in quibus lectisster
nium maiorem partem anni fieri
solet. precariq; quod senatus de no
uo bello in animo haberet: ut ea
res senatui Po. q. romano bene ac feliciter eueniret. ea omnia
sacrificia leta fuerunt. prisq̄ hostus plutatum est. & ita au
ruspices responderunt: eo bello terminos Po. Ro. propagari

uictoriam: ac triumphum ostendi. Hęc cum renuntiata essent:
solutis religione animis: Patres rogationem ad populum ferri ius
serunt: uellent: iuberent ne cum Antiocho Rege: quiq; sectā ei
sequuti essent: bellum iniri. Si ea perlata rogatio esset: tamen si
ita uideretur Consulibꝫ: rem integram ad Senatum referrent
.P. Corne. eam rogationem pertulit. Tum Senatus decreuit: ut
consules Italiam & Gręciam prouincias sortirentur. Cui gręcia
euenisset: ut pręter eum numerum militum: quem .L. Quītius
in eam prouinciam: ex auctoritate senatus scripsisset: imperasset
ue: ut eum exercitum acciperet: & quem .M. Bebius pręter anno
priore ex .S.C. in Macedoniam traiecisset: & extra Italiam per
missum ut si res postulasset. auxilia ab Sociis: ne supra quinque
milia numerū acciperet. L. Quintium superioris anni Consulē:
legari ad id bellum placuit alter consul cui Italia prouincia eue
nisset. cum Boiis iussus bellum gerere: utro exercitu mallet
ex duobus quos superiores consules habuissent. alterum ut ꝛ
mitteret Romam eęq; urbane legiones essent parate: quo Sena
tus censuisset. his ita in Senatu: ad id quod cuius prouincia forꝫ:
decretis: tum demum sortiri consules placuit. Attilio gręcia
Cornelio Italia euenit. Certa deinde sorte .S.C. factum est. q; po
pulus ro. tempore duellum iussisset cum Rege Antiocho esse:
quiq; sub Imperio eius essent: ut eius rei causa supplicationē impe
rarent consules utiq;. M. Attilius consul. ludos magnos loui
uoueret. & dona ad omnia puluinaria id uotum in hęc uerba
pręeunte. P. Licinio pontifice Maximo consul nuncupauit.
Si duellum: quod Antiocho sumi populus iussit: id ex sentētia
senatus: populiq; ro. confectum erit. tum tibi Iupiter populus
romanus ludos magnos dies .x. continuos faciet. donaq; ad ꝛ
omnia puluinaria dabuntur de pecunia quantam senatus de
creuerit. quisq; magistratus eos ludos: quando ubiq; faxit: hi
ludi recte facti: donaq; data recte sunto. Supplicatio inde ab
duobus consulibus edicta per biduum fuit. Consulibꝫ sortitis

prouincias extemplo & pretores sortiti sunt. M. Iunio Brutio iu
risdictio utraq; euenit. A. Cornelio Mãmille brutii. M. Emilio
Lepido Sicilia. L. Oppio Salinatori Sardinia. C. Liuio salinato
ri Classis. L. Emilio paulo hispania ulterior his ita exercitus de
creti. A. Cornelio noui milites conscripti priore anno. ex. C. S. a
L. Quintio consule dati sunt. iussusq; tueri omnem oram. circa
Tarentum. Brundusiũq;. L. Emilio paulo in ulteriorem hispa
niam: preter eum exercitum: quem. A. M. Fuluio proconsule ac
cepturus esset: decretum: ut nouorum militum: tria milia duce
ret: & tricentos equites ita: ut in iis due partes Socium latini no
minis: tertia ciuium Romanorum: esset. idem supplementi ad
C. Flaminium cui imperium prorogabat in hispaniam citerio
rem est missum. M. Emilius Lepidus a. L. Valerio: cui successu
rus esset: simul prouinciam exercitumq; accipere iussus. L. Va
lerium: si ita uideretur propretore in prouincia retinere: &
prouinciam ita diuidere: ut una ab Agrigento ad pachynum
esset. altera a pachyno Tyndarium cum maritimam oram. L.
Valerius. xx. nauibus longis custodiret. eidem pretori manda
tum. ut duas decimas frumenti exigeret. idq; ad mare cõpor
tandum deuehendumq; in Greciam curaret. Idem. L. Oppio
de alteris decimis exigendis in Sardinia imperatum Ceterum
non in Greciam: sed Romam id frumentum portari placere. C.
Liuius pretor cui classis euenerat: a xxx. nauibus paratis tra
iicere in Greciam primo quoq; tempore iussus. & ab attilio na
ues accipere. ueteres naues: que in nauilibꝫ erant: ut reficeret
& armaret. M. Iunio pretori negotium datum est. In eam classẽ
socios nauales libertinos legeret. legati terni in Africam ad Char
thaginenses: in Numidiam ad frumentũ rogandum: quod in
Greciam portaretur: missi pro quo pretium solueret Populus
ro. adeoq; in apparatum Curamq; eius belli: Ciuitas intenta fu
it ut. P. Cornelius consul ediceret: qui senatores essent: quibusq;
in senatu sententiam dicere liceret. quiq; minores magistratus

essent

essent: ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret: q̄ unde eo
die redire posset: neue uno tempore quinq; senatores ab urbe Ro
ma abessent. In comparando impigre classem. C. Liuium pretorē.
contentio orta cum colonis maritimis paulisper tenuit. Nam cū
cogerentur in classem. Tr. Pl. appellarunt ab iis ad Senatum re
iecti sunt. Senatus ita: ut ad unum omnes consentirent: decreuit
uacationem rei nauali: eis colonis non esse. Ena & Frigena: & Ca
strum nouum. & Pyrgi: & antium: & Taracina. & Minturinę: &
Sinuessę: fuerunt quę cum pretore de uacatione certauerunt ꝛ
consul deinde. M. Attilius: ex S.C. ad collegium Fecialium retu
lit ipse ne utiq; regi Antiocho indiceretur bellum: an satis esset
ad presidium aliquod eius nuntiare: & nū Etolis quoq; separa
tim indici iuberent bellum: & unum prius societas eis & amici
tia renuntianda esset: q̄ bellum indicendum: Feciales responde
runt iam ante sese cum de Philippo consulerentur: hęc decres
se. nihil referre ipsi coram: an presidio nuntiaretur. amicitiam
renuntiatam uideri: cum legatis totiens repetentibus res nec
reddi: nec satisfieri equum censuissent. Etolos ultro sibi bellum
indixisse: cum Demetriadem Sociorum urbem: perinde occu
passent Chalcidē terra mariq; oppugnatum esset. Regem Anti
ochum in Europam ad bellum populo Ro. inferendum tradixis
sent. Omnibus iam satis comparatis. M. Attilius Consu edixit:
ut quos. L. Quintius milites conscripsisset & quos socius noīq;
latino: imperasset quos secum in prouinciam ire oporteret. Tr.
mil. Legionis prime & tertię: uti omnes Brundusium Idib; ma
iis conuenirent: ipse ad quinto nonas maias paludatus urbe ꝛ
egressus est. Per eosdem dies: & pretores in prouincias profecti
sunt. Sub idem tempus legati ab duobus regib; Philippo & Pto
lemeo Egypti Rege Romam uenerunt: pollicentes ab ad bellū
auxilia: & pecunia: & frumentum: ab Ptolemeo. & mille pondo
auri: mille uiginti pondo argenti allata. nihil est acceptum Gre
cię regibus acte: & cum uterq; se cum omnib; copiis in Etoliam

uenturum belloq, interfuturum polliceretur: Ptolemeo id re
missum. Philippi legatis responsum: gratum eum senatui Po
puloq, ro. facturum si M. Atilio Consuli non defuisset. Itē ab
Carthaginensibus & masanissa rege legati uenerunt. Carthagi
nenses tritici modium mille: ordei quingenta milia ad exer
citum dimidium eius romam apportaturos pollicti sunt. Id ut
ab se munus romani acciperent petere se. & classem suorum suo
sumptu comparaturos & stipendium qđ pluribus pensionibus
in multos annos deberent, presens omne daturos masanisse le
gati quingenta milia modium tritici, tricenta ordei ad exerci
tum in Greciam romam tricēta milia modium tritici c c. qui
quaginta ordei: equites quingentos elephantes .xx. regem ad
M. Atilium consulem missurum. de frumento utriusq, responsū:
uti usurum populum ro. eo si pretium acciperent. de classe Car
thaginensibus remissum: preterq, siquid nauium excedere
deberent. de pecunia item responsum nullam ante diem accep
turos. Cum hec rome agebantur chalcide antiochus: ne cessa
ret per hybernorum tempus partim ipse solicitabat ciuitatū
animos mittendis legatis partim ultro ad eum ueniebant. sicut
epirotę cōmuni gentis consensu: & Pelei & Peloponenses uene
runt Pelei auxilium aduersus achęos petebant: quos post bellū
non ex sua sententia indictum antiocho primum: ciuitati sue
arma: illaturos credebant mille ibi pedites: cum Duce Cretensi
euphane: sunt missi epirotarum legatio erat: minime in par
tem ullam liberi: aut simplicis animi. apud regem grauā ini
tam uolebant. cum eo: ut cauerent: ne quid offenderent roma
nos petebant ei ne se temere in causam deduceret. exposituros aduer
sus Italiam: pro omni grecia. & primos impetus romanorum ex
cepturos. Sed si ipse posset terrestribus nauali bus q, copiis presi
dere epiro: cupide eum omnes epirotas: & urbibus & portubo
suis accepturos. Si id non posset deprecari: ne se nudos: atq,
inermes romano bello obiiceret. hac legatione apparebat: ut

sicut si quod magis credebant abstinuisset Epiro integra sibi
omnia apud exercitus Romanos essent conciliata satis apud
Regem gratia q̄ accepturi fuissent uenientem si uenisset sic q̄q̄
spes uenię ab Romanis foret q̄ non expectato longinquo ab se in
auxilio presentis uiribus succubuissent. huic tam perplexe lega-
tioni quia non satis ī promptu erat quid responderet legatos se
missurum ad eos dixit qui de iis quę ad illos se q̄ cōmuniter perti
nerent loqueretur. in Boetiam ipse profectus est causas in speciem
ire aduersus Romanos easquas antedixi habentem Brachilli ne
cem. & bellum a Quintio conęę propter Romanorum militum
cędes illatum. Re uera per multa iam sęcula publice priuatimq̄
labente egregia quondam disciplina gentis & multorum eo statu
quid diuturnus esse sine mutatione rerum non posset: obuiam
effusis undiq̄ Boetię principibus Thebas uenit. Ibi in concilio gē
tis. quanq̄ & ad Elium impetu in pręsidium Romanum facto &
ad chalcidē cōmiserat nec a paruis nec dubiis principiis bellū
tamen eadem oratione exorsus quia in colloquio primo ad Chal
cidem quaq̄ ad Legatos Achęorum usus erat: ut amicitiam secū
institui. non bellum indici Romanis postularet: neminem quid
ageretur: fallebat decretum tamen sub leui uerborum pręteztu:
pro Rege aduersus Romanos factum est. Hac quoq̄ gente adiūcta
chalcidem regressus: pręmissis inde litteris: ut Demetriadē cō
uenirent principes Ętolorum: cum quibus de summa rerum
deliberaret: nauibus eo ad idem in dictam concilio uenit & ami
nander accitus: ad consultandum ex Athamania. & hannibal
poenus. iam diu non ad hibitus: interfuit ei concilio. consulatum
de Thessalorum gente est. quorum omnibus qui aderant uolun
tas tentanda uidebatur. In eo modo diuersę sententię erāt q̄ alij
ex templo agendum alii legatos tantūmodo mittendos: alii cum
omnibꝫ copiis eundum censebant. terrendosq̄ metu: si contarē
tur. Cum circa hanc fere consultationem disceptatio omnis eos.
qui aderant. tali oratione auertit. Si ex quo traiecimus in Gręc-

ciam adhibitus essem in consilium cum de Euboea. deq; Acheis de
boetia agebatur eandem sententiam dixissem. quam hodie cum de
Thessalis agitur dicam ante omnia Philippum & macedonas belli
in societatem. quacunq; ratione censeo deducendos esse. Nā qd
ad Euboeam. Boetios Thessalosq; attinet. cui dubium est. qui cum
utrisq; nullę suę uires sint. presentibus adulando semper quē me
tum in concilio habebant. eodem ad impetrandum ueniam utan
tur: simile ac Romanum exercitum in Gręcia uiderit ad consue
tum imperium se auertant: nec iis noxię futurum sit quod cum
romani procul abessent. uim tuam presentis exercitusq; tui expe
riri noluerint. Quanto igitur prius potiusq; est. Philippū nobis
coniungere: quam hos cui si semel in causam descenderint nihil
integrum futurum sit quiq; eas uires afferat: quę non accessio tā
tum: ad Romanum esse bellum. sed per se ipse nuper sustinere po
tuerint Romanos. hoc ergo adiuncto. absit uerbo inuidia. qd
dubitare de euentu possim: cum quibus aduersus Philippū ua
luerint Romani: iis nunc fore uideam: ut ipsi oppugnentur. Ęto
li: qui Philippum. quod inter omnes constat: uicerunt: cum Phi
lippo aduersus Romanos pugnabunt. Aminander: atq; Athama
num gēs: quorum secundum Aetolos: plurima fuit opera in eo
bello: nobiscum stabunt. Philippus tum te quieto. totam molem
sustinebat belli: nunc duo maximi Reges Asię Europęq; uiribꝫ
aduersus unum populum: ut iam utranq; fortunam taceā pa
trum certe ætate. ne uni quidem Epirotarum Regi parem: qcquid
tandem erit: uobiscum comparatum: gentis bellum: Quę igitur
res mihi fiduciam prębet: coniugii nobis Philippum posce: una
cōmunis utilitas quę societas maximum uinculum est: alter a
auctores uos ętoli. uester enim Legatus hicthoas inter cętera: q̄
ad exigendum in Gręciam Antiochum dicere est solitus: ante oīa
hęc semper affirmauit: fremere Philippum: & ægere pati. sub spe
cie pacis leges seruitutis sibi impositas. Ille quidem: ut uerę bestię
uictę aut clausę: & refrīgere claustra cupientes: regis iram uerbis

equabat. cuius sic talis animus est: soluamus nos eius uincula &
claustra refringamus. ut erumpere diu coercita ira in hostis cō
munes possit. Quod si nihil eum legatio nostra mouerit: ad nos
quoniam nobis eum adiungere non possumus. ne hostibus no
stris ille adiungi possit: caueamus. Seleucus filius tuus Lysiāchie
est. qui si eo exercitu: quem secum habet: per Thraciam proxia
Macedonie ceperit depopulari: facile ab auxilio ferendo Roma
nis Philippum: ad sua potissimum tuenda: auertet. de Philippo
meam sententiam habes. de ratione uniuersi belli: quid sentirē:
iam ab initio non ignorasti. quod si tum auditus forem: nō in
Euboea Chalcidem captam & castellum euripi expugnatū: Ro
mani. sed hetruriam: Ligurumq; & Galliae Cisalpine oram: bel
lo ardere. & qui maximus us terror est: hannibalem in Italia esse:
audirent. Nunc quoq; arcessas censeo omnis nauales terrestresq;
copias. Sequantur classem onerarie cum comeatibus. Nam hic si
cut ad belli munera pauci sumus: sic nimis multi pro inopia co
meatum. cum omnis tuas contraxeris uires: diuisam classem
partim corcyre in statione habebis: ne transitus: Romanis liber
ac tutus pateat: partim ad littus Italie: quod Sardiniam africāq;
spectat: traiicies. Ipse cum omnibus terrestribus copiis in Billi
num agrum procedes. inde Grecie presidebis & speciem Ro
manis traiecturum te prebebis. & si res poposcerit traiecturus.
Hec suadeo: qui ut non omnis piissimus sum belli: cum Romanis cer
te bellare: bonis malisq; meis didici In que consilium dedi: in eād
nec infidelem nec segnem operam pollicior. dii approbent eā
sententiam: que tibi optima uisa fuerit. hec ferme hannibalis
oratio fuit quam laudarunt magis in presentia: qui aderant
quam rebus ipsis exequuti sunt. nihil enim eorum est factum.
nisi quod classem copiasq; arcessendas ex Asia Polyzenidā misit.
Legati Larissam ad concilium Thessalorum sunt missi & Etolis
Aminandroq;: dies ad conueniendum exercitui Phetas est dict⁹.
Eodem & Rex cum suis copiis confestim uenit. Vbi dum operit

Aminandrum: atq; Etolos: Philippum Megalopolitanum cum duobus milibus hominum ad legenda ossa macedonum circa Cynocephalas: ubi debellatum erat: cum Philippo misit siue ab ipso querente sibi cõmendationem ad macedonum gentem & inuidiam regi q; insepultos milites reliquisset: motus siue ab insita regibus uanitate ad consilium specie amplum: re inane: animo adiecto. tumultus est: in unum ossibus: quę passim strata erant: coaceruatis: factus: qui nullam gratiam ad macedonas odium ingens ad Philippum mouit. Itaq; qui ad id tẽpus fortunam impetum fecisse esset in consilio habiturus: is ex tẽplo ad. M. Bebium propretorem misit. Antiochum in Thessaliam impetum fecisse si uideretur: ei moueret ex hibernis: se obuiam processurum: ut quid agendum esset consultarent.

Antiocho ad Pheras iam castra habenti: ubi coniunxerant se Etoli: & Aminander legati ab Larissa uenerunt: querentes: qđ ob factum dictumue Thessalorum bello lacesseret eos simul orantes: ut remoto exercitu: per legatos: siquid ei uideretur: secum disceptaret. Eodem tempore quingentos armatos duce hippolocho Pheras in presidium miserunt: hi exclusi aditu: iam omnia itinera obsidentibus regijs: Scotusam se recepe runt Legatis Larisseorum Rex clementer respondit: nõ belli faciendi: sed tuendę & stabiliendę libertatis Thessalorũ causa Thessaliam intrasse. Similia his qui cum Phereis ageret: mis sus cui nullo dato responso. Pherei ipsi suum legatum ad re gem principem ciuitatis Pausaniam miserunt: qui cum haud dissimulia his: ut in causa pari que pro chalcidensibus in collo quio: ad Euripi fretum dicta erant: quedam etiam ferociusegis set. Rex etiam atq; etiam deliberare eos iussos: ne id consilii ca perent: cuius dum futurum minus cauti: & prouidi esset: ex templo penitaret: dimisit. Hęc renuntiata pheras Legatio cũ esset: ne paulum quidem dubitarunt: quin pro fide erga Ro manos quicquid sors belli tulisset: paterentur. Itaq; & his suma

ope parabant se: ad urbem defendendam. & rex omni parte
simul oppugnare menia est aggressus & ut qui satis intellige
ret neq; enim dubium erat: in euentum eius urbis positū esse
q̄ primum aggressus esset: aut sperni deinde ab uniuersa gē
te Thessalorum aut timeri. sic omnem undiq; terrorē obsessis
iniecit. primum impetum oppugnationis satis constanter su
stinuerunt deinde cum multi propugnantes caderent: aut
uulnerarentur: labare animi coepere. reuocati deinde casti
gatione principum ad perseuerandum in proposito relicto ex
teriore circulo muri deficientibus iam copiis: in interiorem par
tem urbis concesserunt Cui breuior orbis munitionis circūiec
tus erat. postremo uicti malis: cum timerent: ne ui captis nulla
apud uictorem uenia esset: dediderunt sese. Nihil deinde moratus
rex. iiii. milia armatorum: dum recens terror esset: Scotusam mi
sit Nec ibi mora deditionis est facta. cernentibus phereorum re
cens exemplum: qui quod primo abnuerant: malo domiti tādē
fecissent. Cum ipsa urbe hippolochus Larisseorumq; deditū est
presidium. dimissi ab rege inuiolati omnes: q; iam rem magni
momenti futuram rex ad conciliandos Larisseorum animos cre
debat. intra decimum diem: quam Pheras uenerat. his perfectis
Cramonem cum toto exercitu primo aduentu cepit. Inde Cie
rum: & Metropolim & iis circumiecta castella recepit. omniaq;
iam regionis eius preter ad regem: & Cyrnonem in posttestate
erāt. Tum aggredi Larissam constituit. ratus uel terrore: cetera
rum: expugnaturum: uel beneficio presidii dimissi: uel ex tēplo
tot ciuitatum dedentium sese: non ultra in pertinacia mansuros
E lephantis agi ante signa terroris causa: iussis. quadrato agmine
ad urbem. incessit. ut incerti fluctuarentur animi magne partis
Larisseorum. inter metum presentem hostium & uerecundiā ab
sentium sociorum. Per eosdem dies Aminander cum athamanū
iuuentute occupat Pellicum & Menippus cum tribus milib; pe
ditum Etolorum & cc. equitibus in Perrhebiam profectus Malleo-

lam. & Cyrechias ui cepit: depopulatusq; est agrum Tripolitanū.
H is raptim peractis. Larissam ad regem redeunt. consultanti quid
nam agendum esset de Larissa superuenerunt. Ibi in diuersum
sententię tendebant. aliis uim ad hibendam: & non differendū.
censentibus. quin operibus. ac machinis simul undiq; mœnia
aggrederentur urbis sitę: uel in plano aperte campestri. undiq;
aditu aliis nunc uires urbis nequaq̄ phereis conferendę memo
rantibus. nunc hyemem & tempus anni. nulli bellicę rei. minime
obsidioni urbium. aptum. Incerto regi. inter spem metumq; lega
ti a Pharsalo: qui ad dedendum urbem suam forte uenerant. ꝛ
animos auxerunt. M. Bebius interim cum Philippo in Classare
tis congressus Appium Claudium ex communi consilio ad pre
sidium Larissę misit. qui per Macedoniam magnis itineribus in
iugum montium: quod super Connos est: peruenit. Oppidū Con
ni. xxx. milia ab larissa abest. in ipsis faucibus: saltus: quę tēpe
appellantur situm ubi Castramentatus latius q̄ quod satis ī usū
erant ignes cum accendisset: speciem quam quęsierat: hosti fe
cit omnem ibi Romanum exercitum: cum rege Philippo esse. ꝛ
I taq; hyemem instare apud suos causatus Rex: unum tantum mora
tus diem: ab Larissa recessit ad Demetriadem. Etoliq; & Athamanes
in suos receperunt se fines. Appius & si cuius rei gratia missus erat:
solutam cernebat obsidionem: tamen Larissam: ad confirmandos
in reliquum sociorum animos: descendit: duplexq; lętitia erat
q; & hostes excesserāt finibus: & intra mœnia pręsidium Romanū.
R ex a Chalcide ad Demetriadem profectus amore captus uirginis
Chalcidensis Dioptolemi filię dum patrem. primo ablegando
deinde coram ipse rogando: fatigasset: inuitum se grauiori for
tunę conditioni illigantem: tandem impetrata re tanq̄ in media
pace nuptias celebrat. & belli: tum hyemis oblitus: quasi tum non
simul duas res suscepisset: bellum Romanum: & greciam liberan
dam omissa omnium rerum cura in conuiuiis: & uinum sequē
tibus uoluptatibꝫ: ac deinde ex fatigatione magis q̄ sacietate

carum in somno traduxit. Eadem omnis prefectos regios: q ubiq
ad Boetiam maxime: prepositi hibernis erant: cepit luxuria. In
eandem & milites effusi sunt. nec quisq̃ eorum: aut arma induit
aut stationem: aut uigilias seruauit: aut quicq̃ quod militaris
operis aut muneris esset: fecit. Itaq principio ueris: cum per
phocidē Cheroneam: quo conuenire omnem undiq exercitum
iusserat uenisset facile animaduertis nihilo segniore disciplina
milites. q̃ ducem hybernasse Alexandrum inde Acarnanem &
Menippum Macedonem. Magistratum Etolie copias ducere iu
bet. Ipse Delphis sacrificio Apollinis facto: Naupactum processit.
Concilio principum Etolie habito: uiam que preter Chalcidē &
Lysimachiam fert ad stratum: suis qui per Maliacum sinum ue
niebant. occurrit ibi Mansilochus princeps Acarnanum multis
emptus donis: non ipse solum gentem regi conciliabat: sed Cly
tum etiam pretorem: penes quem cum summa potestas erat in
suam sententiam adduxerat. Is cum Leucadios: quod Acarnanie
caput est. non facile ad defectionem posse cerneret. impelli pp
metum Romane classis: que cum Attilio: que ue circa Cephaleniā
erat arte eos est aggressus. Nam cum in consilio dixisset. tuenda
mediterranea Acarnanie esse: & omnibus qui arma ferrent. exe
undum ad Medionem. & Tyrrheum: ne ab Antiocho aut Etolis
occuparentur: fuere qui dicerent nihil attinere omnis tumult
concitari satis esse quingentorum hominum presidium. eam iu
uentutem nactus. ccc. Medione. cc. Tyrrhei in presidio positis
id agebat: ut pro obsidibus futuri uenirent in potestatem regis.
Per eosdem dies legati regis Medionem uenerunt. quibus auditis
cum contione quidnā respondendum Regi esset: consultare
tur: & alii manendum. in Romana societate: alii non aspernen
dam amicitiam regis censerent: media uisa est Clyti sententia
eoq accepta ut ad Regem muterent legatos peterentq ab eo ut
Medios super tanta reconsultare in concilio Acarnanum petere
tur. in eam Legationem Mansilochus: & qui eius factionis erāt

de industria coniecta clam missis: qui regem admouere copi
as iuberent: ipsi terebant tempus. itaq; uix dum us egressus le
gatus: Antiochus in finibus: mox ad portas erat. & trepidãnb;
qui expertes proditionis fuerant: tumultuoseq; iuuentutẽ
ad arma uocantibus: ab Clyto & Mansiolocho in urbem est in
ductus & aliis sua uoluntate affluentibus: metu coacti etiã
qui dissentiebant: ad regem conuenerunt. Quos placida ora
tione territos cum permulcisset: ad spem uulgate clementie
aliquot populi Acarnanie defecerunt. Tyrrheum ad Medio
ne profectus est. Mansilocho eodem & legatis premissis Cete
rum detecta Medione fraus cautiores non timidiores Tyrrhẽ
ses fecit: dato ei haud perplexo responso: nullam se nouam so
cietatem nisi ex auctoritate Imperatorum Romanũ acceptu
ros. portis quoq; clausis armatos in muris disposuerunt. & per
opportune ad confirmandos Acarnanum animos. Cn. Octa
uius missus a Quintio: cum presidium & paucas naues ab. A.
Postumio: qui ab Attilio legato: Cephalenie prepositus fuerat
accepisset: Leucadem uenit. Impleuit q; spei socios. M. Attiliũ
consulem: iam cum legionibus mare traiecisse. & in Thessalia
castra Romana esse. hunc rumorem: quia similem ueri tẽp⁹
anni maturum iam ad nauigandum faciebant: Rex presi
dio Medione imposito: & in quibusdam aliis Acarnanie oppi
dis Tyrrheo abscessit. & per Etolie ac Phocidis urbes Chalcidẽ re
diit. Sub idem tempus. M. Bebius: & Philippus Rex: iam ante
per hyemẽ in Classaretis congressi: cum Ap. Claudium: ut ob
sidione Larissam eximeret: in Thessaliam misissent: quia id tẽ
pus rebus agentibus imitaturum erat in hyberna regressi. prĩ
cipio ueris: coniunctis copiis. in Thessaliam descenderunt. In
Acarnania tum Antiochum erat aduenientes Philippus malea
Perrhebie: Bebius Phacium est aggressus. quo primo propere ip
tu capto. Phaustum eadem celeritate capit: inde Athracem cũ
se recepisset: Cytherias hinc & Eritium occupat: presidiisq;

per recepta oppida dispositis: Philippo rursus obsidenti Maleā
se coniungit. sub aduentu Romani exercitus: seu ad metū ui
rium: seu ad spem uenię: dedissent sese: ad ea recipienda op
pida: quę athamanes occupauerant uno agmine ierunt. Erāt
aūt hęc ęginum hercissum Gompissilana: Tacta: Moebile. Pha
laria. Inde Pellimenum: ubi Philippus Megalopolitanus cū
quingentis peditibus in pręsidio erat: circūsidunt. & priusq̄
oppugnarent: mittunt ad Philippum: qui moneret ne uim
ultimam experiri uellet. Quibus ille satis fortiter respondit:
uel Romanis: uel Thessālis crediturum fuisse. in Philippi pote
statem cōmissurum non esse: postq̄ apparuit ui agendum: qa
uidebatur & Limneum ire placuit. Bebius restitit ad Pleineū
oppugnandum. Per eos forte dies. M. Attilius Consul cū decē
milibus peditum. duobus milibus equitum. xii. elephantis
mari traiecto: pedestres copias: Larissam ducere tricentos mi
litum Tribunos iussit. Ipse cum equitatu Limneum: ad Philip
pum uenit aduentu consulis deditio sine contatione est fcā:
traditumq̄ pręsidium Regium & cum iis athamanes. ab Lim
neo Pellineum: consul proficiscitur. Ibi primi athamanes tra
diderunt sese: deinde & Philippus Megalopolitanus. cui de
cedenti de pręsidio. cum obuius forte fuisset Philippus rex
ad Ludibrium Regem eum consultari iussit. Ipse congressus
fratrem: haud sane decoro maiestatis suę loco appellauit: de
ductus inde ad consulem custodiri iussus. & haud ita mlto
post in uinculis Romam missus. Cętera multitudo atham a
num: aut militum Antiochi Regis: quę in pręsidiis debitorū
per eos dies oppidorum fuerat. Philippo tradita Regi est. fuere
autem ad tria milia hominum consul Larissam est profectus.
I bi de summa belli consultaturus. In itinere ab Cieria: & Metro
poli: Legati tradentes. urbes suas occurrerunt Philippus atha
manum pręcipue captiuis indulgenter habitis: ut per eos con
ciliaret gentem: nactus spem athamanię potiundę: exercitum

eo duxit: premissis in ciuitates captiuis & illi magnam auctorita
tem apud populares habuerunt clementiam erga se Regis: munifi
centiamq; cōmemorantes. & Aminander cuius presentis maiestas
aliquos in fide continuisset: ueritus: ne traderetur Philippo: iam
pridem hosti: & Romanis merito tum propter defectionem īfēsis
cum coniuge ac liberis Regno excessit. Ambrachiamq; se contu
lit. Ita Athamania omnis in ius dictionemq; Philippi concessit. Cō
sul ad reficienda maxime iumentaq; & nauigatione & postea iti
neribus fatigata erant paucos Larisse moratus dies uelut reparato:
modica quiete exercitu: Cōnonem est profectus. uenienti Pharsalus
Scotusa & Phere queq; in eis presidia Antiochi erant: deduntur: ex
iis interrogati qui manere secum uellent. mille uolentis. Philip
po tradit. ceteros inermes Demetriadem remittit. Pernam inde
recepit. & que circa eam castella erant: ducere tum porro īsinum
Maliacum cepit: appropinquanti faucibus: super quas siti Thau
mati sunt: deserta urbe: iuuentus omnis armata siluas & itinera
insedit: & in agmen Romanum ex superioribus locis incursauit: pri
mo missi ex propinquo colloquentes deterrerent eos tali furore ꝛ
postq̄ perseuerare in incepto uidit Tribuno cum duorum signoꝝ
militibꝫ circūmisso: intercludit ad urbem iter armatis: uacuāq; eā
cepit. tum clamore ab tergo capte urbis audito: refugientium un
diq; ex siluis insidiatorum cedes facta est. Athaumatis altero die
consul ad spergetum amnem peruenit. Inde Hypata eorū agros
uastauit cum hec agebantur: Chalcide erat Antiochus qui iā cum
cernens nihil se ex Grecia preter amoenia Chalcide hyberna: & in
famas nuptias petisse Ętolorum uana promissa incusare: & Thoantē:
H annibalem uero: non ut prudentem tantum uirum: sed prope ua
tem omnium que tum euenerant: admirari: ne tamen temere cep
ta segnitia insuper euerteret: nuntios in Ętoliam mittit: ut omni
contracta iuuentute conuenirent. Iam & ipse eo. x. milia fere pedi
tum. ex iis qui postea uenerant ex asia expleta: & equites quīgētos
duxit: quod cum aliquanto pauciores: q̄ ante conuenissent: & prin

cipes tantūmodo cum paucis clientibus essent. atq; ii dicerent oīa
sedulo ab se facta: ut q̄ plurimos ex ciuitatibus suis euocarent nec
auctoritate nec gratia nec imperio aduersus tractantes militiam
ualuisse: destitutus undiq; & absuis: qui morabantur in Asia. & ab
sociis qui ea in quorum spem uocauerant. non prestabunt intra
saltum Thermophylarum se se recepit. Id iugum sicut apēnini
dorso Italia diuiditur: ita mediam greciam diremit: ante sal
tum Thermophylarum in Septentrionem uersa Epirus: & per
rhebia. & Magnesia & Thessalia est. & Thyote & sinus Maliacus.
intra fauces ad meridiem uergunt Etolie pars maior & Acarna
nia: & ut Locride Phocis & Boetia adiuncta q; insula Cuboea &
excurrente in altum uelut promontorio. Attica terra: sita ab ter
go & Peloponnesus. hoc iugum ab Leucade & mari: ad occidētē
uersa: per Etoliam ad alterum mare orienti obiectum tendēs.
ea aspreta rupes interiectas habet: ut non modo exercitus sed
ne expediti quidem facile ullos ad transitum calles inueniant.
extremos ad orientem montis Oetam uocant. quor: quod al
tissimum est: Gallidromon appellatur: in cuius ualle ad Mali
acum sinum uergente iter est. non latius: q̄. lx. passus. hec una
uia militaris est: qua traduci exercitus. si non perhibeantur:
possint. Ideo Phyle: & ab aliis quia calide aque in ipsis faucibus
sunt: Thermophyle: locus appellatur: Nabilis Lacedemoniorū
aduersus persas: morte magis memorabili q̄ pugna. haud q̄q̄
pari tamen animo Antiochus intra portas locis eius: castris po
sitis: & munitionibus insuper saltum impediebat. & cum duplici
uallo fossaq; & muro etiam: qua res postulabat: ex multa copia
passim iacentium lapidum permunisset: satis fidens: nunq̄ ea
uim Romanum exercitum facturum Etolos: ex quattuor mili
bus: tot enim conuenerant: partim ad heracleam: presidio obti
nendam: ante ipsas fauces posita est: partim hypatam mittit. &
Heracleam haud dubius consulem oppugnaturum. & iam multis
nuntiantibus: circa hypatam omnia euastari. Consul depopulat

Hyppatensem agrum primo: deinde heracleensem: inutili utro
biq; auxilio ętolorum: in ipsis faucibus prope fontes calidarū
aquarum: aduersus Regem posuit castra. ętolorum: in ipsis fau
cibus prope fontes calidarum aquarum: aduersus regem posu
it castra. ętolorum utreq; manus. heracleam sese incluserunt.
Antiochum cui priusq̄ hostem cerneret. satis omnia permunita.
& pręsidiis obsepta uidebant: timor incessit. ne quos perimmi
nentia iuga calles inueniret ad transitum Romanus. Nam & la
cedemonios quondam ita a persis circuitos: fama erat. & nu
per Philippum ab iisdem Romanis. Itaq; nuntium heracleam
ad ętolos mittit: ut hanc saltem sibi operam eo bello pręstarent
uertices locorum circa omnium occuparent: obsiderentq; ne
qua transire Romanus posset. Hoc nuntio audito discensio in
ter ętolos orta est. pars imperio parendum Regis: atq; eundū:
censebant. pars subsistendum Heracleę. ad utranq; fortunam:
ut siue uictus a consule rex esset: in expedito haberent inte
gras copias: ad opem propinquis ferendam ciuitatibꝫ suis: siue
uinceret: ut dissipatos in fugam Romanos persequerentur. ut
utraq; pars non mansit mō in sententia sua: sed etiam exequu
ta est consilium. Duo milia heracleę subsisterunt. duo trifariā
diuisa Gallidromum & Rhodontia. & Thycunta: hęc nomina
cacuminibus sunt occupauere. Consul: postq̄ insessa superiora
loca ab ętolis uidit. M. Portium Catonem: & L. Valerium Flac
cum: Consulares legatos. cum binis milibus delectorum militū
ad castella ętolorum. Flaccum in Rhodion & Thycunta. Catonē
in Gallidromum mittit. Ipse priusq̄ ad hostem copias admoue
ret uocatos in contionem milites paucis est alloquutus. Ple
rosq; omnium ordinum milites inter uos esse uideo: q̄ in hac
eadem prouincia. T. Quinti ductu auspicioq; militaueritis
macedonico bello Inexuperabilis magis saltus ad amnem acū
fuit: q̄ hic: quippe portę sunt hę unus inter duo maria clausis
omnibus uelut naturalis transitus est munitioribus tunc fue

runt: & ualidioribus impositi exercitus hostium locis: exercit⁹.
Iliȩ & numero maior: & militum genere aliquanto melior. Quip
pe illic macedones Thracesq; & Illyrici erant. ferocissimȩ om̄s
gentes. hic Syri: & asiatici: Grȩci sunt leuissima genera homi
num. & seruituti nata. Rex ille bellicosissimus: exercitus iam
ille ab iuuenta finitimis Thracum. atq; Illyriorum: & circa oīū
accolarum: bellis hic: ut omnem aliam uitam sileam est: qui cū
ad inferendum Po. Romano bellum ex asia in europam trāsis
set: nihil memorabilius toto tempore hybernorum gesserit: q̄q;
amoris causa ex domo priuata: & obscuri etiam inter populares
generis uxorem duxit. & nouus maritus: uelut saginatus nuptia
libus coenis: ad pugnam processit. summa uirium speiq; eius in ȩto
lis fuit: gente uanissim & ingratissima: ut uos prius experti estis.
Nunc antiochus experitur. nam nec uenerunt frequentes. nec cō
tineri in castris potuerunt. & in seditione ipsi inter se se sunt: &
hypatam tuendam heracleamq; depoposcissent: neutram tuta
ti pars: refugerunt in iuga montium pars incluserunt se se Rex
ipse confessus nusq̄ ȩquo campo: non modo congredi se ad pugnā
audere: sed ne castra quidem in aperto ponere: relicta omnia ante
se regione ea: quam se nobis ac Philippo ademisse: gloriabantur:
condidit se intra rupes. ne ante fauces quidem saltus ut quoda
Lacedemonios fama est sed intra penitus retroactis castris: qd̄
quantum interest ad timorem ostendendum: an muris urbis ali
cuius obsidendum se se incluserit. Sed neq; antiochum tuebūtur
angustiȩ nec ȩtolos uertices illi: quos cȩperunt satis undiq; pro
uisum: ante q̄ prȩcautum est. ne quid aduersus uos in pugna: t
preter hostis esset Illud proponere animo uestro debetis: nō uos
pro Grȩciȩ libertate tantum: q̄q̄ is quoq; egregius titulus esset: li
beratam a Philippo ante nunc ab ȩtolis: & ab antiocho liberare
neq; eas tantum in prȩmium uestrum cessura: quȩ nunc in regiis
castris sunt: sed illum quoq; omnem apparatum. qui in dies ab
ephesо expectatur: prȩdȩ futurum Asiam deinde Syriāq; & oīa

usq; ad portus solis dirissima Regina imperio Romano aperturo:
quid deinde aberit: quin ab Gadibus: ad mare rubrum Oceano
finis terminemus: qui orbem terrarum: amplexu finit. & omne
humanum genus: secundum deos nomen Romanum ueneretur:
In hec tanta premia dignos parate animos: ut crastino die be
ne iuuantibus diis acie decernamus. Ab hac contione dimissi m
milites priusq̃ corpora curarent. arma telaq; parant Luce p̃ma
signo pugne proposito instruit aciem Consul. arcta fronte: ad
naturam: & angustias loci. Rex preterq̃ signa hostium conspex̃:
& ipse copias educit. Leuis armature partem ante uallum in
primo locauit. Tum Macedonum robur: quos Sariphorus ap
pellabant: uelut firmamentum: circa ipsas munitiones consti
tuit. Is ab sinistro cornu iaculatorum: sagittatorumq; & fun
ditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit: ut ex altio
re loco nuda latera hostium incesserent ab dextro macedoib;
ad ipsum: ad ipsum munimentorum finem: que loca ad ma
re in uia palustri limo: & uoraginibus claudunt elephantos:
cum assueto presidio: posuit post eos equites. tum modico inter
uallo relicto ceteras copias in secunda acie: Macedones pro ual
lo locati: primo sustinebant Romanos tentatis ab omni parte
aditus. multum adiuuantibus: qui ex loco superiore fundis ue
lut nimbum grandinis: & sagittas simul: ac iacula ingerebāt:
deinde ut maior nec iam toleranda uis hostium inferebat se:
pulsi loco intra munimenta subductis ordinibus concesserūt.
Inde ex uallo prope alterum: hastis pre se abiectis: fecerunt. &
ita modica altitudo ualli erat ut & locum superiorem ad pu
gnandum preberet. & propter longitudinem hastarum subiect
tum haberet hostem. Multi temere subeuntes uallum transfixi
sunt. & haud incepto irrito recessissent: aut plures cecidissent:
ni. M. Portius ab iugo Gallidromi: deiectis inde Etolis: & ma
gna ex parte cesis: in cautos enim & plerosq; sopitos oppresserat
super imminentem castris locum apparuisset. Flacco nō eadē

fortuna ab Thycunta & Rhodion: ne quicq̃ subire ad ea castel
la conato fuerat. Macedones quiq; alii in castris fuerant Regi
primo dum procul nihil aliud: q̃ turba: & agmen apparebat. u
tolos credere uisa procul pugna subsidio uenire. Ceterum ut
primum signaq; & arma ex improuiso cognita errorem ape
ruerunt: tantus repente pauor omnis cepit. ut abiectis armis
fugerent. Et munimenta sequutus impedierunt. & angustie
uallis. per quam sequendi erant: & maxime q; elephanti nouis
se agminis erant: quos pedes egre preterire eques nullo pote
rat modo timentibus equis tumultumq; inter se maiorem. q̃
in prelio dantibus aliquantum temporis dureptio castrorum
tenuit. Carpeniam tamen eodem die consequuti sunt hostem
multis in ipso itinere cesis: capiisque non equis uirisq; tantum
sed etiam elephantis. quos capere non potuerant interfectis.
in castra reuerterunt. Que tentata eo die: inter ipsum pugne
tempus: ab etolis heracleam obtinentibus presidio. sine ullo
haud parum audacis incepti effectu fuerant. Consul noctis in
sequentis tertia uigilia: premisso equitatu: ad persequendū
hostem. signa legionum prima luce mouit. aliquantum uie
preceperat Rex: ut qui non ante q̃ elate a confuso constitueret
cursu. ubi primum reliquis pugneq; & fuge collectis: cum per
exigua manu semermium militum Chalcidem se recepit. Ro
manus equitatus ipsum quidem Regem elate assequutus no
est. magnam partem agminis aut lassitudine subsistentis aut
errore: ut qui sine ducibus: per ignota itinera fugerunt: dissi
patos oppresserunt. nec preter quingentos: qui circa Regem fu
erunt: existo exercitu quisq̃ effugit. Etiam ex x. milibus mi
litum quos Polybio auctore traiecisse secum Regem in Greciā
scripsimus exiguus numerus. Quod si Antian Valerio creda
mus. lx. milia militum fuisse in Regio exercitu scribenti qua
draginta inde milia cecidisse supra quinq; milia capta. cum si
gnis militaribus. ccxxx. Romanorum. c.l. interfecti sunt

Consuli per phocidem Boetię exercitum ducenti conscię de
fectionis ciuitates: cum uelamentis ante portas stabant: me
tu ne hostiliter diriperentur. Ceterum per omnes dies haud
secus q̄ in pacato agro sine uexatione ulliusrei agmen proces
sit: donec in agrum Coroneum uentum est. Ibi statua regis
Antiochi posita in templo Mineruę iram accendit. permissu
q; multi est circūiectum templo agrum popularentur. Deīde
cogitatio animum subit: cum cōmuni decreto Boeiorum po
sita esset statua: indignum esse in unum coronensem agrum
seuire reuocato ex templo milite finis postulandi factus. casti
gati tantum uerbis Boeii ob ingratum in tantis tanq̄ recētib⁹
beneficiis animum erga Romanos inter ipsum pugnę tempus
xc. naues regię cum prefecto Isidoro ad Torontum in sinu Ma
liaco stabant. eo grauis uulneribus Alexander a Carnanum nun
tius aduersę pugnę cum perfugisset: trepide inde recenti ter
rore naues. Ceneum Euboeę petierunt. Ibi mortuus sepultusq;
Alexander. Tresque ex alia profectę eundum portum tenuerūt
naues: audita exercitus clade: Ephesum redierunt. Isidorus ab
Ceneo Demetriadem si forte eo deferret fuga. Regem traiecit. Per
eosdem dies. A. Attilius Prefectus Romā classis: Pmagnos Regis
cōmeatus: iam fretum: quod ad agrum insulam est: preter uic
tos excepit. alias mersit: alias cepit naues. Quę nouissimę agmini
erant: cursum in asiam uerterunt. Attilius Puraeum unde profect⁹
erat: cum agmine captiuarum nauium reuectus magnam uī fru
menti: & Athemensibus: & aliis eiusdem regionis socius duuisit.
Antiochus sub aduentu Consulis a Chalcide profectus Tenedum
primo tenuit. Inde Ephesum transmisit. consuli Chalcidē uenię
ti portę patuerunt: cum appropinquante eo Christoteles prefec
tus Regis urbe excessisset: et cętere urbes in Euboea sine certami
ne tradite: paucos q; per dies omnibus preparatis: sine ullius no
xa urbis. exercitus Thermophylas reductus: multa modestia
post uictoriam: q̄ ipsa uictoria laudabilior. Inde Cōs. M. Cato

nem. per quem que gesta essent: Senatus populusq; Romanus
aut dubio auctore sciret: Romam misit. Is Creusa Thespiēsiū
Emporium est in initio sinu Corinthiaco retractum patras acha
ie petit. a patris Corcyranusq;. Etolie atq; acarnanie litora le
git. atq; ita ad hydruntem Italie traiecit. Quinto die inde pe
destri itinere Romam ingenti cursu: peruenit. ante lucem
ingressus vrbem a porta ad pretorem. M. Iunium iter intē
dit. Is prima luce Senatum uocauit. Quo. L. Cornelius. Scipio
aliquot diebꝫ ante a consule dimissus: cum ad ueniens audis
set pregressum Catonem in se natu esse superuenit exponēti
que gesta essent. Duo inde legati iussu senatus: in contionē
sunt producti. atq; ibi eadem que in Senatu: de rebus in Eto
lia gestis exposuerunt: Supplicatio in triduum decreta est
& ut. xl. hostiis maioribus pretor quibus diis ei uideretur: sa
crificaret per eosdem dies &. M. Fuluius Nobilior qui biēnio
ante pretor in hispaniam profectus est: ouans vrbem est in
gressus argenti. Bigati pre se tulit. C. xxx. milia: et ex nume
ratum decem milia pondo argenti. Auri pondo. C. xxvii.
Attilius consul ab Thermophylis heracleam ad Etolos premisit.
ut tunc saltem experti Regiam uenientem respicerent. tra
ditaq; heraclea: cogitarent depetenda ab senatu seu furoris sui.
seu erroris uenia. Et ceteras Grecie ciuitates defecisse eo bello
ab optime meritis Romanis. sed quia post fugam Regis ciuis
fiducia ab officio decessissent. non addidissent pertinaciā cul
pe in fidem receptas esse. Etolos quoque q̄q̄ non sequuti sint
Regem sed arcessissent: & duces belli: non socii fuerint: si pe
nitere possint posse & incolumes esse. Ad ea cum pacati nihil
responderetur: appareretq; armis rem gerendum. & Rege su
perato bellum Etolicum integrum uastare: castra ab Thermo
phylis ad heracleam mouit eoq; ipso die: ut situm noscer & ur
bis: ab omni parte equo menia est circūiectus. Sita est Heraclea
in radicibus Oete montis. ipsa in campo arcem imminentem

loco alto: & undiq; precipiti: habet. Contemplatus omnia: que
noscenda erant: quattuor simul locis aggredi urbem cōstituit:
a flumine a sore qua & Gymnasium est. L. Valerium operibus:
atq; oppugnationi preposuit frequentius prope q̄ in urbe habi
tabatur. T. Sempronio longo oppugnandam dedit & regionē in
Malea queq; aditum haud facilem pars habebat. M. Bebium ab al
tero aminiculo quem Melena uocant: aduersus Diane templum:
Appium Claudium opposuit. Horum magno certamine intra pa
ucos dies. turres: arietesq; & alius omnis apparatus oppugnanda
rum urbium perficitur: ut tum ager heracliensis paluster omnis
frequensq; proceris arboribus benigne ad omne genus operū ma
teriam suppeditabat: tum quia refugerant intra menia Etoli de
sertaq; in uestibulo urbis erant tecta: in uarios usus non ligna mō:
& tabulas: sed laterem quoq; & cementa: & saxa uarie magnitudi
nis prebebant. Et Romani quidem operibus magisq̄ armis urbem
oppugnabant. Etoli contra armis se tuebantur: nam cum ariete
quaterentur muri non laqueis ut solet exceptos declinabant ictū:
sed armati frequentes quidam ignes etiam: quos aggeribus inuce
rent: ferebant fornices quoq; in muro erant: apti ad excurren
dum. & ipsi cum prodituris reficerent muros: crebriores eos: ut
pluribus erumperetur in hostis locis: faciebant. Hoc primis die
bus: dum integre uires erant: & frequentes impigre fecerunt.
Indies deinde pauciores: & segnius. & enim cum multis urgerē
tur rebus: nulla eos res. eque ac uigilie conficiebant. Romanis
in magna copia multum succedentibus aliis in stationem: alioꝝ
Etolos propter paucitatem eosdem dies: noctesq; assiduo labo
re urente. Per quattuor & .xx. dies: ita ut nullum tempus ua
cuum dimicatione esset aduersus quattuor e partibus simul
oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor
est: Cum fatigatos iam Etolos sciret consul: & expectatione
temporis. & q; ita transfuge affirmabant: tale consilium init. Me
dia nocte receptui signum dedit: & ab oppugnatione simul

omnes

omnes milites deductos: usq; ad tertiam diei horam: quietos in
castris tenuit. Inde coepta oppugnatio ad mediam rursus noctē
perducta est. Intermissa deinde usq; ad tertiam diei horam. Fatiga
tionem rati esse causam ꝯ toli non continuandę oppugnationis q̄
& ipsos affecerat: ubi Romanis datum receptui signum esset. uelut ipi
quoq; hoc reuocati: pro se quisq; ex statione decedebant. nec ante
tertiam diei horam armati in muris apparebant. Consul cum nocte
media interemisset oppugnationem: quarta uigilia rursus. ab tri
bus partibus summa ui aggressus una Sempronium tenere inten
tos milites signumq; expectantes iussit ad ea in nocturno tumul
tu: unde clamor exaudiretur: haud dubie ratus hostis concur
suros. Ꝯ toli pars sopiti: affecta labore ac uigiliis corpora ex sōno
moliebantur. pars uigilantes ad hunc strepitum pugnantium in
tenebris currunt. hostes partim per ruinas iacentis muri: transcē
dere conantur partim scalis ascensus tēptant. aduersus quos ūdiq;
ad opem ferendam occurrunt ꝯ toli pars una qua progressi erāt. neq;
defenditur. neq; oppugnatur. sed qui oppugnarent intenti signum
expectabant. defensor nemo aderat. Iam dilucescebat cum signum
consul dedit. & sine ullo certamine. partim scalis integros muros ꝛ
transcendere. simul clamor index capti oppidi est exauditus ūdiq;
Aetoli deserti stationibus. in arcem fugiunt. oppidum uictores per
missu consulis diripiunt. non tam ab ira nec ab odio q̄ ut miles co
ercitus in tot receptis hostium urbibus aliquo tandem loco fruc
tum uictorię sentiret Reuocatos inde a medio ferme dies milites.
cum in duas diuisisset partes unam radicibus montium circūduci
ad rupem iussit. quę fastigio altitudinis pars media ualle uelut obru
ta ab arce erat. Sed adeo prope geminata cacumina eorum mōtiū
sunt ut ex uertice altero cōuici in arcem possint. Cum dimidia mili
tum parte consul ab urbe ascensurus in arcē. signum ab iis qui ab
tergo in rupem euasuri erant expectabat. Non tulere: qui in arce ꝛ
erant ꝯ toli primum eorum: qui rupem cęperant: clamorē deinde
impetum ab urbe Romanorum effractis iam animis. & nulla ibi pre

parata re ad obsidionem diutius tolerandam ut pote congregans femmis: puerisq; & in belli alia turba: in arcem: quę uix capere: nedum tueri multitudinem tantam posset. Itaq; ad primum impetū abiectis armis dediderunt sese. Tardius inter ceteros princeps ętolorum Democritus est: qui principio belli decretum ętolorū quo accersendum Antiochum censuerat. L. Quintio poscenti responderat in Italia datarum: cum castra ibi ętoli posuissent. Ob eā ferociam maius uictoribus gaudium traditus fuit. Eodem tēpore quo Romani heracleam. Philippus Lamiam excompositio oppugnabant: circa Termophylas cum consule redeunti ex Boetia ut uictoriam ipsi populoq; Ro. gratularetur: excusaretq; q; morbo impeditus bello non interfuisset congressus. Inde diuersi ad duas simul oppugnandas urbes profecti: intersunt. vii. milia ferme passuum & quia Lamia posita in tumulo est: tum regionem maxime eodem spectat: oppido q̄ breue interuallum uidetur: & oīa in conspectu sunt: cum enixe uelut proposito certamine Romani macedonesq; diem ac noctem: aut in operibus aut in prelis essent. hoc maior difficultas Macedonibus erat: q; Romani aggere & uineis: & omnibus supra terram operibus subtus macedones cuniculis oppugnabant: & in asperis locis silex sępe impenetrabilis ferro occurrebat. & cum parum procederet inceptū: per colloquia principum oppidanos tēptabat Rex ut urbem dederent: haud dubius: quin si prius heraclea capta foret. Romanis se potius: q̄ sibi dediturī essent suamq; gratiam consul in obsidione liberanda facturus esset. Nec eum opinio est frustrata. constitum enim ab heraclea capta nuntius uenit. ut oppugnare absineret: ęquius esse Romanos milites: qui acie dimicassent cū ętolis: prędia uictorię habere. Ita recessum ab Lamia est & propiquę clade urbis ipsi nequid simile paterentur effugerunt. Paucis prī q̄ heraclea caperetur diebus ętoli Concilio hypatā coacto legatos ad Antiochum miserunt: inter quos & Thoas idem qui & ante a missus est. Mandata erant: ut ab rege peterent prędium: ut ipse

coactus rursus terrestribus. naualibusq; copiis in Greciam traiice
ret. deinde siqua ipsum teneret res ut pecuniam & auxilia mitte
ret. id cum ad dignitatem eius fidemq; pertineret non prodi soci
os tum etiam ad incolumitatem Regni non sinere Romanos omni
cura uacuos. cum ętolorum gentem sustulissent. omnibꝫ copiis
in Asiam traiicere. Vera erant que dicebantur eo magis regē moue
runt. itaq; in presentia pecuniā que ad usus belli necessaria erat.
Legatis dedit auxilia terrestia naualiaq; affirmauit missurum. Tho
antem unum ex legatis retinuit: & ipsum haud inuitum moran
tem. ut exactor presens promissorum adesset. Ceterum heraclea
capta fregit tandem animos ętolorum. & ad paucos post dies q̄
ad bellum renouandum. acciendumq; Regem in Asiam miserant
legatos abiectis belli consiliis pacis petendę oratores ad cōsulē
miserunt. Quos dicere exorsos consul interfatus cum alia sibi pre
uertenda esse dixisset redire hypatam eos datis dierum .x. indu
tiis & .L. Valerio Flacco cum iis misso iussit ei quę secum arctu
ri fuissent. exponere. & siqua uellent alia. Hypatam ut est uen
tum principes ętolorum apud Flaccum concilium habuerunt.
consultantes. quonam agendum modo apud consulem foret. Pa
rantibus iis antiqua foederum ordiri merita. Quin absistere iis
Flaccus iussit. quę ipsi uiolassēt confessionem iis culpe magis pro
futuram. & totam in preces orationem uersam. Nec enim in cau
sam ipsorum. sed in populi Romani clementiam spem salutis po
sitam esse. & suppliciter agentibus iis profuturum. & apud con
sulem & Romę in senatu. Eo quoq; enim mittendos fore Lega
tos. Hęc una uia omnibꝫ ad salutem uisa & ut se in fidem permit
terent Romanorum. ita enim & illi uiolandi supplices uerecūdiā
se imposituros. & ipsos nihilominus suę potestatis fore. siquid me
lius fortuna ostendisset. Postq̄ ad consulem uentum est. Phaneas
legationis princeps. longam orationem: & uarie ad mitigandā
iram uictoris compositam: ita ad extremum finiuit. ut diceret.
ętolos se suaq; omnia fidei Po. Ro. permittere. Id consul ubi audi

uit. Etiam atq; etiam uidete inquit Etoli ut ita permittatis: Tu decretum Phaneas in id quod diserte scriptum erat ostendit. Quando ergo inquit ita permittis: postulo id mihi Dicearchu ciuem uestrum: & Menetam Epirotam. Naupactum iisq; præsidio ingressus: ad defectionem compulerat & Aminandrū cū principibus Athamanum quorum consilio ab nobis defecistis: sine mora dedatis prope dicentem: interfatus Romanū: non in seruitutem inquit: sed in fidem tuam nos tradimus & certū te habeo imprudentia labi: qui nobis impares quę moris Græcorum non sint. Ad hęc consul nec hercule inquit magnopere nunc curo: quid Etoli satis ex more Græcorum factum esse censeant dum ego more Romano Imperium id habeam inde ditos. mō decreto suo: ante armis uictos. Itaq; impropere fit: qd impero: uincirī uos iam iubeo. Afferriq; catenas: & circūsistere lictores iussit. Tum fracta Phanee ferocia Etolisq; alius est & tandem cuius conditionis essent sensere & Phaneas sē quidem & qui ad sint Aetolorum scire facienda esse: quę imperentur dixit. Sed ad decernenda ea concilio Aetolorum opus esse: ad id petere: ut xc. dierum inducias daret petente Flacco pro Etolis inducię date. & hypatam reditum est ubi cum in concilio Delectorum: quos apocletus uocant: Phaneas & quę imperarētur: & quę ipsis prope accidissent: exposuisset. Ingemuerunt quidē principes conditionis suę. parendum tamen uictori censebant. & ex omnibus oppidis conuocandos Etolos ad concilium. Postq̄ uero omnis coacta multitudo: eadem illa audiuit: adeo sęuita imperu: atq; indignitate animi exasperati sunt: ut si in pace fuissent: illo impetu ire: concitari docuerunt ad bellum: ad ira accedebat & difficultas eorum quę imperarentur. Quonā mō enim utiq; regem Aminandrum se tradere posse: Et spes forte oblata q. Nicander: eo ipso tempore ab rege Antiocho ueniens impleuit expectatione uana multitudinem: terra mariq; ingēs parari bellum Duodecimo is die. q̄ conscenderat nauem in Eto

liam: perfecta legatione redienſ. Phalara: in ſinu Maliaco tenu
it. Idem Lamiam pecuniam deuexiſſet: ipſe cum expeditis prīa
ueſpera: inter macedonum romana q; caſtra: medio agro dum
hypatam notis callibꝫ petit: in ſtationem incidit Macedonum de
ductuſq; ad regem eſt. non dum conuiuio dimiſſo. Quod ubi nū
tiatum eſt: uelut hoſpitis: non hoſtis aduentu: motus Philippus
accumbere eum epulariq; iuſſit. atq; inde dimiſſis aliis: ſolum
retentum. Ipſum quidem de ſe timere quicq̄ uetuit. Ætolorum
parua conſilia: atq; in ipſorum caput ſemper recidentia accuſa
uit. Qui primum romanos deinde Antiochum in Græciā ad
duxiſſent. Sed preteritorum que magis reprehendi q̄ corrigi
poſſunt oblitum ſe non facturum. ut inſultet aduerſis rebus
eorum. Ætolos quoq; uenire tandem aduerſus ſe ocia debere. &
Nicandrum priuatim eius dei. quo ſeruatus a ſe foret memmiſ
ſe. Ita datis qui in tutum eum proſequerentur. Hypatam Nicā
der conſultantibus de pace romana ſuperuenit. M. Attilius ue
dita aut conceſſa multa circa heracleam preda poſtq̄ nec hypa
te pacata conſilia eſſe. & Naupactum concurriſſe. Ætolos ut inde
totum impetum belli ſuſtinerent. audiuit. premiſſo. ap. Claudio.
cum quattuor milibus militum. ad occupanda iuga qua diffi
cilis eſt tranſitus montium erat. Ipſe Oetam aſcendit. herculiq; ſa
crificium fecit. in eo loco quem Pyram qd ibi mortale corpus
eius dei ſit crematum appellant. Inde toto exercitu profectus.
reliquum iter ſatis expedito agmine fecit. ut ad Coracem eſt
uentum. mons eſt altiſſimus inter Calipoim & Naupactū. ibi
& iumenta multa ex agmine preciputa cum ipſis oneribꝫ ſuis
& homines uecti. & facile apparebat. q̄ cum inerti hoſte res eēt.
qui tam impeditum ſaltum. nullo preſidio ut clauderet tranſi
tum inſedisset. Tum ergo uexato exercitu ad Naupactum de
ſcendit & in caſtello aduerſus arcem poſito. ceteras partes urbis
diuiſis copiis. pro ſitu mœnium circumſedit. nec minus operis. la
boriſq; ea oppugnatio q̄ heraclee habuit. Eodem tempore &

messenę in Peloponeso ab acheis. q̄ concilii eorum: recusaret
esse: oppugnari cępta est. Et enim duę ciuitates messenę: & elis
quę extra concilium achaicum: erant cum ętolis, sentiebant. &
alii tamen post fugatum ex Grecia antiochum Legatis acheorum
lenius responderant: dimisso presidio regio: cogitaturos se quid
sibi faciendum esset. Messenii sine responso: dimissis legatis mo
uerant bellum trepidiq̄ rerum suarum: cum iam ager effuso ꝛ
exercitu uereretur: castraq̄ prope orbem poni uiderent. Lega
tos Chalcidem ad T. Quintium auctorem libertis miserūt qui
nuntiaret Messenios Romanis: non acheis & aperire portas: &
dedere urbem paratos esse. Auditis ex templo profectus Quin
tius legatis a Megalopoli ad Diaphanem pretorem acheorum
misit: q̄ ex templo reducere eum a Messenę exercitum: & ueni
re ad se iubere. Dicto paruit Diaphanes. & soluta obsidione: ex
peditus ipse pregressus agmine circa Eudaniam paruum oppidū
inter Megalopolin messenemq̄ positum: Quintio occurrit. &
cum causas oppugnationis exponeret castigatum leniter q̄ tātā
rem: sine auctoritate sua conatus esset: dimittere exercitum ius
sit. nec pacem omnium bono partam: turbare. Messeniis impera
uit: ut exules reducerent: & acheorum concilii essent. si qua ha
berent de quibus aut recusare ī posterum. aut cauere sibi uellēt:
Corinthum ad se uenirent Diaphanem concilium acheorum extē
plo sibi prębere iussit. Ibi de Zacynto intercepta per fraudem
insula: quęstus: postulauit ut restitueret Romanis. Philippi ma
cedonum regis Zacynthus fuerat & eam mercedem aminādro
dederat ut per athamaniam ducere exercitum in superiorem
partem ętolię liceret. Qua expeditione: fractis animis ętolos cō
pulit ad petendam pacem. Aminander Philippum megalopo
litanum Insulę prefecit postea per bellum: quo se antiocho: ad
uersus Romanos coniunxit: Philippo ad munia belli reuocato
hieroclem agrigentinum successorem misit. Is post fugam ab
Thermophylis antiochi: Aminandrumq̄ a Philippo athamania

pulsum: missis ultro ad Diaphanē Pretorem Acheorum nuntiis:
pecunia pactis: Insulam Acheis tradit. Id premium belli suū esse
equum censebant Romani non enim. M. Acilium consulem: le
gionesq; Romanas: Diaphani: & Acheis ad Thermophylas pugnas
se. Diaphanes aduersus hec pugnare interdum sese gentemq; inter
dum de iure facti disserere. Quidam Acheorum & initio eam se
rem aspernatos testabantur: & tunc pertinaciam increpabant ut
pretoris auctoribusq; iis decretum est. ut T. Quintio ea res permit
teretur. Erat Quintius sicut aduersantibus asper, ita si cederes
idem placabilis omissa contentione uocis uultusq; Si utilem in
quit possessionem eius insule censerem Acheis esse: auctor esse
senatui. Po. q. Ro. ut eam uos habere sineret. Ceterum sicut testu
dinem. ubi collecta in suum tegumen est tutam ad omnis ictus
uideo esse. ubi exiret partes aliquas quodcunque nudabit obno
xium atq; infirmum habere. haud dissimiliter uos Achei clau
sis undiq; mariq; intra Peloponesum est termino. ea & iungere
uobis & iuncta tueri facile. simul auiditate plura amplectēdi
hinc excedatis nuda uobis omnia que extra sint & exposita ad
omnes ictus esse assentiente omni concilio nec Diaphane ultra
tendere auso Zacynthus Romanis traditur. Per idem tempus
Philippus Rex proficiscentem consulem ad Naupactum percon
tatus si se interim que defecissent ab societate Romana urbes re
cipere uellet: permittente eo ad Demetriadem copias admouit.
haud ignarus: quanta ibi conturbatio esset. Destituti enim ab
omni spe: cum desertos se ab Antiocho: spem nullam in Etolis esse
cernerent: dies noctesq; aut Philippi hostis aduentum: aut infe
stiorem etiam quo iustius irati erant. Romanorum expectarēt. Tur
be erant ibi inconditę regiorum: qui prīo pauci in presidio relic
ti: postea plures pleriq; inermes ex prelio aduersa fuga delati: nec
uirium: nec animi satis ad obsidionem tolerandam habebant. Itaq;
premissis a Philippo qui spem impetrabilis uenie ostendebant: res
ponderunt patere portas Regi ad primum eius ingressum: Princi

pesquidam urbe excesserunt. Eurilochus mortem sibi conciuit.
Antiochi milites: sic enim pacti erant: per Macedoniam Thraciamq;
prosequentib; macedonibus: nequis eos uiolaret. Lysimachiam
deducti sunt. Erant & pauce naues Demetriade; quibus preerat
Isidorus. ee quoq; cum Prefecto suo dimisse sunt. Inde Dolopia: &
Aperantbiam: & Perrhebie quasdam ciuitates recepit. Dum hec a Phi
lippo geruntur. T. Quintius recepta Zacyntho: ab Achaio concilio
Naupactum traiecit: que iam per duos menses: sed iam prope exci
dium erat oppugnabatur & si capta uiforet: omne ibi nomen eto
lorum ad internitionem uidebatur neutrum. Ceterum quanqua
merito iratus erat Aetolis: quod solos obtrectasse glorie sue: cum li
beraret Greciam: meminerat: & nihil auctoritate sua motos esse: cui
que tum maxime acciderant: casura premones a furioso incepto
eos deterreret: tamen sui maxime operis esse credens: nullam ge
tem liberare absc Grecie funditus euerti: obambulare muris ut
facile noscerentur ab Etolis: coepit. Confestim a primis stationib; co
gnitus est: uulgatumq; per omnes ordines Quintium esse. Itaq; co
cursu facto: undiq; in muros: manus pro se quisq; tendentes: conso
nante clamore: nominatim Quintium orare: ut opem ferret ac
seruaret. Et tum quidem q̄q̄ moueretur his uocibus: manu tam
annuit: quidam opus in se esset. Ceteq; postq̄ ac consulem uenit.
Vtrum fallit inquit te. M. Acili quid agatur: an cum satis proui
deas: nihil id magnopere ad summam rei Publice pertinere cen
ses. Exierat expectatione consulem. Et quin expromis inquit
quid rei sit. Tum Quintius Ecquid uides te deiecto Antiocho in
duabus urbib; oppugnandis: tempus terere: cum iam prope annus
circumactus sit Imperii tui. Philippum autem: qui non aciem non si
gna hostium uidit non solum urbes: sed tot iam gentes Athamanū
Perrhebiam Aperantbiam: Dolopiam: sibi adiunxisse: at qui nō
tantū interest nostra Etolos opes ac uires minui: quantū non
supra modum Philippum crescere. & uictorie tue premium: te
milites q; tuos: non dum tot urbes Philippum gentes Grecie ha

beret. assentiebatur his consul. sed pudor: si irrito incepto abscē
deret obsidione occurrebat tota inde Quintio res permissa est.
I s rursus ad eam partem muniri: qua paulo ante uociferati ęto
li fuerant redit. Ibi cum impensius orarent: ut miseret gētis
Aetolorum exire aliquos ad se iussit. Phaneas ipse principesq;
alii extemplo egressi sunt. Quibus prouolutis ad pedes. Fortuna
inquit uestra facit: ut & irę meę: & orationi tempora euenerīt
quę prędixi euentura: & ne hoc quidem reliqui uobis est: ut in
dignis accidisse ea uideantur Ego tamen sorte quadam nutri
endę Gręcię datus: ne ingratis quidem benefacere absistam mit
tite oratores ad consulem: qui inducias tantum temporis petant
ut mittere Legatos Romam possitis. per quos senatui de uobis per
mittatis. Ego apud consulem defensor deprecatorq; uobis adero.
I ta ut censuerat Quintius: fecerunt nec aspernatus est legationē
consul. induciisq; in diem certam datis: qua legatio renuntiari
ab Roma posset soluta obsidio: & exercitus in Phocidē missus cō
sul cum .T. Quintio ad Achaium cons. ęgium traiecit. Ibi de ęto
lis & de exulibꝫ Lacedemoniorum restituendis actum & neu
tra perfecta sunt quia suę gratię reseruari ea Achęi: per se ipi q̄
Ro. maluerunt Achaio contribui concilio. Epirotarum legati
ad concilium uenerunt: quos non sincera fide in amicitia fuis
se. satis constabat. militem tamen nullum Antiocho dederant.
pecunia uiuisse eum ni simulabantur. Legatos ad regē: ne ipsi
quidem misisse: inficiebantur. iis petentibus ut in amicitia pristi
na esse liceret: respondit consul. Se utrum hostium an pacatoꝝ
eos numero haberet. non dum scire. Senatum eius rei iudicē fo
re: integram se causam eorum Romam reiicere inducias ad id
dieꝝ .x. dare epirotę Romam missi: senatum adierunt. respon
sum datum est: quo ueniam impetrasse: non causam probasse ui
deri possent. Et Philippi Regis Legati sub idem tempus in sena
tum introducti gratulantes de uictoria. Is petentibus ut sibi
sacrificare in capitolio: donumq; ex auro liceret ponere ī ęde

Iouis. Optimi. Maximi. permissum ab senatu. c. pondo coronam
auream posuerunt. Non responsum solum benigne legatis. sed
Philippi quoq; filius Demetrius: qui obses rome erat: ad patrē
reducendus Legatis datus est. Bellum quod Antiocho rege
in Grecia gestū est a. M. Acilio consule: hunc finem habuit. Al
ter consul. P. Cornelius Scipio Galliam prouinciam sortitus. ut
priusq; ad bellum: quod cum boiis gerendum erat proficisceretur: postulauit ab senatu: ut pecunia sibi decerneretur ad ludos
quos pretor in hispania inter ipsum discrimen pugne uouisset.
Nouum atq; uniquum postulare est usus. Censuerunt ergo quos
ludos in consulto senatu ex sua unius sententia uouisset. eos ut
idem manubiis: siquam pecuniam ad id reseruasset: uel sua ipse
impensa faceret. Eos ludos per dies. x. P. Cornelius fecit. Per id
fere tempus ędes matris Magnę dee dedicata est: quam deam
is. P. Cornelius aduectam ex asia. P. Cornelio Scipione: cui post
Africano fuit cognomen. P. Licinio consulibꝫ in palatium a ma
detulerat. Locauerant ędem faciendam. M. Lutius. C. Claudi
Censores. M. Cornelio. T. Sempronio consulibꝫ tertio decimo an
no: postq; locata erat: dedicauit eam. M. Iunius Brutus ludiq;
ob dedicationem eius facti quos primos scenicos fuisse. Annas
Valerius est auctor. Megalesia appellatos. Item iuuentutis ędem
in Cyrco maximo. C. Licinius Lucullus Duumuir dedicauit. t
Vouerat eam. xvi. annis ante. M. Iunius cons: quo die hasdruba
lem exercitumq; eius cecidit. Idem censor eam faciendam locauit. M. Cornelio. T. Sempronio consulibꝫ. Iunius quoq; dedicādę
causa ludi facti. & omnia cum maiore religione facta. q; nouū
cum Antiocho instabat bellum. principio eius anni quo hęc profecto ad bellum. M. Acilio manente ad hęc rome. P. Cornelio t
cons. agebantus. boues duos domitos in carinis per scalas peruenisse in tegulas ędificii proditum memorie est. eos uiuos cōburi cineremq; eorum deici in tyberim haruspices iussērunt. Tarracine & Amiterni nuntiatum est. aliquotiens lapidibꝫ pluisse

M internis ædem Iouis. & tabernas circa forum de cęlo tactas
esse. Vulturni in ostio fluminis. duas naues flumine ictas cō
flagrasse. Eorum prodigiorum casa libros Sibyllinos ex. S. C.
decemuiri cum addissent renuntiarent. ieiunium instituen
dum cereri esse. & id quinto quoq; anno seruandum. & ut no
uendiale sacrum fieret. & unum diem supplicatio esset. coro
nati supplicarent. & consul. P. Cornelius: quibꝫ diis quibꝫq; ho
stiis edixissent decemuiri sacrificaret. Placatis diis: nunc uo
tis rite soluendis: nunc prodigiis expiandis in prouinciā pro
ficiscitur consul atq; inde. Cn. Domitium proconsulē dimisso et
exercitu Romam decedere iussit. Ipse in agrum Boiorum legi
ones induxit. Sub idem fere tempus Ligures. Lege sacra coacto
exercitu nocte improuiso castra. Quintii Minutii proconsulis
aggressi sunt minutius usq; ad lucem intra uallum militem in
structum tenuit intentus ne qua transcenderet hostis munimē
ta. prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. Nec primo
impetu: quod sperauerat. Ligures pulsi sunt duas amplius horas
dubium certamen sustinuere. Postremo cum alia atq; alia agmi
na erumperent & integri fessis succederent ad pugnam. tādē
Ligures inter cætera etiam uigiliis confecti: terga dederūt: cę
sa super quattuor milia hostium. Ex Romanis sociisq; minus ccc.
petierunt. Duobus fere post mensibꝫ. P. C. cum Boioꝝ exercitu
signis collatis egregie pugnauit. duo de. xxx. milia hostium cę
sa. Antias Valerius scribit. capta tria milia. cxxvii. Ex uictoribꝫ
mille & cccc. lxxxvi. cecidisse. Vt in numero scriptoris parū
fidei sit: quia in augendo eo non alius intemperantior est magnā
uictoriam fuisse apparet: q; & castra capta sunt. & Boii post eam
pugnam extemplo dediderunt sese. & quod supplicatio eius uic
torię causa decreta ab senatu uictimęq; maiores cęsę. Per eosdem
dies. M. Fuluius nobilior: ex ulteriore hispania ouans urbē est
est ingressus argenti transtulit. x. milia pondo. bigati argenti
c. xxx. auri. c. xxvi. P. Cornelius cons. primo obsidibꝫ a Boioꝝ

gente acceptis: agri parte fere dimidia: eos mulctauit. quo si
uellet. Po. Romanus Coloniam mutere posset. Inde Romam ut
ad triumphum: haud dubium decedens: exercitum dimisit: &
ad esse Romę ad diem triumphi iussit. Ille postero die quam ue
nit: Senatu in ędem Bellonę uocato: cum de rebus ab se gestis
disseruisset: postulauit ut sibi triumphanti liceret in urbem in
uehi. P. Sempronius Blesus. Tr. Pl. non negandum Scipioni:
sed differendum honorem triumphi censebat bella Ligurum
Gallicis semper iuncta fuisse: eas inter se gentes mutua ex pro
pinquo ferre auxilia si P. Scipio deuictis acie Boiis: aut ipē cū
uictore exercitu in agrum ligurum transisset. aut partem co
piarum. Quin. Minutio misisset: qui iam tertium ibi annū du
bio retineretur bello: debellari cum Liguribus potuisse. Nunc
ad triumphum frequentandum deductos esse milites: qui egre
giam nauare operam rei. P. potuissent: possent etiam si Senatus
quod festinatione triumphi pretermissum esset: id restituere
differendo triumpho uellet: iuberent consulem cum legioni
bus redire in prouinciam: dare operam ut Ligures subigantur
nisi illi cogantur in ius dictionemq; populi. R: ne Boios quidem
quieturos: aut pacem: aut bellum: utrobiq; habenda deuictis
Liguribus paucos post menses per consulem. P. Cornelium: mul
torum exemplo: qui in magistratu non triumphauerunt: tri
umphaturum esse. Ad ea consul neq; se Ligures prouinciā sor
titum esse ait. neq; cum Liguribꝫ bellum gessisse neq; triūphū
de iis postulare. Q. Minutium confidere breui subactis iis: me
rito triumphum postulaturum atq; imperaturum esse: se de
Gallis Boiis postulare triumphum: quos acie uicerit castris exue
rit. Quoꝝ gentem biduo post pugnam totam acceperit in dedi
tiones a quibꝫ obsides abduxerit: pacis futurum pignus. Verū
enim uero illud multo maius esse: q; tantum numerū Gallorū
occiderit in acie. q; cum tot milibꝫ certe Boiorum nemo ante se
Imperator pugnauerit. plus partem dimidiam: ex quinquagīta

milibꝫ hominum cęsam: multa milia capta. senes puerosq; Boiis
superesse. Itaq; id quenq̃ mirari posse: cur uictor exercitus: cum
hostem in prouinciam neminem reliquisset: Romam uenerit ad
celebrandum consulis triumphum. Quorum militum: si & ĩ alia
prouincia opera uti senatus uelit: ultro tandem modo prõptiores
ad aliud periculum nouumq; laborem ituros credat. si persolu
ta iis sine detractione prioris periculi: laborisq; merces sit. an si
spem pro referentibus dimittant iam semel in prima spe deceptos.
N am quod ad se attineat: sibi gloriæ in omnem uitam illo die satis
quesitum esse: quo se uirum optimum iudicatum: ad accipiẽdã
matrem Ideam misisset senatus. Hoc titulo & si nec consulatus:
nec triumphus aducitur: satis honestam honoratamq; P. Scipio
nis Nasicę imaginem fore. Vniuersus senatus: non ipse modo: ad
decernendum triumphum consentit: sed etiam Tribunum Ple.
auctoritate sua compulit: ad remittendam intercessionẽ. P. Cor
nelius consul Triumphauit de Boiis. in eo triumpho Gallicis carpẽ
tis arma signaq;: & spolia omnis generis trauexit. & uasa ænea gal
lica: & cum captiuis nobilibus equorum quoq; captorum traduxit
aureos torques transtulit. m. cccc. lxx. ad hoc auri. cc. xlvi. argen
ti infecti factiq; in gallicis uasis. non in fabre suo more factis. ccc.
lx. pondo bigatorum nũmorum. cc. xxx iiii. Militibꝫ q̃ currum
sequuti sunt: centenos uicenos quinos asses diuisit duplex centu
rioni triplex equiti. Postero die contione aduocata. de rebꝫ ab se
gestis: & de iniuria Tribuni bello alieno se illigantis: ut suę uicto
rię fructu se defraudaret: cum disseruisset: milites ex auctoratos
dimisit. Dum hęc in Italia gerunt̃ Antiochus ephesi securus admo
dum de bello Romano erat tanq̃ non transituris in Asiã in Roma
nis. Quam securitatem ei magna pars amicorum aut per errorẽ:
aut assentando faciebat hannibal unus: cuius eo tempore: ut ma
xima apud Regem auctoritas erat. Magis admirari se aiebat: q; iã
in Asia essent Romani: q̃ uenturos dubitabat propius esse ex Grecia
in Asiã: q̃ ex Italia in Græciam traire & multo maiorem causã an

tiochum q̄ Aetolos esse: neq; enim minus q̄ terra pollere Roma
na arma. Iam pridem classem circa Maleum esse. Audire se se nu
per nouas naues nunq̄ imperatorem rei gerendę causa: ex Italia
uenisse. Itaq; desineret Antiochus pacem sibi ipse spe uana facere
in Asia & de ipsa Asia breui terra mariq; dimicandum ei: cum Ro
manis esse. Et aut imperium adimendum orbem terrarum affec
tantibus: aut ipsi regnum amittendum. Vnus uera & prouidere
& fideliter predicere usus Itaq; ipse rex nauibus que parte instruc
te que erat chersonesum petit: ut ea loca si forte terra uenirent Ro
mani presidiis firmaret ceteram classem Polyxenidam parare &
deducere iussit speculatorias naues ad omnia exploranda circa
insulas dimisit. C. Liuius prefectus romane classis: cum quinqua
ginta nauibus tectis profectus ab roma Neapoli: quo a sociis eius
ore conuenire iusserat apertas naues: que ex fœdere debebat Si
cilia inde petit. fretoq; Messanem preteruectus: cum sex punicas
naues ad auxilium missas accepisset ab regnis Locris & eiusdē
iuris socius debitas exegisset naues lustrata classe: ad Lacinii altū
petit Corcyram: q̄ primum Grecie ciuitatem ad id cum uenisset
per contratus de statu belli: nec dum enim omnia in Grecia perpa
cata erant. & ubi classis romana esset. postq̄ audiuit circa Thermo
phylarum saltum in statione Consulem ac regem esse classem Pi
rei stare rerum causa pergit protinus nauigare. Peloponesii tam
Saguntumq; quia partis etolorum maluerant esse protinus de
populatus maleum petit. prospera nauigatione usus paucis die
bus Pireum aduerterem classem peruenit. Ad Scylleum eumenes
rex cum tribus nauibus occurrit. cum eq̄ diu incertus cōsi
lii fuisset. utrum ad tuendum rediret regnum: audiebat enim
Antiochum Ephesi nauali terrestriq; parare copias. an nusquā
abscederet ab romanis: ex quorum fortuna sua penderet. a Pi
reo. a. Aciliusq; traditis successori quinq; & xx. nauibus tectis Ro
mam est profectus. Liuius una & lxxx. rostratis nauibus multis
preterea minoribus que aut aperte rostrate. aut sine rostri specu

latorię erant Delum traiecit. Eo tempore Consul Aciliuſ Naupactū oppugnabat. Liuium deliberantem aliquot dieſ ut eſt uentoſiſſima regio inter Cycladas freti ſaliſ minoribus diuiſas: aduerſi uēti tenuerunt. Polyxenidas certior perdis poſitas ſpeculatorias naueſ factus: Deli ſtare romanam claſſem: nuntioſ ad regē miſit: qui omiſſis quę in helleſponto agebat. cum roſtratis nauib, quantum accelare poterat. Epheſum reduit. & conſilium extēplo habuit: faciendum ne periculum naualis certaminis foret. Polyxenidas negabat ceſſandum: & utiq, prius conflagēdum: q̄ claſſis Eumenis & rhodię naues coniungerentur. Romaniſ ita numero ferme impareſ futuros ipſum ceteras omnibuſ ſuperiorem eſſe celeritate nauium: & uarietate aptelionū. Nam & romanas naueſ: cum ipſas inſcite facta immobileſ esse: tum etiam ut quę in terram hoſtium ueniat: oneratas cōmeatu uenire ſuas autē. ut pacata omnia circa ſe relinquenteſ: nihil preter militem: atq, arma habituras. multum etiam aduiturā notitiam maris. Terrarum q, & uentorum: quę omnia ignaroſ turbatura hoſteſ eſſent. Mouit omneſ auctor conſilii: qui & re conſilium exequuturus erat. Biduum in apparatu moratus: tertio die. c. nauibus: quantum. lxv. tectę: ceteręe aperte minores omneſ ferme erant profecti Phoceam peruenit. Inde cum audiſſet appropinquare iam romanam claſſem rex: quia non interfuturus nauali certamini erat: Magneſiam. quę ad Sipilū eſt: conceſſit ad terreſtris copiaſ comparandas. claſſis ad Cyſſimen portum Erythreorum tanq̄ ubi aptius expectatura hoſtem: contendit. Romani ubi primum aquilones duo: nanq, per aliq̄t dieſ conciderant. tenuerunt ab Delo. Phanas portum chiorum in ęgeum mare uerſum petunt. inde ad urbem circūnegare naues. cōmeatuq, ſumpto Phoceam traiecunt. Eumenes. ęleum ad ſuam claſſem profectus: paucis poſt inde diebus quatuor & xx. nauibus tectis apertis pluribus paulo: a Phocea ad romanoſ paratis: inſtructisq, ſe ad nauale certamen reduit. Inde centū. L.

tectis nauibus apertis ferme. l. profecti. primo aquilonibus trās
uersis cum urgerentur in terram cogebantur tenui agmine pro
pe in ordinem singulę naues ire. deinde ire. deinde ut lenita pau
lum uis uenti est ad Coricum portum qui super super Cyssunt ē
est. conati sunt traiicere. Polyxenidas ut appropinquare hostes
allatum est occasione pugnandi letus sinistrum ipse cornu in
altum extendit. dextrum cornu prefectus nauium ad terrā ex
plicare iubet. & equa fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi
uidit Romanus: uela contrahit: malosq; inclinat. & simul ar
mamenta componens: opperitur in sequentes naues. Iam fere
triginta: in frontem erant: quibus ut equaret leuum cornu n
dolonibꝫ erectis: altum petere intendit iussis qui sequebantur
aduersus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eume
nes agmen cogebat. Ceterum ut demendis armamentis tumul
tuari primum coeptum est. & ipse quanta maxime celeritate
potest concitat naues. Iam omnes in conspectu erant: duę Puni
cę naues antecedebant Romanam classem quibus obuię tres fu
erunt Regię naues. & ut in numero impari duę Regię una cir
cūsistunt. & primum ab utroq; latere: remos defringunt. deīn
transcendunt armari. & deiectis cesisq; propugnatoribus nauem
capiunt una quę pari marte concurreret: postq̄ captam alterā
nauem uidit priusq̄ ab tribus simul circūueniretur: retro ad
classem refugit. Liuius indignatione accensus Pretoria naue in
hostes tendit aduersus quem eadem spe: duę quę punicam unā
nauem circūuenerant: cum inferentur: demittere in aquam ra
mos: ab utroq; latere remiges. stabiliendę nauis causa iussit. & in
aduenientis hostium naues. ferreas manus iniicere. & ubi pugnā
pedestri similem fecisset. meminisse Romane uirtutis. nec pro
uiris ducere regia mancipia. haud paulo facilius: q̄ ante duę
unam: tunc una duas naues expugnauit. cepitq; etiam classes
unde quaq; concurrerant. & passim permixtis nauibꝫ pugnaba
tur. Eumenes qui cōmisso certamine aduenerat. ut aduertit le

uum cornu hostium: ab liuio turbatum: dextrum ipse: ubi æqua
pugna erat: inuadit. nec ita multo post: primum ab leuo cornu
fuga cepit. Polyxenidas. N. ut uirtute militum haud dubie supe
rari se uidit: sublatis dolonibus effuse fugere intendit. mox idē
& qui prope terram cum eumene contraxerant certamen fecerī.
Romani & eumenes: quod sufficere remiges potuerunt: & in spe
erant extremi agminis uexandi. satis pertinaciter sequuti sūt.
Postq̄ celeritate nauium: ut pote leuium: suas cōmeatu onustas: elu
di frustra tendentes: uiderunt: tandem abstiterunt. xiii. captis
nauibus cum milite: ac remige decem demersis. Romanę classis:
una punica nauis in primo certamine ab duabus circūuenta pe
riit. Polyxenidas non prius q̄ in portu ephesi: fuge finem fecit.
Romani eo die unde egressa regia classis erat: manserunt poste
ro die hostem persequi intenderunt. Medio fere in cursu: obuię
fuere iis: quinq; & xx. tectę Rhodiæ naues: cum Paucistrato prę
fecto classis: iis adiunctis ephesum hostem persequuti: ante hosti
um portus acie instructa steterunt. Postq̄ concessionem uictis
satis expresserunt Rhodii & eumenes domos dimissi Romani chi
um potentes. Penicunte primum portu erythreo pręuecti: nocte
anchoris iactis postero die in insulam: ad ipsam urbem traiecerī.
ubi paucos dies: remige maxime reficiendo: morati Phoceā trās
mittunt. Ibi relictis ad presidium urbis. iiii. quinqueremibus ad
Cānas classis uenit. Et cum iam hyems appeteret: fossa ualloq; cir
cundatis: naues subductę. exitu anni Comitia Romę habita qb;
coacti consules. L. Cornelius Scipio. & C. Lęlius Africanus intuē
tibus cunctis: ad finiendum cum antiocho bellum. Postero die prę
tores creati. M. Aurūculeius. Cn. Fuluius. L. emilius. P. Iunius
.C. Antistius Labeo

CORNELIO SCIPIONE
C. Lelio consulibus nulla prius se
cundum legationem acta in senatu
res: q̃ de ętolis. & legati eorum institu
re: quia breuem indutiarum diē ha
bebant: & ab T. Quintio qui tum ro
mam ex Gręcia redierat: adiuti sūt
ętoli: ut quibus plus in misericordia
senatus: q̃ in causa spei esset: suppli
citer egerunt: ueteribus benefactis noua pensantes maleficia.
Cęterum & pręsentes: interrogationibꝫ undiq; senatorum. confes
sionem magis: noxę: q̃ responsa exprimentium sagittati sūt: &
excedere curia iussi: magnum certamen prębuere. Plus ira: q̃ mi
sericordia in causa eorum ualebat: quia non ut hostibus mō: sed
tanq̃ indomitę & insociabili genti succensebāt. Per aliquot dies
cum certatum esset: postremo neq; dari: neq; negari pacem pla
cuit. duę conditiones iis latę sunt: uel Senatui liberum arbi
trium de se permitterent: uel mille talenta darent eosq; amicos
atq; inimicos haberent: exprimere cupientibꝫ quarum rerum
in se arbitrium senatui permitterent: nihil certi responsum est:
ita infecta pace: dimissi urbe eodem die. Italia intra .xv. dies ex
cedere iussi. Tum de consulum prouinciis coeptum agri est. Am
bo Gręciam cupiebant. Multum Lęlius in senatu poterat. Is cū
senatus aut sortiri: aut comparare inter se prouincias cōsules
iussisset elegantius facturos dixit si iudicio Patrum q̃ sorti
eam rem permisissent Scipio. responso ad hoc dato: cogitaturū:
quid sibi faciendum esset: cum fratre uno locutus iussusq; ab eo
permittere audacter Senatui. renuntiat collegę facturum se qd
is censeret. Cum res aut noua: aut uetustate exemplorum. memo

rię iam excolere relata expectatione certaminis senatum ere
xisset. P. Scipio Africanus aut. Si. L. Scipioni fratri suo prouī
ciam Greciam decreuissent se legatum iturum hęc uox ma
gno assensu auctra sustulit certamen. Experiri libebat utrum
plus regi antiocho in hannibale uicto. an in uictore africano
consuli. legationibus q romanis auxilii foret. ac prope omnes
Scipioni Greciam Lelio Italiam decreuerunt. Prętores inde p
uinciis sortiti sunt. M. Aurunculeius urbanam. L. Emilius Re
gillus classem. P. Iunius Brutos Tuscos. Cn. Fuluius Apuliā &
Brutios. C. Antistius Siciliam. Consul deinde cui Grecia prouīcia
decreta erat. ad eum exercitum quem a M. Acilio. duę autem le
giones erant. accepturus esset. in supplementum addita peditū
ciuium romanorum tria tria milia equites centum & socium la
tini nominis quinq milia equites cc. & adiectum. ut cum in pro
uinciam uenisset. si e re p. uideretur esse exercitum in aliā tra
iiceret. Alteri consuli totus nouus exercitus decretus duę legio
nes romane. & socium Latini nominis. xv. milia peditum. equtes
cc. exercitum ex Liguribus. Qu. Minutius iam enim confectam
prouinciam scripserat. & Ligurum omne nomen in deditionem
uenisse. traducere in Boios. & P. Cornelio Proconsuli tradere ius
sus ex agro quo uictos bello mulctauerat Boios. deducte urbanę
legiones. quę priore anno conscriptę erant. Cn. Fuluio prętori
dare. Et socium ac Latini nominis peditum xv. milia equites cc.
ad Apuliam Brutiosq obtinendos. A. Cornelio superioris anni
prętori. qui Brutios cum exercitu obtinuerat. imperatum. si ita
consuli uideretur. ut legiones in Etoliam traiectas. M. Acilio tra
deret. Si is manere ibi uellet. si Acilius redire Romam mallet. ut
a Cornelius cum eo exercitu in Etoliam remaneret. C. Antistiū
um labeonem prouinciam Siciliam. exercitumq ab. L. Emilio ac
cidere placuit. & in supplementum scribere ex ipsā prouincia si
uellet peditum duo milia. & cc. equites. P. Iulius Brutus cōsu
lus exercitum nouum. legionem unam romanam & x. milia so

cium ac latini nominis scribere & quadringentos equites. L. Emili
cui prouincia maritima erat. uiginti naues longas: & socios naua
les a. M. Iunio pretore superioris anni accipere iussus. & scribere
ipse nauales socios mille peditum. Cum iis nauibus militibusq; in
Asiam proficisci: & classem a. C. Liuio accipere. Duas hispanias
Sardiniamq; obtinentibus prorogatum in annum imperium est.
& idem exercitus decreti. Sicilie Sardinieq; bine eo anno decime
frumenti imperate. Siculum omne frumentum in Etoliam ad exer
citum portari iussum. Ex Sardinia pars Romam: pars in Etoliam
eodem quo Siculum. Priusq̃ consules in prouinciam proficiscerentur:
prodigia per pontifices procurari placuit. Rome Iunonis La
cinie templum de celo tactum erat: ita ut fastigium ualueq; defor
marentur. Puteolis pluribus locis murus: & porta fulmine icta:
& duo homines exanimati. Nursie sereno satis constabat nimbum
ortum Ibi quoq; duos liberos homines exanimatos. Terram apud
se pluisse Tusculani nuntiabant. Et Reatini mulam in agro suo pe
perisse. Ea procurata Latinaq; instaurata: quod Laurentibus carnis
que dari deberet: data non fuerat. Supplicatio quoq; religionum
causa fuit: quibus dus decem uiri ex libris: ut fieret. ediderunt
.x. ingenui .x. uirgines patrimi omnes maritiq; ad id sacrificium
adhibiti. & decem uiri nocte latentes rem diuinam fecerunt. P. Cor
nelius Scipio Africanus: priusq̃ proficisceretur: fornicem in Ca
pitolio aduersus uiam: q̃ in capitolium ascenditur. cum signis sep
tem auratis: duobus equis marmorea dolabra ante fornicem po
suit. Per eodem dies principes Etolorum tres & .xl. inter quos De
mocritus: & frater eius erant. ab duabus cohortibus missis a M.
Acilio Romam deducti & in Latumias coniecti sunt. Cohortes inde
ad exercitum redire. L. Cornelius Consul iussit. Legati ab Ptole
meo: ut Cleopatra Regibus Egypti gratulantes. q. M. Acilius cõsul
Antiochum Regem Grecia expulisset: uenerunt ad hortantesq; ut
in Asiam exercitum traiicerent omnia perculsa metu. non in Asia
modo: sed etiam in Syria esse. Reges Aegypti ad ea que censuisset

Senatus

Senatus Paratos fore grecie Regibus acte Legatis munera dari iussa:
in singulos quaternum milium eris. L. Cornelius Consul peractis
que Rome agenda erant: pro contione edixit: ut milites quos
ipse in supplementum scripsisset. quique in Brutiis cum A. Cornelio
propretore essent: ut biduo omnes Idibus Quintilibus Brundu
sium conuenirent. Item tris legatos nominauit sex. Digitium
L. Apustium. C. Fabritium Luscinum. qui ex ora maritima ūdiq.
naues Brundusium contraherent. & omnibus iam peractis: palu
datus ab urbe est profectus. Ad .v. milia uoluntariorum ex Ro
manis: sociisque qui enumerata stipendia sub imperatore. P. Afri
cano habebant: presto fuere exeunti Consuli: & nomina dederūt
per eos dies. quibus est profectus ad bellum Consul: Iudis Apollina
ribus ad quintum idus quintiles celo sereno interdiu obscurata
est lux: cum luna sub orbem solis subusset. Et. L. Aemilius Regillus
cui nauali prouincia euenerant: eodem tempore profectus est. L.
Arunculeio negocium ab senatu datum est: ut xxx. quinque re
mes faceret. quia fama erat antiochum post prelium nauale: ma
iorem classem aliquanto reparare: Etoli postq̄ legati ab Roma re
tulerunt nullam spem pacis esse: q̄q̄ omnis ora maritima eorum
que in Peloponesum uersa est depopulata ab Acheis erat: periculi
magisq̄ damni memores ut Romanis intercluderetur iter: Co
racem occupauerunt montem neq; enim dubitabant: ad oppu
gnationem Naupacti eos principio ueris redituros esse. Acilio
quia id expectari sciebat: satius uisum est inoppinatam aggre
di rem: & Lamiam oppugnare. nam & a Philippo prope excidium
adductos esse. & tunc eo ipso: q; nihil tale timerent opprimi in
cautos posse. profectus ab Elatia: primum in hostium terra: circa
Sperchium amnem posuit castra inde nocte motis signis prima
luce corona menia est aggressus. Magnus pauor: ac tumultus: ut
in re īprouisa: fuit constantius tamen: q̄ qui facturos crederet
in tam subito periculo: cum uiri propugnarent: foemine tela
omnis generis: saxaq; in muros gererent: multifariam scalis

appositis: urbem eo die defenderunt. Aciliusq signo recepti dato
suos in castra medio ferme die reduxit & quidem cibo & quiete
refectis corporibus: priusq pretorium dimitteret: denuntiauit:
& ante lucem armati: paratiq esserent: nisi expugnata urbe se eos in
castra non reducturum. Eodem tempore quo pridie pluribus lo
cis aggressus cum oppidanos iam uires iam tela iam ante omnia
animus deficeret intra paucas horas urbem cepit. Ibi partim di
uendita: partim diuisa preda: consilium habitum quod deinde
faceret. nemini ad Naupactum ire placuit. Occupato ad Coracē
ab Etolis saltu ne tamen segnia estiua essent: & Etoli non impe
tratam pacem ab senatu nihilominus per suam contationem habe
rent: oppugnare Acilius Amphisam statuit: ab heraclea: p Oetha
exercitus eo ductus. Cum ad menia castra posuisset: non coro
na: sicut Lamiam: sed operibus oppugnare urbem est adortus: plu
ribus simul locis aries admouebatur & cum quateretur muri u
nibil aduersus tale machinationis genus parare aut cōminisci
oppidani conabantur: omnis spes in armis & audacia erat. erup
tionibus crebris & stationes hostium & eos ipsos qui circa ope
ra & machinas erāt tutabant. multis tamen locis decussus mur?
erat: cum allatum est. successorem Apollonie expositio exercitu
per Epirum ac Thessaliam uenire. Cum tribus milibus peditum
& quingentis equitibus: consul ueniebat. iam in sinu crathaco
uenerat. & premissis hipatam: qui tradere urbem iuberent: postq
responsum est: nihil nisi ex cōmuni Etolorum decreto facturos
ne teneret se oppugnatio hypate non dum Amphisa recepta: t
premisso fratre africano amplissimum agmen ducit. Subaduen
tum eorum oppidani relicta urbe: iam enim magna ex parte
nudata menibus erat: in arcem: quam in expugnabilem bant:
omnes armati atq inermes: concessere sex milia ferme passuū
unde posuit castra. Eo legati Athenienses primum: ad P. Scipio
nem: pregressum agmen sicut ante dictum est. deinde ad con
sulem uenerunt deprecantes pro Etolis Clementius responsū

ab africano tulerunt: qui causam relinquendi honeste aetolici bel
li querens asiam & regem antiochum spectabat. Iusseratq; athen
enses non romanis solum: ut pacem bello preferrent: sed etiã eto
los persuadere. Celeriter auctoribus athenensibus frequens ad hy
patam legatio aetolo; uenit. & spem pacis eis sermo etiam africani
quem priorem adierunt auxit cõmemorantes multas gentes po
pulosq; in hispania primo: deinde in africa: in fidem suam uenisse
se maiora clementię benignitatisq; q̃ uirtutis bellicę monumenta
reliquisse. Perfecta uidebatur res: cum auditus consul: idem illud
responsum retulit: quo fugati ab senatu erant: eo tanq̃ nouo cum
ueti etoli essent: nihil enim nec legatione athenensium nec placi
do africani responso perfectum uidebant: referre ad suos dixerũt
uelle: redutum inde hypatam est: nec consilium expediebatur: nã
neq; unde mille talentum daretur: erat & permisso libero arbitrio
ne in corpora sua seuiret: metuebant. Venire itaq; eosdem legatos
ad consulem: & africanum iusserunt: & petere: ut si dare uere
pacem non tantum ostendere frustrantes spem miserorũ uellẽt
aut ex summa pecunię demerent: aut permissionem: extra ci
uium corpora fieri uiderent. Nihil impetratum: ut mutaret sẽ
consul. & ea quoq; irrita legatio dimissa est. Sequuti & athenien
ses sunt: & princeps legationis eorum Euthidemus fatigatos
tot repulsis aetolis: & complorante sinutili lamentatione for
tunam gentis: ad spem reuocant: auctor induciarum sex mensium
petendi: ut legatos romam mittere possent: dilationem nihil
ad presentia mala: quippe que ultima essent: adiecturam iuuari
per multos casus tempore interposito: presentes clades posse auc
tore Euthidemo iidem missi prius. P. Scipione conuento: pẽ etiam
induciarum temporis eius: quod petebant: a consule impetrauerũt.
& soluta obsidione amphisę. M. Acilius tradito consuli exercitu:
prouincia decessit. Et consul amphisa Thessaliam repetit ut per
macedoniam thraciam q; duceret in asiam. Tum africanus fratri
inter quod insistis. L. Scipio ego quoq; approbo. Sed totum id uer

titur in uoluntate Philippi. qui si imperio nostro fidus est: & iter:
& cōmeatus: & omnia: quę in longo itinere exercitus alunt: iuuātq;
suppeditabit. Si is destituat nihil per Thraciam satis tutum habe
bis. Itaq; prius regis animum explorari placet. opportune explo
rabitur. si nihil ex preparato agentem apprimet: qui mittetur. T.
Sempronius Gracchus longe tum acerrimus inuentum ad id de
lectus: per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphisa
inde Elim est dimissus: die tertio pellem peruenit. In conuiuio Rex
erat. & in multum uini processerat. Ea ipsa remissio animi suspi
tionem dēpsit nouare eum quicq̄ uelle. Et tum quidem comiter
acceptus hospes: postero die cōmeatus exercitui parator benigne
pontes in fluminibus factos: uias ubi transitus difficiles erant mu
nitas uidet. Hec eadem qua ierat celeritate Thaumatis occurrit
consuli. Inde certiore spe lętus exercitus ad preparatam omnia
in Macedoniam peruenit. Venientes regio apparatu accepit: &
persequutus est rex multa in eo: & dexteritas: & humanitas ui
sa: quę cōmendabilia apud Africanum erant uirum sicut ad cę
tera regium: ita a comitante. quę sine luxuria esset non auersū.
Inde non per macedoniam modo: sed etiam Thraciam prosequē
te: & preparante omnia Philippo: ad hellespontum peruentū est.
Antiochus post naualem ad Coricen pugnam cum totam hyemē
liberam in apparatus terrestris: maritimosq; habuisset. classis ma
xime reparande: non tota maris possessione pelleretur: intētus
fuerat. Succurrebat superatum se: cum classis abfuisset. Rhodi
orum. q; si ea quoq; nec cōmissuros rhodios: ut iterum morarētur:
certamini adessent: magno sibi nauium numero. opus fere ut ui
ribus & magnitudine classem hostium equaret. Itaq; & hannibalē
in Syriam miserat: ad Phoenicum arcessendas nauas. Polyxenidā:
quo minus prospere gesta res erat: eo enixius & eas quę erant refi
cere: & alias parare naues iussit. Ipse in Phrygia hybernauit undiq;
auxilia accersitus. etiam in Gallogręciam miserat. bellicosiores ea
tempestate erant Gallogręci. ad huc non dum exoleta stirpe gētis

seruantes animos. Filium seleucum ętolię reliquerat. cum exerci
tu. ad maritimas continendas urbes quas illinc a pergamo Eume
nes: hinc a Phocea: Erythris que romani sollicitabant. Classis ro
romana sicut ante dictum est: ad Cannas hybernabit. Eo media
ferme hyeme: rex Eumenes cum duobus milibus peditum: equi
bus. c. uenit. Is cum magnam prędam agi posse dixisset. ex hostiū
agro. qui circa hiatiram esset. hortando perpulit Liuium: ut q̄q̄
milia milium secum mitteret. missi ingentem: prędam intra pau
cos dies auerterunt. Inter hęc Phocęę seditio orta: quibusdam ad
antiochum multitudinis animos a uocantibus graiua hyberna
nauium erat graue tributum q̄ togę quingentę imperate erant:
cum quingentis tunicis grauis etiam inopia frumenti: propter
quam naues quoq̄ & prędidium romanum excessit. Tum uero li
berata mętu factio erat: quę plebem in contionibus ad antiochū
trahebat. Senatus & Optimates in romana societate prestandū
censebant. defectionis auctores plus apud multitudinem ualue
runt. Rhodii: quo magis cessatum priore æstate erant. eo ma
turius æquinoctio uerno eundem Pausistratum classis prefec
tum cum sex & xxx. nauibus miserunt. Iam Liuius a Cannis
cum. xxx. nauibus: & vii. quadriremibus quas secum Eume
nes rex adduxerat: hellespontum petebat: ut ad transitū exer
citus: quem terra uenturum opinabatur: preparare quę opus
essent in portum quem uocant achorum classem primum auer
tit. Inde ilium ascendit. sacrificioq̄ Mineruę facto legationes
finitimas ab eleunte. & Dardano & Rhoetio tradentes in fidē
ciuitates suas benigne audiuit. Inde ab hellesponti fauces naui
gat. & x. nauibus in statione contra Abydum relictis: cetera
classe: in Europam ad Sexton oppugnandum traiecit. Iam sube
untibus muros Fenatici Galli primum cum solenni habitu an̄
portam occurrerunt. iussu se Matris deum famulos dęę uenire
memorantur: ad precandum romanum ut pceret menibus ur
biq̄. Nemo eorum uiolatus est. Mox uniuersus senatus cū ma

gistratibus ad dedendam urbem processit. Inde Abydum traiecta classis: ubi cum temptatis per colloquia animis nihil pacati respõderetur ad oppugnationem se se expedichebant. Dum hec in hellesponto gerunt: Polyxenidas regius prefectus: erat autem exul rhodius: cum audisset profectam ab domo popularium suorũ classem & Pausistratũ prefectum superbe quedam & cõtẽptim in se contionantẽ: dixisse precipuo certamine animi aduersus eum sumpto nihil aliud dies noctesq; agitabat animo q̃ ut uerba magnifica eius rebus confutaret: mittit ad eum hominẽ & illi notum qui diceret: & si Pausistrato patrieq; suę magno usũ: si liceat fore & a Pausistrato se restitui in patriam posse. Cũ quonam modo ea fieri possẽ: mirabunde Pausistratus percontaretur: fidem petenti dedit: agendę cõmuniter ei aut silentio tegendę. Tum internuntius classem regiam aut totam: aut maiorem eius partem Polyxenidam traditurum ei pretium tãti meriti nullam aliud pacisci: q̃ reditum in patriam. Magnitudo rei: nec ut crederet nec ut aspernaretur dicta: effecit. Panhormũ Samie terre petit. Ibiq; ad explorandam rem quę oblata erat: substitit ultro citroq; nuntii cursare. Nec fides ante Pausistrato facta est: q̃ coram nuntio eius Polyxenidas sua manu scripsit. se ea quę pollicitus esset: facturum signoq; impressas tabellas misit & uero pignore uelut auctoratum sibi proditorem ratus est. neq; enim eum qui sub rege uiueret cõmissurum fuisse ut aduersus semetipsum indicia manu sua testata daret. Inde ratio simulate proditionis composita: omnium se rerum apparatum omissurum Polyxenidas dicere. non remigẽ non socios nauales ad classem frequentes habiturum. subducturum per simulationẽ reficiendi quasdam naues alias in propinquos portus dimissurum. paucas ante portum Ephesi non salo habiturum: q̃s si exire res cogeret. obiecturus certamini foret. Quam negligentiam Polyxenidam classe sua habiturum Pausistratus adiuuit eam ipse ex templo habuit. partem nauium ad cõmeatus accersendos. Ali

acarnasum partem Samum ad urbem misit: ut paratus esset cū si
gnum aggrediendi a proditore accepisset. Polyxenidas augere
simulando errorem subduxit quasdam naues aliasue uelut subduc
turus esset naualia reficit. Remiges ex hybernis non Ephesum ac
cersit sed Magnesiam occulte cogit. Forte quidam Antiochi mles
cum Samum rei priuatę causa inuenisset pro speculatore cōpre
hensus: deducitur Pānormum ad prefectum. Is percontanti qd
Ephesi ageretur incertum metu: an erga suos haud sincera fide:
omnia aperit: classem instructam paratamq; in portu stare: remi
gium omne Magnesiam: ad Sypilum missum per paucas naues
subductas esse. & naualia tegi. nunq; intentius rem naualem admi
nistratam esse. Hęc ne pro ueris audirentur: animus errore: & spe
una preoccupatus fecit. Polyxenidas sociis omnibo comparatis:
nocte remige a Magnesia accersito: deductisq; rapnim: quę sub
ducte erant nauibus cum diem non tam apparatu absūpsisset: q;
quod conspici proficiscentem classem nolebat: post solis occasum
profectus. lxx. nauibus tectis: uento aduerso: ante lucem Pygela
portum tenuit ubi cum interdiu ob eandem causam quiesset noc
te in proxima Samię terrę traiecit. hinc Nicandro quodam archi
pirata quinq; nauibus tectis Palymurum iusso petere: atq; inde ar
matos: qua proximum uter esset: per agros Panhormum ad tergū
hostium ducere. ipse interim classe diuisa ex utraq; classe fauces
portus tenere. Panhormum petit. Paulistratus ut re primum ac
opinata turbatus parumper: deinde uetus miles celeriter collec
to animo terra melius arceri: q; mari hostes posse ratus: armatos
duobus agminibo ad promontoria: quę cornibus obiectis ab alto
portum faciunt: subducit. inde facile excipiendis hostem sub
moturus. Id inceptum eius Nicander a terra uis cum turbasset: re
pente mutato consilio ascendere naues omnes iubet. Tum uero
ingens pariter militum nautarumq; trepidatio orta: & uelut fu
ga in naues fieri. cum se mari terraq; simul cernerent circūuēros.
Paulistratus unam uiam salutis esse ratus: suum facere per fauces por

tus: atq; erumpere in mare apertum posset postq̄ conscendisse
suos uidit: sequi cęteris iussis: ipse principes concitata naue re
mis: ad hostium portus tendit. superantem iam fauces nauē eius
Polyxenidas tribus quinq; remibus circūsistit: nauis rostri icta
supprimitur: telis obruuntur propugnatores. inter quos: & Pau
sistratus impigre pugnans interficitur. nauium reliquarū ante
portum alię: alie in portu deprehensę: quedam a Nicandro dū mo
liuntur a terra captę. quinq; tantum Rhodie naues cum duobus
Cyprus effugerunt terrore flammę nicantis: uia sibi intercōfertas
naues facta. contis enim binis a prora prominentibus. trullis fer
reis multum conceptum ignem pręse portabant. Erythręę triremes
cum haud procul a Samo: Rhodiis nauibus: quibꝫ: aut essent presidio
ueniebant obuię fugientibus fuissent: in hellespontum ad Romanos
cursum auertunt. Sub idem tempus Seleucus proditam Phoceam:
porta una per custodes aperta: recepit. & Cyma heliaq; eiusdem
ore urbes ad eum metu defecerunt. Dum hęc in ętolide geruntur:
Abydus cum per aliquot dies obsidionem tolerasset: presidio regio
tutante męnia iam omnibus fessis Philota quoq; profecto pręsidii
permittente. Magistratus eorum cum liuio de conditionibus tra
dendę urbis agebant. Rem destinabat: quod utrum armati: an
inermes emittebrent regii parum conueniebat. Hęc agentibus
cum interuenisset nuntius Rhodiorum classis omissa de mani
bus res est. Metuens enim Liuius ne successu tantę rei inflatus
Polyxenidas classem: quę ad Cannas erat opprimeret. Abydi obsi
dione: custodiaq; hellesponti ex templo relicta. naues q̄ subduc
tę Cannas erant deduxit. Et Eumenes Eleam uenit. Liuius omī
classe cui adiunxerat triremes duas Mitylenas Phoceam petit,
quam cum teneri ualido regio pręsidio audisset: nec procul Se
leucia castra esse depopulatus. maritimam oram. & preda maxi
me hominum raptim in naues imposita: tantum moratus: dum
Eumenes cum classe obsequeretur: Samum petere intendit. Rho
diis primo audita clades simul metum ingentem fecit. Nā pręter

nauium militumq; instructam: quod sorte quod roboris in iuuen-
tute fuerat: amiserant multis nobilibus sequutus inter cetera #
auctoritate Pausistrati: quę inter suos merito maxima erat. De-
inde quod capti fraude quod a cuc potissimum suo forent: iam
iam luctus uertit. decem ex templo naues & diebus post paucis
decem alias prefecto omnium eudemo miserunt: quem aliis ur-
tutibus bellicis aut quaq; Pausistrato parem: cautiorem: quo min?
anum erat: ducem futurum credebant. Romam & eumenes Rex
in erythrea primum classem applicuerunt. ibi noctem unam mo
rati: postero die Corycum Pelorium promontorium tenuerunt.
inde cum in proxima Samię uellent traiicere non expectato so
lis ortu: ex quo statum cęli notare gubernatores possent: incerta
tempestatem miserunt. medio incursu aquilone in septentrione
uerso exasperato fluctibus mari: iactari cęperunt. Polyxenidas
Samum petituros ratus hostis: ut se Rhodie classi coniungerent:
ab Epheso profectus primo ad Myonesum stetit. inde in oacrin
quam uocant insulam traiecit. ut preteruehentes. quas aberrates
ex agmine naues posset: aut postremum agmen opportune adon
retur. Postq; sparsam tempestate classem uidit: occasionem primo
aggrediendi ratus: paulo post increbrescente uento: & maiores
iam uoluente fluctus: quia peruenire se ad eos uidebat non posse
ad Ethaleam insulam traiecit. ut inde postero die Samum ex alto
petentes naues aggrederetur. Romam pars exigua primis tenebs
portum desertum Same tenuerunt. classis cętera nocte tota i al
to iactata in eundem portum curruit. ibi ex agrestibo cognito ho
stium naues ad Ethaleam stare consilium habitum utrum extęplo
decernerent: an Rhodiam expectarent classem dilata re: ita enim
placuit: Corycum unde uenerant: traiecerunt: Polyxenidas quoq;
cum frustra stetisset. Ephesum redit. Tum Romanę naues uacuo
ab hostibus mari Samum traiecerunt eodem & Rhodia classis post
dies paucos uenit. quam ut expectatam esse apparuit profecto ex
templo sunt Ephesum: ut aut decernerent nauali certamine: aut

si detractaret hostis pugnam: quod plurimum interat ad animos
ciuitatum tumoris confessionem exprimerent contra fauces portu
instructa in frontem nauium acie steterе postq̃ nemo aduersus u
ibat classe dimissa pars in salo ad hostium portus in anchoris steti
pars in terram milites exposuit. In eos tam gentem prędam late de
populato agro agentes Andronicus Macedo qui in presidio Ephe
si erat: membus appropinquantes eruptionem fecit. Excursq; ma
gna parte prędę: ad mare ac naues redegit. Postero die insidiis me
dio ferme uię positis: ad eliciendum extra menia Macedonę Ro
mani ad urbem agmine iere. unde cum ea ipsa suspitio ne quis exi
ret deterruisset redierunt ad naues. & terra mariq; fugientibo
certamen hostibus: Samum unde uenerat classis repetit. Inde du
as sociorum ex Italia: duas Rhodias triremes: cum prefecto epica
te Rhodiorum ad fretum Cephalenię tuendum prętor misit. Infe
stum id latrocinio: Lacedemonius hybrastas cum iuuentute Ce
phalenum faciebant. clausumq; iam mare cōmeantibus Italicis erat.
P ręi. L. Emilio Regillo succedenti: ad nauale imperium epicra
tes occurrit. qui audita clade Rhodiorū: cum ipse duas tantum
quinqueremes haberet. Epicratem cum quattuor nauibus ī Asiam
secum reduxit. prosequutę: etiam aperte naues athenensiū sunt.
E geo mari traiecit. deiń primas icrates Rhodius cum duabus qua
driremibus ab Samo nocte intemptata uenit. deductusq; ad Emi
lium presidii causa se missum. ait. quod eam oram maris infestam
onerariis: negię naues ex cursionibus crebris ab Hellespōto: arq;
Abydo facerent. Transeunti Emilio Achio Samum duę Rhodie
quadriremes misse obuiam a Liuio & nec Eumenes cū duabus
quinqueremibus occurrit. post Samum quam uentum est: accep
ta a Liuio classe & sacrificio ut assolet: rite facto: Emilius consi
lium aduocauit: ibi C. Liuius: is enim ut primus rogatus senten
tiam: neminem fidelius dare posse consilium dixit: q̃ eum: qui
id alteri suaderet: quod ipse si in eodem loco esset: facturus fu
erit. se in animo habuisse: tota classe Ephesum petere & onera

rias ducere: multa Saburra grauatas: atq; eas in faucibus port⁹
supprimere: & eo minoris molimenti ea claustra esse: quo influ
minis modum longum: & angustum: & uadosum: hostium portus
sit. ita adempturum se maris usum hostibus fuisse. inutilemq; clas
sem facturum. Nulli ea placere sententia. Eumenes rex quesiuit.
Quid tandem: ubi demersis nauib⁹ frenassent claustra maris: utrū
libera sua classe abscessuri inde forent ad opem ferendam sociis
terroremq; hostibus prebendum: an nihilominus tota classe por
tum obsessuri. siue enim abscendant: cui dubium esse: quin hostes
detracturi demersas moles sint: & minore molimento apertu
ri portum q̄ instruatur. Sin autem manendum ibi nihilominus
sit: quid attinere claudi portum: quid contra illos tutissimo portu
opulentissima urbe fruentes: omnia Asia prebente: quieta æstiua
acturos Romanos aperto in mari fluctibus tempestatib⁹q; obiec
tos omnius inopes in assidua statione futuros: ipsos magis alliga
tos impeditosq; ne quid eorum: que agenda sint: possint agere:
q̄ ut hostes clausos habebant. Eudemus prefectus Rhodie classis
magis eam sibi displicere sententiam ostendit: q̄ ipse quid cense
ret: faciēdum dixit. Epicrates Rhodius omissa in presentia Ephe
so: mutendam nauium partem in Lyciam censuit. & Patharam ca
put gentis: in societatem adiungendam. in duas res magnas usui
fore. & Rhodios: pacatis circa insulam suam terris: totis iuribus
incumbere in unius belli. quod aduersus Antiochum sit curam
posse. & eam classem: que in Lyciam comparetur: intercludi ne
Polyxenide coniungatur. maxime mouit sententia. Placuit tn
Regillum tota classe euehi ad portum Ephesi. ad inferendum ho
stibus terrorem. L. Liuius cum duab⁹ quinq; remibus Romanis:
& quattuor quadriremibus Rhodiis cum duabus apertis Smirneis
in Lyciam est iussus: Rhodum prius missus adire: & omnia cū iis
cōmunicare concilia. Ciuitates quas preteruectus est: Miletus
Mindus: imperata enixe fecerunt. Rhodum ut est uentū: siml
& ad quam rem emissus esset iis exposuit. & consuluit eos: appro

bantibus cunctis & ad eam quam habebat classem assumptis tribꝫ
quadriremibus: nauigat Patharam. Primo secundus uentus ad
ipsam urbem ferebat eos sperabatq; subito terrore aliquid motu
ros. Postq̃ circũuagente uento fluctibus dubiis uolui ceptũ est
mare peruicerunt quidem remis: ut tenerent terram. Sed neq;
circa urbem tuta statio erat nec ante hostium portus in salo stare
poterant: aspero mari: & nocte imminente: preteruecti menia por
tum Phoenicum minus duum milium spatio inde distantẽ: pe
tiere nauibus: ad maritima uix tutum. Sed alie insuper eminebãt
rupes quas celeriter oppidani assumptis Regiis militibus. quos in
presidio habebant: ceperunt aduersus quos Liuius: q̃q̃ erant ini
qua: & difficilia ad exitus loca: Isseos auxiliares: & Smyrneorum
expeditos iuuenes misit. Iidum missilibus primo & aduersus pau
cos leuibꝫ lacessebatur pugna: sustinuerunt certamen. Postquã
plures ab urbe affluebant: & iam omnis multitudo effundebatur:
timor incessit Liuium ne & auxiliares circũuenirentur: & naui
bus etiam ab terra periculum esset: ita non milites solum: sed na
uales etiam socios: naualium remigum turbam: quibusquisq; po
terat telis armatos: in prelium eduxit. Tum quoq; anceps pugna fuit:
non q; milites solum aliquot: sed q; L. Apustius tumultuario prelio
cecidit. Postremo tamen fusi: fugatiq; sunt Lycii: & ad urbem com
pulsi. Et Romanicum haud incruenta uictoria ad naues redierũt:
inde in Telesicum profecti sinum qui latere uno Cariam: altero Ly
ciam contingit: omisso Patharam amplius temptandi: Rhodii do
mum dimissi sunt. Liuius preteruectus Asiam: in Greciam trans
misit: ut conuentus Scipionibus qui tum circa Thessaliam erant:
in Italiam trauceret. Aemilius postq̃ omissas in Cilicia res & Liniũ
profectum in Italiam cognouit: cum ipse ab Epheso repulsus tempe
state irrito incepto Samum reuertisset: turpe ratus temptatã fru
stra Patharam esse: proficisci eo tota classe: & summa ui aggredi ur
bem: statuit. Miletum: & ceteram oram sociorum preteruecti: ĩ Bar
ciliam & Icoson descensionem ad Iachum fecerunt. Vbem regium

tenebat presidium agrum circa romani hostiliter depopulati sunt:
missis deinde qui per colloquia principum & magistratuum tẽpta
rent animos: postq̃ nihil in potestate sua responderunt esse: ad ur
bem oppugnandam ducit. Erant Iachensium exules cum Roma
nis frequentes Rhodios orare institerunt: ne urbem & uicinã sibi
& cognatam innoxiam perisse liceret: sibi exilii nullam aliam ca
usam esse: quam fidem erga Romanos. eadem ui religionum qua
ipsi pulsi sunt teneri eos qui in urbe maneant omnium Iachensiũ
unam mentem esse: ut seruitutem regiam effugerent. Rhodii mo
ti precibus & Eumene etiam rege assumpto: simul duas necessitu
dines cõmemorando simul obsesse regio presidio urbis causũ mi
serando peruicerunt ut oppugnatione absisteretur profecti inde
pacati. Ceterum cum oram asie legerent: Lorimam portus aduer
sus Rhodum est peruenerunt. Ibi in Principis sermo: primo ĩter
tribunos militum secretus oritur: deinde ad aures ipsius Emi
lii peruenit: abduci classem ab Epheso ab suo bello: ut ab tergo li
ber relictus hostis: in tot propinquas sociorum urbes omnia impu
ne conari posset: mouere Emilium uocatosq; rhodios cum percon
tatus esset cum respondissent non posse causam nactus omittende
rei. Samum reduxit naues per idem tempus Seleucus Antiochi cũ
per omne hybernorum tempus exercitum in Eolide continuisset
partim socius ferendo opem: partim quos in societatem pollicere
non poterat: depopulandis: transire in fines regni Eumenis: dũ is
procul a domo cum romanis & Rhodus Lycie maritima oppugna
ret statuit. Ad Eleam primo in festis signis accessit: deinde omis
sa oppugnatione urbis: agros hostiliter depopulatus ad caput ar
cemq; regni Pergamum ducit oppugnandum. Attalus primo ãte
urbem stationibus positis: & excursione equitum: leuisq; armatu
re magis lacessebat: q̃ sustinebat hostem. postremo cum per leuia
certamina expertus nulla parte uirum se partem esse intra me
menia se recepisset: obsideri urbs cepta est. Eodem ferme tẽpore.
& Antiochus ab Apamea profectus Sardibus primum: deĩn haud

procul Seleuci castris: in caput Chaici amnis statiua habuit: cũ ma
gno exercitu: mixto uariis ex gentibus: plurimum terroris Gal
lorum mercede conductis quattuor milibus erat: hos paucis admi
xtis: ad peruastandum Pergamenum agrum milites misit. Que postq̃
Samum sunt nuntiata: primo Eumenes auocatus domestico bello:
classe Aeleam petit. Inde cum profectus fuisset: equitum peditũq;
expeditis: presidio eorũ tutus: priusq̃ hostes sentirent: aut moue
rentur: Pergamum contendit. ibi rursus leuia per excursiones
prelia fieri cepta Eumene summe rei discrimen haud dubie retrac
tante. Paucos post dies Romana Rhodiaq; classis: ut Regi opẽ fer
rent: Eleam mouerunt quos ubi exposuisse copias Aeleę: & tot clas
ses in unum conuenisse portum: Antiocho allatum est: & sub inde
tempus audiuit Consulem cum exercitu iam in Macedonia esse:
parariq; que ad transitum Hellesponti opus esset: tempus uenisse ra
tus priusq̃ terra mariq; simul urgeretur agendi de pace esse: tumu
lum quendam aduersus Aeleam castris cepit. Ibi peditum copiis
omnibus relictis coequitauerant autem sex milia equitũ ĩ campos
ubi ipsa Aeleę moenia descendit. misso caduceatore ad Emilium ut
uelle se de pace agere. Emilius Eumene a pergamo accito ad hibi
tis Rhodiis haud aspernari pacem. Eumenes nec honestum esse di
cere: eo tempore de pace agi. nec exitum rei imponi posse: quid ut
enim inquit aut honeste inclusi menibꝫ & obsessi. uelut leges pa
cis accipiemus: aut cui rata ista paxerit q̃ sine consule non ex
auctoritate Senatus in iussu Populi Romani peregerimus: quem
enim pace per te facta. rediturus ne ex templo in Italiam sis. classẽ
exercitumq; reducturus. an expectaturus: quid de ea re Consuli pla
ceat: quid Senatus censeat: aut Populus iubeat: Restat ergo ut ma
neas in Asia: & rursus in hyberna copię reducte omisso ibi bello: ex
hauriant cõmeatibus prebendis: socios deinde si ita uisum sit iis.
penes quos potestas fuerit: instauremus nouum de integro bellũ.
quod possumus: si ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur
ante hyemem: diis uolentibus: perfecisse. hęc sententia uicit. Res

ponsumq; antiocho est: ante consulis aduentum de pace agi nō pos
se. Antiochus pace ne quicq̄ temptata: uastandis eleensium primum:
inde Pergamenorum agris: relicto: ibi Seleuco filio: adramitheū ho
stiliter itinere facto: petit agrum opulentum: quem Thebes uocant:
carmine homeri nobilitatum. neq; alio ullo loco maior asiæ regiis
militibus parata est preda. Eodem adramitheum: ut urbi presidio
essent: nauibus circūuecti ęmilius. et Eumenes uenerunt. Per eos
dem forte dies aeliam ex achaia mille pedites: cum centum equi
tibus: Diaphane omnibus his copiis preposito: accesserunt. quos egres
sos nauibus obuiam missi ab Attalo nocte Pergamum deduxerunt.
ueterani omnes: & periti belli erant. & ipse dux Philopomenis sū
mi tum omnium Grecorum Imperatoris discipulis: qui biduum
simul ad quietem hominum equorumq; & ad uisendum hostium
stationes: quibus locis stationibusq; accederent: reciperentq; sese
sumpserunt. ad radices uere collis: in quo posita est urbs. Regii suc
cedebant. ita libera ab tergo populatio erat: nullo ab urbe: ne in sta
tiones quidem qui procul iacularetur: excurrente: ne quicq̄ semel
compulsi metu: se menibus incluserunt Contemptus eorum: & in
negligentia apud regios oritur. non stratos: non infernatos ma
gna pars habebant equos paucis ad arma & ordines relictis. dilap
si cæteri sparserant se toto passim campo pars in iuuenales lusus: la
sciuiamq; pars uescentibus sub umbra quidam somno etiam strati.
Hæc Diaphanes ex alta urbe Pergamo: contemplatus: arma suos ca
pere & ad portam presto esse iubet. Ipse attalum adit. & in animo
sibi esse dixit hostium stationem temptare. Egre id permutere
Attalus quippe qui centum equitibus aduersus sexcentos mille
peditibus cum quattuor milibꝫ pugnaturum cerneret. Porta egres
sus haud procul statione hostium occasionem operiens. considet. &
qui pergami erant amentiam magis: q̄ audaciam credere esse & ho
stes paulisper in eos uersi ut nihil mouere uiderunt: nec quicquā
ex solita negligentia insuper et eludentes paucitatem mutarunt.
Diaphanes quietos aliquanto suos: uelut ad spectaculum modo

eductos: continuit. Postq̃ dilapsos ab ordinibus hostes uidit: pedi
tibus quantum accelerare possent sequi iussis: ipse princeps inter
equites cum turma sua: q̃ possent effusissimis habenis: clamore
ab omni simul pedite atq; equite sublato: stationem hostium ĩ pro
uiso inuadit. Non homines solum: sed equi etiam territi cum uin
cula abrupissent trepidationem & tumultum inter suos fecerũt.
P auci stabant impauidi equi. Eos ipsos: non sternere nõ infrenare:
aut ascendere: facile poterant. multo maiorem q̃ pro numero eq
tum terrorem Acheis inferentibus. Pedites uero ordinati: & pre
parati: sparsos per negligentiam & semisomnes prope adorti sunt
cedes passim fugaq; per campos facta est. Dyaphanes sequutus effu
sos quoad tutum fuit magno Acheorũ genti decore parto. specta
uerant enim e moenibꝫ Pergami: non modo uiri: sed foeminę
etiam: in presidium urbis redit. Postero die regię magis compo
site: & ordinate stationes quingentis passibus ab urbe posuerunt
castra. & Achei eodem ferme tempore: atq; in eundem locum pro
cesserunt. permulti intenti utrinq; uelut iam futurum impetũ:
expectauere: postq̃ haud procul occasu solis redeundi in castra
tempus erat: Regii signis collatis abire agmine: ad iter magis: q̃
ad pugnam composito cepere. Quieuit Diaphanes cum in conspec
tu erant deinde eodem quo pridie impetu: in posterum agmen
incurrit. tantumq; rursus pauoris: ac tumultus incussit: ut cũ ter
ga cederentur: nemo pugnandi causa restiterit. trepidantesq; &
uix ordinem agminis seruantes in castra coegit. Antiochus postq.
Romanos & ad tuendum Adramitheum uenisse audiuit: ea q̃dem
urbe abstinuit: depopulatus agros Pheream inde coloniam Mitile
neorum expugnauit. Cotton & Corylenus: & Aprodisias & Prienę
primo impetu captę sunt. Inde per Tyatira Sardis rediit: Seleucus
in maritima ora permanens: aliis presidio erat. Classis Romana
cum Eumene Rhodiisq; Mitilen primo: inde retro: unde profecta
erat Eleam rediit. Inde Phoceam petens: ad insulam quam Bechiũ
uocant: imminet urbi Phocensium: appulerunt. & quibus ante

abstinuerant templis signisq; egregie autem exornata insula erat: cū
hostiliter diripuissent: ad ipsam urbem transmiserunt: eam diuisis in
ter se partibus: cum oppugnarent: & uiderent sine operibus: armis sca
lisq; capi non posse: missum ab Antiocho presidium trium miliū ar
matorum: cum intrasset urbem: ex templo oppugnatione omissa:
classis ad insulam se recepit: nihil aliud quam depopulato circa urbē
hostium agro. Inde placuit Eumenem domum dimitti & preparari
consuli atq; exercitui quę ad transitum hellespontī opus essent. Ro
manam Rhodiamq; classem redire Samum reduerunt. Ibi. M. Aemi
lius frater Prętoris decessit. Rhodii celebratis exequiis aduersus
classem: quam fama erat ex Syria uenire. xiii. suis nauibus & una Cor
cha quinqueremi ad terram Nidiaroni: ut ubi instatione essent: e
profecti sunt. Biduo ante q̄ eū demus cum classe a Samo uenisset:
xiii. a Rhodo: naues cum pamphilida Prefecto aduersus eandem Sy
riacam classem missę assumptis nauibus quattuor: quę Carię presidio
erant: oppugnantibus regiis Dędala: & quędam alia parua castella:
obsidione exemerunt. Eudemum confestim exire placuit: addite
huic quoq; sunt: ad eam classem: quam habebat: sex aperte naues. Pro
fectus: cum quantum accelerare poterat: maturasset: ad portum quē
magisten uocant: pręgressos consequitur: inde uno agmine Phase
lidē cum uenisset: optimum usum est ubi hostem opperiri in confinio
Lycię & Pamphylię Phaselis est promminens penitus in altum conspi
citurq; prima terrarum Rhodium a Cilicia petentibus & procul nau
ium prębet prospectum. Eo maxime: uti obuii classi hostium essent: e
electus locus est. ęterum quod non prouiderunt: loco graui & tępo
re anni medium enim estatis erat ad hęc insoluto odore ingruere
morbi uulgo: maxime in remigęs ęperunt cuius pestilentię metu:
profecti cum pręterueherentur Pamphylium sinum ad eurume
dontem amnem appulsa classe: audiunt ad Aspendiis iam hostes
esse. Tardius nauigauerunt Regii aduerso tempore ē theseiarum:
quo uelut flatus fauonius uentis esset. Rhodiorum duc quadrire
mes quattuor triremes fuere. Regia classis septem & xxx maio

ris formę nauium erant in quibus tres hepteres & quattuor hexeres habebant. preter has decem triremes erant. Et ii adesse hostes ex specula quadam cognouere. Vtraq; classis postero die luce prima. tanq; eo die pugnaturę portu mouit. Et postq; superauere Rhodii promontorium quod ab Sida prominet in altū ex templo & conspecti ab hostibus sunt. & ipsi eos uiderunt. Ab ręgno sinistro cornu quod ab alto obiectum erat. hannibal dextro. Apollonius purpuratorum unus preerat. & iam in frontem directas habebant naues. Rhodii longo agmine uemebant prima pretoria. nauis Eudemi erat. cogebat agmen Eraclitus. Pamphylidas mediæ classi preerat. Eudemus postq; aciem instructam. & paratam ad concurrendum uidit. & ipse in altum uehitur. & deincepsq; quæ sequebantur ferentes ordinem in frontem dirigere iubet. ea res primo tumultum prębuit. nam Eudemus in altum euectus erat. ut ordo omnium nauium ad terram explicari posset. Et festinans ipse prępropere. cum quinq; solis nauibus hannibali occurrit. Ceteri quia in frontem dirigere iussi erant. non sequebantur. Extremo agmine loci nihil ad terram relicti erat. trepidantibusq; iis inter se. iam in dextro cornu aduersus hannibalem pugnabant. Sed momento temporis. & nauium uirtus. & usus rei maritimę terrorem omnem Rhodijs dempsit. nam & in altum celeriter euectę naues locum post se quoq; uementi ad terram dedere. & siqua concurrerat porro. cum hostium naue. aut proram lacerabat. aut remos detergebat. aut libero inter ordines discursu. preterueeta in pupim impetum dabat. maxime exterruit hepteris Regia. a multo minore Rhodia naue. uno ictu demersa.
1 taq; iam haud dubie dextrum cornu hostium in fugam inclinabat. Eudemum in alto multitudine nauium maxime. hannibal ceteris omnibus longe prestanter. urgebat. & circũuenisset insigno sublato. ex Pretoria naue. quo dispersam classem in unũ colligi mos erat omnes quę in dextro cornu uicerant naues ad opem ferendam suis concurrissent. Tum & hannibal. quęq; circa eũ erat

naues: capessunt fugam. Nec insequi Rhodii: ex magna parte egri & ob id celerius fessis remigibo potuerunt. Cum in alto ubi substiterant: cibo reficerent uires: contemplatus Eudemus hostes: clauidas mutilatas q; naues apertis nauibus remulco trahentes. xx. paulo amplius integras ascendentes: e turri Pretorie nauis silentio facto. Excurgite inquit & egregium spectaculum capessite oculis.

Consurrexere omnes contemplatiq; expugnationem fugamq; hostium prope una uoce exclamauere omnes: ut sequerentur ipsi. Eudemi multis ictibo uulnerata nauis erat: Pamphilidam & heraclitum insequi: quod putarent tutum: iussit: aliquandiu sequuti sunt. Postq; terre appropinquabat hannibal: uerti ne interciderentur uento in hostium ora: ad Eudemum uersi hepterem captam: que primo concursu icta erat: egre Phaselidem pertraxerunt. Inde Rhodium non tam uictoria Laeti q; alius alium accusantes: quod cum potuissent: non omnis sumersa: aut capta classis hostium foret: recherunt: hannibal ictus uno prelio aduerso: ne tum quidem preteruehi Lyciam audebat: cum coniugi ueteri Regie classis qua primu cuperet: & id: ne ei facere liberi esset.

Rhodii heraclitum cum .xx. nauibus rostratis ad Patharā & Megesten portum miserunt. Eudemum cum septem nauibus maximis: ex ea classe: cui prefuerat. Samum redire: ad Romanos iusserunt quantum consilio quantum auctoritate ualeret compellere Romanos: ad Patharam expugnandam. Magnam Romanis licentiam prius uictorie nuntius deinde aduentus attulit Rhodiorum. & apparebat. si ea cura Rhodijs dēpta esset: uacuos eos tuta eius regionis maria prestaturos. Sed profecto Antiochi absardibus: ne opprimerentur urbes maritime abscendere custodialonie atq; ēolidis prohibuerunt. Pamphylidam cum quattuor nauibus tectis: ad eam classem: que circa Patharam erat misērt.

Antiochus: non ciuitatum modo: que circa se erant: contrahebat presidia. Sed ad Prusiam Bithynie Regem: miserat Legatos: lituras q; quibus transitum in Asiam Romanos increpabant. Ve-

nire eos ad omnia regna tollenda ut nullum usq; orbis terrarum
usq; orbis terrarum: nisi romanum imperium esset. Philippum &
Nabin expugnatos. se tertium peti. ut quisq; proximus ab oppresso
sit. per omnis uelut continens incendium peruasurum. ab se gra
dum in Bithyniam fore: quando eumenes in uoluntariam seru
tutem concessisset. His motum Prusyam iuuere Scipionis cōsulis.
sed magis eius fratris affricam a suspitione tali auerterunt. qui
preter consuetudinem perpetuam. Po. Romani augendi omni
honore regnum sociorum maiestatem: domesticis ipse exēplis
Prusiam ad promerendam amicitiam suam compulit. Regulos
se acceptos in fidem hispanie Reges reliquisse. Masanissam non in
patrio modo locasse regno. sed in syphacis: a quo ante expulsus fu
isset: regnum imposuisse & esse eum: non affrice modo regnū
uel maiestate: uel uiribus parem Philippum & Nabin hostes: bel
lo superatos ab. T. Quintio: tamen in regno relictos. Philippo q
dem anno priore etiam stipendium remissum. & filium obsidē
redditum & quasdam ciuitates extra macedoniam patentibus
Romanis imperatoribus: recepisse eum. In eadem dignitate: &
Nabin futurum fuisse: nisi eum seuus primum furor: deinde fia
us e tolorum absumpsisset. Maxime confirmatus est animus Re
gis postq; ad eum. C. Liuius qui pretor ante classi prefuerat. Lega
tus ab Roma uenit. & docuit quanto & spes uictorie certior ro
manis q; antiocho: & amicitia sanctior: firmiorq; apud roma
nos futura esset. Antiochus postq; a spe societatis prusie decidit
Ephesum ab sardibus est profectus: ad classem: que per aliquot mē
ses instructa: ac parata fuerat: usendam. magis quia terrestribꝰ
copiis exercitum romanum: & duos Scipiones Imperatores iude
bat sustineri non posse: quam q; res naualis ipsa per se: aut tempta
ta sibi unq; feliciter: aut tunc magne & certe fiducie esset. Erat
tamen momentum in presentia spei: & quod magnam partem
Rhodie classis circa Patharam esse: & eumenem regem cū omnib
nauibus suis consuli obuiam in hellespontum profectum: audie

rat: Aliquid

rat. Aliquid etiam inflammabat animos classis Rhodia ad Samũ
per occasionem fraude preparatam: absumpta. his fretus: Polyxe
nida cum classe: ad temptandam omni modo certaminis fortu
nam misso: ipse copias ad Nothium ducit. id oppidum Colopho
nium mari iminens: abest uertere Colophone duo ferme milia
passuum. & ipsam urbem suae esse potestatis uolebat: adeo ꝓpin
quam Epheso: ut nihil terra mariue ageret: quod non sub oculis
Colophoniorum: ac per eos notum ex templo Romanis esset: quos
audita obsidione non dubitabat: ad opem ferendam sociae urbi ut
classem a Samo moturos. Eam occasionem Polyxenide ad rem ge
rendam fore. Igitur operibus oppugnare urbem aggressus: & ad
mare partibus duabus pariter munitionibus deductis: utrinq;
uineas & aggerem muro iniunxit. & testudinibꝫ arietes admo
uit. quibus territi malis: Colophonii oratores Samum ad L. Emi
lium fidem pretoris populiq; Ro. implorantes miserunt Emiliũ
& Sami segnis diu mora offendebat: nihilominus opinantem: quã
Polyxenidã bis ne quicq̃ ab se prouocatum: potestatem pugnae fac
turum esse. Et turpe existimabat: Eumenis classem adiuuare Con
sulem ad traiiciendas in Asiam Legiones se Colophonis obsessae au
xilio in certam finem habituro: alligari. Eudemus Rhodius: qui
& tenuerat eum: Sami cupientem proficisci in hellespontũ cũctiq;
instare & dicere: Quanto satius esse: uel socios obsidione exime
re: uel uictam iam semel classem uincere. iterum: totamq; maris
possessionem eripere. q̃ desertis socijs tardita Antiocho Asia ter
ra mariq; in hellespontum. ubi satis esset Eumenis classis a sua par
te belli. discedere: Profecti a Samo ad petendos cõmeatus cõsũpti
iam omnibus Chium parabant traiicere. Id erat horreum Roma
nis eoq; omnes ex Italia missae onerariae dirigebant cursum. Cir
cũuecti ab urbe aduersa insulae obiecta aquiloni. ad Chium & Ery
tras sunt cum pararent traiicere. literis certior fit Pretor fru
menti uim magnam Chium ex Italia uenisse. uinum portantes na
ues tempestatibus retentas. simul allatum est Theos Regiae classi

benigne cõmeatus prebuisse. quinq; milia uasorũ uini pollicitos
esse. Theium ex medio cursu classem repente auertit. aut uolenti
bus iis usurus cõmeatu parato hostibus. aut ipsos pro hostibus ha
bituros. Cum direxissent ad terram proras quindecim ferme eis
naues circa Mynonnesum apparuerunt. q̃s primo ex classe Regia
pretor esse ratus. institit sequi. apparuit inde Piraticas celones &
lembos esse Chiorum maritimam oram depopulati cum omnis ge
neris preda reuertentes. postq̃ uidere ex alto classem. in fugã uer
terunt. & celeritate superabant: leuioribus: & ob id fabre factis
nauigiis: & propriores terre erant. Itaq; priusq̃ appropinquaret
classis: Minonnesum perfugerunt. Vnde se e portu ratus abstractu
rum naues: ignarus loci sequebatur pretor. Mynõnẽsus promõ
torium inter Theium Samumq; est. ipse collis est ĩmodum mete
in acutum cacumen a fundo satis lato: fastigiatus. a continẽtiarcte
semite aditum habet. a mare rupes ex ese fluctibus superclaudunt.
ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum. quã
que in statione sunt naues: promineant. Circa ea non appropin
quare ause naues: ne sub ictu superstantium rupibus Piratarũ
essent: diem triuere. tandem sub noctem uano incepto: cũ absti
tissent: Theium postero die accessere: & in portu: quia a tergo
urbis est: Geresticum ipsi appellant: nauibus constitutis: Pretor
ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit. Theii cum
in oculis populatio esset: oratores cum infulis & uelamentis ad
Romanum miserunt: quibus purgantibus ciuitatem omissis
facti: dictiq; hostilis aduersus Romanos: & iuisse: eos omni cõme
atu classem hostium arguit & quantum uini Polyxenide promi
sissent. quae si eadem classi Romane darent: reuocaturum se a po
pulatione militem. si minus pro hostibꝫ eos habiturum. Hoc tam
triste responsum cum retulissent legati uocatur in contionem a
magistratibus populus: ut quid agerent consularent. Eo forte Po
lyxenidas cum regia classe a Colophone profectus. postq̃ mouis
se a Samo Romanos audiuit: & ad Mynõnesum piratas prosequ-

utos Theiorum agrum depopulari. naues in Gereſtico portu ſta
re: ipſe aduerſus Mynõneſum in inſula Macrin nautici uocant
anchoras portu occulto iecit. Inde ex propinquo explorans: qd
hoſtes agerent: primo in magna ſpe fuit: quẽadmodum Rhodiã
claſſem ad Samum: circũſeſſis ad exitum faucibo portus: ex pu
gnaſſet: ſic & romanam expugnaturum. Nec eſt diſſimilis natu
ra loci. promontoriis coeuntibus inter ſe: ita claditur portus:
ut uix duę ſimul inde naues poſſint exire. Inde nocte occupa
re fauces Polyxenidas in animo habebat. & denis nauibo ad pro
montoria ſtantibus: que ab utroq cornu in latera exeuntiũ na
uium pugnarent: & ex cetera claſſe: ſicut ad Panhormũ fecerat:
armatis in littora expoſitis: terra mariq ſimul hoſtes opprime
re. quod non uanum ei conſilium fuiſſet: ni cum Theii facturos
ſe impetrata promiſiſſent: ad accipiendos cõmeatus: aptius ui
ſum eſſet romanis in eum portum: qui ante urbem eſt: claſſe
tranſire. Dicitur & Eudamus Rhodius uitium alterius portus
oſtendiſſe: cum forte duæ naues in arcto oſtio implicitos remos
fregiſſent. & inter alia. id quoq mouit Prętorem ut traduceret
claſſem: quod ab terra periculum erat. haud procul Antiocho ſta
tiua habente. Traducta claſſe ad urbem: ignaris omnibus egreſſi
milites: nautęq ſunt ad cõmeatus: & unum maxime diuidendũ
in naues. cum medio forte diei agreſtis quidam: ad Prętorem ad
ductus nuntiat alterum iam diem claſſem ſtare ante inſulam
Macrin. & pauloante unas quaſdam moueri tanq̃ ad profectio
nem naues. Re ſubita perculſus Prętor tibicines canere iubet:
ut ſi qui per agros paſſim eſſent: redirent. Tribunos in urbẽ mit
tit: ad cogendos milites nautaſque in naues. Haud ſecus q̃ in re
pentino incendio aut capta urbe: trepidatur: aliis in urbem cur
rentibus: ad ſuos reuocandos: alius ex urbe naues curſu repetenti
bus. incertiſq clamoribus: quibus ipſis tubę obſtreperent: turba
tis imperiis. tandem concurſum ad naues eſt. Vis ſuam quiſq no
ſcere: aut audire pre tumultu poterat. Trepidatumq cum pe

riculo & in mari & interra foret. in partibus diuisis Aemilius cum
pretoria naue primum portu in altum euectus: excipiens insequē
tis suo quāq; ordine in fortem instruxisset. Eudamus Rhodiaque
classis substitissent ad terram: ut sine trepidatione conscenderēt.
& ut quęq; parata esset: exiret naus. Ita & explicuere ordinē pri
me in conspectu Pretoris & coactum agmen ab Rhodus est instruc
taq; acies uelut cerneret regios: in altum processit. Inter Myrino
nesum & Choricum promontorium erat cum hostem conspexere.
& regia classibus in ordinem naubus longo agmine uenient &
ipsa aciem aduersam explicauit: leuo tantum euecta cornu: ut
amplecti & circūire dextrum cornu Romanorum posset. Quod
ubi Eudamus: qui cogebat agmen: uidit: non posse equare ordi
nem Romanos: & tantum nauium circūiri a dextro cornu: con
citat naues. & erant Rhodię naues longe omnium celerrime to
ta classe. equato q; cornu: Pretorię nauis in qua Polyxenidas erat.
suam obiecit. Iam totis simul classibus: ab omni parte pugna con
serta erat ab Romanis. lxxx. naues pugnabant. ex quibus Rho
die naues agilitate: & arte gubernatorum: & scientia remigum.
M. xcimo tamen hostibus terrori fuere. que ignes prę se portabāt.
& quidem unus is modus ad Panhormum circumuēnis salutis fue
rat. Id tum maximum momentum ad victoriam fuit. nam metu
ignis aduersi regię naues: ne prope concurrerent cum declinas
sent: neq; ipse ferire rostro hostem poterant: & obliquas se ipę ad
uictus prębebant. & si que occurrerant: obruebantur infuso igni
magisq; ad incendium: quam ad prelium. trepidabant. Plurimum
tamen quę solet militum uirtus in bello ualuit. mediam namq;
aciem hostium Romani cum rupissent: circumuecti ab tergo pu
gnantibus aduersus Rhodios: Regius sese obiecere. momentoq; tem
poris & media acies Antiochi: & leuo cornu circūuentę naues mer
gebantur. Dextra pars integra sociorum magis clade. q̄ suo prelio: ter
rebatur. Ceterum post q̄ alias circūuentas: prętoriam nauem Polyxe
nidę: relictis socijs: uela dantem uidere: sublatis raptim dolonibus

Ephesum petunt fuga .xlii. nauibus in ea pugna amissis: quarum
x. & tres captę in potestatem hostium uenerunt: cętere incensę. aut
demersę. Romanorum due naues fractę sunt uulnerate q̄ aliquot.
Rhodia una capta: memorabili casu. nam cum rostro percussisset
Sinodiam nauem in anchora: ictu ipso excussa naue sua: unco
dente. uelut manu ferrea iniecta: alligauit alterius proram. inde
tumultu iniecto: cum diuellere se ab hoste cupientes inhiberent
Rhodii: tractu anchorali & impliciti remis latus alterum detersit.
debilitate ea: ipsa quę icta coheserat: nauim cępit. Hoc maxime
modo ad Mynōnesum nauali prelio pugnatum est. Quo territus
Antiochus. quia possessione maris pulsus longinquam tueri diffi
debat se posse: presidium ab Lysimachia: ne opprimeretur ibi ab Ro
manis deduci: prauo: ut res ipsa postea docuit: consilio iussit:
non enim tueri solum Lysimachiam a primo impetu Romanorum
facile erat: sed obsidionem etiam tota hyeme tollerare. & obsiden
tes quoq̄ ad ultimam inopiam deducere: extrahendo tempus.
& interim spem pacis per occasiones temptare. Non Lysimachiā
tantum hostibus tradidit: post aduersam naualem pugnam: sed
etiam Colophonis obsidione abscessit. & Sardis recepit se. atque
inde Cappadociam. & ad Ariarathem. qui auxilia accerserat: & q
quocunq̄ alio poterat ad copias contrahendas: in unum iam con
silium: ut acie dimicaret: intentius: misit. Regillus emilius post
uictoriam naualem profectus ephesum: direptis ante portum
nauibus cum confessione concessi maris ultimam hosti expres
sisset. Chium quo ante nauale prelium cursu a samo intenderat
nauigat. ibi naues in prelio quassatas cum refecisset. L. emiliū
Scaurum cum .xxx. nauibus hellespontum ad exercitum trai
iciendum misit Rhodias parte prędę & spoliis naualibus deco
ratas domum redire iubet Rhodii impigre preuertere. ad traii
ciendasq̄ copias consulis iure. atq̄ eo quoq̄ functi officio tū de
mum Rhodum rediere. Classis Romana ab chio phoceam traiecit
In sinu maris infimo: posita hęc urbs est oblonga forma duum

milium & quingentorum passuum spatium murus amplecti
tur: totidem ex utraq; parte in auctorem uelut cuneum: Lam
petra ipsi appellant: mille & ducentos passus ibi latitudo patet.
inde in altum lingua mille passuum excurrens medium ferme
sinum: uelut nota: distinguit. urbs coheret faucibus angusti: du
os in utranq; regionem uersos portus tutissimos habet. qui in me
ridiem uergit. Nausa themon ab re appellatur. quia ingentem ui
nauium capit. alter prope ipsum Lampetra est. hos portus tutissi
mos cum occupasset Romana classis: priusq̃ aut scalis: aut ope
ribus: menia aggrederetur: mittendos censuit Pretor: qui Prin
cipum magistratuumq; animos temptarent. Postq̃ obstinatos ui
dit: duobus simul locis oppugnare est adortus. altera pars i fre
quens ædificiis erat. templa deum aliquantum tenebant loci ea
prius ariete admoto: quatere muros: turresq; coepit. deinde cũ
eo multitudo occurreret: ad defendendum: altera quoq; parte
admotus aries & iam utrinq; sternebantur muri: ad quorũ casũ
cum impetum Romani milites per ipsam stragem ruinarũ facerẽt
alii scalis etiam ascensum in muros tẽptarent: adeo obstinate re
stiterunt oppidani: ut appararet plus in armis: & uirtute: q̃ in me
nibus auxilii esse. coactus ergo periculo militum Pretor: receptui
cani iussit ne obiiceret in cautos furentibus desperatione: ac ra
bie. dirempto prelio: ne tum quidem ad quietem uersi. sed undiq;
omnes ad munienda: & obmolienda: que ruinis strata erãt: cõ
currerunt. huic operi intentis superuenit. Q. antonius a Pre
tore missus: qui castigata pertinacia eorum: maiorem curã Ro
manis: q̃ illis ostenderet esse: ne in pernitiem urbis pugnaretur.
si abstinere furore uellent: potestatem iis dare eadem cõditione
qua prius. C. Liuii in fidem uenissent: se tradendi. Hec cum audis
sent: quinq; dierum spatio ad deliberandum assumpto: temptata
interim spe auxilii ab antiocho: postq̃ legati missi ad Regem: nihil
in eo esse presidii retulerant: tum portas aperuerunt: pacti ne qd
hostiliter paterentur. Cum signa in urbem inferentur: & pronun

tiasset Pretor parcē se deditis uelle: clamor undiq; est sublatus:
indignū facinus esse. Phocenses nunq̄ fidos socios: semper infe
stos hostes impune eludere. Ab hac uoce: uelut signo a Pretore
dato: ad diripiendam urbem passim discurrerunt. Emilius primo
resistere & reuocare: dicendo: captas non deditas diripi urbes
sed in his tamen imperatoris non militum arbitrium esse. Postquā
ira & auaritia imperio potentiora erant: Preconibus per urbem
missis liberos omnes in forum ad se conuenire iubet: ne uiolarē
tur. & in omnibꝫ que ipsius potestatis fuerunt: fides constitit Pre
toris. Vrbem agrosq; & suas leges iis restituit. Et quia iam hyems
appetebat: Phocee portus ad hybernandum classis delegit. Per
idem fere tempus consuli transgressio eniorum maronitarumq;
fines nuntiatur uictam Regiam classem ad Mynonnesum: relic
tamq; presidio Lysimachiam esse. id multo q̄ de nauali uictoria
letius fuit. utiq; postq̄ eo uenerunt refertaq; turbs omnium rerū
cōmeatus: uelut in aduentum exercitus preparatis: eos excepit.
ubi inopiam ultimam laboremq; in obsidenda urbe proposuerāt
ibi paucos dies statiua habuere impedimento egriq; ut conseque
rentur: qui passim per omnia Thracie castella fossi morbis: ac lon
gitudine uie relicti erant. Receptis omnibus ingressi rursus iter
per Cheronnesum hellespontum perueniunt. ubi omnibus cura
regis Eumenis ad trauiciendum preparatis uelut in pacato litto
re nullo prohibente: alii alio delatis nauibus: sine tumultu traiice
re. Ea uero res Romanis uxit animos animos concessum sibi trāsi
tum cernentibus in asiam. quam rē magni certaminis futurā cre
diderant. Statiua deinde ad hellespontum aliquandiu habuerūt
quia dies forte quibꝫ Ancilia mouentur religiosi ad iter inciderāt.
I idem dies. P. Scipionem propriore etiam religione qua saliu' erat
deiunxerant ab exercitu. causaq; & his ipse more erat dum conse
queretur. Per eos forte dies legatus ab Antiocho castra intrauerat.
B yzantius heraclides: de pace afferens mandata: quam prestabilē
fore magnam ei spem attulit mora & contatio Romanorꝫ: quos

simul asiam attigissent: effuso agmine ad castra Regia ituros credide
rat. statuit tamen non prius adire consulem: q̄ P. Scipionem: & ita
mandatum ab rege erat. in eo maximam spem habebat: preterq̄ q̄
& magnitudo animi: & sacietas glorie placabilem eum maxime fa
ciebat notumq̄ erat gentibus: qui uictor ille in hispania: qui deīn
in Affrica fuisset etiam quod filius eius captus in potestate regis
erat. Is ubi & quando & quo casu: captus sit: sicut pleraq̄ alia parū
inter auctores constat. Alii in principio belli a Calcide oricum pe
tentem: circunuentum ab regiis nauibus tradunt. Alii postq̄ tran
situm in asiam est: cum turma Fregellana missum exploratum ad
Regia castra: effuso obuiam equitatu: cum reciperet se se: in eo tumul
tu delapso equo: cum duobus equitibus oppressum: ita ad Regem
deductūs esse. Illud satis constabat. si pax cum populo Ro. maneret
hospitiumq̄ priuatim Regi cum Scipionibus esset: neq̄ liberalius n
neq̄ benignius haberi coliq̄ adolescentem q̄ cultus est potuisset.
Ob hec cum aduentū. P. Scipionis Legatus expectasset: ubi is uenit:
consulem adit: petitq̄ ut mandata audiret. Aduocato frequenti
concilio Legati uerba sunt audita. Is multis ante legationibus ne
quicq̄ ultro: citroq̄ de pace missis eam ipsam fiduciam impetran
di sibi esse dixit: quod priores Legati nihil impetrassent. Smyrnā
enim & Lampsacum: & alexandriam Troadem & Lysimachiā in
Europa iactatas in illis dirceptationibus esse: quarum Lysimachia
cessisse regem: ne quid in Europa habere eum dicerent. easque sunt
in asia ciuitates tradere paratum esse: & siquas alias Romani q̄ suar
partium fuerint: uendicare ab Imperio Regio uelint. Impense quoq̄
in bellum facte partem dimidiam Regem prestaturum populo Ro.
Hec conditiones erant pacis. Reliqua oratio fuit: ut merores rerum
humanarum: & sue fortune moderarentur: & alienam ne urge
rent. finirent Europe Imperium. id quoq̄ immensum esse. & para
ri singula acquirendo facilius potuisse. q̄ uniuersa teneri posse.
Quod si asie quoq̄ partem aliquam abstrahere uelīt: dūmodo non
dubiis regionibus finiant uinci suam temperantiam Romana cu

pidirate: pacis & concordie causa regem passurum ea que legato magna ad pacem impetrandam uidebantur: parua romanis uisa & impensam: que in bellum facta esset: omnem prestare rege equum censebant: cuius culpa bellum exercitatum esset. Et non roma modo atq; etolide deduci debere presidia regia: sed sicut Grecia omnis liberata esset: ita que in asia sunt: omnes liberari urbes. id aliter fieri non posse: q; ut eis taurum montem possessioe asie Antiochus cedat. Legatus postq; nihil equi in concilio impetrare se censebat priuatum sic enim impetratum erat. P. Scipionis temptare animum est conatus. Omnium primum ei sine pretio filium redditurum regem dixit. Deinde ignarus & animi Scipionis & moris romani auri pondus ingens pollicitus. & nomine tantum regio excepto societatem omnis regni. si per eum pace impetrasset. Ad ea Scipio. Quod romanos omnis q; me ad que missus es ignoras. munus minor cum te fortunam eius a quo uenis ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat. ne chersonnesum intraremus. aut hellespontum obsistendum: ne in Asiam trancaremus. si pacem a sollicitis de belli euentu petitum eramus. concesso uero in asia transitu & non solum fremis sed etiam ingo accepto que discepta tio ex equo cum imperium patiendum sit. reiecta est. ego ex munificentia regia maximum donum filium habebo. aliis deos precor. ne unq; fortuna egeat mea animus certe non egebit. pro tato in me munere. gratum me esse in se sentiet: si priuatam gratiam priuato beneficio desiderat. Sed publice: nec habeo quicq; ab illo nec dabo. Quod in presentia dare possim. fidele consilium est. Abi nuntia meis uerbis bello absistat pacis conditionem nullam recusset. Nihil ea mouere regem tutam fore bellis asiam ratum quando perinde: ac iusto iam sibi leges dicerentur: omissa igitur in presenta mentione pacis: totam curam in belli apparatum intendit. ¶ Consul omnibus preparatis ad proposita exequenda cum exercitu mouisset. Dardanum primum deinde hoetheum utraque ciuitate obuiam effusa. uenit. Inde Ilium processit. castrisq; in cāpo

qui est subiectis menibus: positis in urbem arcemq; cum ascendisset:
sacrificauit Minerue presidi arcis. & Iliensibus: non in omni iterum
uerborumq; honore ab se oriundos Romanos preferentibus: & Ro
manis letis origine sua. Inde profecti sextis castris: ad caput Caici am
nis peruenerunt. Eo & omnes: & Rex eumenes conatus primo ab
hellesponto reducere classem in hyberna: eleam aduersus uentis:
cum aliquot deinde diebus superare uentos in promontorio non
potuisset: interram egressus: ne deesset principiis rerum: qua pro
missum fuit: fuit in castra Romana: cum parua manu contendit.
Ex castris pergamum remissus: ad cōmeatus expediendos tradito
frumento: quibus iusserat Consul in eadem statua rediit inde plu
rimum dierum preparatis cibariis consilium erat ire ad hostem: r
priusq̄ hyems opprimeret. Regia castra circa Tyatiram erant. Ibi
cum audisset Antiochus. P. Scipionem ægrum Eleam delatum: Lega
tos qui filium ad eum reducerent: misit non solum animo patrio
gratum munus: sed corpori quoque salubre gaudium fuit: satiatusq;
tandem complexu filii. Renuntiare inquit gratias Regi me age
re: referre gratiam aliam nunc non posse: q̄ ut suadeam: ante in
aciem non descendat: q̄ ut in castra me redisse audierit. Quanquā
lx. milia peditum: plus xii. milia equitum animos interdū ad
spem certaminis faciebant: motus tamen Antiochus tanti aucto
ritate uiri: in quo ad incertos belli euentus omnis fortune potue
rat subsidia recepisse transgressus Phrygium amnem: circaq; Ma
gnesiam: que ad Sypilum est: posuit castra: & ne dum extrahere
tempus uellet: munimenta Romani temptarent: fossam sex cu
bitis altam. xii. latam cum duxisset: extra duplex uallum fosse
circūdedit interiore labro murum eum turribus crebris obiecit:
unde facile arcere transitu fosse hos posset. Consul circa Tyatiram
esse Regem ratus: continuis itineribus quinto die ad hyrcanum
campum descendit. Inde cum profectum audisset sequutus uesti
gia circa Phrigium amnem quattuor milia ab hoste posuit castra.
Eo mille ferme equites: maxima pars Gallogreci erant: & Dache qui

dam aliarumq; gentium sagittarii equiti intermixti: tumultuo
se amne traiecto instationes impetum fecerunt. primo turbauere
incompositos deinde cum longius certamen fieret. Romanorū
ex propinquo castris facile subsidio crescere numerus. Regii fes
si iam & plures non sustinentes recipere se conati: circa ripam am
nis pruisq; flumen ingrederentur: ab instantibus tergo aliquot
interfecti sunt. Biduum deinde silentium fuit neutris trāsgre
dientibus amnem. Tertio post die Romani simul omnes trāsgres
si sunt. & duo milia ferme & quingentos passus ab hoste posuerūt
castra. Metantibus & muniendo occupatis: tria milia delecta eq
tum peditumq; regiorum magno terrore: ac tumultu aduenere:
aliquanto pauciores instatione erant: duo tamen milia per se: mul
lo a munimento castrorum milite auocato: & primo equum pre
lium sustinuere & crescente certamine: pepulerunt hostes: cētūq;
ex iis occisis: centum ferme capti. Per quatriduum insequens
instructeq; utrinq; acies pro uallo stetere. Quinto die Romani pro
cessere in medium campi. Antiochus nihil promouit signa. ita ut
extremi minus mille pedes a uallo ab essent. Consul postq; detracta
ri certamen uidit: postero die: in consilium aduocauit: quid sibi
faciendum esset: si Antiochus pugnādi copiam non faceret. insta
re hyemem: aut sub pellibus habendos milites fore: aut si concede
re in hyberna uellet. differendum esse in estatem bellū. Nullū ūq;
hostem Romani æque contempserunt. conclamatum undiq; est:
duceret ex templo: & uteretur ardore militum: qui tanq; nō pu
gnandum cum tot milibus hostium sed par numerus pecorū tru
cidandus esset: per fossas per uallum: castra inuadere parati erāt:
si in prelium hostis non exiret. Cn. Domitius ad explorandū uter
& qua parte aditi uallum hostium posset: missus: postq; omnia cer
ta retulit: postero die propius castra admoueri placuit. Tertio si
gno in medium campi prolata & instructa acies cœpta est. nec Anio
chus ultra terga uersandum ratus: ne & suorum animos minueret
detractando certamen & hostium spem augeret. & ipse copias edu

xit. tantum progressus a castris: ut dimicaturum appareret. Roma
na acies unius prope formę fuit: & hominum & armorum genere:
duę legiones romanę: duę socium: & Latini nominis erant. quina
milia & quadragenos singulę habebant. Romani mediam aciē: cor
nua Latini tenuerunt. hastatorum prima signa: deinde princi
pum erant. Triarii postremos claudebant. Extra hanc ueluti iu
xta aciem a parte dextra consul acheorum cetratis ĩmixtos auxi
liares Eumenis tria milia ferme peditum: equata fronte instruxit.
ultra eos equitum minus tria milia opposuit. ex quibus Eumenis:
octingenti reliquus omnis equitatus romanus erat extremos
Trallios & cretenses: quingentorum utriq; numerum explebant:
statuit Leuum cornu non uerebatur obiectis talibus auxiliis: qa
flumen ab ea parte ripeq; derupte claudebant: quattuor tamen
inde turmę equitum oppositę. Hec summa copiarum erat Ro
manis & duo milia mixtorum macedonum Thraciumq; qui uo
luntate sequuti erant pręsidio castris relicti sunt. Sedecim elepha
tos post Triarios: in subsidio locauerunt. nec pręterq̄ q; multitu
dinem regiorum elephantorum: erant aut quattuor & L. susti
nere non uidebantur posse: ne pari quidem numero Indicis affrica
resistunt. siue qui magnitudine: longe enim illi prestant: siue ro
bore animorum uincuntur. Regia acies uaria: magis: multis gē
tibus: dissimilitudine armorum auxiliorumq; erat. X. & sex mi
lia peditum more macedonum armati fuere. q; phalangitę appel
labantur. hęc media acies fuit. In fronte in decem partes diuisa:
partes eas interpositis binis elephantis distinguebat. a fronte ĩtror
sus in duos & .xxx. ordines: armatorum acies patebat. hoc & ro
boris in regiis copiis erat. & perinde: cum alia spetie. tum eminen
tibus tantum inter armatos elephantis: magnum terrorem pręb
bebat. ingentes ipsi erant addebant spetiem frontalia: & cristę: &
tergo imposite turres turribꝰq; superstantes: pręter rectorē: qua
terni armati. Ad latus dextrum Phalangitarum mille & quingē
tos pedites Gallogrecoꝝ opposuit. iis tria milia peditum loricatoꝝ:

cataphractos ipsi appellant. adiunxit. addita iis alia mille ferme eq
tū: hanc Gemeam uocabant. Medi erant lecti uiri & eiusdē regiōis
mixti multarum gentium equites. continens iis grex. xvi. elephan
torum est oppositis in subsidiis. Ab eadem parte paulum prorupto
cornu regia cohors erat argyraspides a genere armorum appellabā
tur. Dache deinde equites sagittariorum mille & ducentum leuis
armatura trium milium pari ferme numero pars cretenses. pars
Tralles. Duo milia & quingenti missi sagittariis adiuncti erant. ex
tremum cornu claudebant & quattuor milia mixti Cyrrhei fundi
tores. & Elymei sagittarii. Ab leuo cornu Phalangitis adiuncti erāt
Gallogreci pedites mille & quingenti: similiter his armati duo. m.
Cappadocum ab ariarathe missi erant regi inde auxiliares mixti
omnium generum duo milia & septingenti. et tria milia Cataphrac
torum equitum & mille alii equites. Regia ab leuioribus tegumē
tis suis: equorumq; alio haud dissimili habitu: Syri plerique erant: Phry
gibus & Lydis immixti. ante hunc equitatū falcate quadrige & ca
meli quos appellant Dromidas. iis insidebant arabes sagittarii g la
dios habentes tenues longos quaterna cubita ut ex tanta altitudi
ne contingere hostem possent. Inde alia multitudo par ei que in de
xtro cornu erat. primi Tarentini. deinde Gallogrecorum equitum
duo milia: & quingenti. inde Neocrates mille. & eodem armatu Ce
res: & Cilices mille: & quingenti. & totidem Tralles & tria milia Ce
tratorum Pyside erant & Pamphili & Lycii tum Cyrthiorum: & ely
meorum paria in dextro cornu locatis auxilia. & xvi. elephanti mo
dico interuallo distantes. Rex ipse in dextro cornu erat. Seleucū
filium: & Antipatrum fratris filium in leuo preposuit. Media acies
tribus permissa Minioni & Zeuxidi: & Philippo magistro elephan
torum. Nebula matutina: crescente die: leuata in nubes caliginē
dedit. humor inde ab austro uelut perfudit omnia. que nihil ad ma
lum Romanis: eadem per incōmoda regis erant. nam & obscuritas
lucis: in acie modica Romanis non adimebat in omnis partis cōspec
tum & humor toto fere graui armatu. nihil gladios: aut pila habe

bat. Regi tam lata acie: ne ex medio quidam cornu sua circūspice re poterant: ne dum extrema inter se conspicerentur & humor arcus: fundasq; & iaculorum armenta molierat. Falcate quoq; quadri ge quibus se perturbaturum hostium aciem Antiochus crederat: in suos terrores uerterunt: armate autem in hunc maxime modū erāt cuspides circa temonem ab iugo decem cubita extantes uelut cor nua habebant quibus quicquid obuium daret: transfigerent. & in extremis iugis binæ circa emunebant falces altera æquata iugo: altera inferior in terram deuexa ulla ut quicquid ab latere obiice retur: abscideret. Hæc ut prolapsos subeuntiq; contingeret uē ab axibus rotarum utrinq; binæ eodem modo diuerse deligabantur falces. sic armatas quadrigas: quia si aut in extremo: aut i medio locate forent: per suos agende erant: in prima acie: ut dictum est: locauerat nec. Quod ubi Eumenes uidit aut ignarus pugnæ & q̄ anceps esset auxilii genus: siquis pauorem magis equis iniceret: q̄ iusta adoriretur pugna. Cretenses sagittarios funditoresq. & iaculatores equitum: non confertos: sed q̄ maxime possent dispersos: excurrere iubet: ecq omnibus simul partibus: tela ingerere: hec uelut procella partim clamoribus dissonis: ita consternauit equos: ut repente uelut effrenati passim incerto cursu ferentur q̄ impetum & leuis armatura & expediti funditores: & ueloces cretensis momento declinabant: & quos insequendo tumultum ac pauorem equis camelisq; & ipse simul consternatis: augebant cla more: & ab alia circūstantium turba multiplici adiecto: ita medio inter duas acies campo: exiguntur quadrigæ. Amotoq; manu lu dibrio tum demum ad iustum prelium signo utrinq; dato. cōcur sum est. Ceterum uana illa res: uere mox cladis causa fuit auxilia enim subsidiaq; quę proxima locata erant: pauore & consterna tione quadrigarum territa: & ipsa in fugam uersa: nudarūt oīa: usq; ad cataphractos equites. ad quos: cum dissipatis subsidiis per uenisset equitatus romanus: ne primum quidem impetum pars eorum sustinuerunt. alii fusi sunt alii propter grauitatem tegu

mentorum: armatorumq; oppressi sunt. totum deinde leuum cor
nu inclinauit. & turbatis auxiliaribus: qui inter equites: quos ap
pellant Phalangitas: erant usq; ad mediam aciem terror perueit
ibi simul perturbati ordines: & impeditus: intercursu suorũ: usus
prælongarum hastarum sarissas macedones uocant: intulere si
gna romanę legiones. & pila perturbatos coniecere. ne interpo
siti quidem elephanti militem romanum deterrebant: assuetũ
iam ab Affricis bellis: & uitare impetum belluę extransuerso. aut
pilis incessere: aut si propius subire posset: gladio neruos incide
re. Iam media acies fere omnis a fronte prostrata erat: & subsidia
circũita a tergo cedebantur. Cum in parte alia fugam suorũ: &
prope iam ad ipsa castra clamorem pauentium accepere. nanq; An
tiochus a dextro cornu: cum ibi fiducia fluminis nulla subsidia
cerneret. preter quattuor turmas equitum & eas dum applicant
se suis ripam nudantes impetum eam partem cum auxiliis & Ca
taphractato equitatu fecit. nec a fronte tantum instabat. Sed cu
rumito a flumine cornu: iam ab latere urgebat. donec fugati eq
tes primum: deinde proximi peditum effuso cursu ad castra cõ
pulsi sunt. Pręerat castris. M. Emilius Tribunus militum. M. Le
pidi filius: qui pos annos paucos Pontifex Maximus factus est.
is qua fugam cernebat suorum: cum pręsidio omni occurrit. &
stare primo: deinde redire in pugnam iubebat. pauorem: & tur
pem fugam increpans. Minæ exinde erant in pernitiem suam
cęcos ruere: ni dicto parerent. Postremo dat signum suis ut pri
mos fugientium cædant turbam sequentium ferro & uuneribꝫ
in hostes redigant. Hic maior timor minorem uicit ancipiti
coacti metu primo constiterunt. deinde & ipsi rediere pugnam:
& ęmilius cum suo pręsidio erant autem duo milia uirorum for
tium effuse sequente rege: acriter obstitit. & attalus eumenis
frater: a dextro cornu: a quo leuum hostium primo impetu fu
gatum fuerat: ab sinistro fugam suorum: & tumultum circa
castra uidit: in tempore cum cc. equitibus aduenit. Antiochus

postq̃ & eos: quorum: terga modo uiderat: repetentes pugnã. &
aliam: & a castris: & ex acie affluentem turbam conspexit in fu
gam uertit equum: itaq; utroq; cornu uictores Romani per acer
uos corporum: quos in media maxime acie cumulauerant: ubi
& robur fortissimum uirorum: & arma grauitate fugam impe
dierant: pergunt ad castra diripienda. equites primi omnium Eu
menis: deinde alius equitatus: toto passim campo sequuntur ho
stem & postremos: ut quosq; adepti sunt cedunt. Ceterum fugien
tibus: maior pestis in permixtis quadrigis elephantisq;: & camelis
erat. & sua ipsorum turba cum solutis ordinibus: uelut ceci sup alios
alii ruerent: in cursu belluarum obtererentur. Ita castris quoque
ingens & maior prope: q̃ in acie cedes est edita. nam & primorũ
fuga in castra maxime inclinauit. & huius fiducia multitudi
nis: que in presidio erat. pertinacius pro uallo pugnarunt: retẽ
ti in portis: ualloq; que se impetu ipso capturos crediderant Ro
mani: postq̃ tandem perruperunt: ab ira grauiorem ediderunt
cedem ad quinquaginta milia peditum cesa eo die: dicuntur eq
tum tria milia. mille & quadringenti capti. & .xv. cum rectoribꝫ
elephanti Romanoꝝ aliquot uulnerati sunt. ceciderunt nõ plus
.ccc. pedites quattuor & uiginti equites. & de Eumenis exercitu
quinq; & uiginti. Et illo quidem die uictores direptis hostium ca
stris: cum magna preda in sua reuerterunt. Postero die spoliabãt
cesorum corpora: & captiuos contrahebant. Legati ab Tyatira: &
Magnesia & ab Sypilo ad dedendas urbes uenerunt. Antiochus
cum paucis fugiens in ipso itinere pluribus congregantibꝫ: mo
dica manu armatorum: media ferme nocte Sardis concessit. In
cum audisset Seleucum filium: & quosdam amicorum apameã
pregressos: quarta uigilia: cum coniuge ac filia petit Apameam.
Zenoni tradita custodia urbis. Timone Lydie preposito qbus spre
tis consensu oppidanorum: & militum: qui in arce erant Legati
ad consulem missi sunt. Sub idem fere tempus: & a Trallibus: & a
Magnesia que super Meandrum est: & ab Epheso Legati ad dedẽ

das urbes uenerunt. Reliquerat Ephesum Polyxenidas audita pugna: & classe usq; ad Patharam Lycie preteruectus: metu stationis Rhodiarum nauium: que ad Megisten erant: in terram egressus: cum paucis uenit pedestri Syriam petit. Asie ciuitates in fidē consulis ditionēq; Po. Ro. sese tradebant Sardibus tam cōsul erat & eo P. Scipio: ab Elea: cum primum pati laborem potuit uenit Sub idem fere tempus: caduceator ab Antiocho per Scipionem a consule petit impetrauit que ut oratores mittere liceret regi. Pauco' post dies Zeuxis: qui prefectus Lydie fuerat: & Antipater fratris filius: uenerunt. Prius e uenere conuento: quam propter uetera certamina auersum maxime in pace credebant esse: & placatore eo sua: & regis spe inuento: tum P. Scipionem: & per eum consulē adierunt: prebitoq; iis petentibus frequenti consilio: ad mandata edenda. Non tam quid ipsi dicamus: inquit Zeuxis: q̄ ut a uobis queramus Romam: quo piaculo: expiare errorem regis: pacē ueniamq; impetrare a uictoribus possimus: maximo semper animo uictis regibus populisq; ignouistis: quanto id maiore & placatiore animo decet uos facere: in hac uictoria: que uos dominos orbis terrarum fecit: positis iam aduersus omnes mortales certaminibus: haud secus q̄ deos consulere: & parcere uos generi humano oportet. Iam ante q̄ Legati uenirent decretum erat: quid rēspōderetur. Respondere affricanum placuit. Is in hunc modum locutus fertur. Romani ex us: que in deum īmortalium potestate erant: ea habemus que dii dederunt animos: qui nostre mentis sūt: eosdem in omni fortuna gessimus. gerimusq;. neq; eos secunde res intulerunt: nec aduerse minuerunt. cuius rei: ut alios omittā hannibalem uestrum uobis darem testem: nisi uosipsos dare posse Postq̄ hellespontum traiecimus: priusq̄ castra Regia priusq̄ aciem uidereimus: cum cōmunis mars: & incertus belli euentus esset: de pace uobis agentibus: quam pares paribus ferebamus conditiones easdē nunc uictores uictis ferimus. Europa abstinete. Asiaq; omni. que cis Taurum montem est: decedite: pro impensis deinde in bellū factis

xv. milia talentum euboicorum dabitis. Quingenta presenta Duo milia & quingenta cum Senatus populus q. no. pacem comproba uerunt. Mille deinde talentum per xii. annos. Eumeni quoq. reddi. cccc. talenta & quod frumenti reliquum ex eo quod patri debitum est placet. Hec cum pepigerimus: facturos uos: ut pro certo habeamus. erit quidem aliquod pignus: si obsides uiginti nostro arbitratu dabitis. Sed nunq̃ satis liquebit nobis. ibi pacẽ esse populo no. ubi hannibal erit. Cum ante omnia deposcimus.

Thoantem quoq; Etolum concitatorem Etolici belli: qui & illos fiducia uos: ut uestra illos in nos armauit: dedatis. Et cum eo Masasymmacum Acarna: & Chalcidensem Philonem: & Eubolũ.

In deteriore fortuna pacem facier rex: quia seruit facit q̃ face re potuit. si nunc remoratus fuerit: sciat Regum maiestatẽ diffi cilius ab summo fastigio ad medium detrahi: q̃ a mediis: ad ima precipitari. Cum iis mandatis ab rege missi erant Legati. ut om nem pacis conditionem acciperent. ita q. romam mitti legatos placuit. Consul in hyberna exercitum magnesiam & Meandrũ: & Thrallis ephesum q. diuisit. Ephesum ad consulem paucos post dies obsides ab rege adducti sunt. & Legati: qui romam irent: uenerunt. Eumenes quoq. eodem tempore profectus est romã quo Legati regis sequiti eos sunt Legationes omnium asie Popu lorum. Cum hec in asia geruntur: duo fere subidem tempus: cum triumphi spe Pretores de Prouinciis romam redierunt. Qu. Mi nutius ex Liguribus. M. Acilius ex Etolia auditis utriusq. rebus ge stis Minutio negatus Triumphus Acilio magno consensu decretus.

Isq. triumphans de rege Antiocho & Etolis urbem est inuectus. Pre lata in eo triumpho sunt signa militaria. cc. xxx. & argenti fecti tria milia pondo. Signati tetracinnũ attricum. cxii. milia. Cistopho ri. ccc. xlvii. vasa argentea celata multa magniq. ponderis. Tulit & suppellectilem regiam argenteam. Ac uestem magnificam. co ronas aureas: dona sociarum ciuitatum. xlv. spolia omnis generis captiuos nobiles etolos: & regios Duces sex & triginta duxit. De

mocritus ętolorum. Dux: paucos ante dies cum e carcere effugisset
noctem in ripa Tyberis consequutis custodibus priusq̃ comprehē
deretur gladio se transfixit. Milites tantum qui sequerentur currū
defuerunt. alioquin magnificus & spectaculo: & fama rerū trum
phus fuit. Huius triumphi minuit lętitiam nuntius ex hispania
tristis aduersa pugna in vascentanis ductu. L. ęmilii proconsu
lis apud oppidum lyconem cum Lusitanis. sex milia de exercitu
ro. cecidisse: ceteros pauentes intra uallum compulsos. ęgre ca
stra defendisse: & ad modum fugientium magnis itineribꝫ in a
grum pacatum reductos. Hec ex hispania nuntiata ex Gallia Le
gatos Placentinorum: & cremonensium. L. Aurunculeius Prętor
in Senatum introduxit iis querentibus inopiam colonorū aliis
belli casibus: aliis morbo: absumptis quosdam tedio accolarum
Gallorum reliquisse Colonias: decreuit Senatus uti. C. Lęlius Cō
sul si ei uideretur: sex milia familiarum conscriberet: quę ī eas
colonias diuiderunt. & ut. L. Aurunculeius Prętor triūuiros
creare: ad eos deducendos. creati. M. Acilius Serranus. L. Valeri⁹
P. F. L. Valerius. C. f. Tappo. Haud ita multo post cum iam Cōsu
larium Comitiorum appeteret tempus. C. Lęlius Consul ex Gal
lia Romam redit. Is non solum ex facto absente se. S. C. in supple
mentum Cremonę & Placentię colonos scripsit: sed ut noue co
lonię duę in agrum qui Boiorum fuisset ducerentur. & retu
lit ex auctore eo. Patres censuerunt eodem tempore. L. emilii
prętoris litterę allatę de nauali pugna ad Mynonnesum facta
& L. Scipionem Consulem exercitum in Asiam traiecisse. Victo
rię nauali gratia in diem unum supplicatio decreta est. In alte
rum diem q̃ exercitus Romanus tum in Asia potuisset castra ut
ea res prospera: & leta eueniret. Vicenis maioribus hostiis in
singulas supplicationes sacrificare consul & iussus. Inde consu
laria comitia magna contentione habita. M. emilius Lepidus
petebat: aduersa omnium fama quod prouinciam Siciliam: pe
tendi causa non consulto Senatu ut ubi id facere liceret reliqs

set. Petebant cum eo. M. Fuluius Nobilior. C. N. Manlius. M. Va
lerius Massilla. Fuluius Consul unus creatur cum ceteri centu
rias non explessent: isq; postero die. Cn. Manlium lepido deiecto:
nam Messalla iacuit collegam dixit. Pretores exinde facti: duo:
Q. Fabius Labeo: & pictor Flamē Quirinalis eo anno inauguratꝰ
fuerat. M. Sempronius Tuditanus. L. Postumius albinus. L. Plau
tius hypseus. L. Bebius diues M. Fuluio nobiliore: & Cn. Manlio
Volsone consulibꝫ. Valerius antias auctor est rumorem celebrē
Romæ fuisse: & pene pro certo habitum recipiendi Scipionis ado
lescentis causa. Consulem. L. Scipionem: & cum eo. P. Affricanū in
colloquium euocatos Regis: & ipsos comprehensos esse: & Ducibꝫ
captis confestim ad castra Romana exercitum ductum. eaq; ex
pugnata: & deiectas omnes copias Romanoꝝ esse. Ob hæc Ætoliꝰ su
stulisse animos. & abnuisse imperia facere. Principesq; eorum in
Macedoniam: & in dardanos: & in Thraciā ad conducenda mer
cede auxilia profectos. Hæc qui nuntiarent Romam. A. Tarentiū
Varronem & M. Claudium Lepidum ab. A. Cornelio propreto
re ex Ætolia missos esse. Subtexit deinde fabulę huic Legatos Æto
los in Senatum inter cætera hoc quoq; interrogatos esse unde au
dissent Imperatores romanos in Asia captos ab Antiocho Rege: exer
citum deletum esse: Ætolos respondisse ab suis legatis se qui cū
consule fuerint certiores factos Rumoris huius quia neminē
alium auctorem habeo: neq; affirmata res mea opinione sit: nec
pro uana pretermissa. Ætoli Legati in Senatum introducti: cum
& causa eos sua & fortuna hortaretur: ut confitendo seu suæ cul
pę seu errori ueniam peterent supplices: orsi a benefitiis in Popu
lum Romanum & prope exprobrantes uirtutem suam: in Philip
pi bello: & offenderunt aures insolentia sermonis: & eo uetera
& obliterata repetendo rem adduxerunt: ut haud populo plu
rium maleficiorum gentis: q̄ benefitiorum memoria subiret ani
mos patrum. & quibus misericordia opus erat: iram & odium irri
tarent. Interrogati ab uno Senatore permitterent ne arbitriū de

se Populo

se Populo Romano. deinde ab altero. Habituri ne eosdem quos
Populus Ro. socios & hostis essent. nihil ad ea respondentes egre
templo iussi sunt. Conclamatum deinde prope ab uniuerso Se
natu est: totos ad huc Antiochi ętolis esse: & ex unica ea spe pon
dere amos eorum. Itaq; bellum haud dubiis hostibus gerendum.
perdomandumq; feroces animos esse. Illa etiam res accendit. quod
eo ipso tempore quo pacem ab Romanis petebant. Dolopię atq;
Athamanię bellum inferebant. Senatus consultum in. M. Acilii sē
tentiam: qui Antiochum ętolosq; deuicerat: factum est: Aetoli eo
die iuberentur proficisci ab urbe: & intra quintum decimū diē
Italia excedere. A. Terentius varro ad custodiendum iter eorū
missus. Denuntiatumq; siqua deinde legatio ex ętolis nisi ꝑmis
su Imperatoris qui eam prouinciam obtineret. & cum legato Ro
mano uenisset Romam pro hostibus omnes futuros ita dimis
si ętoli. De prouinciis deinde consules retulerunt sortiri eo ęto
liam & Asiam qui Asiam sortitus esset: exercitus ei quē. L. Scipio
haberet: est decretus & in eum supplementum quatuor milia
peditum Romanorum: ducenti equites: & Sociorum ac Latini no
minis sex milia peditum: & quadringenti equites: his copiis bellū
gereret. Alteri Consuli exercitus. qui erat in ętolia est decretus
& ut in supplementum scriberet: per missum ciuium Sociorumq;
eundem numerum quem collega. Naues quoq; idem Consu: quę
priore anno paratę erant: ornatę iussus ac ducere secum. Nec cū
ętolis solum bellum gerere: sed etiam in Cephaleniam insulam tra
iicere. Mandatum eidem ut si per cōmodum rei P. facere posset
ut ad comitia Romam ueniret. Nam pręterq̄ q; magistratus ānui
subrogandi essent. Censores quoq; placere creari. siqua res eum te
neret Senatum certiorem faceret: se ad Comitiorum tēpus occur
rere non posse. ętolia. M. Fuluio Asia. Cn. Manlio sorte euenit. Pre
tores deinde sortiti sunt. L. Postumius Albinus Vrbanam & inter
peregrinos. M. Sompronius Tutidanus Siciliam. Q. Fabius pictor
Flamē Quirinalis Sardiniam Qu. Fabius Labeo classem. L. Plauti

Hyspeus hispaniam citeriorē. L. Bebius Diues hispaniam ulterio
rem. Sicilię legio una: & classis quę in ea Prouincia erat decreta
& ut duas decimas frumenti prętor impetraret Siculis Carum al
teram in Asiam alteram in Etoliam mitteret. idem ab Sardis exigi:
atq; ad eosdem exercitus id frumentum ad quos Siculum deporta
iussum. L. Bebio supplementum in hispaniam datum mille Roma
ni pedites. equites quinquaginta: & sex milia peditum Latini no
minis: & .ccc. equites: cum his supplementis: ut singulas legiones
duę hispaniæ haberent. Prioris anni magistratibꝫ. C. Lelio: cū suo
exercitu prorogatum in annum Imperium est. Prorogatum & P.
Iulio Propretori in hetruria: cum eo exercitu: qui in prouincia
esset. E. M. Tutio propretori in Brutiis & Apulia. Priusq̄ in pro
uincias prętores irent: certamen inter P. Licinium pontificē Ma
ximum fuit: & Q. Fabium prętorem flaminem Quirinalē: qua
patrum memoria inter L. Metellum: & Postumium Albinū fue
rat. Consulem illum cum. C. Luctatio collega in Siciliam ad Clas
sem proficiscentem ad sacra retinuerat Metellus Pontifex maxi
mus. Prętorem hunc: ne in Sardiniam proficisceretur. P. Licinius
tenuit & in Senatu: & ad Populum magnis contentionibus certa
tum est. & Imperia inhabita ultro citroq; & pignora capta. &
mulcte dc̄ę & Tribuni appellati: & prouocatum ad populum est.
Religio ad postremum uicit: ut dicto audiens esset flamē pontifi
ci. & multę & iussu populi remissę. Ita prouincia erepta. Prętorē
magistratu addicare se conantem. Patres auctoritate sua deterru
erunt. & ut ius inter peregrinos diceret decreuerunt Delectibꝫ
deinde intra paucos dies: neq; enim multi milites legendi erant
perfectis consules prętoresq; in prouincias proficiscuntur. Fama
deinde de rebus in Asia gestis: temere uulgata: sine auctore: &
post dies paucos nuntii certi. litterę quę Imperatoris Romani alla
tæ quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt: deside
rant enim uictum in Etoliam metuere: q̄ auerterunt famā: quod
quod in euntibus id bellum grauis hostis & suis uiribus & q; hām

balem rectorem militię haberet. uisus fuerat. Nihil tamen aut
de consule mutendo in Asiam mutandum: aut munienda eius
copias: censuerunt metu: ne cum Gallis foret bellandum. haud
multo post. M. Aurelius Cotta legatus Scipionis: cum Antiochi
Regis Legatis: & Eumenes rex Rhodiiq; Romam uenerunt. Cotta
in Senatu primum: deinde in contionem iussu patrum: que acta
in Asia essent exposuit. Supplicatio inde in triduum decreta est.
& xl. maiores hostię immolari iussę. Omnium primum Eumeni
Senatus datus est. Is cum breuiter egisset gratias patribus: q; obsi
dione se ac fratrem exemissent regnumq; ab iniuriis Antiochi uī
dicassent: & gratulatus esset: quod mari terraq; prospere res ges
sissent: quodq; Regem Antiochum fusum fugatumq; & exutū ca
stris prius Europa: post Asia: que cis Taurum montem est: expulis
sent sua deinde merita malle eos ex Imperatoribus suis Legatisq;
quam se cōmemorante: cognosci dixit. hęc approbantibus cūc
tis iubentibusq; dicere ipsum: omissa in id uerecundia: quid sibi
ab Senatu populoq; Ro. tribui æquum censeret: propensius cu
mulatiusq; siquo possit: pro ut eius merita sint Senatum facturū.
ad ea rex. si ac aliis sibi premiorum optio deferretur: libenter da
ta modo facultate consulendi Senatum Romanum: consilio āplis
simi ordinis usurum fuisse: ne quid aut immoderata cupisse aut
petisse parum modeste uideri posset: uerū enim uero: cum ipsi da
turi sint multo magis munificentiam eorum in se: fratresq; suos:
ipsorum arbitria debere esse. Nihil hac oratione eius. P. C. deter
riti sunt: quo minus dicere ipsum iuberent: & cum aliquandiu
hīc indulgentia hinc modestia inter permittentes inuicem nō
magis mutua q̄ inexplicabili facilitate certatum esset. Eume
nes templo excessit. Senatus in eadem pstare sententia: ut ab
surdū esset diceret: ignorare Regem: quid sperans: aut petens: ue
nerit quę accomodata regno suo sint: ipsum optime scire Asiam
longe melius: q̄ senatum nosse. Reuocandum igitur & cogēdum
quę uellet: quęq; sentiret expromere reductus a Prętore ītēplū

rex: & dicere iussus: perseuerassē inquit tacere. P. C. Rhodiorū
Legationem mox uocaturos suos scirem: & illis auditis mihi ne
cessitatem fore dicendi: quę quidem eo difficilior oratio erit: qđ
ad ipsos quidem priore pertineat petere uideantur: agent enim
causam ciuitatum Grecarum: & liberari eas dicent debere quo ī
petrato cui dubium est quin & a nobis auersuri sint. non eas mo
do ciuitates quæ liberabuntur: sed etiam ueteres stipendiaria no
stras. sibi autem tanto obligatos beneficio: uerbo Socios re uera sub
iectos imperio: & obnoxios habituri sint: & si diis placet: cū has
tantas opes affectabunt: dissimulabunt ulla parte ad se pertinē
uos modo id dicere: & conueniens esse ante factis dicent hec uos
ne decipiat oratio: prouidendum uobis erit. ne ue non solū inę
qualiter alios nimium de primatis ex socus uestris alios pręter
modum extollatis sed etiam ne qui aduersus uos arma tulerint
meliore statu sint q̄ socii aut amici uestri. quod ad me attinet
in his rebus cessisse intra finem iuris mei cuilibet uideri malim:
q̄ nimis pertinaciter in obtinendo eo tendisse in certamine ami
citiæ uestræ beniuolentiæ erga uos honoris qui a uobis habebitur
minime equo animo uinci possum: hac ego maximam hereditatem
a patre accepi: qui primus omnium asiam: Greciamq; incolē
tium in amicitiam uestram uenit. eamq; perpetua & constanti
fide ad extremum finem uitæ perduxit: nec animum dūtaxat
uobis bonum ac fidelem prestitit: sed omnibus interfuit bellis
quæ in Grecia gessistis terrestribus naualibusq; omni genere
cōmeatuum ita ut nemo sociorum uestrorum æquari ulla par
te possit uos adiuuit. Postremo cum Boetios ad societatem uestrā
hortaretur: in ipsa contione inter mortuus haud multo post ex
pirauit. Huius ego uestigia ingressus uoluntate quidem & stu
dio uobis adiicere: et enim inexuperabilia hec erant: nihil po
tui rebus ipsis meritisq; & impensis offitiorū: ut superare possē
fortuna tempora antiochus & bellum in asia gestum prebuerūt
materiam. Rex asiæ & patris europę antiochus filiam suam in

matrimonium mihi dabat restituebat exemplo ciuitates que dese
cerant a nobis spem magnam in posterum ampliandi regni faciebat
si secum bellum aduersus uos gessissem non gloriabor eo q̃ nihil in
uos deliquerim illa potius que uetustissima domus nostre uobiscũ
amicitia digna sunt referẽ pedestribus naualibusq̃ copiis ut ne
mo uestrorum sociorum me ẽquiparare posset Imperatores uros
audiui cõmeatus terra mariq̃ suppeditari naualibus prẽliis quae
multis locis facta sunt omnibus affui nec labori meo nec periclo
usq̃ pepercĩ quod miserrimum est in bello obsidionem passus sũ
P ergami inclusus cum diserimine ultimo simul utr̃e regniq̃ libe
ratus deinde obsidione cum alia parte Antiochus alia Seleucus cir
ca arcem regni mei castra haberent refectis rebus meis tota classe
ad hellespontum L Scipiom cons uestro occurri ut eum intrai
ciendo exercitu adiuuarem Postea q̃ in Asiam exercitus uester
est trangressus nunq̃ a consule abscessi nemo miles romanus ma
gis assiduus in castris uestris fuit q̃ ego fratresq̃ mei nulla expe
dito nullum equestre prẽlium sine me factum est in acie ibi steti
eam partem sum tutatus in qua me consul esse uoluit Non sũ hoc
dicturus P C quis hoc bello meritis erga uos mecum comparari po
test Ego nulli omnium neq̃ populorum neq̃ regum quos in ma
gno honore habetis non ausim me comparare Masanissa hosti uo
bis ante q̃ socius fuit nec in colum regno cum auxilius suis sed ex
torris expulsus amissis omnibus copiis cum turma equitũ in castra
confugit uestra tamen eum qui in Africa aduersus Syphacem q̃
carthaginensis fideliter atq̃ impigre uobiscum stetit non in patri
um solum regnum restituistis sed adiecta opulentissima parte Sy
phacis regni prepotentem inter Africe Reges fecistis Quo tãdẽ
igitur nos prẽmio atq̃ honore digni apud uos sumus qui nũq̃
hostes semper socii fuimus pater ego fratresq̃ mei non Asia tãtũ
sed etiam procul ab domo in Peloponneso in Boetia in Etolia Phi
lippi Antiochi Etolico bello terra mariq̃ pro uobis arma tulim'
quid ergo postulas dicat aliquis ego P C quoniam dicere unq̃ uo

lentibus uobis parendum est. si uos ea mente ultra Tauri iuga An
tiochum egecistis ut ipsi tenerent eas terras nullos accolas nec fi
nitimos habere: q̃uos malo nec ulla alia re tutius stabiliusq; re
gnum meum futurum spero. sed si uobis decedere inde atq; de
ducere exercitus in animo est: neminem digniorem esse ex socius
uestris: qui bello a uobis parta possideat q̃ me ducere ausim. Ac
enim magnificum est liberare ciuitates seruas ita opinor si nihil
hostile aduersus uos fecerunt. Sin autem Antiochi partis fuerunt
quanto est uestra prudentia & equitate dignus socius bene me
ritis q̃ hostibus uos consulere? Grata ratio regis patribus fuit. &
facile apparebat munifice omnia. & propenso animo facturos. In
terposita Smyrneorum breuis Legatio est: qua non aderant qui
dam Rhodiorum. Collaudatis egregie Smyrneis: quod omnia ulti
ma pati. q̃ se regi tradere uoluissent: introducti Rhodii sunt. Quos
princeps legationis: expositis initiis amicitie cum populo Roma
no meritisq; Rhodiorum Philippi prius: deinde Antiochi bello. Ni
hil inquit nobis tota nostra actione. P. C. neq; difficilius: neq; mo
lestius est: q̃ q; cum Eumene nobis disceptatio est. cum quo uno
maxime Regum: & priuatum singulis. & quod magis nos mouet:
publicum ciuitati nostre hospitium est. Ceterum non animi nostri
P. C. nos sed rerum natura: que potentissima est. disiungit ut nos li
beri: etiam aliorum libertatis causam agamus. Reges seruia omnia
& subiecta Imperio suo esse uelint. utrunq; tamen res sese habet:
magis uerecundia nostra aduersus regem nobis obstat: quã ipsa
disceptatio: aut nobis impedita est: aut uobis perplexam delibera
tionem prebitura uidetur. Nam si aliter socio & amico regi & bene
merito hoc ipso in bello. de cuius premiis agitur: honus haberi nul
lus posset: nisi liberas ciuitates traderetis ei: esset deliberatio an
cepsi: ne aut Regem amicum inhonoratum dimitteretis: aut dece
deretis instituto uestro gloriam Philippi bello partam nunc ser
uitute tot ciuitatum deformaretis. sed abhac necessitate aut gra
tie in amicum minuende: aut glorie uestre egregie uos fortuna

uindicat. Est enim deum benignitate non gloriosa magis: q̃ diues
uictoria uestra quę uos facile isto uelut ere alieno exoluat. nã
& Lycaonia: & Phrygia utraq; & Pysida omnis: & Chersonnesus:
quęq; circuniacent Europę: in uestra sunt potestate. quarũ una
quelibet Regi adiecta: multiplicare regnum eumenis potest
omnes uero date: maximis eum Regibus preferre licet ergo
uobis: & in premiis belli ditare socios: & non decedere institu
to uestro. debetis etiam meminisse: quem titulum pretenderitis
prius aduersus Philippum: nunc aduersus Antiochum belli:
quid feceritis Philippo uicto: quid nunc a nobis: non magis qa
fecistis: q̃ quia id quos facere decet. desideretur. atq; expectetur.
alia enim aliis honesta & probabilis est causa armorum: illi
agrum hi uicos: hi oppida: hi portus: oramq; aliquam maris:
ut possideant uos nec cupistis hęc ante q̃ haberetis: nec nunc
cum orbis: terrarum in ditione uestra sit cupere potestis. pro di
gnitate & gloria: apud omne humanum genus: quod uestrum
nomen: imperitumq; iuxta ac deos immortales iam pridem in
tuetur pugnatis. Quę parare: & quęrere arduum fuit: nescio
an tueri difficilius sit gentis uetustissimę: nobilissimęq; uel fa
ma rerum gestarum: uel omni cõmendatione humanitatis: doc
trinarumq; tuendam ab seruitio Regio libertatem suscepistis.
hoc patrocinium receptę in finem & clientelam uestram uniuer
sę perpetuum uos prestare decet. Non quę in solo modo antiquo
sunt. Grecę magis urbes sunt: q̃ colonię earum: illinc quodã pro
fecte in asiam. nec terra mutata mutauit genus: aut mores certa
re pio certamine cuiuslibet bonę artis: ac uirtutis. ausi sumus cũ
pertinentibꝫ quęq; ciuitas: & conditoribus suis. adistis asię ur
bes plęriq; nisi q; a uobis longius absumus nulla uincimur alia
re. Massilensis quos in natura insita uelut ingenio terrę: uinci
posset iam pridem efferassent tot indomitę circũfusę gentes in
eo honore: in ea merito dignitate audimus apud uos esse ac si
medium umblicum Grecię incoierent: non enim solummodo

lingue uestrum q; & habitum sed ante omnia mores & leges & ingenium sincerum integrumq; a contagione accolarum seruate. Terminus est nunc imperii uestri mons Taurus. quicquid intra eum cardinem est. nihil longinquum uobis uideri debet. quo arma peruenerunt eodem uis hinc profectum perueniat. Barbari quibus pro legibus semper dominorum imperia fuerunt quo gaudent regeres habeant. Greci suam fortunam uestros animos gerunt. domestici quondam uiribus etiam Imperium amplectebantur. nec Imperium ubi est: ibi ut sit perpetuum optant libertatem uestris tueri armis satis habent quoniam suis non possunt. At enim quedam ciuitates cum Antiocho senserunt. & alie prius cum Philippo & cum Pyrrho Tarentini ne alios populos enumerem carthago libera cum suis legibus est. huic uestro exemplo quantum debeatis uidete. P. Cn. inducetis in animu negare eumenis cupiditati qd iustissime ut uestre negastis. Rhodu & in hoc & in omnibus bellis que in ulla hora gessistis q; fortu fideliq; opera uos adiuuerimus uestro iudicio relinquimus: nunc in pace id consilium afferimus. q; si cõprobaueritis magnificentius uos uictoria uos esse q; uicisse omnes existimaturi sint. Apta magnitudini romane oratio usa est. Post Rhodios Antiochi Legati uocati sunt. In uulgato peterentium uenia more errorem falsi regis obtestati. P. C. ut sue potius clemenne q; regis culpe qui satis superq; penarum dedisset memores consulerent. Postremo pacem datam a. B. Scipione Imperatore quibus legibus dedisset confirmarent auctoritate sua. Et Senatus ea pace seruandam censuit. Et paucos post dies Populus iussit. Fedus in Capitolio cum Antipatro principe Legationis & eodem fratris filio regis Antiochi est ictum. Audite deinde & alie Legationes ex asia sunt quibus omnibus datum est responsum. Ducem Legatos more maiorum senatum missurum ad res asie discceptandas componẽdasq.

Summam tamen hanc fore ut eis Taurum montem que infra regni fines Antiochi fuissent eumeni attribuerentur preter Lyciam Cariamq; usq; ad Meandrum amnem. Ee ciuitates Rhodior esserent ee

rere ciuitates asie que attali stipendiarie fuissent: eedē eu
meni uectigali penderent que uectigales fuissent Antiochi ee
libere atq; immunes essent. Ducem Legatos hos decreuerē. Qu.
Minutium Ruffum. L. Furium Purpurionem. Quintum minu
tium Teremum Appium Claudium Nerōem. Cn. Cornelium ae
rulam. M. Iunium Brutum. L. Aurunculeium. L. Emilium Pau
lum. P. Cornelium Lentulum. P. Emilium Tuberonem. His que
presentis disceptationis essent libera mandata. De summa rerū
Senatus constituit. Lycaoniam omnem & Phrygiam utranq; & ay
sias Regias siluas & Lydie Ioniecq; extra oppida: que libera fuissēt
quo die cum Rege Antiocho pugnatum est & nominatim Magne
sian & Sypilum & Cariam que hydrella appellatur agrumq; Hy
drelletanum ad Phrygiam uergentem. & castella uicosq; ad me
andrum amnem nisi que libera ante bellum fuissent Thelmessō
tem nominati. & castra Thelmessium preter agrum qui Prolemei
Thelmessii fuisset. hec omnia: que supra sunt scripta Regi eume
ni tulla dari. Rhodiis Lycia data: que extra eundem Thelmesson
tem: & castra Thelmessium: & agrum qui Prolemei Thelmessii
fuisset. hec & ab Eumene: & ab Rhodiis excepta. ea quecq; his pars
data Carie: que prope Orchon insulam trans meandrum amnē
est oppida uici: castella: agri. qui ad Pysidiam uergunt nisi que
eorum oppida in libertatem fuissent pridie: q̄ cum Antiocho Re
ge in asia pugnatum est. Pro his cum gratias egissent Rhodii de So
lis urbe que in Cilicia est egerunt. Agris & illo sicut se se eorun
dos esse. ab ea germanitate fraternam sibi cum us charitatē esse:
petere hoc extra ordinarium munus ut eam ciuitatem ex serui
tute Regia eximerent. Vocan sunt Legati regis antiochi: actūq;
cum iis. nec quicquam impetratum est: testante foedera Annpa
tro. aduersus que ab Rhodiis non Solos sed Ciliciam peti & iuga
Tauri transcendi. Reuocatis in senatum Rhodiis cum quātopere
tenderet Legatus regius exposuissent: adiecerunt. Si utrq; eā re
ad ciuitatis sue dignitatem pertinere censerent Rhodii senatū

ommimodo expugnaturum pertinaciam Legatorum. Tū uero impensius q̄ ante Rhodii gratias egerunt. cessurosq; se potius arrogantie Antipatri. q̄ causas turbande pacis prębituros dixerunt: Ita nihil de solis mutatum est. Per eos dies quibus hęc gesta sunt Legati massilienſium nunciauerunt. L. Bebium prętorem in Prouinciam hiſpaniam proficiſcentē ab Liguribus circūuēctū. magna parte comitum cesa uulneratum ipſum cum paucis ſine lictoribus Maſſiliam profugiſſe. & intra triduum expiraſſe. Senatus ea re audita decreuit uti. P. Iunius Brutus qui prętor in hetruria eſſet prouincia exercituq; traditus. uti cui uiderentur ex Legatis ipſe in ulteriorem hiſpaniam proficiſceretur: eaq; ei prouincia eſſet hoc ſenatus conſultum. Litteręq; a Sp. Poſtumio prętore in hetruriam miſſe ſunt. profectusq; in hiſpaniam eſt P. Iunius propretor: in qua Prouincia prius aliquanto q̄ ſucceſſor ueniret. L. Emilius Paulus qui poſtea Regem Perſea magna gloria uicit cum priore anno haud proſpere rem geſſiſſet: tumultuario exercitu collecto: ſignis collatis cum Luſitanis pugnauit. o
F uſi fugatiq; ſunt hoſtes cesa decem & octo milia armatorum. Tria milia capti. & caſtra expugata. Huius uictorię fama tranquillores res in hiſpania recepit. Eodem anno ante diem iii. Kalendas Ianuarii. Bononiam Latinam Coloniam ex S.C. L. Valerius Flaccus. M. Acilius Serranus. L. Valerius Trappo Triūuiri deduxerunt. Tria milia hominum ſunt deducta. Equitibꝰ ſeptuagena iugera. ceteris colonis quinquagena ſunt data agri captis de Gallis Boiſ fuerat. Galli Tuſcos expulerant. Eodem anno cenſuram multi & clari uiri petierunt. quę reſ tanq̄ in ſe parum magni certaminis cauſam haberet aliam contentionem multo maiorē excitauit. Petebant T. Quintius Flamminus. P. Cornelius Cn. filꝰ Scipio. L. Valerius Flaccus. M. Portius Cato. M. Claudius Gelo-
m. Acilius Glabrio: qui Antiochum ad Thermopylas & tolosque deuicerat. In hinc maxime quod multa conciliа habuerat quibus magnam partem hominum obligarat fauor populi ſe inclinabat.

Ad cum egre paterentur tot nobiles nouum sibi hominem tātū
preferri. P. Sempronius Gracchus & C. Sempronius Rutilius
Tr. pl. ei diem dixerunt q̄ pecunię regię predę q̄ aliquantū
capte in Antiochi castris. neq; in triumpho tulisset: neq; in ęra
rium detulisset. Varia testimonia Legatorum tribunorumq;
militum erant. M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cuius
auctoritatem perpetuo tenore uitę paratam toga candida ele
uabat. Is testis quę uasa aurea atq; argentea captis castris inter
aliam regiam predam uidisset ea se in triumpho negabat ui
disse. Postremo in huius maxime inuidiam desistere se peti
tione. Glabrio dixit quando quidem tacti indignarentur
nobiles homines. Ideoq; nouus competitor inęstimabili per
iurio intercesserit. Centum milium multa irrogata erat. bis
de ea certatum est. tertio cum de petitione destitisset reus: nec
populus de multa suffragium ferre uoluit. & tribuni eo nego
tio destiterunt. Censores T. Quintius Flāminius. M. Claudius
marcellus creati. Per eosdem dies. L. Æmilio Regillo: qui classe
prefectum Antiochi regis deuicerat extra urbem in ęde Apolli
nis cum senatus datus esset: audius rebus gestis eius quantis
cum classibus hostium dimicasset: quot inde naues demersisset
aut cepisset magno consensu patrum triumphus nauals est de
cretus. triumphauit Kalendas februarii. In eo triumpho unde
quinquaginta corone aureę translatę sunt. Pecunię nequaquā
tanta pro specie regii triumphi. Tetracma attica. cc. xxxiii. mi
lia. Cystophori. ccc. xxxv. milia. Supplicationes deinde fuerūt
ex Senatus consulto q. L. Æmilius in hispania prospere rem p.
gessisset. haud ita multo post. L. Scipio ad urbem uenit qui ne co
gnomini fratris cederet. Asiaticum se appellari uoluit. & in sena
tu: & in contione de rebus a se gestis disseruit. Erant qui fama
id maius bellum: quam difficultate rei fuisse. interpretarētur.
uno memorabili prelio debellatum. gloriamq; eius uictorię de
floratam ad Termophylas bellum: q̄ regnum fuit quota enim

parte uirum suaꝝ ibi dimicant Antiochus in asia totus asie
steterunt ures ab ultimi orientis partibus omnium gentiū con
tractis auxiliis. Merito ergo & dijs īmortalibus quantus ma-
ximus poterat habitus est honos quod ingentem uictoriam facilē
etiam fecissent Imperatori triumphus est decretus triumpha
uit mense intercalario pridie Kalendas Martias. Qui triumpho
spectaculo oculorum maior quā africani fratris eius fuit. Recor
datione rerum & estimatione periculi certaminis q; non magis
comparandus q̄si Imperatorem Imperatori aut Antiochum Du
cem hannibali conferres. Tulit in Triumpho signa militaria. cc.
xxxiii. Oppidorum simulachra. c.xxxiii. Eburneos dentes. M.
cc.xxi. Aureas coronas. cc. xxxiii. Argenti pondo. c. xxxvii mi
lia & cccc. uiginti. Tetradrachmum atticorum. cc. xl. milia. Cystopho
ri. ccc. xxxi. milia & lxx. numos aureos Philippeos. c. xl. milia
vasorum argentorum omnia celata erant. Mille pondo & cccc x
xiii. aureorum mille pondo. xxxii. Et duces regii prefecti & pur
purati duo & xxx. ante currum ducti. Militibus quini uicē
denarii dati. Duplex centurioni. Triplex equiti. Et stipendiū mili
tare & frumentum duplex: post triumphum datum. Prelio in a
sia facto duplex dederat. Triumphauit anno fere postq̄ consula
tu abiit. Eodem fere tempore Cn. Manlius consul in Asiam & Qu.
Fabius Labeo pretor ad classem uenit. ceterum consilii non dee
rat cum Gallis belli materia. Mare pacatum erat deuicto Antiocho
cogitantiq; Fabio: cui rei potissimum insisteret: ne ociosam Pro
uinciam habuisse uideri posset. optimum uisum est in Cretam in
sulam traicere. Cydoniate bellum aduersus Cortynios Gnosiosq; ge
rebant & captiuorum Romanorum atq; Italici generis magnus
numerus in seruitute esse per totam insulam dicebatur. Classe
ab Epheso profectus cum primum Crete litus attigit nuntios cir
ca ciuitates misit. ut armis abstinerent captiuosq; insulq; quenq;
urbibo agrisq; conquisitos reducerent: & Legatos mitterent ad
se cum quibo ad Cretenses pariter Romanos q; pertinentibo age

ret. Nihil magnopere ea Cretenses mouerunt captiuos: preter Cor
tynios: nulli reddiderunt Valerius Antias ad .iiii. milia captiuorum
quia belli minas timuerunt: ex tota insula reddita scripsit eamque
causam Fabio cum rem nullam aliam gessisset naualis triumphi
impetrandi ab senatu fuisse. ac Ephesum Fabius redit. Inde tri
bus nauibus in Thracie oram missis ab heno & Maroīa presidia
Antiochi deduci iussit: ut in libertate ee ciuitates essent;

CVM IN ASIA BELLVM
geritur: ne in Etolia quidem: quie
te res fuerant principio agente Atha
manum orto. Athamani ea tempesta
te pulso Aminando: sub prefectis Phi
lippi Regio tenebantur presidio qui
superbo: ac īmodico imperio deside
rium Aminandri fecerant. Exultāti
tum Aminandro in Etolia: litteris su
orum indicantium statum Athamanie spes recuperandi regni
facta est. remissique ab eo nuntiant principibus Argitheam: id enī
caput Athamanie erat: si popularium animos satis perspectos habe
rent impetrato ab Etolis auxilio in Athamaniam se uenturum De
lectisque consilium esset gentis & Nicandro pretore: quos ubi ad oīa
paratiores esse uidit: certiores subinde facit: quo die cum exercitu
Athamaniam ingressurus esset. Quattuor primo fuere coniurati
aduersus Macedonum presidium. Bissenos adiutores sibi ad rem
gerendam assumpserunt. deinde paucitate parum freti: que celāde
rei q̄ agende patior erat parem priori munerum adiecerunt. ita
duo & .xxx. facti quadrifariam se diuiserunt. Pars una Heracleā.
altera Tetraphiliam petit: ubi custodia regie pecunie esse solita
erat. Tertia Theudoriam. Quarta Argitheam. Ita inter omnes

conuenit ut primo quieti uelut ad priuatã rem agendã uenissẽt
in foro obuersarentur: die certa multitudinem omnem cõuoca
rent ad presidia macedonum arcibus expellenda. Vbi ea die ad
uenit & Aminander cum mille ẽtolis se in finibus posuerat. ex
composito quattuor simul locis presidia macedonum expulsa. ut
tereq; in alias urbes passim dimisse: ut uindicarent se se ab impotẽ
ti dominatione Philippi. & restituerent Aminandũm in patriũ
ac legitimum regnum. Vndiq; Macedones expelluntur. Theũ
oppidum literis a Zenone prefecto presidi intercepts & arce
ab Regiis occupata: paucos dies obsidentibus restitit. deinde id
quoq; traditum Aminandro est. & omnis Athamania in potestate
erat preter atheneum castellum finibus Macedonie subiectum.
Philippus audita defectione Athamanie cum sex milibus armatorũ
profectus ingenti celeritate Gõphos peruenit ubi reliqua maiori
parte exercitus: neq; enim ad tanta itinera sufficerat cum duobus
milibus atheneum: qđ unum a presidio suo retentum fuerat per
uenit. inde proximis temptatis cum facile animaduertisset ce
tera hostilia esse Gophos regressus omnibus copiis simul in Atha
maniam redit. Zenonem inde cum mille peditibus premissum
ethopiam occupare iubet: opportune Argithee imminentẽ. Quem
ubi teneri a suis locum uidit: ipse circa templum Iouis sacrum po
suit castra. Ibi unum diem fœda tempestate retentus: postero die
ducere ad Argitheam intendit. Eumdem extemplo apparuere
Athamanes in tumulos imminentis uie discurrentes ad quorũ
conspectum constitere prima signa. totoq; agmine timor: & trepi
datio erat. & prose quisq; quidam futurum esset. cogitare. si in ual
les subiectas rupibus: agmen foret dimissum. Hec tumulatio re
gem cupientem: se si sequerentur: raptim euadere angustias re
uocare primos: & eadem qũ uenerat uia referre coegit signa. Atha
manes primo ex interuallo quieti sequebantur: postq; ẽtoli se
coniunxerunt hos ut ab tergo agmini instarent: reliquerunt ipsi
a lateribus se circumfuderunt. quidam per notos colles breuiore

uia pregressi transitus insedere: tantumq; tumultus Macedoni
bus est iniectum ut fuge magis effuse: q̃ itineris ordinati modo
multis armis uirisq; relictis flumen traiecerunt. Hic finis sequē
di fuit. Inde tuto Macedones Gomphos & a Gōphis in Macedoni
am redierunt: Athamanes, Etoli q; Ethopiam ad Zenonem ac
mille Macedonas opprimendos undiq; concurrunt. Macedones
parum fieri loco ab Ethopia in altiorē deruptioremq; undiq; tu
mulum concessere quo pluribꝫ locis aditu inuento expulere eos
Athamanes dispersosq;: & per inuia: atq; ignotas rupes iter fuge
non expedientis: partim ceperunt: partim interfecerunt. Mul
ti pauore in derupta precipitati. Per pauci cum Zenone ad Regē
euaserunt. Postea per indutias sepeliendi cesos potestas facta ē.
A minander recuperato regno Legatos Romam ad senatum: & ad
Scipiones in Asiam Ephesi post magnum cum Antiocho preliū
morantes: misit: Pacem petebat. excusabat q; se se q; per Etolos re
cuperasset paternum regnum. Philippum incusabat. Etoli ex
Athamania in Amphilocos profecti sunt & maioris partis uolun
tate: iniusditionemq; totam redegerunt gentem. Amphilocia
recepta: nam fuerat quondam Etolorum eadem spe in Aperā
tiam transcenderunt. Ea quoq; magna ex parte sine certamine
in deditionem uenit. Dolopes nunq̃ Etolorum fuerant. Philippi
erant. hi primum ad arma concurrerunt ceterum postq̃ Amphi
locos cum Etolis esse fugam que ex Athamania Philippi: & cedē
presidii eius accepere: ipsi a Philippo: ad Etolos deficiunt. Quibꝫ
circūuectis gentibus undiq; se a Macedonibꝫ tutos credentibus
esse Etolis fama affertur Antiochum in Asia uictum ab Romanis.
N ec ita multo post Legati ab Roma rediere: sine pacis spe Fuluiūq;
consulem nuntiantes iam cum exercitu traiecisse. His territi: priꝰ
ab Rhodio & Athenis legationibus excitis ut per auctoritatē ci
uitatum suae preces nuper repudiate faciliorem aditum ad Senatū
haberent Principes gentis ad tēptandum ultimam spem Romam
miserunt: nihil ne bellum haberet priusq̃ pene in conspectu hostis

erat premeditan. Iam M. Fuluius Apolloniam exercitu traiecto cū
Epirotarum principibus consultabat: unde bellum inciperet. Epi
rotis Ambraciam placebat aggredi: quę cum contribuerat se Eto
lis. Siue ad tuendam eam uenirent Aetoli apertos circa campos
ad dimicandum esse. Siue detractarent certamen: oppugnatio
nem fore haud difficilem: nam & copiam in propinquo materie
ad aggeres excitandos. & cętera opera esse. & Arethontem nau
gabilem amnem opportunum ad comportanda quę usui sint.
preter ipsa mœnia fluere. & æstatem: aptam rei gerendę adesse.
his persuaserunt ut per Epirum duceret. Consuli: ad Ambraciā
uenienti magni operis oppugnatio uisa est. Ambracia tumulo
aspero subiecta est. Perranthem incolę uocant urbi qua murus
uergit in campos. & flumen occidentem atque quę posita ī tumulo
est. orientem spectat. amnis Arethon ex Acarnania fluens cadit
in sinum maris ab nomine propinquę urbis Ambracium appel
latum. Preterq; quod hunc amnis munit: hunc tumuli: mu-
o quoq; firmo sępta erat. patente in circuitu paulo amplius m. pas
lia passuum. Fluuius bina a campo castra modico interse distāta
interuallo unum castellum loco edito: contra arcem obiecit. ea
omnia uallo ac fossa uigere parat: ne exitus inclusus ab urbe:
neue auditus fortis: ad auxilia intromittenda esset. Ad famam
oppugnationis Ambracię. Stratum iam edicto Nicandri preto
ris: conuenerant Etoli inde primo copiis omnibus ad prohiben
dam obsidionem uenire in animo fuerat. deinde postq; urbē ī
magna ex parte operibus sęptam uiderunt Epirotarum trans
flumen loco plano castra posita esse. diuidere copias placuit. cū
mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus per nondum
cōmissa inter se munimenta urbem intrauit. Nicandro cum cę
teris primo Epirotarum castra nocte aggredi consilium fuerat ha
ud facili ab Romanis auxilio. quia flumen intererat. deinde peri
culosum inceptum ratus: ne q̄ sentirent Romani. & regressus inde
in tuto non esset deterritus ab hoc consilio ad depopulandū Acar-

naniam iter conuertit. Consul iam munimentis quibus sepienda
urbs est iam operibus: quæ admouere muris parabat perfectis: quoq.
simul locis mœnia est aggressus. tria paribus interuallis faciliore
aditu a campo aduersus Pyrrheum quod uocant. admouit. unus
aduersus arcem aries muros quatiebat: assaribus falcatis deterge
bat pinnas. Oppidanos primo & ad speciem: & ad ictus mœnium
cum terribili sonitu editus: pauor & trepidatio cœpit deinde ut
præter spem stare muros uiderunt: collectis rursus animis in ari
etes tellenonibus liberamenta plumbi: aut saxorum stipites ro
bustos incutiebant: falces auchoris ferreis iniectis in interiorē
partem muri trahentes asserem perfringebant: ad hoc eruptioni
bus nocturnis in custodias operum: & diurnis in stationes ultro ter
rorem inferebant. In hoc statu res ad Ambraciam cum essent iā
ętoli populatione acarnanię statum redierant. inde Nicander
spem nactus soluendę incępto forti obsidionis Nicodamum cum
Ętolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem certam tēp'q
etiam noctis constituit: quo & illi ab urbe opera hostium: quę ad
uersus Pyrrheum erant aggrederentur: & ipse ad castra roma
na terrorem faceret. posse ratus ancipiti tumultu: & nocte au
gente pauorem memorabilem rem geri. & Nicodamus intē
pesta nocto cum alias custodias fefellisset: per alias impetu cō
stanti erupisset. superato brachio in urbem peterat. animiq; ali
quantum ad omnia audenda: & spei: obsessis adiecit. & simul cō
stituta nox uenit ex composito repente opera est aggressus. Id
inceptum conatu: q̄ effectu grauius fuit: quia nulla ab exteriore par
parte uis admota est: seu metu deterrito prętore ętolorum: seu qa
potius uisum est Amphilocis opem ferre nuper receptis: quos per
seus Philippi filius missus ad Dolopiam Amphilocosq; recipiendos
summa ui oppugnabat. Tribus locis sicut ante dictum est: ad Pyr
rheum opera romana erant: quæ omnia simul: sed nec apparatu:
nec ui simili Ętoli aggressi sunt. alii cum ardentibus facibꝰ: alii
stuppam picemq; & maleolos ferentes tota collucente flāmis acie

aduenere: multos primo impetu custodes oppresserunt. Deinde
postq̄ clamor: tumultusq; in castra est perlatus: datumq; a Cons.
signum: arma capiunt: & omnib; portis ad opem ferendam effu
duntur: uno loco ferro igniq; gesta res est a duob; irrito incepto
cum intentassent magisq̄ inissent certamen, ꝯ toli abscesserunt
atrox pugna in unum inclinauerat locum ibi diuersis partibus
duo Duces Eupolemus & Nicodemus pugnantes hortabantur:
& prope certa fouebantur spe iam Nicandrum ex composito affo
re: & terga hostium inuasurum. hec res aliquandiu animos pugnā
tium sustinuit. Ceterum postq̄ nullum ex composito signum a
suis accipiebant: & crescere numerum hostium cernebant destitu
ti segnius instare. Postremo re omissa: iam uix tuto receptu fugi
entes in urbem compelluntur: parte operum incensa & pluribus
aliquanto q̄ ipsi ceciderant interfectis. Quod si ex composito ꝛꝛ
acta res fuisset: haud dubium erat expugnari una utiq; parte
opera: cum magna cede hostium potuisse. ambracienses quiq; in
tus erant ꝯ toli non ab eius solum noctis incepto recessere: Sed
in reliquum quoq; tempus uelut proditi a suis segniores ad peri
cula erant. Iam nemo eruptionibus ut ante: in stationes hostium:
sed dispositi per muros & turres ex tuto pugnabant. Perseus ubi
adesse aetolos audiuit: omissa obsidione urbis: quam oppugnabat
depopulatus tantum agros amphilociam rediit. Et ꝯ tolos inde
auocauit: populatio maritime ore. Pleuratus Illyriorum rex cum
lx. lembis Corinthum sinum inuectus acheorum: que partis erāt
nauibus maritima ꝯ tolie uastabat. Aduersus quos mille ꝯ toli mis
si: quacunq; se classis circunegerat: per littorum anfractus bre
uioribus semitis occurrebant. Et romani ad ambraciam pluribus
locis: quatiendo arietibus muros: aliquantum urbis nudauerāt.
nec tamen penetrare in urbem poterant. nam & pari celeritate no
uus pro diruto murus obiicebatur. & armati ruinis superstantes in
star munimenti erant. itaq; cum aperta ui parum procederet
consuli res: cuniculum occultum: uineis ante collecto loco age

re instituit. & aliquādiu cum dies noctesq; in opere essent: nō so
lum sub terra fodientes: sed egerentes etiam humum. fefellere
hostem. Tumulus repente terra eminēs index operis oppidāis
fuit. pauidiq; ne iam subrutis muris facta in urbem uia esset fos
sam intra murum e regione eius operis: quod uineis contectum
erat: ducere instituunt. Cuius ubi ad tantam altitudinem: quā
tę esse solum infimum cuniculi poterat: peruenerunt silentio
facto pluribus locis aure admota: sonitum fodientium capta
bant: quem ubi acceperunt: aperiunt rectam in cuniculum uiā.
nec fuit magni operis momento enim ad inanem suspenso furcu
lis: ab hostibus muro peruenerunt. ibi cōmissis operibus: cum e
fossa in cuniculum pateret iter. primo ipsis ferramentis: quibꝫ
in opere usi erant: deinde celeriter armati etiam subeuntes: oc
cultam sub terrā ediderunt pugnam. Segnior deinde ea facta
est: intersepientibꝫ cuniculum ubi uellent nunc ciliis prętentis
nunc foribus raptim obiectis. Noua etiam haud magni operis:
aduersus eos qui in cuniculo erant: excogitata res est: dolium
a fundo pertusum. qua fistula modica inseri posset: & fistulam
ferream: operculum q; dolii ferreum: & ipsum pluribus locis per
foratum fecerunt hoc tenui pluma completum dolium ore in
cuniculum uerso: posuerunt. per opericuli foramina: prę longę
hastę: quas sarissas uocant: ad summouendos hostes eminebant
scintillā leuem ignis inditā plumę: folle fabrili ad caput fistulę
imposito flando accēderunt. inde non solum magna uis fumi:
sed acrior etiam fędo quodam nidore: ex adusta pluma: cū totū
cuniculum complesset: uix durare quisq̄ intus poterat: cū in hoc
statu res ad Ambraciam esset Legati ab ętolis Phaneas & Damocles
cum liberis mandatis: decreto gentis ad consulem uenerunt nam
prętor eorum: cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret: alia
infestam oram nauibus esse hostium: alia Amphilocos Dolopiamq;
a macedonibus uastari: nec ętolos simul ad tria diuersa bella oc
cursantes: sufficere conuocato concilio: ętolę principes quid agē

dum esset: consuluit. Omnium eo sententię decurrerunt: ut pax: si
posset equis si minus tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi
fiducia bellum susceptum Antiocho terra mariq; superato. & prope
extra orbem terrę ultra iuga Tauri exacto quam spem esse susti
nendi belli: Phaneas & damocles quod ere ętolorum ut in tali
casu: fideq; sua esse censerent: agerent. qđ enim sibi consiliū: aut
cuius rei electionem a fortuna relictam. Cum his mandatis missi:
orauere consulem ut misereretur gentis quondam socię nolle di
cere iniuriis miseriæ certe: coactę insanire. non plus mali meri
tos Ętolos antiochi bello: quam boni ante cum aduersus Philip
pum bellatum sit: fecisse. Nec tum large gratiam relictam sibi.
nec nunc īmodice pęnam iniungi debere. Ad ea consul respon
dit: magis sępe: q̄ uere unq̄ ętolos pacem petere: imitarētur
antiochum in petenda pace: quem in bellum traxissent. nō pau
cis urbibus eum: de quarum libertate certatum sit: sed omī alia
cis Tuaꝝ montem opinio regno excessisse. ętolos nisi inermes: de
pace agentes non auditurum se. arma illis prius equosq; omnes
tradendos esse. Deinde mille talentum argenti Populo. R. dādū.
cuius summę dimidium presens numeraret: si pacem habere uel
lent. ad ea adiecturum ēt in foedus esse ut eosdem quos populus
romanus amicos atq; hostes habebant. Aduersus quę legati: &
quia grauia erant: & quia suorum animos indomitos ac īmuta
biles nouerant: nullo reddito responso. domum regressi sūt. ut
etiam atq; etiam: quid agendum esset: re integra pretorē & prī
cipes consulerent. clamore & iurgio excepti: quid rem traherēt
qualēcunq; pacem referre iussi. cum redirent Ambraciā arca
nanum insidiis prope uiam positis: quibus cum bellum erat: cir
cūuenti Tyrrheum custodiendi deducuntur. Hęc mora iniecta
est paci. cum iam atheniensium: Rhodiorumq; Legati: quiad de
precandum pro his uenerant: apud consulem essent aminander
quoq; athamanum rex: fide accepta: uenerat in castra romana
magis pro ambracia ubi maiorem partem temporis exulauerat:

ad b

q̃ pro ętolis solicitus. Per hos certior factus Consul de casu Legato
rum: adduci eos a Tyrrheo iussit. Quorum post aduentum agi
ceptum est de pace aminander quod sui maxime operis erat im
pigre agebat: ut ambracienses compelleret ad deditionem. id cũ
per colloquia principum succedens murum parum proficisce
ret: postremo consulis permissu ingressus urbem partim cõsilio:
partim precibus euicit: ut permitterent se Romanis. Et Ętolos. C.
Valerius Leuini filius qui cum ea gente primum amicitiam pepi
gerat consulis frater: matre genitus eadem egregie adiuuit.
A mbracienses prius pacti: ut ętolorum auxiliares sine fraude ea
emitterent: aperuerunt portas deinde ut quingenta euboica da
rent talenta: ex quibus. cc. presentia. ccc. per annos sex pensioibꝫ
æquis captiuos perfugasq; redderent Romanis. Vrbem in quã for
mulæ sui iuris facerent: quæ post id tempus quo. T. Quintius tra
iecisset in Greciam: aut ui capta ab Romanis esset: aut uoluntate
in amicitiam uenisset. Cephalenia insula ut extra ius foederis esset.
H æc quanquam spe ipsorum aliquanto leuiora essent: petentibus
ętolis ut ad consilium referrent: permissum est. parua discepta
tio de urbibus tenuit. quę cum sui iuris aliquanto fuissent auelli
uelut a corpore suo ægre patiebantur. Ad unum tamen omnes ac
cipi pacem: iusserunt. Ambracienses coronam auream consuli. c.
& quinquaginta pondo dederunt. Signa ænea: marmoreaq; & ta
bulę pictę: quibus ornatior Ambracia consul in mediterranea ꝛ
ętoliæ: ad Argos Amphilocum. xxii. milia ad Ambracia est: castra
posuit. Eo tandem Legati ętoli mirante consule: q̃ morarentur:
uenerunt. Inde postq̃ approbasse pacem consilium ętolorũ acce
pit: iussus proficisci Romam ad Senatum: permissoq; ut athenien
ses & Rhodii deprecatores irent: dato qui simul cum iis proficiscere
tur. C. Valerio fratre. ipse in Cephaleniam traiecit. Pręoccupatas au
res animosq; principum Romę criminibus Philippi inuenerũt.
qui per legatos per litteras Dolopas: Amphilocosq; & athamaniam
ereptas sibi quærens pręsidiaq; sua postremo etiam filium Persea ex

amphilocis pulsum auerterat senatum ab audiendis precibus
eorum Rodii tamen: & Athenienses cum silentio auditi sunt. t
A theniensis Legatus Leon Incesiæ filius eloquentia etia dicitur
mouisse: qui uulgata similitudine mari tranquillo: quod uētis
concitaretur: æquiparando multitudinem ętolorum usus cum in
fide Romanę societatis mansissent: insita gentis tranquillitate:
quiesse eos aiebant. Postq̄ flare ab Asia Thoas & Dicęarchus: ab Eu
ropa Menestas & Democritus cepissent: tum illam tempestatem
cohortam: quæ eos apud Antiochum: secuti ad scopulum intulis
set. Diu iactari ętoli: tandem ut ad conditiones pacis conuenirēt:
effecerunt. Fuerunt autem hę. Imperium maiestatemq; Populi
Romani: gens ętolorum conseruato sine dolo malo. Ne quē exer
citum qui aduersus socios amicosq; eorum ducet per fines suos
transire sinito Ne ue ulla ope iuuato. hostes eosdem habeto: quos
populus Romanus. Armaq; in eos ferto. Bellumq; pariter gerito.
P er fugas: fugitiuos: captiuos reddito Romanis sociisq; pręterq̄
siqua capti: cum domos redissent: iterum capti sunt: aut siqua
capti: cum domos redissent: iterum capti sunt: aut siqua eo tem
pore ex iis capti sunt: qui tum hostes erant Romanis. cum ītra pre
sidia Romana ętoli essent. Aliorum: qui comparabunt intra dies
.c. Corcyreorum magistratibus sine dolo malo tradantur. Qui
non comparebunt quando quisq; eorum primum inuentus fue
rit reddatur. Obsides quadraginta: arbitratu Consulis Romani
dato. Ne minores .xii. annorum: neu maiores .xl. Obses ne esto.
Pretor: præfectus equitum. Scriba publicus: neu quis: qui ante
obses fuerit apud Romanos. Cephalenia extra pacis leges esto.
D e pecunię summa quam penderent: pensionibusq; eius: nihil
ex eo: quod cum Consule conuenerat. mutatum pro argento:
si aurum dare mallent: darēt conuenit dum per argenteis de
cem: aureus unus ualeret. Quæ urbes: qui agri: qui homines ęto
lorum iuris aliquando fuerunt: qui eorum. T. Quintio. Cn. Do
mitio Consulibꝫ: postue eos consules: aut armis subacti: aut uo

luntate in deditionem Populi .R. uenerunt neq; eos Aetoli rece
pissent: uel in ętolia essent: ęę urbes: agriq; acarnanum sunto
His legibus fœdus ictum cum ętolis est. Eadem in æstate solū: sed
etiam iis diebus quibus hec a. M. Fuluio in ętolia gesta sūt. Con
sul alter. Cn. Manlius in Gallogrecia bellum gessit: quod nūc or
diri pergam. Vere primo ephesum consul uenit. acceptisq; copiis
a. L. Scipione: & exercitu lustrato contionem apud milites ha
huit. Qua collaudata: uirtute eorum: q; cum Antiocho uno p̄lio
debellassent. adhortatus eos nouum cum Gallis suscipiendū bel
lum: qui & auxilio iuuissent Antiochum & adeo indomita habe
rent ingenia: ut ne quicq̄ Antiochus emotus ultra iuga Tauri
montis esset: nisi frangerentur opes Gallorum: de se quoq; nec
falsa: nec modica adiecit. Leti milites cum frequenti assensu ut
consulem audiuerunt. partem uirium Antiochi fuisse Gallos
credentes. Rege superato nullum momentum in solis per se Gal
lorum copiis fore: eumenem haud in tempore abesse. Romę tū
erat. credere consul ignarus locorum hominumq;: & cuius in
terest frangi illorum opes. Attalum igitur fratrem eius accer
sit a Pergamo: hortatusq; ad capessendum secum bellum pollicē
tem suam suorumq; operam domum ad comp̄andum copias di
mittit. paucos post dies profecto consuli epheso ad magnesiam
occurrit Attalus cum mille peditibus. equitibus. cc. Atheneo
fratre iusso cum ceteris copiis subsequi: cōmendata iis custodia
pergami: quos fratri regnoq; fidos credebat. Consul collauda
to iuuene cum omnib; copiis ad męandrum progressus castra
posuit: quia uado superari amnis non poterat. & contrahendæ
naues erant ad exercitum traiiciendum. Transgressi Meandrum
ad Comenen peruenerunt. Famum ibi Augustum Apollinis & ora
culum sortes autem uersibus haud in conditis dare uates dicun
tur. hinc alteris castris ad harpasum flumen uentum est: quod
Legati ab Alabandis uenerunt: quod castellum ab ipsis nuper de
scisset: aut auctoritate: aut armis cogeret: iura antiqua pati:

eodem & Atheneus Eumenis & Attali frater cum Cretense Leuso & Corrago Macedone uenit mille pedites mixtarum gentium & trecentos equites secum adduxerunt. Consul Tribuno militum misso cum modica manu castellum ui receptum Alabandensibus reddidit. Ipse nihil uia degressus ad Antiochiam super Meandrū amnē posuit castra. Huius amnis fontes Celenis oriuntur. Celene urbs caput quondam Phrygie fuit. Migratum inde haud procul ueteribus celenis. noueq urbi Apamee nomen inditū ab Apamea sorore Seleuci Regis. & Marsias amnis haud procul a Meandri exarce suma celenarum ortus media urbe discurrēs per caras primum deinde Ionas in sinu maris editur: quod inter Priennem & Miletum est. Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus Antiochi filius ex federe icto cum Scipione ad frumētum exercitui dandum uenit. Parua disceptatio de Attali auxiliarib orta est. quod romano tantum militi pactum Antiochum ut daretur frumentum Seleucus dicebat. Decussa ea quoq est cōstātia consulis: qui dimisso Tribuno edixit ne romam milites acciperent: priusq Attali auxilia accepissent. inde ad cordiuticos qs uocant processum est. ex eo loco ad Thabas tertius castris peruētum in finibus Pisidarum postea est urbs. in ea parte que uergit ad Pamphilium mare integris uiribus regionis eius feroces ad debellandum habebat uiros. Tum quoq equites in agmen nouum eruptione facta: haud modice primo impetu turbauere.
Deinde ut apparuit: nec numero se: nec uirtute pares esse in urbe compulsi ueniam erroris petebant: dedere urbem parati v & xx. talenta argenti: & x. milia medimnum tritici imperata. Ita in deditionem accepti. Tertio inde die ad Chaum amnem peruētum. Inde profecti Erizam urbem primo impetu ceperunt. ad Tabusion castellum immunens flumini undo uentum est. cui fecerat nomen indus ab elephanto delectus. Haud procul a Cybira aberat. nec Legatio ulla ab Megeate Tyranno ciuitatis eius. homine ad omnia infido atq importuno. ueniebat. Ad temptandū eius

animum. C. Manlium cum quattuor milibus peditum: & quingē
tis equitibus consul premittit. huic agmini iam primis ingre
dientibus occurrerunt: nuntiantes paratum esse Tyrannū impe
rata facere: orabantur ut pacatus finis iniret: cohiberetq; a po
pulatione agros seruaturum pollicitus: ire ad Consulem Lega
tos iussit. Quibus eadem referentibus consul: Neq; Romani in
quit bone uoluntatis ullum signum erga nos Tyranni habebus
& ipsum talem esse inter omnes constat: ut de poena eius magis
q̄ de amicitia nobis cogitandum sit. Perturbati hac uoce Lega
ti: nihil aliud petere: q̄ ut coronam acciperet. ueniendiq; ad
eum potestatem Tyrāno ac copiam loquendi: ac purgandi se fa
ceret. Permissu consulis postero die in castra Tyrānus uenit ue
stitus: comitatusq; uix priuati modice locupletis habitum: &
oratio fuit sūmissa & infracta extenuantis opes suas urbiumq; sue
ditionis egestatem querentis. erant autem sub eo preter Cybira Mul
leum: & Alimne: quae Alimen appellatur ex his ut se: suosq; spoliaret
v. & xx. talenta se collecturum prope ut diffidens pollicebatur.
E nimuero inquit consul ferri iam ludificatio ista non potest. par
est non erubuisse absentes: cum per legatos frustrareris nūc quoq;
presens in eadem ꝑstas impudentia: v. & xx. talenta tyrannidem
tuam exhaurirent quigenta ergo talenta nisi triduo numeras po
pulationem in agris: obsidionem in urbem: expecta hac denūtia
tio ne conteritus: ꝑstare tn̄ in pertinaci simulatione inopie & pau
latim illiberali adiectione nunc per cauillationem: nunc precibus
& simulatis lachrymis: ad centum talenta est perductus. adiecta
x. milia medimnum frumenti haec omnia intra dies sex acta a Cy
bira per agros Idēsiū exercitus ductus transgressusq; caularē am
nem posuit castra. Postero die & preter Ceralliten paludē agmen
ductum ad Madamprum manserunt. inde progredientibꝫ ab Le
gato proxima urbe metu incolae fugerunt uacuum hominibus op
pidum diripuerunt. inde ab Lysis fluminis fonte postero die ad Co
bulatum amnem progressi Telmenses eo tempore Isiondem arcem

urbe capta: oppugnabant inclusi cum alia spes auxilii nulla eet.
Legatos ad consulem orantes opem miserunt cum coniugibus ac
liberis in arcem inclusos se montem in dies: aut ferro: aut fa
me patiendam expectare. Volenti consuli causa in Pamphiliam
reuertendi oblata est. Adueniens obsidione Isiondenses exemit.
Telmenso pacem dedit. Quinquaginta talentis argenti acceptis
itē aspendius ceterisq; Pamphylie populis ex Pamphylia rediens
ad flumen Taurum primo die: postero ad Selenē quam uocant:
Gomō posuit castra. prouectus inde continentibus: ad Corma
sa urbem peruenit. Darsa proxima urbs erat eam metu incolarum
desertam plenam omnium rerum copia inuenit. Progredienti
preter paludes Legati ab Lysione dedentes ciuitatem uenerunt.
Inde in agrum agalassenum urbem fertilemq; omni genere fru
gum uentumq; est colunt Pyside longe optimi bello regionis
eius: tum ea res animos facit. tum agri fecunditas. & multitu
do hominum. & situs inter paucas munite urbis. Consul quia nul
la Legatio ad fines presto fuerat: predatum in agros misit. tū de
mum fracta pertinacia est: ut ferri: agiq; res suas uiderunt. Le
gatis missis pacti quinquaginta talentis & xx. milibꝫ medim
num tritici. xx. hordei pacem impetrauerunt. progressus īde
ad Rhotrinos fontes ad uicum: quem aporides comen uocant
posuit castra. Eo Seleucus ab apamea postero die uenit. egros
inde: & inutilia impedimenta: cum apamee dimisissent: ducibꝫ
interim a Seleuco acceptis: profectus ea die in metropolitanum
campum: postero die Dymas Phrygie processit. Inde Sȳnada ue
nit: metu omnibus circa oppidis desertis: quorum iam preda
graue agmen trahens: uix quinq; milium die toto itinere perfcō
ad Beudos quod uetus appellant: peruenit. Ad antibura īn. Et
altero die ad Alexandri fontes. Tertio ad abbassum posuit castra.
ibi plures dies statiua habuit: quia peruentum erat ad Tolobostoꝝ
fines. Galli magna hominum uis seu inopia agri: seu prede spe
nullam gentem: per quam ituri essent: parem amnis rati Brēno

ne duce in Dardanos peruenerunt. Ibi seditio orta. & ad .xx.
milia hominum cum Lomnorio: ac Lutario Regulis successiōe
facta a Brēnone in Thracia iter auertunt. ubi cum restituentib;
pugnando pacem petentib; stipendium imponendo Byzantium
cum peruenissent: aliquandiu oram propontidis uectigalē ha
bendo. regionis eius urbes obtinuerunt: cupido deinde eos in
asiam transeundi: audientes ex propinquo quāta ubertas terre
eius esset: cepit & Lysimachia fraude capta Cherōnesoq; omni ar
mis possessa ad hellespontum descenderunt. Ibi uero exiguo di
uisis freto: cernentibus asiam: multo magis animi ad transeun
dum accensi. Nuntiosq; ad antipatrum prefectum eius de tran
situ mittebant. que res: cum lentius spe ipsorum traheret: alia
rursus noua inter Regulos seditio orta. Lomnorius retro: ūde
uenerat cum maiore parte hominum: repetit Bizantium: Luta
rius macedonib; per speciem legationis ab antipatro ad speculan
dum missis: duas tectas naues: & tres lembos adimit: his alios et
atq; alios dies noctesq; transuehendo: intra paucos dies omnes
copias traiecit. Haud ita multo post Lomnorius adiuuante Ni
comede Bithynie Rege a Byzantio transmisit. coeunt deind in
unum rursus Galli & auxilia Nicomedi aduersus Ziboeam partē
tenentem Bithynie gerenti bellum: atq; eorum opera deuictus
Ziboea est Bithynia q; omnis in ditionem Nicomedis decessit.
P rofecti ex Bithynia: in asiam processerunt. non plus ex .xx. mili
bus hominum: & decem armata erant tamen tantum terroris et
omnibus que cis Taurum incolunt gentibus iniecerunt ut quas
adissent pariter ultime propinquis imperio paterent. Postremo
cum tres essent gentes tolobostogi trocini tectosagi. In tris partes
qua cuiq; populorum suorum uectigalis asia esset. diuiserunt. Tro
cinis hellesponti ora data. Tolostobogis aetolida atq; Ionia. Tocto
sagi mediterranea asie sortiti sunt. & stipendium tota cis Taurū
asia exigebant. Sedem autē ipsi sibi circa halym flumen ceperunt.
T antus q; terror eorum nominis is erat: multitudine etiā magna

sobole aucta. ut Syrie quoq; ad postremum Regis stipendium da
re non abnuerent. Primus Regum asiam incolentium: abnuit atta
lus pater Regis Eumenis: audaciq; incepto preter opinionē oīum
affuit fortuna. & signis collatis superior fuit. non tamen ita in
fregit animos eorum: ut abstinerent imperio. Eiusdem opes
usq; ad bellum Antiochi cum Romanis: manserunt. Tum quoq;
pulso Antiocho magnam spem habuerunt: quia procul mari in
colerent. Romanum exercitum ad se non peruenturum cum
hoc hoste: tam terribili omnibꝫ regionis eius: quia bellū geren
dum erat. pro contione milites maxime in hunc modum allo
quutus est consul. Non me preterit milites: omnium que asiā
colunt gentium. Gallos fama belli prestare: inter mitissimū ge
nus hominum ferox natio peruagata bello prope orbem terrarꝫ
sedem cepit procera corpora. promisse & rutilate come uasta
scuta: pre longi gladii. ad hoc inchoantium prelium cantus: &
ululatus: & tripudia: & quatientium scuta in patrium quēdā
modum: horrendus armorum crepitus. omnia de industria
composita ad terrorem Sed hec quibus insolita atq; insueta sūt
Greci: & Phryges: & Cares timeant. Romanis Gallici tumultus
assuetis etiam uanitates note sunt. semel primo congressu ad
Alliam olim fuderunt maiores nostros: ex eo tempore per du
centos iam annos pecorum in modum consternatos cedunt fu
gantq; & plures quoq; de Gallis triumphi. q̄ de toto orbe terrarꝫ
acti sunt. iam hoc cognitum est. si primum impetum. quem fer
uido ingenio: & ceca ira effundunt sustinueritis. fluunt sudore
& lassitudine membra. labant arma. mollia corpora. molles ubi
ira consedit animos sol puluis & sitis in ferrum non admoueas:
prosternunt. non legionibus legiones eorum soli experti sum⁹:
sed uir unus cum uiro uno congrediendo. T. Manlius. M. Vale
rius quantum Gallicam rabiem uinceret Romana uirtus docu
erunt. iam. M. Manlius unus agmine scandentis in Capitolium
Gallos detrusit & illis maioribus nostris cum haud dubiis Gallis

in terra sua gentis res erat. hi iam degeneres sunt mixti & Galli
& Greci: unoq; nomine Gallogreci appellantur. Sicut in frugibꝫ
pecudibusq; non tantum semina ad seruandum idolem ualent:
quantum terre proprietas. celiq; sub quo aluntur: mutat. Mace
dones qui Alexandriam in egypto: qui Seleuciam ac Babyloniā:
quisq; alias spersas per orbem terrarum colonias haberent: in Sy
rios: Parthos, egyptios degenerarunt. Massalia inter Gallos sub
traxit aliquantum ab accolis animorum. nisi quod ex Spartana
dura illa & horrida disciplina mansit generosius. in sua quicqd
sede gignitur. insitum alienae terre: in id quod alitur: natura
uertente sed degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis:
sicut in acie Antiochi cecidistis uictos uictores cedetis. Magis
uereor ne parum inde gloriae: q̄ ne nimium belli sit. Attalus eos
Rex saepe fudit fugauitq;. Nolite existimare beluas tantum recē
tis captas feritatem illam siluestrem primo seruare. deinde cum
diu manibus humanis alantur mitescere in hominum feritatem
mulcendam non eandem naturam esse: eosdem ne hos creditis
esse qui patres eorum auiq; fuerunt: extorres inopia agrorum
profecti domo per asperrimam Illyrici oram peoniam inde & Thra
ciam pugnando cum ferocissimis gentibus emensi has terras ce
perunt: duratos eos tot malis ex asperatosq; accepit terra: que co
pia rerum omnium saginaret uberrimo agro. mitissimo celo:
clementibus accolarum ingeniis. omnis illa cum qua uenerant:
mansuefacta est feritas: nobis me hercule Martis uiris cauēda
ac fugienda q̄ primum amenitas est asie: tantum he peregrine
uoluptates ad extinguendum uigorem animorum: possūt quā
tum contagio disciplinę morisq; accolarum ualet. hoc tamen fe
liciter euenit: q; sicut uim aduersus nos nequaq̄ ita famē apud
graecos parem illi antique obtinent: cum qua uenerunt. belliq;
gloriam uictores eandem inter socios habebitis: quam si seruan
tes antiquam spēm animorum Gallos uicissetis. Contione dimis
sa: missisq; ad epossognatum Legatis qui unus ex Regulis: & in

Eumenis amicitia manserat: & negauerat antiocho aduersus
Romanos auxilia castra mouit. Primo die ad aladrum flumen.
postero die cum ad uicum quem uocant Tysco esset uentum: eo
legati oroādensiū cum uenissent: amicitiam petentes. cc: talēta
iis sunt imperata precantibusq; ut domum renuntiarent pote
stas facta. Ducere inde exercitum consul ad plitendum. Deinde
ad halyatos castra posita. Eo missi ad epossognatum redierūt Le
gati Reguli orantes ne Tectosagis bellum inferrent: ipsum ī eā
gentem iturum epossognatum: persuasurumq; ut imperata fa
ciant. Data uenia Regulo: duci inde exercitus per axylon: quā
uocant terram ceptus. ab re nomen habet: non ligni modo qcq̄
sed ne spinas quidem: aut ullum aliud alimentum fert ignis fi
mo bubulo pro lignis utuntur. Ad euballum Gallogrecie castel
lum castra habentibꝫ Romanis apparuere cum magno tumultu
hostium equites. nec turbarunt tantum stationes Romanas re
pente inuecti: sed quosdam etiam occiderunt, qui tumultus cū
in castra perlatus esset: effusus repente omnibus portis equita
tus Romanus fudit fugauitq; Gallos & aliquot fugientes occi
dit. Inde consul: ut qui iam ad hostes peruentum cernere t̄
explorato deinde: & cum coacto agmine procedebant: & cōti
nentibus itineribus: cum ad Sangarium flumen uenisset: pon
tem: quia uado nusq̄ transitus erat: facere instituit. Sangarius
ex adoreo monte per Phrygiam fluens admiscetur ad Bithyni
am tymbri fluuio inde maior iam geminatis aquis per Bithyni
am fertur & in propontidē sese effundit. non tamen tam magni
tudine memorabilis: q̄ qd̄ piscium accolis ingentem uim pre
bet. Transgressis ponte perfecto: flumen preter ripam euntibus:
Galli Matris magne a Pessimonte occurrere cum insignibꝫ suis:
uaticinantes fanatico carmine deam Romanis uiam belli: & uic
toriam dare: Imperiumq; eius regionis: accipere se omen cum
dixisset consul castra eo ipso loco posuit. Postero die ad cordiū
peruenit. In haud magnum quidem oppidum est. sed plusq̄ me

diterraneum celebre: & frequens emporium: tria maria pari fer-
me distantia interuallo habet ad hellespontum ad Synopen. & al-
terius orę littora: quę Cilices maritimi colunt: multarum magnarq;
preterea gentium fines contingit quarum comertium: in eũ ma-
xime locum: mutui usus contraxere. id tum desertum fuga inco-
larum: oppidum refertum idem copia rerum omnium inuene-
runt. Ibi statiua habentibus Legatis epossognato uenerunt nun-
tiantes profectum eum ad Regulos Gallorum nihil equi impetras-
se: ex campestribus uicis: agrisq; frequentes migrare. & cum cõ-
iugibus ac liberis: quæ ferre: ac agere possent: prę se agentes: por-
tantisq; Olympum montem petere: ut inde armis: locorumq; si-
tu se se tuantur. Certiora postea Oroandensium Legati attulerũt.
T olostobogorum ciuitatem Olympum montem cepisse. Diuersos
Tectosagos: alium montem qui Magaua dicatur: petisse. Trocinos
coniugibꝫ ac liberis apud Tectosagos depositis armatorũ agmi-
ne Tolostobois statuisse auxilium ferre. Erant autem tũ trium
populorum Reguli: Ortiago: & cõbolomarus: & Gaudotus. Is hęc
hæc maxime belli ratio sumendi fuerat: q; cum montes editis-
simos eius regionis tenerent: conuectis omnibus quæ ad usũ
quãuis longi temporis sufficerent tedio se fatigaturos hostes cẽ-
sebant: nam neq; ausuros per tam ardua atq; iniqua loca subire
eos: & si conarentur: uel parua manu prohibere: aut deturbari
posse: ne quietos in radicibus gelidorum montium sedentes fri-
gus: aut inopiam laturos. Et cum ipsa altitudo locorum eos tu-
taretur: fossam quoq; & alia munimenta uerticibus: quos inside-
rãt circũiecere minima apparatus missilium telorum cura fuit:
q; saxa affatim prębituram asperitatem ipsam locorum credebãt.
C onsul quia non cominus pugnam: sed procul locis expugnandis
futuram præceperat animo ingentem uim pilorum uelitarium
hastarum sagittarum glandisq; & modicorum: qui funda mitti
lapidum possent parauerat. instructosq; missilium apparatu ad
olympum montem ducit. & a .v. ferme milibꝫ locat castra Poste-

ro die cum quadringentis equitibus: & attalo progressum eū ad
naturam montis: situmq; gallicorum castrorum uisendū equites
hostium duplex numerus effusus castris in fugam auerterunt.
occisi quoq; pauci fugientium: uulnerati plures. Tertio die cum
omnibus ad loca exploranda profectus: quia nemo hostium mu
nimenta processit: tuto circūuectus montem: animi aduertit
meridiana regione terrenos: & placide accliuos ad quendam
colles esse: septentrione arduę erectas prope rupes: atq; omnibꝫ
ferme aliis inuias. Itinera tria esse: unum medio monte qua
terrena erant: duo difficilia: ab hyberno solis ortu. & ab æstiuo
occasu. Hæc contemplatus eo die ipsis radicibus posuit castra.
P ostero die sacrificio facto: cum primis hostiis litasset: trifariā
exercitum diuisum ducere ad hostem pergit ipse cū maxima
parte copiarum: qua æquissimum aditum prębebat mons: ascē
dit & L. Manlium fratrem: ab hyberno ortu: quoad loca patian
tur: & tuto possit: subire iubet. siqua periculosa. & prę rupta
occurrant: non pugnare cum iniquitate locorum: neq; in exu
perabilibꝫ uim afferre. sed obliquo monte ad se declinare: a suo
agmini coniugi. C. Heluium cum tertia parte circūire sensum
per infima montis. deinde ab æstiuo occasu erigere agmen. &
attali auxilia: trifariam æquo numero diuisit. secum esse ipm
iuuenem iussit equitatum cum elephantis in proxima tumuli
planitię reliquit. edictum Prę fectis ut intenti. quid ubiq; gera
tur: animaduertant. opemq; ferre quo postulent res properent.
G alli & ab duobus lateribus satis fidentes: in uia esse ab ea parte
quæ in meridiem uergeret: aut armis clauderent uiam: quattu
or fere milia armatorum: ad tumulum īminentem uię minus
mille passuum a castris occupandum mittunt eo se rati uel vt
castello iter impedituros: Quod ubi Romani uiderunt: & expe
diunt se se ad pugnam. ante signa modico interuallo velites
eunt. Et ab Attalo Cretenses sagittarii: & funditores: & Tralli
Thraces signa peditum: ut per arduum: leui gradu ducuntur:

ita pre se habentium scuta: ut missilia tantum uitarent pede
collato non uiderentur pugnaturi. Missilibus ex interuallo
loci prelium cōmissum Et primo pares Gallos loco adiuuante
Romanos uarietate & copia telorum. Procedente certamine: ni
hil iam equi erat: scuta longa: ceterum ad amplitudinem corpo
rum parum lata: & ea ipsa plana male tegebant gallos. nec iam
tela alia habebant preter gladios. quorum cum manu hostis nō
consereret: nullus usus erat. Saxis nec modicis: ut que non pre
parassent: sed quod cuiq; trepidanti ad manum uenisset ut in
sueti: nec arte nec uiribꝫ adiuuantes ictum utebantur sagittis
glande iaculis incauti. & ab omni parte confligebantur. Nec qd
agerent ira & pauore obcecatis animis cernebant. & erant de
prehensi genere pugne in quod minime apti sunt: non quē ad
modum cominus: ubi in uicem pati & inferri uulnera licet. accē
dit ira animos eorum ita ubi ex occulto: & procul leuibus telis
uulnerantur. nec quo ruant ceco impetu habent uelut fere trās
fixe in suos temere incurrunt. detegebat uulnera eorum: & q;
nudi pugnant & sunt fusa: & candida corpora: ut que nunq̄
nisi in pugna nudentur. ita & plus sanguinis e multa carne fun
dabatur. & fediores petebant plage & candor corporum magis
sanguine atro maculabatur. sed non tamen petentibus plagis
mouentur. interdū insecta cute. ubi latior: q̄ altior plaga est
& etiam gloriosius se pugnare putabant. Idem cum aculeus sa
gitte aut glandis abdite introrsus tenui uulnere in speciē urit.
& scrutantis que uellant telum non sequitur: tum in rabiē: &
pudorem tam parue perimentis pestis uersi: prosternunt cor
pora humi. sicut passim procumberēt. alii ruentes in hostē ūdiq;
configebantur & cum cominus uenerant: gladiis a uelitibꝫ tru
cidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet. & in dextera
hastas quibus eminus utitur gladio hispaniensi est cinctus q;
si pede collato pugnandum est: translatis in leuam hastis strin
git gladium. Pauci superant iam gallorum qui postq̄ ab leui ar

matura superatos se uiderunt & stare legionum signa: effusa fu
ga castra repetunt pauoris & tumultus iam plena: ut ubi femi
pueriq; & alia imbellis turba permixta esset. Romanos uictores
deserti fuga hostium acceperunt tumuli. Sub idem tempus. L.
Manlius &. C. Heluius cum quoad uiam colles obliqui dederūt
ascendissent: postq; ad inuia uentum est: flexere uter in partem
montis: quę una habebat uter & sequi consulis agmen modico
uterq; interuallo uelut ex composito ceperunt. Quod primo
optimum factu fuisset: in id necessitate ipsa cōpulsi. subsidia
enim in talibus iniquitatibus locorum maxime spei suę fue
rant: ut prius forte deturbatis secundi & tegant pulsos & inte
gri pugnam excipiant. Consul postq; ad tumulos ab leui arma
tura captos: prima signa legionum peruenerunt: respirare &
conquiescere paulisper militem iubet: simul strata per tumulos
corpora Gallorum ostentat. & cum leui armatura prelium tale
ediderit: quid ab legionibus: quid ab iustis armis: quid aban
mis fortissimorum militum expectari: castra illis capienda esse
in quę compulsus ab leui armatura hostis trepidet. Precedere in
uibet leuem armaturam: quę cum staret agmen colligendis per
tumulos telis: ut missilia sufficerent: haud segne id ipsum tēpus
consumpserat. Iam castris appropinquabant. & Galli: ne parū
se munimēta sua tegerent: armati pro uallo constiterant. obru
ti deinde omni genere telorum: cum quo plures atq; densiores
erant: eo minus uani quicq; intercideret teli: intra uallum mo
mento temporis compelluntur. stationibus tantum firmis ad
ipsos aditus portarum relictis. In multitudinem compulsam
in castra uis ingens missilium telorum cōiiciebatur. & uulnera
ri multos clamor permixtus mulierum: atq; puerorum plora
tibus significabat. In eos qui portas stationibus suis clauserāt
legionum antesignani pila coniecerunt. hi uero non uulne
rabantur: sed transuerberatis scutis pleriq; inter se conserti
herebant. nec diutius impetum romanorum sustinuerūt. Pa

rentibus iam portis priusq; irrumperent uictores: fuga e castris
gallorum in omnes partis facta est. ruunt ceci per uias per mura
nulla precipitia saxa: nulle rupes obstant. nihil preter hostē me
tuunt. Itaq; plerique precipites per uastam altitudinem prolapsi
aut debilitati exanimantur. Consul castris captis direptioē pre
da quibusq; abstinet. militem sequi prosequenq; instare & per
culsis pauorem addere iubet. Superuenit & alterum cum .L.
Manlio agmen. nec eos castra intrare sinit. protinus ad perse
quendos hostes mittit. & ipse paulo post tradita captiuorū cu
stodia Tribunis militum sequitur debellatum ratus. si in illo
pauore quā plurimi cesi forent. aut capti. egresso consule. c hel
uius cum tertio agmine aduenit. nec continere suos a direptio
ne castrorum ualuit. preda q; eorum iniquissima sorte: qui pu
gnae non interfuerant facta est. Equites diu ignari. & pugne &
uictorie suorum. steterunt. deinde & ipsi quantum equi in col
les subire poterant. sparsos fuga Gallos circa radices montis con
sectati. cecidere. aut cepere. Numerus interfectorum haud fa
cile uiri potuit. quia late inter omnes anfractus montium fu
gaq; & cedes fuit. Et magna pars rupibus inuis in profunda al
titudinis conualles delapsa est. Pars in siluis uepribusq; occisa.
Claudius qui bis pugnatum in Olympo monte scribit. ad .lx. m
lia hominum auctor est cesa. Valerius Antias. qui magis in nume
ro augendo esse solet. non plus decem milia. numerus captiuo;
haud dubie milia .xl. expleuit. quia omnis generis. etatisq; tur
bam secum traxerant. demigrantium magis. q; in bellum euntium
mō. consul armis hostium in uno conexematis tumulo ceteram
predam conferre omnis iussit. & aut uendidit. quod eius in pu
blicum redigendum erat. aut cum cura: aut q; equissima eet: per
milites diuisit. Laudati quoq; pro contione omnes sunt: donaq;
pro merito quisq;. Ante oīs Attalus summo ceteroy assensu. Nā
singularis eius uiri tum uirtus & industria in omnibo laboribo
periculisq; tum modestia et fuerat. Supererat bellum integrū

cum Tectosagis. ad eos profectus consul tertiis castris Angirā no
bilem in illis locis urbem peruenit unde hostes paulo plus .x. milia
aberant ubi cum statiua essent: facinus memorabile a captiua
factum est. Origisgontis Reguli uxor: forma eximia custodiebā
tur inter plures captiuos cui custodię Centurio pręerat: & libidi
nis: & auaritię militaris. Is primo animum tēptauit. quem cum
ad horrentē a uoluntario uideret stupro corpori: qd seruū for
tuna erat. uim fecit. Deinde ad leniendam indignitatem iniurię
spem reditus ad suos mulieri fecit. & ne eam quidem ut amās gra
tuito certe auri pondere pactus: ne quem conscium suorum ha
bere ipsi permittit ne quem uellet unum ex captiuis nuntium
ad suos mitteret. locum prope flumen constituit: quo duo ne pl'
necessarii captiue cum auro uenirent nocte insequenti ad eam
accipiendam. Forte ipsius mulieris seruus: inter captiuos eius
dem custodię erat. Hunc nuntium prius tenebris ex utraq; cu
stodiam Centurio educit. Nocte insequenti & duo necessarii mu
lieris ad constitutum locum: & centurio cum captiua uenit ubi
cum aurum ostenderent: quod summam talenti Attici: tanti
enim pepigerat: expleret mulier lingua sua: ut stringerent fer
rum & Centurionem pensantem aurum occiderent: imperauit
I ugulati pręcisum caput: ipsa inuolutum ueste ferens: ad uirū
Orgisgontem. qui ab Olympo domum effugerat. peruenit. Quem
priusq̄ complecteretur: caput centurionis ante pedes eius abie
cit. Mirantiq; cuius nam id caput hominis: aut quod id facinus
haud quaq̄ muliebre esset: Et iniuriam corporis & ultionē uio
latę per uim pudicitię confessa uiro est. aliaq; ut traditur sācti
tate & grauitate uitę: huius matronalis facinoris decus ad ul
timum conseruauit. Angiram in statiua Tectosagū Oratores ad
consulem uenerunt: petentes ne ante castra moueret q̄ colloqu
utus cum suis Regibus esset: nullas conditiones pacis iis nō bel
lo fore potiores: tempus in posterum diem constituitur. locusq;
qui maxime medius inter castra Gallorū: & Angiram est uisus quo

cum Consul ad tempus cum presidio quingentorum equitum ue
nisset nec ullo Gallorum tibi uiso: regressus in castra esset. Ora
tores iidem redeunt: excusantes religione obiecta uenire Re
ges non posse principes gentis per quos eque res transigi posset
uenturos. Consul se quoq; Attalum missurum dixit. Ad hoc col
loquium utrinq; uentum est. trecentos equites Attalus presidii
causa cum adduxisset iacte sunt pacis conditiones finis rei qa
absentibus Ducibus imponi non poterat. conuenit uti consul:
Regesq; eo loco postero die congrederentur. Frustratio Gallorum
eo spectabat primum: ut tererent tempus donec res suas cū qbꝫ
periclitari nolebant: cum coniugibus ac liberis trans halȳ flu
men traiicerent. deinde q; ipsi Consuli parum cauto aduersus
colloquii fraudem insidiabantur. Mille ad eam rem ex omni
numero audaciæ experte delegerunt equites. Et successisset
fraus ni pro iure gentium: cuius uiolandi consilium initū erat:
stetisset fortuna: Pabulatoresq; Romani in eam partem in qua
colloquium futurum erat. ducti sunt tutius id futurum Tribu
nis ratis. quia consulis presidium: & ipsum pro statione habituri
erant hosti oppositum. suam tamen alteram stationem propius
castra sexcentorum equitum posuerunt. Consul affirmante Atta
lo uenturos Reges: & trasigi rem posse: profectus e castris: cū eodē
quo antea presidio equitum quinq; milia fere processit. Sed cum
nec multum: a constituto loco abesset repente concitatis equis cū
impetu hostili uidet Gallos uenientes: Constituit agmen. & expe
dire tela animosq; equitibꝫ iussis: primo constanter initium pu
gnę accepit. nec cessit. deinde cum pregrauaret multitudo: cede
re sensim nihil confusis turmarum ordinibus cepit. Postremo
cum iam plus in mora periculi: quam in ordinibus conseruādis:
presidii esset. omnes passim in fugam effusi sunt. Tum uero insta
re dissipatis Galli. & cedere: magnaq; pars oppressa foret: ni sta
tio pabulatorum .cc. equites occurrissent. li procul clamore pa
uido suorum audito cum tela equosq; expedissent: integri pro

fugatam pugnam acceperunt. itaq; uersa extemplo fortuna est.
uersus in uictores a uictis terror. & primo impetu fusi. Galli
sunt. & ex agris concurrebant pabulatores. & undiq; obuius
hostis Gallis erat: ut ne quidem fugam facilem: aut tutam habe
rent: quia recentibus equis Romani fessos sequebantur: pau
ci ergo effugerunt. captus est nemo. maior multo pars per fi
dem uiolati colloquij penas morte luerunt. Romani ardenti
bus animis postero die omnibꝫ copiis ad hostem peruenerunt.
B iduum ad naturam montis: per se ipsum explorandam ne q̄d
ignoti esset. absumpsit consul tertio die cum auspicio operam
dedisset. deinde immolasset: in quattuor partes diuisas copias
educit. duas ut medio monte duceret: duas a lateribꝫ: ut aduer
sus cornua gallorum erigeret hostium quod roboris erat. Tecto
sagi: & Trogi mediam tenebant aciem: milia hominum quīqua
ginta equitatum: quia equorum nullus inter æquales rupes usus
erat: ad pedes deductum decem milia hominum a dextro loca
uerunt cornu. Ariartis Cappadoces: & Morzi auxiliares: ī leuo
quattuor ferme milium numerum explebant. Consul sicut in
olympio monte prima acie locata leui armatura: telorum omnis
generis ut æque magna uis ad manum esset: curauit. ubi appropī
quarunt: omnia eadem utrinq; quę fuerant in priore prelio ꝑ
erant preter animos & uictoribus ab re secunda auctos & hosti
bus quia & si non ipsi uicti erant: suæ gentis hominum cladem
pro sua ducebant. Itaq; a paribꝫ initiis cepta res eundem exitū
habuit. Velut nubes leuium telorum coniecta obruit aciē Gal
lorum. nec aut procurrere quisq̄ ab ordinibus suis ne nuda
rent undiq; corpus adictus audebant. & stantes quo densiores
erant: hoc plura uelut destinatum petentibꝫ uulnera accipiebāt.
C onsul iam per se turbatis. si legionum signa ostendisset: uersuros
extemplo in fugā omnes ratus: receptis inter ordines uelitibꝫ.
& alia turba auxiliorum aciem promouit. galli & memoria To
lobostogorum cladis territi: & in herentia corporibus gerentes

tela: fessiq; & stando: & uulneribꝫ: ne primum quidem impetū
& clamorem Romanorum tulerunt. fuga ad castra inclinauit.
sed pauci intra munimenta se se recipere: pars maior dextra: le
uaq; palati: qua quēq; impetus tulit: fuerunt. Victores usq; ad
castra sequuti ceciderunt terga. deinde in castris cupiditate
prędę hęserunt. nec sequebatur quisq̄. In cornibus Galli diu
tius steterunt: quia serius ad eos peruentum est cęterum ne
primum quidem coniectum telorum tulerunt. Consul qui in
gressos in castra ab direptione abstrahere non poterat: eos qui
in cornibus fuerant: protinus ad sequendos hostes misit per
aliquantum spatium sequuti: non plus tamen octo milia ho
minum: in fuga: nam pugna nulla fuit: ceciderunt. Reliqui
flumen halyn transierunt. Romanorum magna pars ea noc
te in hostium castris mansit. Cęteros in sua castra consul redu
xit. Postero die captiuos predamq; recensuit. quę tanta fuit:
quanta auidissima rapiendi gens cum cis montem Taurū oīa
armis per multos tenuisset annos coaceruare potuit. Galli ex
dissipata fuga passim congregati: magna pars saucia: ut inermes
nudati omnibꝫ rebus. Oratores de pace ad consulem miserūt.
eos Manlius ephesum uenire iussit. Ipse iam enim mediū au
tumni erat: locis gelidis propinquitate montis Tauri. exce
dere properans: uictorem exercitum in hyberna maritimę
orę reduxit. Dum hęc in asia geruntur: in ceteris prouinciis
tranquillę res fuerunt. Censores Romę. T. Quintius Flami
nius: & M. Claudius Marcellus Senatum perlegerunt. Prīceps
in senatu tertium lectus. P. Scipio Africanus. Quattuor soli prę
teriti sunt. Nemo curuli usus honore. Et in equitatu recēsen
do mitis admodum Censura fuit. Sub structionem super equi
melium in Capitolio: & uiam sternendam a porta Capena et
Martis ędem locauerunt. Campani ubi censerentur senatum
consuluerunt. decretum uti Romę censerentur. aquę ingētes
eo anno fuerunt: Tyberis duodecies campum martiū plenaq;

urbis inundauit. Ab. Cn. Manlio Consule bello in Asia cum Gallis
prefecto: alter consul. M. Fuluius perdomitis Etolis cum traiecis-
set in Cephalaniam: circa ciuitates insule misit per contatū utrū
se dedere Romanis an belli fortunam experiri mallent. metus
ad omnes ualuit: ne deditionem excusarent obsides inde impe-
ratos pro uiribus inopis populi. uicenos autem Granonii: & Pha-
lenses & Samei: dederunt. Insperata pax Cephalanie affulserat.
cum repente una ciuitas: incertum quam ob causam Samei de-
sciuerunt. quia opportuno loco urbs posita esset: timuisse se aie-
bant: ne demigrare cogerentur ab Romanis. Ceterum ipsi ne si-
bi confinxerint metum & timore uano quietum excitauerint
malum: an iactata sermonibus res apud Romanos perlata ad eos
sit nihil cōperti est: nisi quod datis iam obsidibꝫ: repente por-
tas clauserunt: & ne suorum quidem precibꝫ: miserat enim sub
muros consul: ad temptandum misericordiam parentum: popu-
lorumq; desistere ab incepto uoluerunt. Oppugnari deinde post
quam nihil pacati respondebatur: cepta urbs est apparatū omnē
tormentorum machinarumq; transuectum ab Ambracie oppu-
gnatione habebat. & opera que facienda erant: impigre milites
perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant mu-
ros. Nec ab Sameis quicq̄ quo aut opera: aut hostis arceri posset:
pretermissum est: Duabus tamen maxime resistebant rebus. ii
V na interiorem semper iusta uallum: pro diruto nouum obstru-
entes murum. Altera eruptionibus subitis nunc in opera hostiū:
nunc in stationes. & plerunq; iis preliis superiores erant. Vna ad
terrendos inuenta haud memorata res est centum funditores
ab Egio & Pathris & Dimis acciti a pueris ii more quodam gētis:
saxis globosis quibus ferme arene immixtis strata littora sunt:
funda in mare apertum incessentes exercebantur. Itaq; longius
certiore: & ualidiore ictu: q̄ balearis funditor eo telo usi sunt
& est simplicis habene ut balearica. & aliarumq; gentium funda.
S ed triplex scutale: crebris suturis duratum: ne fluxa habena uo-

luretur

lutetur in actu glans. sed liberata cum sederit: uelut neruo
missa excutiatur coronas circuli: magno ex interuallo loci as
sueti traiicere: non capta solum hostium uulnerabant sed quē
locum destinassent oris. E e funde Sameos cohibuerunt: ne
tam crebro: ne ue tam audacter erumperent. adeo ut precarē
tur ex muris acheos: ut parumper abscederēt: & se cum Roma
nis stationibus pugnantes quiete spectarent. Quattuor mēses
obsidionem Samei sustinerunt. Cum ex paucis: quotidie ali
qui eorum caderent: aut uulnerarentur & qui superarent: fes
si & corporibus & animis essent Romani nocte per arcē quā
cyathiden uocant: nam urbs in mare deuexa in occidentem
uergit: muro superato: in forum peruenerunt. Samei postq̄
captam partem urbis ab hostibus senserunt. cum coniugibus
ac liberis in maiorem refugerunt arcem. inde postremo die
dediti direpta urbe sub corona omnes uenerunt. Consul com
positis rebus Cephalaniæ presidio imposito in Pelopōnesū iā
diue accersentibus ęgiensibus maxime: ac Lacedęmoniis tra
iecit. Ęgium a principio achaici Concilii: semper conuentus
gentis indicti sunt seu dignitati urbis id seu loci opportunita
ti: datum est. hunc morem Philopomenes in eo primum anno
labefactare conatus: legem parabat ferre: ut in omnibus ciuita
tibus quæ achaici concilii essent: inuicem conuentus agerētur.
Et subaduentum Consulis Demiurgis ciuitatū: qui summus est
magistratus. ęgium euocantibꝫ Philopomenes Pretor tūc erat
Argos conuentum edixit. Quo cum appareret omnes fere con
uenturos Consul quanq̄ ęgiensium fauebat causę Argos uenit.
ubi cum disceptatio fuisset: & rem inclinatam cerneret: īcepto
destitit. Lacedemonii deinde eum in sua certamina auertert.
Solicitam eam ciuitatem exules maxime habebant quorum per
gama pars in maritimis Laconicę oræ castellis: quę omnes ad
epti erant: habitabant: Id ægre patientes Lacedemonii ut ali
quem liberum ad mare haberent aditum: siquando Romani at

alio ue quo mitterent Legatos: simulq; ut Emporum: & recep
taculum peregrinis mercibus ad necessarios usus esset. noctē
adori uicum maritimum nomine lamin improuiso occupa
uere. Vicani quiq; ibi exules habitabant prīo inopinata re
territi sunt. deinde sub lucē congregati: Leui certamine expu
lerunt Lacedemonios. Terror tamen omnem maritimam oram
peruasit. Legatosq; communiter & castella omnia: uiciq; et exu
les quibus ibi domicilia erant ad Acheos miserunt. Philopome
nes prætor iam inde ab initio exulum causę: & amicus: & auctor
semper Acheis minuendi opes: & auctoritatem Lacedęmonioꝝ
concilium querentibus dedit. decretumq; referente eo factum
est: cum in fidem: Acheorum: tutelamq; T. Quintius & Roma
ni Laconicę orę castella & uicos tradidissent: ut cum abstine
re his ex foedere Lacedæmonii deberent. Lamis uicus oppugna
tus esset: cedesq; ibi facta qui eius rei auctores: affinesq; essent.
nisi dederent Acheis: uiolatum uideri fędus. Ad exposcendos
eo: Legati ex templo Lacedemonem missi sunt. Id imperiū adeo
superbum: & indignum Lacedemoniis uisum est: ut si antiquę
ciuitatis fortuna esset: haud dubie arma ex templo capturi fu
erint. Maxime autem consternauit eos metus: si semel primis
imperiis obediendo iugum accepissent: ne id quod iam diu mo
liretur Philopomenes: exulibus Lacedęmonem traderet. Furē
tes igitur ira triginta hominibꝫ ex factione: cum qua conci
liorum aliqua societas Philoponi atq; exulibus erat: interfec
tis decreuerunt renuntiandam societatem Acheis. Legatosq;
ex templo Cephalaniam mittendos: qui consuli. M. Fuluio qq;
Romanis Lacedemonem dederent orarentq; eum: ut ueniret
in Peloponnesum: ad urbem Lacedęmonem in fidem: ditionēq;
populi Romani accipiendam. Id ubi Legati ad Acheos retule
runt: omnium ciuitatum quę eius concilii erant consensu bel
lum Lacedemoniis indictum est. Ne ex templo gereretur: hy
ems impedit. Incursionibꝫ tamen paruis latrocinii magis: quā

belli modo: non terra tantum: sed etiam nauibus a mari: finē
eorum uastati. Hic tumultus consulē Peloponnesum addux̄it.
I ussuq; eius helin concilio indicto. Lacedemonii ad disceptan
dum accīti magna ibi non disceptatio modo. sed etiam altre
catio fuit. cui consul cum alia satis ambitiose partem utrāq; fo
uendo: incerta responsdisset una denuntiatione: ut bello absti
nerent: donec Romam Legatos ad Senatum misissent finem
imposuit. utrinq; legatio missa Romam est. Exules quoq; La
cedemoniorum suam causam Legationemq; Achais inūxe
runt. Diaphanes & Lycortas Megapolitani ambo principes
legationis Achęorum fuerunt. qui dissidentes in re. p. tum
quoq; minime inter se conuenientes orationes habuerūt. Di
aphanes senatui disceptationem omnium rerum permitte
bat. eos optime controuersias inter Achęos ac Lacedemonios
finituros esse. Lycortas ex preceptis Philopōenis postula
bat. ut Achęis ex fędere ac legibus suis quę decressent agere
liceret. libertatemq; sibi illibatam: cuius ipsi auctores essēt
prestarent. Magne auctoritatis apud Romanos tum gēs Ache
orum erat. nouari tamen nihil de Lacedemoniis placebat.
C ęterum responsum uta perplexum fuit: ut & Achęi sibi de La
cedemone permissum acciperent. Et Lacedęmonii non oīa
concessa iis interpretarētur. Hac potestate immodice Achęi
ac superbe usi sunt. Philopoemen continuatur. Magistratus
qui ueris initio exercitu indicto castra in finibus Laced e
moniorum posuit. Legatos deinde misit: ad deposcendos
auctores defectionis: & ciuitatem in pace futuram si id fe
cisset pollicens: & illos nihil in dicta causa: passuros. Silētiū
pre metu: ceterorum fuit. quos nominatim depoposcerat: ipi
se ituros professi sunt: fide accepta ab legatis sum ab futu
ram. donec causam dixissēt. Ierunt alii etiam illustres uiri &
aduocati priuatis: & qua pertinere causam eorum ad Remp.
censebant. nunq; alia exules Lacedęmoniorum Achęi secū ad

dixerat infinis: quia nihil eque alienaturum animos ciuitatis
uidebatur. Tunc exercitus totus prope antesignam exule erat.
Iuuentibus Lacedemoniis ad portam castrorum agmine fac
to occurrerunt & primo lacessere iurgus: deinde altercatione
orta: cum accenderentur ire: ferocissimi exulum impetum in
Lacedemonios: unculaq; iam quosdam inscientes arceret: cres
cebat tumultus concitata turba. Et Achei ad spectaculum primo
concurrerunt. Deinde uociferantibus exulibus que passi forēt:
& orantibus opem affirmantibusq; simul nunq̄ talem occasionē
habituros: si eam prętermisissent: fędus quod in capitolio: quod
olympie: quod in arce athenis sacratum fuisset: irritum per illos
esse prius q̄ alio de integro fœdere obligentur nocios pumen
dos esse. Accensa his uocibus multitudo ad uocem unius qui ut
ferirent inclinauit: saxa comecit. atq; ita xvii. quibus unicu
la per tumultum iniecta erant interfecti sunt. Ixiii. Postero die
comprehensi a quibus prętor uim arcuerat: non quia saluos uel
let: sed quia perire causa indicta nolebat. Obiecta multitudini
mate: cum auersis auribus pauca locuti essent: damnati omnes
& traditi sunt ad supplicium. hoc metu iniecto Lacedemoniis
imperatum primum ut muros diruerent. deinde ut omnes ex
terni auxiliares. qui mercede apud Tyrannos militassent: ter
ra Laconica excederent tum utiq; seruitia Tyranni liberassent
ea magna multitudo erat ante diem certam abirent. qui ibi ma
nsissent: eos prehendendi uendendi: abducendi Acheis ius esset
Lycurgi leges: mores q; abrogarent. Acheorum assuescerent legib⁹
institutis q; ita unius eos corporis fore: & de omnib⁹ reb⁹ faci
lius consensuros. Nihil obedientius fecerunt q̄ ut muros dirue
runt. Nec egrius passi sunt: quā exules reduci. Decretum tege
in concilio communi Acheorum de restituendis iis factum est.
& mentione illata: externos auxiliares dimissos. & Lacedemo
nius ad scriptos: ita enim uocabant: qui a Tyranis liberati erant: ur
be excessisse: in agros dilapsos priusq̄ dimitteretur exercitus: ne

pretorem cum expeditis: & comprehendere id genus hominum: &
uendere iure prede: placuit Multi comprehensi uenerunt. Porta
ex ea pecunia Megalopoli: permissu Acheorum: refecta est. quam
Lacedemonii diruerant. Ager Belbinatis: quem iniuria Tyranni
Lacedemoniorum possederant: restitutus eidem ciuitati: ex de
creto ueteri Acheorum: quod factum erat Philippo Amyntæ fi
lio regnante. Per hec uelut eneruata ciuitas Lacedemoniorum
diu Acheis obnoxia fuit. nulla res tanto erat damno. q̃ discipli
na Lycurgi: cui per octingentos annos assueuerant: sublata. a cõ
cilio: ubi a consule inter Acheos Lacedemoniosq; disceptatũ est.
M. Fuluius: quia iam in exitu annos erat. Comitiorum causa. pro
fectus Romam: creauit consules. M. Valerium Messallam & C.
Liuium Salinatorem. M. Emilium Lepidum inimicum: eo quoq;
anno petentem discessisse tradunt. Pretores inde creati. Q. Mar
tius Philippus. M. Claudius Marcellus. C. Stertinius. C. Catini⁹
P. Claudius pulcher. L. Manlius Acidinus. Comitus perfectis cõ
sulem. M. Fuluium in Prouinciam ad exercitum redire placuit.
eiq; & college. Cn. Manlio imperium in annum prorogatum est.
E o anno in ædem herculis signum dei ipsius ex decemuirorum
responso: & Seiuges in capitolio aurati: ab Cn. Cornelio positi
consulem dedisse: inscriptum est: & xii. clipea erata ab edilibus
curulib⁹. P. Claudio: & P. Sulpitio Galba sunt posita: ex pecunia
qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt: &
edilis plebis. Quin. Fuluius Flaccus: duo signa aurata: uno reo
damnato: nam separatim accusati erant: posuit Collega eius. A.
Cecilius neminem condẽnauit. Ludi Romani ter. Plebei quĩqes:
toti instaurati. M. Valerius Messalla inde: & C. Liuius Salina
tor consulatum Idibus martiis cum inissent: de Re. P: de q; pro
uinciis: & exercitib⁹ senatum consuluerunt. De Etolia & Asia: ni
hil mutatum est. Consulib⁹: alteri Pisæ: cum Liguribus. alteri
Gallia prouincia decreta est. Comparare inter se aut sortiri iuss
si: & nouos exercitus: binas legiones: scribere. & ut Socius Latini

nominis quinadena milia peditum imperarent. & mille & ducen
tos equites. Messalę Ligures. Salinatori obtigit Gallia. Prętores
inde sortiti sunt. M. Claudio urbana. P. Claudio peregrina iuris
dictio euenit. Quintius Martius Siciliam. C. Stertinius Sardi
niam. L. Manlius hispaniam citeriorem. C. Catinius ulteriorē
est sortitus. De exercitibus ita placuit. E Gallia legiones: quę
sub. C. Lęlio fuerant. ad. M. Tutium. Proprętorem in Brutios
traduci. Et qui in Sicilia esset: dimitti exercitum et classē: quę
ibi esset Romam reducet. M. Sempronius. Pro hispanis legio
nes singulę quę tum in iis prouinciis erant decretę. & ut ter
na milia peditum: ducentos equites ambo prętores in supplemē
tum Sociis imperarent. Secūq; transportarent. Priusq̄ in prouī
cias noui magistratus proficiscerentur: supplicatio primo pro
collegio decemuirorum imperata fuit in omnibus computis:
q; luce inter horam tertiam ferme & quartam: tenebre obortę fu
erant. Et nouendiale sacrificium indictum est quod in auenti
no lapidibꝫ pluisset. Campani cum eos ex. S. C. quod priore āno
factum erat Romę censores censeri cogissent: nam antea incer
tum fuerat: ubi censerentur: petierunt ut sibi ciues romanas
ducere uxores liceret. Et si qui prius duxissent: ut habere ās.
E t ante eam diem nati: uti sibi iusti liberi: hęredesq; essent. Vtraq;
res impetrata. Deformianis Fundanisq; municipibus: & arpina
tibꝫ. C. Valerius Tappo Tribunus plebis promulgauit: uti iis suf
fragii latio. nam ante sine suffragio habuerant ciuitatem: esset.
H uic rogationi quattuor Tribuni plebis. quia non ex auctorita
te Senatus ferretur: cum intercederent edocti populi esse: non
senatus ius suffragium quibus uelit impartiri: destiterunt incęp
to. Rogatio perlata est: ut in ęmilia Tribu formiani: & fundani.
I n Cornelia arpinates ferrent. atq; in his Tibubꝫ tum primum ex
valerio plebiscito censi sunt. M. Claudius Marcellus Censor sor
te superato. T. Quintio Lustrum condidit. Censa ciuium capita
.cc. lviii. milia. cccviii. Lustro perfecto. Consules in prouincias

profecti sunt. hyeme ea: qua hec Rome gesta sunt: ad Cn. Manli
um consulem primum. Deinde proconsulem hybernantem in
Asia. Legationes undiq; ex omnibus ciuitatibus gentibusq; eis
Taurum montem incolunt conueniebant. Sed ut clarior nobi
liorq; victoria romanis e rege Antiocho fuit: q̄ de Gallis ita le
nior Socis erat de Gallis: quam de Antiocho. Tolerabilior re
gia seruitus fuerat: q̄ feritas immanium Barbarorum: incertiq;
in dies terror quo uelut tempestas eos populantes inferret: itaq;
ut quibus libertas Antiocho pulso pax Gallis domus data esset:
non gratulatum modo uenerant: sed coronas etiam aureas q;
suas queq; facultatibus suis attulerant. Et ab Antiocho Legati: & ab ip
sis Gallis ut pacis leges dicerentur: & ab Ariathe rege cappado
cum uenerunt ad ueniam petendam luendamq; pecuniam noxā:
quod auxiliis Antiochum iuuisset. ei. cc. talenta argenti sunt
imperata. Gallis responsum. cum Eumenes rex uenisset: tū da
turum iis legem ciuitatum legationes cum benignis respōsis
ietiones etiam q̄ uenerant dimisse. Antiochi legati pecuniā in
pamphiliam: frumentumq; ex pacto cum L. Scipione foedere
iussi aduehere. Eo se cum exercitu uenturum. Principio deīn
uernis lustrato exercitu: profectus die. viii. Apameam uenit. Ibi
triduum stanuis habuis: tertiis rursus ab Apamea castris: i Pā
philiam: quo pecuniam frumentūq; regios conuehere iusserat
peruenit. Mille & quingenta talenta argenti accepta. Apameā
deportantur. Frumentum exercitui diuiditur. Inde ad Perga
mum ducit. quę una in iis locis Regio tenebatur presidio. Ap
propinquanti Prefectus presidiis obuius fuit. xxx. dierū tem
pus petens ut regem Antiochum de urbe tradenda consuleret.
dato tempore: ad eam diem decessit presidio. & a pergamo. L.
manlio fratre cum quatuor milibo militum oranda ad re-li
quum pecuniæ ex eo quod pepigerant exigendum misso ipso
quia Eumenem. regem & decem Legatos ab roma Ephesum
uenisse audierat. iussit sequi. Antiochi Legatis a pameā exer-

citum traduxit. Ibi ex .x. Legatorum sententia fedus: in hęc uerba: cum Antiocho conscriptum est. Amicitia Regi cum Populo romano his legibo: & conditionibus esto. Ne quem exercitū qui cum populo .R. sociisue bellum gesturus erit: nec per fines regni sui eorum ue: qui sub ditione eius erunt: transire sinito. Ne cōmeatu: neue qua alia ope iuuato. Idem romani sociiue q̄ Antiocho. & iis qui sub imperio eius erunt. prestant. Belli gerendi ius Antiocho: ne esto cum illis: qui insulas colunt neue in Europam transeundi. Excedito urbibus. agris: uicis. castellis. cis Taurum montem: usq; ad Tanain amnem: & ea ualle Tauri usque ad iuga: qua in Lycaonia uergit. Neque arma efferto: ex iis oppidis. agris: castellisq; quibus excedat. Siqua extulit. quę quaq; oportebit recte restituito. Ne militem neue quem alium ex regno eumenis recipito. Siqui earum urbium ciues: quę regno abscedunt: cum rege Antiocho: intraq; fines eius regni sunt. A pacem omnes ante diem certam redeant: qui ex regno Antiochi apud romanos sociosq; sunt: iis ius abeundi manendiq; esto: seruos seu fugitiuos: seu bello captos: seu quis libet captus: aut transfuga: reddito romanis. Sociisq; elephantos tradito omnes. Neq; alios parato. Traduto & naues longas armamentaq; earum. Neue plures q̄ decem naues: nulla plusq̄. xxx. remis agatur: habeto. Minorem ea belli causa: quod ipse illaturus erit. Neue nauigato extra Calicandrum: neue Serpedonium promontoria. extra q̄ siqua nauis pecuniam stipendium aut Legatos: aut obsides portabit. Militesue mercede conducendi ex eis gentibus quę sub ditione Populi .R. sunt. Antiocho Regi ius ne esto. Ne uoluntarios quidem recipiendi. Quę ędes ędificiaq; intra fines regni Antiochi sunt. quo iure ante bellum fuerunt: eo Rhodiorum Sociorumue sunto. Siquę pecunię debentur earum exactio esto. Siquid ablatum est. id conquirendi: cognoscendi: repetendiq; ius esto. Si quas urbes quas tradi oportet: ii tenēt quibus Antiochus dedit ex iis presidia deducito utiq; recte tra

dantur: curato argenti probi .xii. milia attica talenta dato intra
duodecim annos pensionibꝫ æquis. Talentum ne minus pondo
lxxx. Romanis ponderibꝫ pendat. Et tritici .xl. milia modiū.
Eumeni regi talenta .ccc.l. intra quinquēnium dato. triennio
mutato. Ne rumores octonum denum annoꝝ: neu maiores qui
num quadragenum sequi sociorum Populi. R. ultro bellū infē
rent Antiocho uim ui arcendi ius esto: dum ne quam urbē: aut
belli iure teneat: aut in amicitiam accipiat. Controuersias in
ter se iure ab iudicio disceptent: aut si utrisq; placebit bello. De
hannibale pęno: & ętolo Thoante. & Lysimacho Acarnane: & chal
cidensibus Eubolyda: & Philopomene dedendis: in hoc quoq; fœ
dere ascriptum est. Consul iurauit in hoc foedus. ab rege q̄ exi
gerent iusiurandum profecti. Q. Minutius Thermus & L. Man
lius qui forte tum ab Oroandis redit. Et Qu. Labeoni qui classi
pręerat: scripsit: ut Pathara ex templo proficisceretur. queq; ibi
naues regię essent concideret: cremaretq;. Profectus ab Epheso
quinquaginta tectas naues aut concidit: aut incendit. Telmes
sum eadem expeditione territis: subito aduentu classis oppida
nis: recepit. Ex Lycia protinus: iussis ab Epheso: qui ibi relicti erāt
per insulas in Græciam traiecit. Athenis paucos moratus dies:
dum Pireum ab Epheso naues uenirent: totam inde classem ī Ita
liam reduxit. Cn. Manlius cum inter cætera: quę accipienda ab
Antiocho erant: Elephantos quoq; accepisset: donoq; Eumeni
omnes dedisset deinde causa ciuitatum multis inter nouas
res turbatis: cognouit. Et Ariathes rex parte dimidia pecuniæ
imperatę: beneficio Eumenis cui desponderat filiam: per eos di
es dimissa: in amicitiam est acceptus. Ciuitatum aūt cognitis
causis decem Legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quæ
stipendiariæ regi Antiocho fuerant: & Populo ro. senserant iis
immunitatem dederunt. Quæ partium Antiochi fuerant. aut sti
pendiarię Attali regis: eas omnis uectigal pondere Eumeni iusse
runt. Nominatim pręterea Colophoniis qui in Notho habitant.

& Cymeis & Mileſiis immunitatē conceſſerunt Clazomenis
ſuper immunitatem: & Dromiſſam inſulam dono dederunt Et
Meleſiis quem ſacrum appellant agrum reſtituerunt Et Ilien
ſibꝫ Rhoetium & Gregicum addiderunt non tam ob recentia
ulla merita q̄ originum memoria Eadem & Dardanum liberan
di cauſa fuit Chioſ quoq; & Smyrneos & Erithreos proſingula
ri fide quam eo bello pr̄eſtiterunt & agro donarunt & in omī
pr̄ecipuo honore habuerunt Phocenſibus & ager quem ante
bellum habuerant redditus & ut legibus antiquis uterentur
permiſſum Rhodus affirmata quæ data priore decreto erant
Lycia & Caria data & uſq; ad Meandrum amnem pr̄eter Meſſum
Regi Eumeni Cherōneſum in europam & Lyſimachiam & caſtella
uicoſ agrum quibus finibuſ tenuerat Antiochus adiecerunt
in aſia Phrygiam utranq; Alteram ad helleſpontum maiorem
alteram uocant & Myſiam quam Pruſias rex ademerat reſti
tuerunt ut Lucaniam & Mulyadam & Lydiam & nominatim ur
bem Trallis atq; ephesum & Telmeſſum De Pamphylia diſcepta
inter Eumenis & Antiochi Legatos cum eſſet quia pars eius ci
tra pars ultra Taurum eſt integram ad Senatum reiicitur his
fœderibus decretiſq; dans Manlius cum decem legatis omniq;
exercitu ad helleſpontum profectus euocatus eo regulis Gallo
rum leges quibus pacem cum Eumene ſeruarent dixit denun
tiauitq; ut morem uagandi cum armis finirent agrorūq; ſuoꝝ
terminis ſeſe continerent Contractis deinde ex omni ora nau
bus & Eumenis etiam claſſe per Atheneum fratrem regis ab elea
ad ducta copias omnis in Europam traiecit inde per Cheronne
ſum modicis itineribus graue præda omnis generis agmen tra
hens Lyſimachiæ ſtatua habuit ut q̄ maxime recentibꝫ & ītegꝫ
uimentis Thraciam per quam iter uulgo horrebant ingrederē
tur Quo profectus eſt ab Lyſimachia die ad amnem Melama quē
uocant Inde poſtero die ad Gypſeas peruenit à Gypſeis una fere
decem milium ſilueſtris anguſta confragoſa excipiebat propi

cuius difficultatem: in duas partes diuisus exercitus: & precede
re ima iussa: altera magno interuallo cogere agmen: media im
pedimenta interposuit. plaustra cum pecunia publica erant: pre
tiosa atq; alia pręda. Itaq; cum per saltum iret Thracum decem
haud amplius milia: ex quattuor populis astii & Corneli ad ipa
angustias uias circunsederunt. Opimo erat sine Philippi regis
macedonum fraude id factum. Eum scisse non alia per Thra
ciam redituros romanos & quantam pecuniam secum porta
rent. In primo agmine Imperator erat solicitus propter iniqui
tatem locorum. Thraces nihil se mouerunt: donec armati tran
sirent: postq̃ primos superasse angustias uiderunt: postremos
non dum appropinquantes impedimenta: & sarcinas inuadũt
cesisq; custodibꝰ. partim ea quę in plaustris erant: diripere par
tim sub oneribus iumenta abstraere ceperunt. Vnde postquã
clamor primum ad eos qui iam ingressi saltum sequebantur:
deinde etiam ad primum agmen est perlatus utrinq; in medii
concurritur. Et in ordinatum simul pluribus locis prelium cõ
seritur. Thracas pręda ipsa: impeditos oneribus: & plerosq; ut
ad rapiendum manus uacuas haberent inermes ad cędem pre
bet. Romanos iniquitas locorum: barbaris per calles notas occur
rentibus: & latentibus interdum: qui cauas ualles prodebat. Ipa
etiam onera plaustra q̃ ut forte tulit his: aut illis incõmode ob
iecta: pugnantibꝰ impedimento sunt. Alibi presidio: alibi prędę
unde ex cadit. prout locus iniquus æquus ue his aut illis: prout
animus pugnantium est: prout numerus. alii pluribus q̃ ipsi
erant: alii paucioribus occurrerant: uaria pugnę fortuna est.
multi utrinq; cadunt. Iam nox appetebat: cum prelio excedũt
Thraces: non fuga uulnerum: aut mortis: sed quia satis prędę
habebant. Romanorum primum agmen extra saltum circa tẽ
plum mendicum castra loco aperto posuit. Pars altera ad custo
diam impedimentorum medio in saltu duplici circundata ꝫ
uallo mansit. postero die prius explorato saltu: q̃ moueret: pri

mis se coniungit. In eo prelio cum & impedimentorum pars: & calo
num: & milites aliquot: cum passim toto prope saltu pugnaretur:
cecidissent. Q. Minutii Thermi morte: omissum est inceptũ ortis
ac strenui uiri. Eo die ad hebrum flumen peruentum est: in eni
orum fines preter apollinis Geruntium quem uocant incole: tẽ
plum superant. Aliæ angustiæ circa Tempyra excipiunt. hoc lo
co nomen est. nec minus confragose q̃ priores: sed quia nihil sil
uestre circa est: ne latebras quidem ad insidiandum prebent. hoc
ad eandem spem prede Thransi gens & ipsa Thracum conuenire:
sed quia unde ualles procul: ut conspicerentur angustias obsi
dentes efficiebant: minus terroris: tumultusq; fuit apud Ro
manos: quippe & si iniquo loco: prelio tamen iusto: acie aperta:
collatis signis dimicandum erat. conferti subeuntes cum clamo
re impetu facto primum expulere loco hostes deinde auertere:
fuga inde cædesq; suis ipsos impedientibꝫ angustiis fieri cepta
est. Romani uictores ad uicum Maronitarum Salentum appel
lant: posuerunt castra. postero die patenti itinere Priaticus cam
pus eos excepit. triduumq; ibi frumentum accipientes manse
runt: partim ex agris Maronitarum: conferentibus ipsis: par
tim ex nauibꝫ suis: quæ cum omnibus generis cõmeatu seque
bantur. ab statiuis diei uia apollonia fuit. Inde per Adderitarũ
agrum. Neapolin peruentum est. hoc omne per Grecorum colo
nias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas idẽ
exercitus cum a Scipione eadem uia duceretur. habuerat nul
lam ob aliam causam: q̃ q; prede minus quod peteretur fuerat.
Quanq̃ tum quoq; Claudius auctor est: ad quindecim milia Thra
cum precedenti ad exploranda loca agmini Mudini Numidæ
occurrisse. cccc. equites fuisse Numidas paucos elephantos Mu
dinis filium per medios hostium cum centum delectis equitibꝫ
dispositis manum cum hoste conseruisset terrorem ab tergo ꝛꝛ
prebuisse atq; inde turbatos: equestri uelut procella hostis ad
peditum agmen non accessisse. Cn. Manlius per Macedoniã cum

peruenisset: non dum ab hyberno contẽpto mari: ut traiicere au
deret apollonię hybernauit. Exitu prope anni. M. Valerius cõs:
ex Liguribus ad magistratus subrogandas romam uenit: nul
la memorabili in prouincia gesta re: ut ea probabilis more cau
sa esset: q̃ soluto serius ad comitia uenissent. Comitia consulib;
rogandis fuerunt: ad xii. calendas martias creati Marcus æmi
lius Lepidus. C. Flaminius postero die prętores facti. ap. Claudi'
Purcher. Seruius Sulpitius Galba. Qu. Terentius Culeo. Qu. Terẽ
tius Messalla. Qu. Fuluius Flaccus. M. furius Crassus. Comitis
perfectus quas prouincias Prętoribus esse placeret retulit ad
senatum consul. Ii decreuerunt. Duas romę iuris dicendi cau
sa. Duas extra Italiam Siciliam & Sardiniam. Duas in Italiã Ta
rentum: & Galliam: & ex templo priusq̃ inirent magistratũ: sor
tiri iussi. Ser. Sulpitius Vrbanam. Qu. Terentius peregrinam: est
sortitus. L. Terentius Siciliam. Qu. fuluius Sardiniam. M. Clau
dius Tarentum. M. furius Galliam eo anno. L. Minutius ayr
tillus &. L. Manlius q̃ legatos carthaginenses pulsasse dicebam
tur: iussu. M. Claudii prętoris urbis: per feciales traditi sunt Le
gatis & carthaginem aduecti. In Liguribus magni belli: & gliscẽ
tis in dies magis fama erat. Itaq̃ consulibus nouis quo die de pro
uinciis & de re. P. retulerunt: Senatus utriq̃ Ligures prouiciã
decreuit. Huic senatus consulto Lepidus consul intercedebat: I
ndignum esse prędicans consules ambos in ualles Ligurũ inclu
di. M. Fuluium: & Cn. manlium biennium iam: alterum in eu
ropa: alterum in asia uelut pro Philippo: atq̃ antiocho substi
tutos: regnare se exercitus in his terris esse placeat consules is
potius: q̃ priuatos. prę esse oportere. Vagari eos cum belli terro
re per nationes quibꝫ bellum inductum non sit: pacem prętio
uendicantes. & eas prouincias optinere opus esset: sicut. M. Aci
lio. L. Scipioni consulibꝫ. M. Fuluius & Cn. manlius successis
sent consules: ita Fuluio manlioq̃. C. Liuium & marcum Vale
rium. Consules debuisse succedere. nunc certe perfecto etolico

bello recepta ab Antiocho Asia: deuictis Gallis aut consules
ad exercitus consulares mitti: aut reportare legiones inde
reddiq; tandem rei.p. debere. Senatus his auditis: in sententia
perseuerauit: ut consulibus ambobus Ligures prouincia esset.
M anlium Fuluium & P. emilium cons. erant. Et super cetera a
Emilius seruus biennio se consulem factum. M. Fulvii opera
dicebat. Itaq; ad inuidiam ei faciendam Legatos Ambracie ses
in senatum subornatos criminibus introduxit: qui sibi cū
in pace essent impetrata: que priorib⁹ consulib⁹ fecissent: & ea
dem prestare: obedienter. M. Fuluio parati essent bellū illati
questi: agros primum depopulatos: terrorem direptionis &
cedes urbi iniectum: ut eo metu claudere cogerentur portas.
O bsessos deinde & oppugnatos se & omnia alia exempla belli ha
bita in se cedib⁹. incendiis ruinis. direptione urbis: coniuges
liberos: in seruitium abstractos: bona adepta: & quod se ante oīa
moueat: templa tota spoliata ornamentis simulacra deū: deos
immo ipsos conuulsos ex sedibus suis ablatos esse: parentes postes
q; nudatos. quos adirent. ad quos precentur & supplicent. Am
braciensibus non superesse. Hec querentes interrogando cri
minose ex composito consul ad plura uelut non sua sponte di
cenda elicebat. motus patribus aliter consul. C. Flaminius. M.
Fului causam excepit. Qui ueterem & obsoletam uiam ingres
sos dixit. Sic. M. Marcellum a Syracusanis. Sic. Q. Fuluium a
Campanis accusatos. Quin eadem opera T. Quintium a Philippo
Rege. M. Acilium & L. Scipionem ab Antiocho. Cn. Manlium
a Gallis & ipsum fuluium ab Etolis. & Cephalanie populis ac
cusari paterentur. Ambraciam oppugnatam: & captam. & si
gna inde ornamenta q; ablata. & cetera facta: que captis urbi
bus soleant negaturum: aut me pro. M. Fuluio aut ipsum. M.
Fuluium censeris Patres conscripti. cum ob has res gestas tri
umphum: a uobis postulaturus sit: Ambraciam captam. si
gna que ablata eruminantur. cetera spolia eius urbis ante

currum laturus: & fixurus in postibus suis: nihil est q̄ se ab
ętolis separent: eadem Ambraciensium: & ętolorum causa est.
itaq; Collega meus: uel in alia causa inimicitias exerceat: uelim
hac utiq; si mauult retineat Ambracienses suos in aduentum
M. Fuluii. Ego nec de Ambraciensib: nec de ętolis decerni qcq̄
absente. M. Fuluio patiar. Cum ęmilius callidam malitiam ini
mici: uelut omnibus notam insimularet: & tempus eum morā
do extracturum diceret: ne consule inimico decerni quicq̄ ui
debatur posse. captata occasio est: cum eger forte Flaminius ab
esset: & referente ęmilio senatus consultū factum est: ut ābraci
ensib: omnes suę res redderentur in libertate essent. ac legib:
suis uterentur. Portari ea quę uellent terra mariq; caperent.
dum eorum immunes Romani ac Socii Latini nominis essent.
Signa aliaq; ornamenta quę quęrerentur ex ędibus sacris subla
ta esse: de iis cum. M. Fuluius Romam reuertisset: placere ad col
legium pontificum referri. Et quod ii censuissent fieri. Neque
his contentus Consul fuit. sed postea per infrequentiam adie
cit. S. C. Ambraciam non uideri ui captam esse. Supplicatio inde
ex decemuirorum decreto pro ualitudine populi fuit per tri
duum: quia grauis pestilentia urbem atq; agros uastabat. Lati
ne inde fuerunt. Quib: religionib: liberati consules: & delectu
perfecto: nouis. n. uterq; ualuit uti militib: in prouinciam pro
fecti sunt: ueteresq; omnes dimiserunt. Post consulum profectio
nem. Cn. Manlius proconsul Romam uenit. cui cum ab Seruio
Sulpitio prętore senatus ad ędem Bellonę datus esset: & ipē cō
memoratis rebus ab se gestis postulasset: ut ab eas diis immor
talibus honos haberetur: sibiq; triumphanti urbem inuehi lice
ret: contradixerunt pars maior decem Legatorum: qui cum eo
fuerant. Et ante alios. L. Furius Purpurio & L. ęmilius Paulus
Legatos sese. Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendę ca
usa: foederisq; & legum quę cum. L. Scipione inchoate fuissent
perficiendarum. Cn. Manlium summa ope etendisse. ut eā pacē

turbaret. & Antiochum si sui potestatem fecisset: insidiis exciperet: sed illum cognita fraude. Consulis: cum sepe colloquiis petitis captus esset: non congressum modo: sed conspectum etiam euitasse: cupientem transire Taurum: egre omnium Legatorum precibus: ne carminibus Sibylle: predictam superantibus terminos fatalis: cladem experiri uellet: retentum: admouisse tamen exercitum & prope ipsis iugis: ad diuortia aquarum castra posuisse. Cum nullam ibi causam belli inuenisset: quiescentibus regis: circumegisse exercitum ad Gallogrecos: cui nationi non exsenatus auctoritate: non ex populi iussu. bellum illatum. quid quisque de sua sententia facere ausum. Antiochi. Philippi. hannibalis. & Poenorum recentissima bella: de omnibus his consultum senatum populum tulisse. sepe Legatos ante missos. res petitas postremo qui bellum indicerent missos. Quid eorum. Cn. Manli factum est: ut istud publicum populi ro. bellum: & non tuum priuatum latrocinium: dicamus. An eo ipso contentus fuisti: nec eo tenere direxisti exercitum ad eos: quos tibi assumpseras: an per omnis anfractus uiarum: cum uia consistens: ut quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater: eo consul mercenarius cum exercitu Romano sequereris. Pysidę Lycaonię q. & Phrygię recessus omnes: atq. angulos peragrasti: stipem a Tyrannis castellanis q. deuis: colligens. quid enim tibi cum oraculis: quid cum aliis: eque inuictis populis. Bellum autem ipsum: cuius nomine triumphum petis: quomodo gessisti: loco. equo: tempore tuo pugnasti. Tu uero recte: ut dis immortalibus honos habeatur: postulas primum: quod pro temeritate Imperatoris: nullo tum egentium bellum inferentis: penas luere exercitum noluerunt. deinde quod beluas: non hostes nobis obiecerunt. nolite nomen tantum existimare: mixtum esse Gallogrecorum multo ante & corpore & animo imbecillo ac mutati sunt. an si illi Galli essent: cum quibus milites uario euentu in Italia pugnatum est. quantum in imperatore uestro fuit: nuntius illinc rediisset. bis cum us

pugnatum est. bis loco iniquo subit: in valle inferiore: pedibus
pene hostium aciem subiecit. ut non talia ex superiore loco mit
teret: sed corpora sua nuda iniicerent: obruere nos potuerūt
quid igitur incidit: magna fortuna populi no. est. magnum &
terribile nomen recens ruina hannibalis Philippi Antiochi p
pe animi erant: tante corporum moles fundis sagittisq; in fu
gam consternati sunt. gladius in acie cruentatus non est. Galli
co bello. uelut auium examina ad crepitum primum missiliū
auolauere. At hercule: idem nos admonente fortuna: quid ho
stem habuissemus: casurum fuisset: cum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus: cesi fugati. exuti impedimentis sumus
Q. Minutius Thermus in quo aut paulo plus damni factum est
q̄ si Cn. Manlius: cuius temeritate ea clades inciderat: perisset
cum multis uiris fortibus cecidit. exercitus spolia regis Antio
chi referens trifariam dissipatus: alibi primum alibi postremū
agmen: alibi impedimenta interuepres in latebris ferarum noctē
unam delituit. pro his triumphus petitur. Si nihil in Thraciā cla
dis ignominiq; q. foret acceptum: de quibus hostibus triūphum
peteres. De iis. ut opinor: quos tibi hostes senatus: aut populus R.
dedisset. sic huic. L. Scipioni. Sic illi. M. Acilio de rege Antiocho
sic paulo ante T. Quintio de rege Philippo. Sic P. Africano de han
nibale Pœnis & Siphace. triumphus datus & minima illa: cūiam
senatus censuisset bella: quesita tamen sunt. quibus nuntiandū
esset: ipsis utiq; regibus nuntiarentur. an satis esset. ad presidiū
aliquod nuntiari. Vultis ergo hec omnia pollui & confundi. tol
li fecilia iura. nullos esse fetiales. fiat pace deum dixerim. iactu
ra religionis: oblitio deorum: capiat pectora uestra. Num senatū
quoq; de bello consuli non placet. non referri uelint. iubeāt ne
cum Gallis bellum geri. Modo certe consules Greciam: atq; asiā
uolebant. tamen perseuerantibus uobis Ligures prouinciam decer
nere. dicto obedientes fuerunt. merito ergo a uobis prospero bel
lo gesto triumphum petent. quibus auctoribus gesserunt. Talis

oratio Furii & ꝯ milii fuit. Manlium in hunc maxime modum
respondisse accepimus. Tribuni plebis antea solebant triũphũ
postulantibus aduersari. P. C. quibus ego gratiam habeo: q̃ seu
mihi seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt: ut non
solum silentio comprobarent honorem meum: sed referre et̃:
si opus esse uiderentur parati essent: ex decem legatis si diis pla
cet: quod consilium dispensande coh̃onestande q̃ uictorie. Im
peratores maiores dederunt nostri aduersarios habeo. L. Fu
rius: & L. Emilius currum triumphalem me conscendere pro
hiberent: coronam insigneam capiti detrahunt. quos ego si Tri
buni me triumphare prohiberent. testes citaturus fui rerum
a me gestarum. nullius equidem inuideo honori uos Tribu
nos plebei nuper uiros fortes ac strenuos impedientes. Qui Fa
bii Labeonis triumphum auctoritate uestra deterruistis: triu
phauit quẽ non bellum iniustum gessisse: sed hostem omnino
non uidisse inimici iactabant. ego qui cum centum milibo fe
rocissimorum hostium signis collatis totiens pugnauit. q̃ plus
xl. milia hominum cepi: aut occidi: qui bona castra eorum ex
pugnaui: qui circa iuga tauri omnia pacatiora q̃ terra Italia est
reliqui: non triumpho modo fraudor. sed causam apud uos. P. C.
accusantibo ipse legatis dico. Duplex eorum ut animaduer
tistis. P. C. accusatio fuit. Nam nec gerendum mihi fuisse bel
lum cum Gallis. Et gestum temere. atq; impudenter dixerũt.
Non erant Galli hostes. sed tu eos pacatos imperata facientes
uiolasti. Non sum postulaturus a uobis. P. C. ut quę commu
niter: de immanitate gentis Gallorum. de infestissimo odio
in nomen Romanum scitis: ea de illis quoq; qui terras hãc co
lunt. existimetis Gallis remota uniuersę gentis infamia: atque
inuidia: per se ipsos æstimare. Vtinam rex Eumenes: utinam
asiæ ciuitates omnes adessent. & illos potius querentes. q̃ me
accusantem audiretis. Mittite agendum Legatos circa asiam:
ad omnes urbes. & quęrite: utrum a grauiori seruitute Annibo

ultra Tauri iuga moto: an gallis subactis liberati sint: quotēs
agri eorum uastati sint: quotiens prede abacte referant. cum
uix redimendi captiuos copia esset Et mactatas humanas ho
stias immolatosq; liberos suos: audirent. Stipendium scito te
pependisse socios uestros Gallis. & nunc liberatos paruos re
gio imperio fuisse pensuros si ame foret cessatum: quo longi
Antiochus emotus esset: hoc impotentius in asia galli domina
rentur. & quicquid est terrarum. cura Tauri iuga Gallorū spe
rium non uestro adiecisseris. At enim sunt hec ita. Verum etiā
Delphos quondam commune humani generis oraculum: ubili
cum orbis terrarum galli spoliauerant. nec ideo populus R.o.
bis bellum indixit: aut intulit. equidem aliquid interesse rebar:
inter id tempus quo non dum in iure ac ditione uestra Greca
atq; asia erat: ad curandum animaduertendumq; quid in his
terris fieret. & hoc quo finem Imperii romani Taurum mōte
statuistis: quo libertatem immunitatem ue ciuitatibus datis:
quo aliis fines adiicitis alias agro mulctatis uectigal imponitis:
regna augetis minuitis donatis adimitis cure uestre censē
tis esse: ut pacem terra mariq; habeant. an nisi presidia dedu
xisset Antiochus que quieta in suis partibus erant: non puta
retis liberatam asiam: si Gallorum exercitus effusi uagarētur
R ata dona uestra: que dedistis regi eumeni. rata libertas ciui
tatibus esset. Sed quod ego hec ita argumentor. tanq; non
acceperim: sed fecerim hostes Gallos. Te. L. Scipio appello: i
cuius ego imperio succedens ni uicem imperii tui uirtutem
felicitatemq; parter: non frustra ab diis immortalibo precat
sum. Te. P. Scipio qui legati iusi: college maiestatem: & apud
fratrem cons. & apud exercitum habuisti. Scitis ne in exerci
tu Antiochi Gallorum legiones fuisse. uideritis in acie eō in
cornu utroque: id enim roboris esse uidebatur: locatos. pu
gnauerit: ut cum hostibo iustis. ceciderit: spolia eorum re
tuleritis. Atqui cum gallis bellum: & Senatus decreuerat: &

populus iusserat. sed nihil ut opinor cum his decreuerant: iusse
rantq; qui intra eius presidia fuissent: ex quibus preter antiochū:
cum quo pacem pepigerat Scipio: & cum quo nominatim foedus
ut fieret mandaueratis: omnes hostes erant: qui pro antiocho ar
ma aduersus nos tulerunt. In qua causa cum galli ante omnes fu
issent: & Reguli quidam: & Tyrāni: ego tamen & cum aliis pro di
gnitate imperii uestri coactis luere peccata sua: pacem pepigi. &
Gallorum animos si possent mitigari a feritate insita: temptaui.
& postq̄ indomitos atq; īplacabiles cernebam: tum demum ui
atq; armis coercendos ratus sum. Nunc quoniam suscepti belli
purgatum est crimen: gesti reddenda est ratio in quo confide
rem equidem cause meę: etiam si non apud Romanum: sed apd
carthaginensem senatum agerem: ubi in crucem tolli impera
tores dicuntur. si prospero euentu: paruo consilio rem gesserīt.
S ed ego in ea ciuitate: quę ideo omnibus incipiendis: gerendisq;
deos adhibet: quia nullius calumnię subiicit ea quę dii cōpro
bauerunt. & in solennibus uerbis habet: cum supplicationē aut
triumphum decernit: quod bene & feliciter rem p. administra
rit: si nollem si graue ac superbum existimarem: uirtute glori
ari: pro felicitate mea: exercitusq; mei: q; tantam nationem sine
ulla militum iactura deuicimus: postularemq; ut diis immorta
libus: honos haberetur & ipse triumphans in Capitolium ascen
derem: unde uotis rite nuncupatis profectus sum: negaretis
hoc militię: cum diis immortalibus. Iniquo enim loco dimica
ui. Dic igitur quo equiore potuerim dimicare: cum montē ho
stes cepissent loco munito se tenerent: nempe oppugnādi erāt.
Q uid ad Termophylas: equo ne loco haberent. & menibus se te
nerent: nempe oppugnandi erant. Quid ad Termophylas equo
ne loco. M. Acilius cum rege Antiocho pugnauit. Quid Philippū
non eodem modo super Acum amnem iuga tenentem montiū
T. Quintius deiecit: equidem ad huc qualem aut si fingant
aut nobis uideri uelint hostem fuisse: non inuenio si degene

rem: &

rem: & emolitum amenitate asie: quid periculi: uel iniquo loco:
subeuntibus fuit: Si timendum & feritate animorum: & robore cor
porum: huic ne tantæ uictoriæ triumphum negatis: Cæca inui
dia est: Patres conscripti. nec quicq̃ aliud scit q̃ detractare uirtu
tes: corrumpere honores. ac premia eorum. Mihi queso ita igno
scatis. P. Conscripti. si longiorem orationem: non cupiditas glo
riandi: sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam p Thra
ciam saltus petentes: qui angusti erant: & plana ex arduis. & cul
ta ex siluestribus. facere potui: & prestare ne quilibet sub iis late
ribus delitescerent latrones Thraces. ne quid sarcinarum rapere
tur. ne quid iumentum ex tanto agmine abstrahetur. ne quis uul
neraretur: ne ex uulnere fortis uir ac strenuus. Q. Minutius mo
reretur. in hoc quoq; casu infeliciter incidit: ut talem ciuē amit
teremus: hærent q; saltu iniquo loco alieno. cum adortus hostis
nos esset duæ simul acies primi & nouissimi agminis hærentem
ad impedimenta nostra exercitum Barbarorum circūuenerūt.
q; multa milia ipso die plura multo: post dies paucos ceciderunt:
& ceperunt: hoc si ipsi tacuerint uos scituros. cum testis oratiōis
meę totus exercitus sit: non credunt. si gladium in asia nō strin
xissem: si hostem non uidissem: tamen triumphum in Thracia
duobus preliis merueram. Sed iam dictum satis est quin pro eo
q; pluribus uerbis uos quam uolui fatigaui: ueniam a uobis pe
titam: impetratamq; uelim. P. conscripti. plus crimen eo die: quā
defensio ualuisset in altercationem in serum perduxissent. Di
mittitur senatus in ea opinione: ut negaturus triumphum fuisse
uideretur. postero die: & cognati amici que Cn. Manlii sūmis opi
bus adnixi sunt: & auctoritas seniorum ualuit: negantiū exē
plum proditum memoriæ esse. ut Imperator qui deuictis per du
ellibus confecta prouincia exercitum reportasset: sine curru: &
laurea priuatus inhoneratusq; urbem iniret: hic pudor maligni
tatem uicit. Triumphumq; frequentes decreuerunt: Oppressit
deinde mentionem memoriamq; omnem contentionis huius

maiuſ & cum maiore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africa
no ut Valerius Annaſ auctor eſt. duo Qu. Petilii diem dixerunt.
l d pro ut cuius ingenium erat interpretabantur. Alii non Tri
bunoſ plebiſ ſed uniuerſam ciuitatem incuſabant. que id pati
poſſet. duaſ maximaſ orbis terrarum urbeſ ingratas uno prope
tempore inuentas. Romam ingratiorem. ſiquidem
uicta carthago. uictum hannibalem in exilium expuliſſet. Ro
ma uictrix uictorem africanum expellat. Alii neminem unũ
tantum eminere ciuem debere: ut legibus interrogari nõ poſ
ſit. nihil tam æquãdæ libertatis eſſe q̃ potentiſſimũ quẽq; poſſe
dicere cauſam quid autem tuto cuiq̃ ne dum ſũmam Rem p. per
mitti. ſi ratio non ſit reddenda. qui ius æquum pati non poſſit.
in eum uim haud iniuſtam eſſe. Hæc agitata ſermonibuſ donec
dieſ dicendæ cauſæ uenit. nec alius ante quiſq̃ nec ille ipſe Sci
pio conſul cenſor ue maiore omnis generis hominum freque
tia: q̃ reus illo die in forum eſt deductus. Iuſſus dicere cauſã
ſine ulla criminum mentione: orationem adeo magnificam
de rebus abſe geſtis eſt exorſus: ut ſatis conſtaret neminem
unq̃ neq; melius uerius laudatum eſſe: dicebantur enim ab
eodem animo ingenioq; a quo geſta erant. & aurum faſtidiũ
aberat: quia pro periculo: non in gloriam: referebantur. Tribu
ni plebis ueteres luxuriæ crimina Syraculanorum hybernorũ:
& Locris plemmianum tumultum cum ad fidem præſentium
criminum retuliſſent: ſuſpitionibus magiſ q̃ argumentiſ pecu
niæ captę rerum accuſarunt. filium captum: ſine pretio reddi
tum. omnibuq; aliiſ rebuſ Scipionem: tanq̃ in eius uniuſ manu
pax Romana: bellumq; eſſet ab Antiocho cultum Dictatorem
eum conſuli non Legatum. in prouincia fuiſſe: nec ad aliam
rem eo profectum: q̃ ut id quod hiſpaniæ Galliæ. Siciliæ. Africę
iam pridem perſuaſum eſſet. hoc Græciæ Aſiæq; & omnibuſ ad
orientem uerſis regibus gentibuſq; appareret. unum hominẽ
caput: columnamq; imperii Romam eſſe. ſub umbra Scipionis

ciuitatem dominam orbis terrarum latere nutus eius pro decretis
patrum: pro populi iussis esse infamia intactum inuidia qua
possunt: urgent. Orationibus in noctem perductis: producta dies
est. Vbi ea uenit Tribuni in rostris prima luce consederunt: ci
tatus reus magno agmine amicorum clientiumq; per mediam
contionem ad rostra subiit: silentioq; facto. Hoc inquit die Tri
buni plebis: uosq; Quirites cum hannibale: & carthaginēsibꝫ
signis collatis in africa bene: ac feliciter pugnaui. itaq; cū ho
die litibus: & iurgiis supersederi æquum sit: ego hinc ex tēplo
in Capitolium ad Iouem optimum maximum Iunonemq; &
Mineruam: ceterosq; deos qui capitolio: atq; arci president:
salutandos ibo. iisq; gratias agam: q; mihi & hoc ipso die: & spe
alias: egregie gerendæ. Reip. mentem facultatemq; dederūt:
uestrum quoq; Quirites quibus cōmodum est: ite mecum & ora
te deos: ut mei similes Principes habeatis. ita si ad annis septē
decī ad senectutem est semper uos ætatem meam honoribꝫ ue
stris anteistis: ego uestros honores rebus gerendis precessi. ab
rostris in capitolium ascendit. simul se uniuersa contio auer
tit. & sequuta Scipionem est. adeo ut Viatores Tribunos relin
querent: nec cum iis preter seruilem comitatum: & preconem
qui reum ex rostris citabat: quisq̄ esset. Scipio non in capitolio
modo: sed per totam urbem omnia templa deum: cum populo
Romano: circūiit. Celebratior iis prope dies fauore hominum:
& æstimatione uere magnitudinis eius fuit: q̄ quo triumphās
de Syphace Rege: & carthaginensibꝫ urbem est inuectus hic spe
ciosus ultimus dies. P. Scipioni illuxit. Post quem cum inuidiā
& certamina eum Tribunis prospiceret: die longiore ꝓducta
in liternum concessit certo consilio: ne ad causam dicendam
adesset. Maior animus: & natura erat ac maiori fortune assue
tus q̄ ut reus esse sciret. & sūmitteret se in humilitatē causam
dicentium. Vbi dies uenit: citariq; absens est ceptus. L. Scipio
morbum causam esse: cur abesset: excusabat q̄ excusationem

cum Tribuni qui diem dixerant: non acciperent: & ab eadem
superbia non uenire ad causam dicendam arguerent: qua iudi
cium & Tribunos plebis & contionem reliquisset & quibus ius
de se dicendę sententię & libertatem ademisset. iis comitatus
uelut captos trahens Triumphum populi R. egisset secessionē
eo die quo in capitolium a Tribunis pl. fecisset: habetis ergo te
meritatis illius mercedem: quo duce: & auctore nos reliquistis:
ab eo ipsi relicti estis. & tantum animorum in dies nobis decre
scit: ad quem antea exercitum: & classem habentem. Tri. pl. ę di
lesq; in Siciliam mittere: ausi sumus: qui prehenderent eum: &
Romam reducerent: ad eum priuatum ex uilla sua trahendū
ad causam dicendam: mittere non audemus. Tribuni Plebis
appellati ab. L. Scipione: ita decreuerunt: ut si morbi causa ex
cusaretur: sibi placere accipi eam causam diemq; a collegis pro
duci. Tribunus plebis eo tempore. T. Sempronius Gracchus erat
cui inimicitię cum. P. Scipione intercedebant: is cum uetuisset
nomen suum decreto collegarum ascribi: tristioremq; omnes
sententiam expectarent: ita decreuit. Cum. L. Scipio excusā mor
bum esse causam fratri: satis id sibi uideri se. P. Scipionē priusq̄
Romam redisset: accusari non passurum. tum quoq; si se appellet:
auxilio ei futurum ne causam dicat ad id fastigium: rebus gestis:
honoribus populi Romani. P. Scipionem deorum hominumq; cō
sensu peruenisse: ut sub rostis rerum stare: & prębere aures ado
lescentium cōuitiis Populo ro. magis deforme: quam ipsi sit. Ad
iecit decreto indignationem. Sub pedibus uestris stabit Tribu
ni domitor ille africę Scipio. ideo quattuor nobilissimos duces
Pęnorum in hispania: quattuor exercitus fudit fugauit. ideo
Syphacem cępit hannibalem deuicit. Carthaginem uectigalem
nobis fecit. Antiochum: recepto eius fratre consorte huius glo
rię. L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit: ut duobus
Petiliis succumberet. uos de pace africani Palmam peteretis:
nullis ne meritis suis: nullis uestris honoribus: senectus eorum

considat. Mouit & decretum: & adiecta oratio: non ceteros mō
sed ipsos etiam accusatores. Et deliberaturos se: quid sui iuris
& officii esset: dixerunt. Senatus deinde concilio plebis dimis
so: haberi est ceptus ibi gratie ingentes ab uniuerso ordine pre
cipue a consularibus senioribusq; T. Sempronio Graccho acte
sunt: q; rem p. priuatis simultatibus potiorem habuisset. Et Pe
tilii uexati sunt probis: q; splendere aliena inuidia uoluissent
& spolia & Africano Triumpho peterent. Silentium deinde de
Africano fuit. uitam Literni egit sine desiderio Vrbis moriētē
rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt. monumentumq; ibi
edificari: ne funus sibi ingrata patria fieret. uir memorabilis
bellicis tamen: q̄ pacis artibus memorabilior: cui par habita est
materia ingenio quoad primum consulatum: secundo etiam si
Censuram adiicias. quid Asiatica Legatio: & ualitudine aduersa
inutilis: & filii casu deformata: & post reditum: necessitas aut su
beundi iudicii aut simul cum patria deserendi. Pauci tamen bel
li perpetrati quo nullum neq; maius neq; periculosius Romani
gessere unam precipuam gloriam tulit. Morte Africani creuere
inimicorum animi quorum princeps fuit. M. Portius Cato qui
uiuo quoq; eo ad latrare eius magnitudinem solitus erat. hoc aucto
re existimātur Petilii: & uiuo Africano reo causam ingratam: &
mortuo rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis. Ve
litis iubeatis. queratur: que pecunia capta ablata coacta ab Re
ge Antiocho est: quiq; sub eius Imperio fuerunt: qd es in publi
cum relatum non est. uti de ea re. Ser. Sulpitius pretor Vrban⁹
ad Senatum referat: quem eam rem uelit senatus querere: de iis
qui pretores nunc sunt huic rogationi prio. Qu. & L. Nummii
intercedebant Senatum querere de pecunia non relata in publi
cum ita ut antea semper factum esset: equum censebant. Peti
lii nobilitatem & Regium in senatu Scipionum accusabant. L. Pur
purio consularis: qui in decem Legatis in Asia fuerat: Latius ro
gandum censebat: non que ab Antiocho modo pecunie capte

forent: sed quę ab aliis regibꝰ gentibusq; Cn. Manlium inimicū incensent. Et L. Scipio: quem magis prose: q̄ aduersus legem dicturum apparebat: dissuasor processit. Is post mortem P. africani fratris uiri omnium fortissimi clarissimiq; eam exortā rogationem est conquestus parum enim fuisse non laudari p rostris P. africanum post mortem. nisi etiam accusaretur. & carthaginenses exilio hannibalis contētos esse. Populum Rone morte quidem. P. Scipionis exsatiari: nisi ipsius fama sepulti laceretur & frater insuper accessione inuidię mactetur.

M. Cato suasit rogationem extat & oratio eius de pecunia regis antiochi & Numios Tribunos auctoritate deterruit ne aduersarentur rogationi. Remutentibus ergo his intercessionē omnibus uti rogassent iusserunt. Ser. Sulpitio deinde referente quem rogationem pecuniarum querere uellent. Qui Terentū culleonem patres iusserunt. Alii hunc pretorem adeo amicū cornelię familię: ut qui nomę mortuum elatum q. P. Scipionē est enim ea quoq; fama: tradunt pilleatum: sicut in Triumpho uerat: in funere quoq; ante lectum isse: memoriæ prodiderūt & ad portam capenam mulsum prosequutus funus dedisse: q; ab eo inter alios captiuos in africa ex hostibus receptus esset.

A lii adeo inimicum eundem: ut propter insignem simultatē ab ea factione: quæ aduersa Scipionibus erat: delectus sit potissimum ad quęstionem exercendam. Ceterum ad hunc minus equum aut iniquum pretorem reus ex templo factus. L. Scipio simul & delata & recepta nomina legatorum eius a & L. hostiliorum. Catonum: & C. Furiacii Leonis Quęstoris: & ut oīa contacta societate peculatus uiderentur: Scribere quoq; duo & accensus. L. hostilius Legatus & C. Furius dānati. quo cōmodior pax antiocho daretur. Scipionem sex milia pondo auri cccc. lxxx. argenti plus accepisse: q̄ in ærarium retulerat. a hostilium. lxxx pondo auri & argenti. cccc. iii. pondo. Furium Quęstorem auri centum. xxx. argenti. cc. pondo. Has ego

summas auri & argenti relatas apud Antiatem inueni. in. L. Sci
pione: malim equidem liberari mendum: quā mendacium scr
iptos esse: in summa auri atq; argenti. similius enim ueri est
argenti: q̄ auri maius pondus fuisse. & potius quadragies litē
æstimatam. eo magis quod tantæ summę rationem etiam ab ipo
requisitam esse. P. Scipione in Senatu tradunt. librumq; ratiōis
eius cum. L. Fratrem afferre iussisset inspectante senatu: suis ipm
manibus compressisse indignatum q; cum bis miles in ærarium
retulisset: quadragies ratio ab se posceretur. Ab eadem fiducia
animi cum Questores pecuniam ex ærario contra legem prome
re non auderent: poposcisse claues: & se aperturum ærarium
dixisse: qui ut clauderetur effecisset. Multa alia in Scipionis
exitu maximę uitę dieq; dicta: morte funere sepulchro in di
uersum trahunt ut cui fame quibus scriptis assentiar: non ha
beam. Non de accusatore conuenit. Alii M. Mauium. Alii Pe
tilios diem dixisse scribunt. Non de tempore quo dicta dies
sit: non de anno quo mortuus sit: aut eleuatus. Alii Romæ: alii
Literni & mortuum: & sepultum Vtrobiq; monumenta osten
duntur & statuę nam & literni monumentum monumētoq;
statua superimposita fuit: quam tempestate disiectam nuper
uidimus ipsi. Et Romę extra portam Capenam in Scipionum
monumento tres statuę sunt. due. P. & L. Scipionum dicūtur
esse: tertia poetę. Qu. Ennii. Nec inter scriptores rerum discre
pat solum: sed orationes quoq; si modo ipsorum sunt quę ferū
tur: & T. Gracchi aberrant inter se. Index orationis. P. Scipio
nis nomen. M. Mauii Tribuni Plebis habet. Ipsa oratio sine no
mine est accusatoris: nebulonem modo: modo nugatorem:
appellat. Nec Gracchi quidem oratio: aut Petilorum accusatoꝝ
Africani: aut diei dictę Africano ullam mentionem habet. Alia
tota serenda fabula est Gracchi orationi conueniens: & illi auc
tores sequendi sunt: qui cum. L. Scipio: & accusatus: & damna
tus sit pecunię captę ab Rege Legatum in hetruria fuisse Afri

canum tradunt quo post famā de fratris casu allatam relicta
legatione cucurisse eum Romam. & cum a porta recta ad forū
se contulisset: quod in uincula duci fratrem iussum erat repu
lisse a corpore eius Viatorem. & Tribunis retinentibꝫ magis pie
q̄ ciuiliter: uim fecisse. Hec enim ipse Gracchus queritur disso
lutam esse a priuato Tribunitiam potestatem. & ad postremum:
cum auxilium. L. Scipioni pollicet̄: aducit: tolerabilioris exē
pli esse a Tribuno pl. potius q̄ a priuato uictam uideri & Tribu
nitiam potestatem & Remp. esse. Sed ita hanc unam impotentē
eius iniuriam: inuidia onerat: ut increpando qd̄ degenerauerit
tantum a se ipso: cumulatas & ueteres laudes moderationis: &
temperantie pro reprehensione presenti reddat. Castigatum enī
quondam habeo populum ait quod eum perpetuum consulē: &
Dictatorem uellet facere. prohibuisse statuas sibi in comitio:
in rostris: in curia: in Capitolio: in cella Iouis poni. prohibuisse
ne decernetur: ut imago sua Triumphali ornatu: e templo Iouis
optimi maximi exiret. hec uel in laudatione posita: ingentem
magnitudinem animi moderandis ad ciuilem habitum hono
ribus: significarent. que exprobrando inimicus fateretur: huic
Graccho minorem ex duabus filiabus. nam maior. P. Cornelio
nasice haud dubie a patre collocata erat. nuptam fuisse conue
nit. Illud parum constat utrum post mortem patris & desponsa
sit: & nupserit: an uere ille opiniones sint Gracchum: cum. L. Sci
pio in uincula duceretur: nec quisq̄ collegarum auxilio esset: iu
rasse sibi inimicitias cum Scipionibꝫ que fuissent: manere: nec
se gratie querende causa quicq̄ facere: sed in quem carcerem
Reges & imperatores hostium ducentem uidisset. P. Africanum.
in eum fratrem eius duci non passurum. Senatum eo die forte
cenantem in Capitolium consurrexisse: & petisse: ut inter epulas
Graccho filiam Africanus desponderet. quibus ita in publicum so
lenne sponsalibus rite factis: cum se domum recepisset Scipionē
Emilie uxori dixisse filiam se minorem despondisse: cum illa

muliebriter indignabunda: nihil de communi filia secum cōsul
tatum adiecisset: non si T. Graccho daret: expertem consilii debu
isse matrem esse: Letum Scipionem tam concordi iudicio: & ipsi
desponsam respondisse: haec de tanto uiro quanq̃ & opinionibꝰ
& monumentis litterarum uariarent: proponenda erant. Iudi
cio a Qu. Terentio prętore perfectis hostiliis & furiis damnati
pedes eodem die quęstoribus urbanis dederunt. Scipio cum cō
tenderet omnem quam accepisset pecuniam in ęrario esse: nec
se quicq̃ publici habere: in uincula duci ceptus est. Publius Sci
pio Nasica Tribunos appellauit orationemq; habuit plenam ue
ris decoribus: non cōmuniter modo Corneliæ gentis: sed pro
prię familię suę. Parentes suos & P. Africani ac L. Scipionis qui
in carcerem duceretur: fuisse. Cn. & P. Scipiones clarissimos u
ros cos cum per aliquot annos in terra hispania aduersus mul
tos Pœnorum hispanorumq; duces & ęxercitus: nominis roma
ni famam auxissent: non bello solum: sed q; romanę temperan
tię: fideiq; specimen illis gentibus dedissent. ad extremū ambo
pro Po. R. morte occubuisse: cum illorum tueri gloriam poste
ris satis esset. P. Africanum tantum paternas superauisse laudes
ut fidem fecerit: non sanguine humano: sed stirpe diuina sati
se esse. L. Scipionem: de quo agatur: ut quę in hispania: quę in
Africa. cum Legatus fratris esset: gessisset: pretereantur cōsu
lem & ab senatu dignum uisum: cui extra sortem asia prouin
cia: & bellum cum Antiocho rege decerneretur: a fratre cui
post duos consulatus censuramq; & Triumphum Legatus i asiā
ret. ibi ne magnitudo & splendor legati laudibus consulis offi
ceret: forte ita incidisse: ut quo die ad magnesiam signis colla
tis L. Scipio Antiochum deuicisset: ager. P. Scipio Aeleę dierum
aliquot uia ab esset: non fuisse minorem cum exercitum: q;
hannibalis: cum quo in africa esset pugnatum hannibalē eun
dem fuisse: inter multos alios reges duces qui Imperator Pu
nici belli fuerit. dum & bellum quidem ita gestum esset: ut ne

fortunam quidem quisq̃ crimnari possit in pace crimen queri
causam duci uenisse huc .x. Legatos simul arguiq; quorum ex
consilio data pax esset quam petiisse ex .x. Legatis qui cn. mã
lium accusarent tamen non modo ad crimins fidem sed ne
ad moram quidem Triumphi eam accusationem ualuisse. At
hercule in Scipionem leges ipsas pacis ut minum accõmoda
tas Antiocho suspectas esse integrum enim ei regnum relic
tum omnia possidere eum uictum quę ante bellum eius fue
rint auri & argenti uim magnam habuerit nihil in publicum
relatum omne in priuatum uersum an preter omnium oculos
tantum auri argentiq; in Triumpho .L. Scipionis quantum non
decem aliis triumphis si omne in priuatum uersum an preter
omnium oculos tantum auri argentiq; in Triumpho .L. Scipio
nis quantum non decem aliis triumphis si omne in unum cõ
feratur sit latum. Nam quid de finibus Regni dicam? asiam
omnem & proxima Europę tenuisse Antiochum. ea quanta
regio orbis terrarum sit a Tauro monte in ęgeum usq; prom
inens mare: quot non urbes modo sed gentes amplectantur?
omnes scire hanc regionem dierum plus .xxx. longitudine
decem inter duo maria latitudinem patentem usq; ad Tauri
montis iuga Antiocho ademptam expulso eo in ultimo an
gulo orbis terrarum: quid si gratuita pax esset plus adimi ei
potuisse? Philippo uicto Macedoniam Nabidi Lacedemonẽ
relictam nec Quintio crimen quesitum non enim habuisse eũ
africanum fratrem cuius gloria prodesse .L. Scipioni debu
isset: inuidiam nocuisse. tantum auri argentiq; iudicatũ esse
in domum .L. Scipionis illatum quantum uenditis omnibo bo
nis redigi non posset: id ubi ergo esse regium aurum? ubi tot
hereditates acceptas? in domo? q̃ sumptus non exhausserint ex
tare debuisse nouę fortunę cumulum. At enim quod ex bon̄
redigi non possit: ex corpore & tergo per uexationem: & cõ
tumelias .L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcere inter su

res nocturnos: & latrones: uir clarissimus includatur: & in ro
bore: & tenebris expiret. deinde nudus ante carcerem proiici
atur: non id Corneliæ magis familię q̃ urbi Romæ fore erube
scendum. Aduersus ea Terentius prętor rogationē petiliam
ex senatus consulto & iudicium de. L. Scipione factum reci
tauit. Se nisi referatur pecunia in publicum: quę iudicata sit
nihil habere: qd̃ faciat: nisi ut prehendi dānatum: & in uincu
la duci iubeat. Tribuni cum in consilium secessissent: paulo post
·C. Fannius ex sua collegarumq; aliorum preter Gracchum
sententia pronuntiauit prętori non intercedere tribunos: quo
minus sua potestate utatur. Ti. Gracchus ita decreuit: quo mi
nus Ex bonis. L. Scipionis: quod iudicatum sit: redigatur: se
non intercedere prętori. L. Scipionem: qui Regem opulentis
simum orbis terrarum deuicerit Imperium populi Ro. pro
rogauerit in ultimos terrarum fines Regem Eumenem Rho
dios: alias tot urbes asiæ deuinxerit Po. R. beneficiis: pluri
mos duces hostium in Triumpho ductos carcere incluserit.
non passurum inter hostes populi R. L. Scipionem in carcere
& in uinculis esse. mittitq; eum se iubere. Tanto assensu audi
tum est decretum adeo dimissum. L. Scipionem Leti homiēs
uiderunt: ut uix in eadem ciuitate uideretur factum iudi
cium. In bona deinde. L. Scipionis possessum publice Questo
res prętor misit neq; in his non modo uestigium ullum cōpa
ruit pecunię Regiæ: sed nequaq̃ tantum redactum est: quātę
sūme dānatus fuerat. Collata ea pecunia a cognatis amicis &
clientibus est. L. Scipioni: ut si acciperet eam locupletior ali
quanto esset: q̃ ante calamitatem fuerat. nihil accepit: quę ne
cessaria ad cultum erant: redempta ei a proximis cognatis sūt.
V eteraq; Scipionum inuidia in pretorem: & consilium eius
& accusatorem ;

CVM HAEC ROMĘ GE-
runtur Consules ambo in Liguribꝫ
gerebant bellum is hostis uelut na
tus ad continendam per interualla
bellorum Romanis militarem disci
plinam erat nec alia prouincia mi
litem magis ad uirtutem acuebat. Nā
asia: & amenitate urbium: & copia
terrestrium: maritimarumq; rerum.
& mollicia hostium Regiisq; opibus ditiores: quā fortiores exer
citus faciebat. Pręcipue sub Imperio. Cn. Manlii solute: ac ne
gligenter habiti sunt. itaq; asperius paulo iter in Thracia: &
exercitatior hostis: magna clade eos castigauit. In Liguribꝫ
omnia erant: quę militem excitarent. loca montana: & aspe
ra quę & ipsis capere labor erat. & ex pręoccupatis deiicere
hostem: & infra ardua accepta: infesta ab insidiis hostis leuis
& uelox: & repentinus: qui nullum usq̄ tempus: nullum locū
quietum: aut securum esse sineret. oppugnatio necessaria mu
nitorum castellorum. laboriosa simul: periculosaq; insidiis
regio. quę si parsimonia astringeret: milites: haud pręde mul
tum pręberet. itaq; non lixa sequebatur: non iumentorū lon
gus ordo agmen expediebat nihil pręter arma: & uiros: oēm
spem in armis habentes: erat. Nec de erat unq̄ cum iis: uel ma
teria belli: uel causa. quia propter domesticam inopiam uici
nos agros incursabāt. nunq̄ tamen in discrimen sūme rerum
pugnabatur. Flaminius consul cum Frismacibꝫ Liguribus in
agro eorum: pluribus pręliis secundis factis: in deditionē gē
tem accepit. & arma ademit. Ea quia sincera fide non trade
bant: cum castigarentur: relictis uicis in montem Auginum

confugerunt. confestim sequutus est Consul. ceteri effusi rursus &
pars maxima inermes per uuia & rupes diruptas precipitantes
fugerunt: qua sequi hostis non posset ita transApenninum re
dierunt. qui castris se tenuerant circunsessi expugnati sut. Inde
transApenninũ ducte legiones. ibi montis quem ceperant: altri
tudine paulusper se tutati: mox in deditionem concesserunt.
Tum conquisita cum intentione cura arma & omnia adempta
Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum qui in agrum
Pisanum Bononiensem q; ita incursauerant: ut coli non posset
his quoq; perdomitis consul pacem dedit finitimis. Et quia a
bello quieta ut esset prouincia effecerat: ne in ocio multum ha
beret: uiam a Bononia perduxit Arretium. M. Emilius alter
consul agros Ligurum uicosq; qui in campis aut uallibus erãt
ipsis montes duos Balustam Suis montium q; tenentibus dux
depopulatusq; est. deinde eos qui in montibus erant adortus: a
primo leuibus prelijs fatigauit postremo coactos in aciem de
scendere: iusto prelio deuicit: in quo & edem Diane uouit. Sub
actis eis Apenninum omnibus: tum transmontanos adortus:
in his & Friniates Ligures erant: quos non adierat. C. Flamini
omnes Emilius subegit. armaq; ademit & de montibus in cam
pos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribꝫ: in agrum Gallicũ
exercitum duxit. uiamq; ab Placentia ut Flaminie cõmitteret.
ariminum perduxit. Prelio ultimo: quo cum Liguribus eo ãno
gesta. In Galliam Furius pretor in finibus cenomanis in pace
speciem belli querens: ademerat arma. Inde Cenomani conque
sti Rome apud senatum reiectiq; ad consulem Emilium cui ut
cognosceret: statueretq; Senatus permiserat: magno certamine
cum pretore habito. tenuerunt causam. Arma reddita Cenoma
nis decedere prouincia pretor iussus. Legatis deinde Socio-
Latini nominis: qui toto undiq; ex Latio frequentes conuenerãt
senatus datus est: his querentibus magnam multitudinem ci
uium suorum romam cõmigrasse: & censos esse. Qu. Terentio

Culleoni prętori negotium datum est: ut eos conquireret. 7 quę
C. Claudio. M. Fuluio Censoribus post ue eos Censores ipsum pa
rentem ue eius apud se censum esse probassent socii: ut redire eo
cogeret: ubi censi essent. Hac conquisitione duodecim milia La
tinorum domos redierunt: iam tum multitudine alienigenarū
urbem ornāte. M. Fuluius priusq̄ consules Romam redit: usq; ad
ędem Apollinis in senatu cum de rebꝰ in Ętolia Cephalaniaq; ab
se gestis disseruisset petiit a patribus ut æquum censerent ob
rem p. bene ac feliciter gestam & diis immortalibus honorem ha
beri iubere: & sibi Triumphum decernere. M. Amburius Tribu
nus plebis si quid de ea re ante Ęmilii consules aduentum decer
neretur: intercessurum se ostendit. eum contra dicere uelle pro
ficiscentemq; in Prouinciam ita sibi mandasse ut ea disceptatio
integra in aduentum suum seruaretur. Fuluius temporis iac
turam se facere. Senatum etiam prędente consule: quod uellet de
creturum. M. Fuluius si aut simultas M. Ęmilii secum ignota
hominibus esset: aut q̄ is eas inimicitias impotenti ac prope
Regi ira exerceret tamen non fuisse ferendum absentem Cons:
& deorum immortalium honori obstare: & debitum meritumq;
Triumphum morari. Imperatorem rebus egregie gestis: uicto
remq; exercitu cum prędа ac captiuis ante portas stare: donec
consuli ob hoc ipsum moranti: redire Romam libitum esset. ue
rum enim uero cum sint nobilissimę sibi cum consule inimici
tię: quid ab eo quenq̄ expectare æqui: qui per infrequentiam
furtim senatus consultum factum ad ærarium detulerit. Ambra
ciam non uideri ui captam: quę aggere ac uineis oppugnata sit
ubi incensis operibꝰ alia de integro facta sint: ubi circa muros
supra: subterq; terram: per dies quindecim pugnatum: ubi a pri
ma luce: cum iam transcendisset muros miles usq; ad noctem:
diu ancepś prędium tenuerit: ubi plus tria milia hostium sint cę
sa. Iam de deorum immortalium templis spoliatis: in capta ur
be: qualem calumniam ad Pontifices attulerit nisi Syracusarum

ceterarum q; captarum ciuitatum ornamentis urbem ornari fas
fuerit: in Ambraciam unam captam non ualuerit belli ius? & P.
C. orare: & a Tribuno petere: ne se superbissimo inimico ludi
brio esse sinant. Vndiq; omnes alii deprecari Tribunum: alii ca
stigare. Ti. Gracchi collegę plurimum oratio mouit. Ne suas qđ
simultates pro magistratu exercere: boni exempli esse: alienas
uero simultatum Tribunum plebis cognitorem fieri turpe &
indignum collegi eius potestate & sacratis legibus esse. suo quę
iudicio & homines odisse: aut diligere: & res probare: aut ĩpro
bare debre: non pendere ex alterius uultu: ac nutu: nec alienis
momentis animi circũagi. astipulariq; irato consuli Tribunum
plebis. & quid priuatim. M. Æmilius mandauerit: meminisse Tri
bunatum sibi a populo R. mandatum pro auxilio: & libertate
priuatorum. non pro consulari regno. hoc quidem cernere æqu
um fore: ut memoriæ mandaretur: eiusdem collegii alterum
e duobus Tribunis plebis. suas inimicitias remisisse rei p. alte
rum alienas: & mandatas exercuisse. His uictus castigatiõib;
Tribunis: cum templo excessisset: referente. Ser. Sulpitio prę to
re Triumphus. M. Fuluio est decretus. Is cum gratias patribꝫ cõ
scriptis egisset: adiecit Ludos magnos se Ioui Optimo Maximo
eo die quo Ambraciam cępisset uouisse in eam rem: centum de
cem pondo auri a ciuitatibꝫ collatum petere ut ex ea pecunia
quam in Triumpho latam in ærario positurus esset: in ærarium
secerni iuberet. Senatus pontificum collegium consuli iussit. nũ
id omne aurum in ludos consumi necessarium esset. Cum põti
fices negassent ad religionem pertinere: quanta impensa in lu
dos fieret Senatus Fuluio quantum unpenderet permisit. dum
ne summa octoginta milium excederet. Triumphare mense Ia
nuario statuerat. sed cum audisset consulem Æmilium litteris
Amburii Tribuni plebis acceptis de remissa intercessione: ipm
ad impediendum Triumphum Romam uementem. agrum Ĩ ita
substituisse: ne plus in Triumpho certaminum. q; in bello haberet

pretulit triumphi diem. Triumphauit ad .x. calendas Ianuari
as de Etolis & de Cephalania. aureę coronę centum duę decē pon
do: ante currum latę sunt. Argenti pondo milia. lxxxiii. Auri
pondo. cc. xliii. terracina attica. c. xviii. milia Philippi nummi
x. milia. cccc. xxii. Signa ænea duxit. cc. lxxxv. Signa mar
morea. cc. xxx. Arma tela. cetera spolia hostium. magnus nume
rus. ad hec catapultę. balistę tormenta omnis generis. duces aut
Etoli & Cephalanes: aut Regii: ab Antiocho ibi relicti: ad. vii. &
xx. Multos eo die prius q̄ in urbem inueheretur: in Cyrco Flami
nio Tribunos. Prefectos. Equites. Centuriones Romanos. Soci
osq; donis militaribus donauit. Militibus ex preda quinos ui
cenos denarios diuisit. duplex Centurioni. triplex equiti. Iam
consularium comitiorum appetebat tempus: quia. M. Emilius:
cuius sortis ea cura erat: occurrere non potuit. C. Flaminius Ro
mam uenit. ab eo creati Consules. Postumius Albinus. Qu. Martius
Philippus. Pretores inde facti. T. Menius. P. Cornelius Sulla. C. Cal
phurnius Piso. M. Licinius Lucullus. C. Aurelius Scaurus. L. Qu.
Crispinus. Extremo anni magistratibus creatis: iam ad tertiū no
nas Martias. Cn. Manlius Volso de Gallis: qui Asiam incolunt: tri
umphauit. Serius ei triumphandi causa fuit: ne. Qu. Terentio Cul
leone pretori causam lege Petilia diceret. & incendio alieni Iudi
cii quo. L. Scipio dānatus erat: conflagraret. eo infensioribꝫ in se:
q̄ in illum iudicibus: quo disciplinam militarem: seuere ab eo
conseruatam: successor ipse: omni genere licentiæ: corruperat.
Neque ea sola infamię erant: quæ in prouincia procul ab oculis
facta narrabantur: sed etiam magis ea: quę in militibus eius cō
spiciebantur. Luxuriæ enim peregrinę origo ab exercitu Asia
tico inuecta in urbem est. inde primum lectos ærarios uestem
stragulam pretiosam. plagulas. & alia textilia. & quæ tum ma
gnifice suppellectilis habebantur. monopodia: & abacos Romā
adduxerunt. Tunc psaltrię sambucistrięq; & conuiualia Iudi
onum oblectamenta addita epulis. Epulę quoq; ipsę & cura: &

ſúptu maiore apparari cepte. Tum coquus uiliſſimum ānquiſ
mancipium. & æſtimatione. & uſu in pretio eſſe. & qd miniſte
rium fuerit. arſ haberi cepta. uix tamen illa. que tum conſpi
ciebantur. ſemina erant future luxurie. In triumpho tulit
Cn. Manlius coronas aureas. cc. Decem pondo duas. Argenti
pondo. cc. xxx. milia centum tria. Tetradrachmum Attice. c. vii
milia. xx. Ciſtophori. cc. l. Philippeorum aureorum nummo
rum ſedecim milia. ccc. xx. Et arma ſpoliaq; multa Gallica
carpentiſ trauecta. Duces hoſtium duo & quinquaginta duc
ti ante currum. Militibus quadragenos binos denarioſ di
uiſit. Duplex Centurioni. et ſtipendium duplex in peditef de
dit. Triplex in equitef. Multi omnium ordinum donati mili
taribus doniſ. currum ſequuti ſunt. Carmina que a militibo
ea in imperatorem dicta. ut facile appareret in Ducem indul
gentem ambitioſumq; ea dici. Triumphum q; eſſe militari ma
giſ fauore. quam populari celebrem. Sed ad populi quoq; gratā
conciliandam. amici manlii ualuerunt. quibus adnitentibus
Senatus conſultum factum eſt. ut ex pecunia. que in triumpho
tranſlata eſſet. ſtipendium collatum a populo in publicum. qd
eiuſ ſolutum antea non eſſet. ſolueretur. Vicenos quinos & ſe
miſſef in milia aeris. Queſtoref urbani. cum fide & cura ſoluerūt.
Eodem tempus Tribuni militum duo. & ex duabus hiſpaniſ cō
lutteris. C. Atinii & Cn. Manlii. qui eaſ prouinciaſ obtinebāt ue
nerunt. Ex biſ litteris cognitum eſt. Celtiberoſ Luſitanoſq; ī ar
mis eſſe. & ſociorum agros populari. De ea re conſultationē
integram integram Senatus ad nouoſ magiſtratuſ reiecit. Ludi
Romani eo anno quoſ. P. Cornelius Cethegus. & Poſtumius Al
binuſ faciebant. malus in Cyreo inſtabilis. in ſignum pollūcte
procidit. atq; id deiecit. ea religione moti patres. & diem unum
adiiciendum ludorum celebritati cenſuerunt. & ſigna duo pro
uno reponenda. & nouum auratum faciendum. Et Plebei ludi
ab edibus. C. Sempronio Bleſo. et M. Furio Luſco diem unum

adiiciendum ludorum celebritati censuerunt: & signa duo pro
uno reponenda. & nouum auratum faciendum. Et Plebei ludi
ab ędibus. C. Sempronio Bleso. Et. M. Furio Lusco diem unum
instaurati sunt. Insequens annus. SP. Postumium albinum. et
.Qu. Martium Philippum Consules ab exercitu bellorumq; &
prouinciarum cura: ad intestinę coniurationis uindictā auer
tit. Prętores prouincias sortiti sunt. T. Menius Vrbanam. M. Li
cinius Luculus: inter ciues: & peregrinos. C. Aurilius Scaurus
Sardiniam. P. Cornelius Sulla: Siciliam. hispaniam citeriorē
.C. Calphurnius Piso. Hispaniam ulteriorem. Qu. Crispinus. et
Consulibus ambobus quęstio de clandestinis coniurationi
bus decreta est. Gręcus ignobilis in hetruriam primū uenit.
nulla cum arte earum: quas multas ad animorum corporūq;
cultum nobis eruditissima omnium gens inuexit. Sacrificu
lus & Vates. nec si qui aperta religione propalam & questum
& disciplinam profitendo: animos errore imbueret. sed occul
torum antistes sacrorum Initia erant: quę primo paucis tra
dita sunt. deinde uulgari cepta per uiros: mulieresq; addite
uoluptates religioni uini: & epularum: quo plurium animi
illicerentur. cum uinum animos & nox: & mixti fęminis ma
res: ętatis tenerę maioribus: discrimen omne pudoris extin
xissent. corruptelę primum omnis generis fieri cęptę. q; ad id
quisq; quo natura pronioris libidinis esset: paratam uolupta
tem haberet. nec unum genus noxę stupra promiscua ingenu
orum: fęminarumq; erant: sed falsi testes: falsa signa: testimo
niaq; & iudicia: ex eadem officina exibant. uenena itidem īte
stinę que cędes. ita ut ne cōpora quidem interdum: ad sepul
turam extarent. multa dolo: pleraq; per uim audebantur hu
ius mali tabes ex hetruria Romam: uelut contagione morbi
penetrauit. Primo vrbis magnitudo capacior: patientiorq; ta
lium malorum uelauit. Tandem inditium hoc maxime modo:
ad Postumium consulem peruenit. P. ebutius: cuius pater pu

blico equo stipendia fecerat. pupillus relictus mortuis deinde
Tutoribus sub tutela Durōtæ matris: & uiçtrici T. Sempronii
Rutilii educatus fuerat. mater dedita uiro erat. & uitricus:
quia tutelam ita gesserat: ut rationem reddere non posset: aut
tolli pupillum: aut obnoxium sibi uinculo aliquo fieri: cupie
bat. uia una corruptelę Bacchanalia erant. mater adolescentē
appellat. se pro ægro eo uiuisse: ubi primum conualuisset Bac
chis eum se initiaturam. damnatam uoti: deum benignitate:
exoluere id uelle. decem dierum castimonia opus esse. decimo
die cęnatum: deinde pure lautum: in sacrarium deducturam.
S cortum nobile: libertina hispania Fecenia noīe: digna quæstu:
cui ancillula assueuerat: liberi huic uni adolescenti animum
applicuit. adeo non damnosa fame: reiq; ut maligne prebēti
bus suis: ipsa cum magna ex parte opibus suis sustentaret. t
iāq; eo processerat consuetudine capta: ut post patroni mortē:
quia in nullius manu erat. Tutore a Tribunis & Prætore petito:
cum testamentum faceret unum ebutium institueret heredē.
H ęc maioris pignora cum essent: nec quicq̄ secretum alter ab
altero haberent: per iocum adolescens uetat eam mirari: si per
aliquot noctes se cubuisset. religionis se causa: ut uoto pro ua
litudine sua facto liberetur Bacchis initiari uelle. Id ubi mu
lier audiuit perturbata. Dii meliora inquit: mori & sibi & illi
satius esse: q̄ id faceret. Et in caput eorum detestari minas: pe
riculaq; qui id suasissent. admiratus tum uerba: tum pertur
bationem tantam adolescens: parcere execrationibus iubet.
M atrem id sibi: assentiente uitrico imperasse. Vitricus ergo in
quit tuus: matrem enim insimulare forsitan fas non sit: pu
dicitiam. famam. spem uitamq; tuam perditum ire hoc facto
properat. Eo magis mirabundo: quærentiq; quid rei esset: pa
cem ueniamq; precata deorum: dearumq; si coacta charitate
eis silenda nuntiasset. Ancillam se ait domine comitem id eam
Sacrarium intrasse. liberam nunq̄ eo accessisse. scite corrupte

rum omnis generis eam officinam esse. & iam biennio consult
ata re: neminem initiatū ibi maiorem annis .xx. Vt quis intro
ductus sit: uelut uictimam tradi Sacerdotibus eos inducere
in locum: qui circūsonet ululatibus. cantuq; symphonię: & cy
balorum: & tympanorum: pulsu ne uox queritantis cum ꝑ uim
stuprum inferretur: exaudiri posset. Orare deinde atq; ob se
crare: ut eam rem quocunque discuteret modo. nec se eo pre
cipitaret: ut omnia infanda: patienda primum: deinde facien
da essent. Neq; ante dimisit eum: quam fidem dedit adolescēs:
ab his sacris se temptaturum Postquam domum uenit: & ma
ter mentionem intulit: quid eo die: quid deinceps cęteris quę
ad sacra pertinerent: faciendum esset: negat eorum se quicq̄
facturum: nec initiari se in animo esse. Aderat sermoni uitri
cus. Confestim mulier exclamat. hispale concubitu carere eū
decem noctes non posse. illius excretę delinimentis & uenenis
imbutum. nec parentis nec uitrici. nec deorum uerecundiā ha
bere. Et iurgantes hinc mater: hinc uitricus cum quattuor eū
seruis domo exegerunt. Adolescens inde ad Ebutiam se ami
tam contulit. Causamq; cur eiectus esset: narrauit. Deinde ex
auctoritate eius: postero die ad consulem Postumium. arbitris
remotis: rem detulit. Consul post diem tertium ad se iussū re
dire dimisit. ipse sulpitiam: grauem fęminam socrum suam. per
contatus est: ec quam anum Ebutiam. ex auentino nosset. cū
ea nosse probam: & antiqui moris foeminam: respondisset: op̄
esse sibi ea conuenta dixit mutteret nuntium ad eam: ut ueni
ret. Ebutia accita ad Sulpitiam uenit. Et consul populo post:
uelut forte interuenisset: sermonem de Ebutio fratris eius
filio infert. Lachrymę mulieri obortę: & miserari casum ado
lescentis cępit: qui spoliatus fortunis a quibus minime opor
teret: apud se tunc esset: eiectus a matre: q̄ probus adolescēs
dii propitii essent: obscenis: ut fama esset sacris initiari nollet.
S atis de Ebutio exploratum ratus consul: non uanum auctorē

esse:

esse: dimissa ebutia: socrum rogat ut hispalam indicē ex
auentino libertinam: non gnotam uicinie: accersiret ad
se se. eam quoq; esse que percontari uellet. Ad cuius nuntiū
perturbata hispala: q; ad talem nobilem & grauem foeminā
igrara cause accerseretur: postq̄ lictores inuestibulo tur
bamq; consulemq; ipsum conspexit: prope exanimata est. In
interiorem partem edium adductam socrum adhibita cōsul
si uera dicere: inducere in animum posset: negat perturbari
debere. fidem uel ab Sulpitia tali foemina: uel ab se acciperet:
expromeret sibi que in ludo simili bacchanalibus in sacro #
nocturno solerent fieri. hec ubi audiuit: tantus pauor tre
morq; omnium membrorum mulierem cepit: ut diu hiscere nō
posset. Tandem confirmata: puellam admodum se: ancillam ini
tiatam cum domina ait: aliquot annis ex quo manu missa sit:
nihil quid ibi fiat scire. Iam id ipsum Consul laudare: cum ini
tiatam se non inficiaretur: sed & cetera eadem fide expromе
ret. Neganti ultra quicq̄ scire non eandem diceret: si coargu
atur ab alio: ut fatenti ueniam: aut gratiam fore. Cum tibi oīa
exposui. Nam qui ab illa audisset alia. Mulier haud dubie: id
quod ebutium indicem arcam rata esse ad pedes Sulpitie pro
didit. & eam primo orare cepit. ne mulieres libertine cum ama
tore sermonem in rem non seriā modo: sed capitalem etiā uer
ti uellet. se terrendi eius causa non quod sciret quicq̄ loquutā
esse. Hic Postumius accensus ira. Tum quoq; ait eam cum ebu
tio se amatore cauillari credere. non in domo grauissime
foemine & cum consule loqui. Et Sulpitia attollere pauentē.
simul illam ad hortari simul iram generi lenire. Tandem cōfir
mata multum incusata perfidiam ebutii. qui optime in eo ipo
merite talem gratiam retulisset. magnum sibi metum deorum
quorum occulta initia nuntiaret. maiorem multo dixit homi
num esse: qui se indicem manibus suis discerturi essent. ita q;
hoc se Sulpitiam hoc consulem orare: ut se extra Italiam aliquo

ablegarent: ubi degere reliquum uite tuto possent. Bono
animo esse iubere eam consul & sibi curæ fore dicere ut Ro
mæ tuto habitaret. Tum hispala originem sacrorum ex pro
mit. Primo Sacrarium id fœminarum fuisse: ne quenq̃ uirũ
eo admitti solitum. Tres in anno dies statutos habuisse quibꝰ
interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes inuicem Matro
nas creari solitas. Pacullam annam Œsoponam Sacerdotẽ oĩa
tanq̃ deum monitu immutasse: nam & uiros eam primã suoꝰ
filios initiasse annium & herennium Cerinios. Et nocturnũ
sacrum ex ex diurno. Et pro tribus in anno diebus quinos
singulis mensibus dies initiorum fecisse ex quo inde pro
miscua sacra sint. & permixti uiri fœminis. & noctis licentia
accesserit. Nihil ibi facinoris: nihil ibi flagitii prætermissum.
P lura uirorum inter se: q̃ fœminarum esse stupra. Si qui min
patientes dedecoris sint & pigriores ad facinus pro uictimis
immolari. nihil nephas ducere. Hanc summam inter eos re
ligionem esse uiros uelut mente capta cum iactatione fana
tica corporis uaticinari. Matrona Baccharum habitu crinibꝰ
passis cum ardentibus facibus decurrere ad tyberim demissas
q̃ in aquam faces quia uiuum sulphur cum calce insit: inte
gra flamma efferre. Raptos a diis homines dici. quos machi
nę illigatos: ex conspectu in aditos specus adripiant. eos esse
qui aut coniurare: aut sociari facinoribus: aut stuprum pati
noluerint. Multitudinem ingentem. alterum iam prope popu
lum esse. in his nobiles quosdam uiros: fœminasq̃. Biennio pro
xumo institutum esse ne quis maior. xx. annis initiaretur:
captare ętates: & erroris: & stupri: patientes. Per acto iudicio
aduolutæ rursus genibus preces eas dem: ut se ablegaret: repeti
uit. Consul rogat socrum: ut aliquam partem ędium uacuam
faceret. quo hispala immigraret. Cœnaculum super ędes da
tum. scalis ferentibus in publicum obseratis. aditu in ędes uer
so. Res omnes fecenie ex templo translatę: & familia accersi

ta & Ebutius migrare ad Consulis clientem iussus. Itaq; cum in
dices ambo in potestate essent: rem ad Senatum Postumius de
fert. Omnibus ordine expositis: que delata primo: que deinde
a se inuestigata forent: patres pauor ingens cepit: cum publi
co nomine: quid ee coniurationes: coetusq; nocturni fraudis
occulte: aut periculi importarent: tum priuata quisq; suorum
uice: ne quis affinis noxie esset. Censuit autem senatus granas
consuli agendas: q; eam rem: & cum singulari cura: & sine tumi
tu inuestigasset. Questionem deinde de bacchanalibus sacrisq;
nocturnis extra ordinem mandant iudicibus Ebutio: ac fece
nie ne fraudi ea res sit: curare. Et alios illicere ac premiis in
uitari iubent sacerdotes eorum sacrorum: seu uiri: seu femi
ne essent: non Rome modo: sed per omnia fora: & conciliabu
la conquiri: ut in consulum potestate essent. Edici preterea:
et in Vrbe Romana: & per totam Italiam emitti: ne quis qui Bac
chis initiatus esset coisse: aut conuenisse causa sacrorum ue
lut: neu quid talis rei diuine fecisse. Ante omnia dū questio
de his haberetur: qui coissent coniurassent q; quo struprum fla
gitium ue inferretur. hec senatus decreuit. Consules ediles
curulibus imperarunt ut sacerdotes euius sacri omnes conqui
rerent: comprehensosq; libero conclaui ad questionem con
seruarent. ediles plebis uidere ne qua sacra in occulto fierēt.
Trium uiris capitalibus mandatum est: ut uigilias disponerēt
per urbem: seruarent q; nequi nocturni cetus fierent: utiq; ab
incendiis caueretur. Adiutores Triūuiris Quinquiri uti cis
Tyberim suae quisq; regionis: edificiis preessent. Ad hec officio
dimissis magistratibus consules in rostra ascenderunt. Et cō
tione aduocata cum solenne carmen precationis: qđ fari pri
usq; populum alloquantur magistratus solent peregisset. Con
sul ita coepit. Nulli unq; contiom quidem tam non solū apta
sed etiam necessaria: hec solennis deorum comprecatio fuit
que uos admoneret hos esse deos: quos colere: ueneran pre-

cariq; maiores nostri instituissent: non illos qui prauis & ex
ternis religionibus captas mentes uelut furialibꝫ stimulis ad
omne scelus: & ad omnem libidinem agerent equidem nec qd
taceam. ne quatenus proloquar inuenio. si aliquid ignorabitis
ne locum negligentiæ deīn omnia nudauero ne minimū ter
roris effundam uobis uereor: quicquid dixero minusq̄ pro
atrocitate & magnitudine rei dictum scitote esse ut ad cauē
dum satis sit dabitur opera nobis. Bacchanalia tota iam pri
dem Italia. & nunc per urbem etiam multis locis esse. nō fa
ma modo accepisse uos: sed crepitibus etiam ululatibusq; noc
turnis: qui personant tota urbe certum habeo cæterumq; quę
hęc res sit ignorare. alios deorum aliquem cultum. alios conces
sum ludum & lasciuiam credere esse. & qualecunq; sit ad pau
cos pertinere q; multitudinem eorum. si dixero multa milia
hominum esse. necesse est exterreri animos. nisi adiuxero
qui & quales sint primum igitur mulierum magna pars est
& is fons mali huiusce fuit: deinde simillimi fęminis mares
stuprati & constupratores: fanatici uigiles: uino strepitibꝫq;
nocturnis attoniti. Nullas ad huc uires coniuratio cęterum
incrementum ingens uirium habet: q; in dies plures fiūt. Ma
iores nostri: ne nos quidem: nisi cum aut uexillo in arce po
sito comitiorum causa exercitus edictus esset aut Plebi cō
cilium Tribuni edixissent: aut aliqui ex magistratibꝫ ad cō
tionem uocassent. forte temere coire noluerunt & ubicūq;
multitudo esset: ibi & legitimum uictorem multitudinis
censebant debere esse creditis: Si quibus ętatibus initiantur
mares sciatis: non misereat uos eorum solum: sed etiam pude
at. Hoc sacramento initiatos iuuenes milites faciendos cen
setis Quirites: His ex obsceno Sacrario eductis arma com
mittenda: hi cooperti stupris suis alienisq; pro pudicitia cō
iugum ac liberorum uestrorum ferro decernent: minus
tamen esset si flagitiis tantum effęminati forent. ipsorū ad

magna ex parte dedecus erat a facinoribus manus mentē
a fraudibus abstinuissent. nunq̄ tantum malum in re p. fuit
nec ad plures: nec ad plura pertinens. quicquid scelere parari
est: ex illo uno sacrario scitote ortum esse. ne omnia: in quę cō
iurauerunt edita facinora habent: ad huc priuatis noxiis:
quia non dum ad rem p. opprimendam satis uirium est:
coniuratio sese impia tenent: creuit & serpit quotidie ma
lum. iam maius est: q̄ capere id priuata fortuna possit. ad
summam rei p. spectat nisi prȩcaueritis Quirites iam huic
diurnę legitimę ab consule uocatę par nocturna contio esse
poterit. Nunc illi uos singuli uniuersos contionantes timēt
Iam ubi uos dilapsi domos: & in rura uestra erutis: illico coie
rint: consultabunt de sua salute: simul: ac uestra pernicie. tū
singulis uobis uniuersi timendi erunt. Optare igitur unus
quisq; uestrum debet: ut bona mens suis omnibus fuerit. Si
quem libido: si furor in illum gurgitem abripuit illorū eū:
cum quibus non omne flagitium: & facinus coniurauit: non
suum iudicet esse. Ne quis etiam errore labatur uestrum qdē.
non sum securus: nihil enim in speciem fallacius est: quam pra
ua religio. ubi deorum numen prȩtenditur: celeriusq; subit ani
mum timor: ne fraudibus humanis uindicandis: diuini iuris
aliquid mixtum uolemus. Hac uos religione immunerabilia
decreta pontificum senatus cons. Aruspicum demq; respon
sa liberant. quoties hoc patrum auorumq; ętate negotiū est
magistratibus datum ut sacra externa fieri uetarent? Sacri
ficulos vatesq; foro. cyrco urbe: prohiberent? & acinos libros
conquirerent? comburerent q; omnem disciplinam sacrifican
di prȩter q̄ more romano abolerent? iudicabant enim prudē
tissimi uiri omnis diuini: humaniq; iuris. nihil æque dissoluē
dę religionis esse: q̄ ubi non patrio: sed externo ritu sacrifica
retur. Hæc uobis prędicenda ratus sum: ne qua suspicio agita
ret animos uestros: cum demolietis uos Bacchanalia: discutien

tesq; nephariosq; cętus: cernetis omnia diis propitiis uolentibusq;
facietis: qui quia suum numen sceleribus libidinibusq; cō
taminari indigne ferebant. ex occultis ea tenebris ī lucem
extraxerunt. nec patefieri ut impunita essent: sed ut uindi
carentur & opprimerentur uoluerunt. Senatus quęstionē
extra ordinem de ea re mihi Collegęq; meo mandauit. nos
que ipsis nobis agenda sunt impigre exequemur: uigilias
nocturnarum curam per urbem minoribus magistratib⁹
mandauimus. Vos quoq; equum est que uestra numina sūt
quo quis loco positus erit: quod imperabitur impigre presta
re & dare operam: ne quid fraude noxiorum periculi aut tu
multus oriatur. Recitari deinde Senatus consulta iussērt.
indiciq; premium proposuerunt. Si quis quem ad se dedu
xisset: nomenq; de absentibus detulisset qui nominatus p
fugisset diem certam finituros ad quem nisi citatus respō
disset absens damnaretur. Si quis eorum qui tum extra
terram Italiam esset nominaretur: ei laxiorem se diem datu
ros. si uenire ad causam dicendam uellet. Edixerunt deinde
ne quis quid fugę causa uendidisse ne ue emisse uellet: neq;
reciperet. celaret ope ulla iuuaret fugientis. Contione di
missa terror magnus Vrbe tota fuit: nec mentibus se tantū
Vrbis aut finib⁹ Romanis continuit. sed passim per totam Ita
liam luteris hospitum de Senatus consulto & contione: &
educto Consulum acceptis trepidari cœptum est. Multi ea
nocte quę diem insequuta est: quo in contione res palā fcā
est: custodiis circa portas positis fugientes a Triūuiris com
prehensi: & reducti sunt: multorum delata quidem nomina.
Ex iis uiri fęminęq; mortem sibi consciuerunt. Conspirasse su
pra septem milia uirorum: ac mulierum dicebantur. Capita
autem coniurationis constabat esse. M. Catinum de plebe Ro
mana. a. Faliscum. L. Opiternium. Et minium Cerrinum Cā
panum. ab his omnia facinora & flagitia orta. Eos maximos

sacerdotes: conditoresq; eius sacri esse: Datam operam esse: ut
primo quoq; tempore comprehenderentur: Adducti ad Con
sulem fassiq; de se nullam moram iudicio fecerunt. Ceterū
tanta fuga ex urbe facta erat: ut quia multę sāciones & res
peribant: cogerentur Prętores. T. Menius. et. M. Licinius per
Senatum rem in diem tricesimum differre: donec quęstiones
a consulibus perficerentur: eadem solitudo: quia nomę nō
possidebant: nec inueniebantur: quorum nomina delata erāt:
coegit consules circa fora proficiscī. Ibi quęrere: & iudicia
exercere. Qui tantum initiati erant: & ex carmine sacro preca
tiones feceram: in quibus nefanda coniuratio in omne facinus
ac libidinem continebatur: nec earum rerum ullam rem: ques
iure iurando obligati erant: in se aut alios admiserant: eo in tū
culis relinquebant. Qui stupris: aut cędibus uiolati erant: qui
falsis testimoniis: signis adulterinis subiectione testamentorū
fraudibus aliis contaminati eos capitali pęna afficiebant. Plu
res necati quam in uincula coniecti sunt. magna uis in utraque
causa uirorum mulierumq; fuit. Mulieres damnatas cogna
tis: aut in quorum manu essent tradebant: ut ipsi in priuato
animaduerterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicī ex ac
tor: in publico animaduertebatur. Datum deinde consulibus
negotium est: ut omnia Bacchanalia nomę primum: deinde
per totam italiam diuerent. extra quā siquę ubi uetusta ara
aut signum consecratum esset. In reliquum deinde senatus cō
sulto cautum est: ne qua Bacchanalia nomę neu in Italia es
sent. Si quis tale sacrum solenne & necessarium duceret: &
nec sine religione & piaculo se dimittere posse apud prętorē
ut profiteretur. Prętor senatum consuleret: si ei permissum
esset: cum in senatu. C. non minus essent: ita id sacrum face
ret: dum ne plus: q̄ qui sacrificio essent neu quę pecunia com
munis: neu quis magister sacrorum aut sacerdos esset. Aliud
deinde huic conuentum referent. Qu. Martio cos. Senat⁹

consultum factum est: ut de iis quos pro indicibus consules ha
buissent. integra res ad Senatum referretur. Cum Sp. Postumi
questionibus perfectis Romam redisset. Minium Cerrinum Cā
panum Ardeam in uincula mittendum censuerunt. Magistra
tibus q ardeatium prædicendum: ut intentiore cum custodia
asseruarent: non solum ne effugeret: sed ne mortis consciscen
de locum haberet. Sp. Postumius aliquanto post Romā uenit.
ea referente de P. Ebutii & hispale Feceniæ premio q eorum
opera indicata Bacchanalia essent Senatus consultum factū
est: ut in singulis centena milia æris Quæstores Vrbani ex
ærario darent. Vtiq consules cum Tribunis placeret: uti ad
plebem primo quoq tempore ferrent: ut P. Ebutio emerita
stipendia essent: ne inuitus militaret: ne ue Censores equum
publicum assignarent. Vtiq Feceniæ Hispale datio denūtia
tio gentis enuptio: tutoris optio ita esset: quasi ei uir testamēto
dedisset. utiq ei ingenio nubere liceret ne quid ei qui eam du
xisset ob id fraudi ignominie ue esset. Vtiq consules Pretoresq
qui nunc essent: qui ue postea futuri essent: curarent ne quid
ei mulieri iniuriæ fieret: utiq tuto esset. Id Senatum uelle: & e
quum censere ut ea fierent. Omnia lata ad Plebem: factaq sunt
ex Senatus consulto. Et de cęterorum indicium impunitate. ꝑ
premiisq permissum est consuli & iam. Qu. Martius quæstio
nibus suæ regionis perfectis in Ligures prouinciam proficis
ci parabat: tribus milibus peditum Romanorum. c. L. equitib
in supplementum acceptis. Eadem prouincia idem numerus
peditum: equitumq & collegę decretus erat. Exercitus acce
perunt quos priore anno. C. Flaminius & M. ę milius cōsules
habuerunt. Duas preterea legiones nouas ex Senatus consulto
scribere iussi sunt. Et xx. milia peditum socus & nomini La
tino imperarunt. & equites octingentos. Et tria milia Romano
rum. cc. equites. Totum hunc exercitum preter legiones in
supplementum hispaniensis exercitus duci placebat. Itaq con

sules dum ipsi quæstionibus impediebantur. T. Menium de
lectu habendo præfecerunt. Perfectis quæstionibus. Qu. M. in
Ligures apuanos est profectus dum penitus in abditos saltus
quæ latebræ receptacula q illis semper fuerant: persequitur:
in præoccupatis angustiis loco iniquo est circumuentus: in
milia militum amissa: & legionis secundæ signa tria undeci
ue xilla. Socium ac latini nominis in potestatem hostium ue
nerunt: & arma multa. quæ quia impedimento fugientibus
per siluestres semitas erant: passim iactabantur. Prius sequē
di Ligures finem: q̄ fugæ romani fecerunt. Consul ubi pri
mum ex hostium agro euasit: ne quantum diminutæ copiæ
forent: appareret: in locis pacatis exercitum dimisit. non ta
men oblitterare famam rei male gestæ potuit. nam saltus un
de cum Ligures fugauerant Martius est appellatus. Sub
hunc nuntium ex Lusitanis uulgatum litteræ ex hispania
mixtam gaudio tristitiam afferentes recitatæ sunt. C. Catini
qui biennio ante prætor in eam prouinciam profectus erat.
cum Lusitanis in agro hastensi signis collatis pugnauit. ad
sex milia hostium sunt cæsa. cæteri fusi. & fugati: castrisq; exu
ti. Ad oppidum deinde hastam oppugnandum legiones du
cit id quoq; haud multo maiore certamine cæpit. q̄ castra. Sed
dum incautius subit muros ictus ex uulnere post dies pau
cos moritur. Litteris de morte propretoris recitatis. Senatus
censuit mittendū qui ad Lunæ portum. C. Calpburnium præto
rem consequeretur: nuntiaretq; Senatum censere æquum. ne
sine imperio prouincia esset maturare eum proficiscī. Quarto
die qui missus erat Lunam uenit. Paucis ante diebus Calpbur
nius profectus erat. Et in citeriore hispania. L. Manlius Aci
dinius qui eodem tempore quo. C. Acinius in prouincia erat
cum Celtiberis acie conflixit: incerta uictoria discessum est.
nisi quod Celtiberi castra ibi nocte proxima mouerunt. Ro
manis. & suos sepelliendi & spolia legendi ex hostibus potesta'

facta est. Paucos post dies maiore coacto exercitu Celtiberi
ad Calagurram oppidum ultro lacessiuerunt prelio Roma
nos. Nihil traditur que causa numero aucto infirmiores eos
fecerit superati prelio sunt ad xii. milia hominum cesa plu
duo capta. & castris Romanus potitus. Et nisi successor ad
uentu suo inhibuisset impetum uictoris subacti Celtiberi
forent. Noui pretores ambo exercitus in hyberna dedu
xerunt. Per eos dies quibus hec in hispania nuntiata sunt.
ludi Taurii per biduum facti religionis causa. Decem appa
ratus deinde ludos. M. Fuluius quos nouerat. Etolico bello
fecit. multi artifices ex Grecia uenerant. honoris eius cau
sa. athletarum quoq certamen: tum primo Romanis specta
culo fuit & uenatio data leonum: & pantherarum: & prope
huius seculi copia: ac uarietate ludicrum celebratum est.
nouendiale deinde sacrum tenuit: q in piceno per triduū
lapidibus pluerat ignesq celestes multifariam orti addussis
se complurium leui afflatu: uestimenta maxime dicebantur
A ddita: & unum diem supplicatio est ex decreto Pontificum
q edes Opis in Capitolio de celo tacta erat. hostis maioribus
consules procurrerunt: urbemq lustrauerunt. Sub idē tē
pus & ex umbria nuntiatum est semimarem: duodecim fer
me annos natum inuentum. Id prodigium abhominantes ar
ceri Romano agro: necariq q̄ primum iusserunt. Eodē quoq
anno Galli transalpini transgressi in Venetiam sine popula
tione: aut bello haud procul inde ubi nunc est Aquileia lo
cum oppido condendo ceperunt. Legatis Romanis de ea re
transalpes missis: responsum est: neq profectos ex auctorita
te gentis eos: nec quod in Italia facerent se scire. L. Scipio eo
tempore ludos: quos bello Antiochi uouisse se se dicebat. ex col
lata ad id pecunia ab regibus ciuitatibusq: per dies decem
fecit. Legatum eum post damnationem: & bona uendita: mis
sum in Asiam ad dirimenda inter Antiochum & Eumenem

Reges certamina Valerius Antias est auctor: tum collatas
ei pecunias congregatosq; per Asiam artifices: & quorum lu-
dorum post bellum: in quo uotos diceret: mentionem nõ fe-
cisset: de hiis post Legationem demum in Senatu actum: Cũ
iam in exitu annus esset. Qu. Martius absens magistratu
abiturus erat. Sp. Postumius quæstionibus cum sũma fide
curaq; perfectis comitia habuit. creati sunt consules. Ap.
Claudius pulcher. M. Sempronius Tuditanus. Postero die
prętores facti. P. Cornelius. A. Postumius albinus. C. Arra-
nius stello. C. Acilius Serranus. L. Postumius Tempsanus
M. Claudius Marcellinus. extremo anno: quia Sp. Postumi⁹
cons. renuntiauerat peragrantem se propter quæstiones: ꝗ
utrinq; littus Italiæ desertas colonias Sipontum supero Bu-
xentum infero mari inuenisse Triũuiri ad colonias eo scri-
bendas ex Senatus consulto ab. L. Menio pretore urbano cre-
ati sunt. L. Scribonius Libo. M. Tutius. Cn. Bebius Tãphilus.
Cum Perseo Rege & Macedonibꝫ bellum quod imminebat: nõ
unde pleriq; opinantur: nec ab ipso Perseo causas cępit. Incho-
ata initia a Philippo sunt: & ipse si diutius uixisset. id bellũ
gessisset. Vna eum res cum uicto leges imponerentur: maxi-
me angebat: quod qui macedonum ab se defecerant in bello
in eos ius seuiendi ademptum ei ab Senatu erat: tamen quia
rem integram Quintius in conditionibꝫ pacis distulerat: nõ
desperasset impetrari posse. Antiocho deinde bello superato
ad Thermophylas Regi diuisis partibus: cum per eosdem dies
consul Acilius heracleam Philippus Lamiam oppugnasset:
capta Heraclea: quia iussus abscẽdere a mẹnibꝫ Lamię erat.
Romanisq; oppidum deditum est: ægre eam rem tulerat. Per-
mulsit iram eius Consul: q; ad Naupactum ipse festinans ꝗ
quo se ex fuga Ętoli contulerant Philippo permisit: ut Atha-
maniæ: & Aminandro bellum inferret. urbes quas Thessalis
Ętoli ademerant regno adiiceret. Haud magno certamine

& Aminandrum Athamania expulerat. & urbes receperat aliquot. Demetriadē quoq; urbem ualidam: & ad omnia opportunam: & magnetum gentes sue ditionis fecit. unde & in Thracia quasdam urbes noue atq; insuete libertatis uitio seditionibus principum turbatas partibus: quę domestico certamē uincerentur: adiungendo se: cepit. His sedata in presentia Regis ira in Romanos est. Numq̄ tamen remisit animum a colligendis in pace uiribus: quibus quandoq; data fortuna esset: ad bellum uteretur. Vectigalia regni: non fructibus tantum agrorum: portoriisq; marinis auxit: sed metalla etiam & uetera interimissa: recoluit. & noua multis locis instituerat. Vt uero antiquam multitudinem hominum: que belli cladibus amissa erat: restituit: non sobolem tamen stirpis parabat cogendis omnibus procreare: atq; educare liberos: sed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam traduxerat: quietusq; aliquandiu a bellis omni cura in augendas Regni opes intentus fuerat. Reduxere deinde causę: quę de integro iram mouerent in Romanos.

T Thessalorum & Perrhebiorum querelę: urbibus suis ab eo possessis & Legatorum Regis Eumenis de Thraciis oppidis per uim occupatis traductaq; in Macedoniam multitudine. ira audita erat ut eas non negligi satis appareret. Maxime mouerat senatū: quam Henum: & Maroneam affectari possessionem audierant. Minus Thessalos curabant. Athamanes quoq; uenerunt Legati: nō partis amissę: non finium iacturam querentes: sed totam Athamaniam sub ius iudiciūq; regis uenisse. Et Maronitarum gentes erant pulsi: quia libertatis causam defendissent: ab Regio presidio. Ii non Maroneam modo sed etiam Henum in potestate uitabant Philippi esse. Venerant & a Philippo Legati ad purgāda ea: qui nihil nisi permissu Romanorum Imperatorum factum affirmabant ciuitates Thessalorum & Perrhebiorum: & Magnetum: & cum Aminandro Athamanum gentem in eadem causa: qua Etolos fuisse. Antiocho rege pulso occupatum oppugnā

dus Ętolicis urbibus consulem. ad recipiendas eas ciuitates ||
Philippum misisse: armis subactos parere. Senatus ne quid ab
sente Rege statueret. Legatos ad eas controuersias disceptan
das misit. Q. Cecilium. Metellum. M. Bebium Tamphilum. T.
Sempronium Quorum subaduentu ad Thessalica Tempe oib;
us ciuitatibus quibus cum Rege disceptatio erat Concilium
indictum est. Ibi cum Romani Legati disceptatorum loco Thes
sali. Perrhebiq; & Athamanes haud dubii accusatores Philip
pus audienda crimina tanq; reus consedissent pro ingenio ||
quisq; eorum qui principes legationum erant: & gratia cum
Philippo aut odio acerbius leniusue egerunt. In controuer
siam autem uenebant Philippo Polystricta Phaloria & cum
nomē & cętera circa ea oppida: utrum Thessalorum iuris cū
ui adępę possesseq; ab Ętolis forent. nam Philippum ademis
se eas constabat: an Aetolica antiquitus ea oppida fuissent. Ita
enim Acilium Regi concessisse: si Ętolorum fuissent: si uolun
tate: non si ui atq; armis coacti cum Ętolis essent. Eiusdē for
mulę disceptatio de Perrhebiorum Magnetumq; oppidis fu
it. Omnium enim iura olim possidendo per occasiones Aetoli
miscuerant. Ad hec quę disceptationis erant. querelę Thessa
lorum adiectę: q; ea oppida si iam redderentur sibi spoliata
ac deserta redditurus esset. nam pręter belli casibus amissos
quingentos principes iuuentutis in Macedoniam adduxisse
& opera eorum in seruilibus abuti ministeriis. & quę reddide
rit coactus Thessalis mutilia ut redderet curasse. Thebas Pi
thias unum maritimum emporium fuisse quondam Thessa
lis frugiferum & quæstuosum. Ibi nauibus onerariis compa
ratis Regem quę pręter Thebas Demetriadem cursum dirige
rent negotiationem maritimam omnem eo auertisse. Iam ne
a Legatis quidem qui iure gentium sancti sunt uiolandis ab
stinere insidias positas euntibus ad T. Quintium. itaq; ergo in
tantum metum omnes Thessalos conjectos ut non in ciuita

tibus suis non in cōmunibus gentium conciliis quisq̄ hisce
re audeat. procul enim ab esse libertatis auctores Romanos
lateri adherere grauem dominum: prohibentem uti benefi
ciis Populi. R. quid autem si uox libera non sit: liberum esse.
nunc se fiducia & presidio Legatorum ingemiscere magis
q̄ loqui: nisi prouideant aliquid Romani: quo & Grecis Mace
doniam accolentibꝫ metus: & audacia Philippi minuatur.
ne quicq̄ & illum uictum: & se liberatos esse. Hec acerbe po
stremo cum priores leniter permulsissent iram eius petentes
ut ignosceret pro libertate loquentibus: & ut deposita domi
ni acerbitate assuesceret socium atq; amicum se se prestare &
imitaretur Populum. R. qui caritate q̄ metu adiungere sibi
socios mallet. Thessalis auditis Perrhebii Cōnocondylū qd̄
Philippus Olympiadē appellauerat. Perrhebie fuisse: & ut sibi
restitueretur: agebant. Et de Malea & herycinio eadem postu
latio erat. Athamanes libertatem repetebant & castella Athe
neum & Paneneum. Philippus ut accusatoris potius: quā rei
speciem haberet: & ipse a querelis orsus. Menelaidē in Dolopia
que regni sui fuisset Thessalos ui atq; armis expugnasse que
stus est. Item Petram imperiam ab iisdem Thessalis perrhebiis
q; captam. Xinias quidem haud dubie Etolorum oppidū sibi
contribuisse eos. & Paracheloida: que sub Athamania esset nul
lo iure Thessalorum formule factam. Nam que sibi crimina
obiicientur de insidiis Legatorum: & maritimis portibus fre
quentatis: aut desertis: alterum ridiculum esse: reddere ra
tionem: quos portus mercatores aut nautici petant alterū mo
lestum prauos mores se tot annos esse: per quos nunq̄ cessauerīt
Legati nunc ad Imperatores Romanos: nunc Romam ad Sena
tum crimina de se deferre: quem unq̄ uerbo uiolatum esse.
semel euntibus ad Quintium insidias dici factas. Sed quid iis
acciderit: non adiici. querentium quid falso obiiciant: cum ue
ri nihil habeant ea crimina esse insolenter & immodice abuti

Thessalos indulgentia Populi. R. uelut ex diutina siti nimis
auide meram haurientes libertatem: itaq; seruorum mō: pre
ter spem repente manumissorum licentiam uocis: & lingue
experiri se se in sectatione & conuitiis dominorum. Elatus de
inde de ira: adiecit non dum omnium dierum solem occidis
se. Id minaciter dictum non Thessali modo: in se se: sed Roma
ni acceperunt. Et cum fremitus post eam uocem ortus & tā
dem sedatus esset. Perrhebiorum inde Athamanumq; Legatus
respondit. eandem de quibus illi agant. ciuitatum causam ee.
Consulem Acilium & Romanos sibi dedisse eas cum hostiū essēt
si suum munus qui dedissent adimere uelint: scire cedendum
esse. sed meliori: & fideliori amico in gratiam leuium & muta
bilium sociorum iniuriam eos esse facturos nec enim ullius
rei minus diurnam esse gratiam: q̄ libertatis. presertim apud
eos: qui male utendo eam corrupturi sint. Causa cognita: pro
nuntiauerunt Legati placere deduci presidia Macedonum
ex iis urbibus. & antiquis Macedoniae terminis Regnum fi
niri. De iniuriis quas ultro: citroq; illatas querebantur. quo
modo inter eas gentes & Macedonas disceptetur: formulam
iuris exequendi. constituendā esse. Inde grauiter offenso Re
ge Thessalonicē ad cognoscendum de Thracie urbibus profi
ciscuntur. Ibi Legati Eumenis si liberta esse Henum & Marone
am uelint Romani nihil sui pudoris esse ultra dicere: q̄ ut ad
moneant Regem. ut non uerbo eos liberos relinquat. nec suū
munus intercipi ab alio patiantur. sin autem minor cura sit
ciuitatum in Thracia positarum multo uerius esse: que sub An
tiocho fuerint: premia belli Eumenem q̄ Philippum habere: uel
pro patris Attali meritis bello quod aduersus Philippum ipsū
gesserit: uel suis quo Antiochi bello terra: mariq; laboribus pe
riculisq; omnibꝫ interfuerit. habere eum preterea decem Le
gatorum in eam rem preiudicium: qui cum Chersōnesum Ly
simachiamq; dederint. Maroneam quoq; atq; Henum profecto

dediſſe: que ipſa propinquitate regionis uelut appendices maioris muneris eſſent. Nam Philippum quidem quo merito in Populum Romanum aut iure imperii: cum tam procul ab finibus Macedonie abſint: ciuitatibus his preſidia impoſuiſſe? uocari Maronitas iuberent. ab iis certiora omnia de ſtatu ciuitatum earum ſcituros. Legati Maronitarum uocati: non uno tantum loco preſidium eſſe regium: ſicut in aliis ciuitatibus dixerunt. ſed pluribus ſimul: & plenam Macedonū Maroneam eſſe. utraq; dominari aſſentatores regios. his ſolis loqui & in ſenatu: & in contionibus licere. eos omnes honores & capere ipſos: & dare aliis optimum quenq; quibus libertatis: qb; legum cura ſit: aut exulare pulſos patria: aut inhonoratos: & deterioribus noxios ſilere. De iure etiam finium pauca adiecerunt. Q. Fabium Labeonem: cum in regione ea fuiſſet: direxiſſe finem Philippo ueterem regiamq; Thracie paroreiam ſub ea. nuſq; amare ferentem deflexiſſe uiam qua Maronitarum urbes: agroſq; amplectatur. Ad ea Philippus: longe aliā quā aduerſus Theſſalos Perrhebioſq; nuper ingreſſus diſſerendi uiam. Non cum Maronitis mihi: aut cum Eumene diſceptatio eſt: ſed iam uobiſcum Romani a quibus nihil æqui meritum impetrare iam diu animaduerto. ciuitates macedonum quę a me inter indutias defecerant: reddi mihi æquum cenſebā non quia magna acceſſio ea regni futura eſſet: ſunt enim & parua oppida: & in finib; extremis poſita. ſed quia multum ad reliquos macedonas continendos: exemplum pertinebat. negatum eſt mihi. Bello Ætolico Lamiam oppugnare iuſſus a cōſule. M. Acilio: cum diu fatigatus ibi preliis operibuſq; eſſem: transcendentem me iam muros a capta prope urbe reuocauit conſul. & abducere copias inde coegit. Ad huius ſolatium inuitę permiſſum eſt. ut Theſſalie Perrhebię q; & Athamanum reciperem quędam caſtella magis: q; urbes. ea quoq; ipſa uos mihi Q. Cecilii paucos ante dies ademiſtis. Pro non dubio pauloante: ſi

diis placeat. Legati Eumenis sumebant que Antiochi fuerunt
Eumenem æquius esse q̃ me habere. id ego aliter longe iudi
co esse. Eumenes enim non nisi uicissent Romam sed nisi bel
lum gessissent manere in regno suo non potuit. Itaq; ille ue
strum meritum habet non uos illius. mei autem regni tantũ
aberat: ut ulla pars in discrimine fuerit. ut tria milia talentũ
& quinquaginta rectas naues & omnes Græciæ ciuitates qua'
ante uenissem pollicentem ultro Antiochum in mercede so
cietatis sim aspernatus hostemq; ei me esse prius etiam q̃ M.
Acilius exercitum in Græciam traiiceret. pro me tuli. & cum eo
consule belli partem quamcunq; mihi delegauit gessi. & inse'
quenti Consuli L. Scipioni: cum terra statuisset ducere exer
citum. ad hellespontum non uiam tantum per regnum nostrũ
dedi. sed uias etiam muniui: portus feci. cõmeatus prebui. nec
per macedoniam tantum: sed per Thraciam. ubi etiam inter'
cætera. pax quoq; præstanda a Barbaris erat. Pro hoc studio
meo erga uos ne dicam merito: utrum adiicere uos Romani
aliquid: & amplificare & augere regnum meum munificentia
uestra oportebat. an quo haberem aut meo iure aut beneficio
uestro eripere. id quod nunc facitis. macedonum ciuitates
quas regni mei fuisse fatemini non restituuntur. Eumenes tã
quã ad Antiochum spoliandum me uenit. & si diis placet decẽ
Legatorum decretum specimen calumniæ impudentissimę pre
tendit. quo maxime repelli & coargui potest. diserte enim
planissimeq; in eo scriptum est. Chersonesum & Lysimachiam
Eumeni dari. Vbi tandem hemus & maronea & Thraciæ ciuita
tes adscriptæ sunt. quod ab illis ne postulare quidem est ausus
id apud nos tanq̃ ab illis impetrauerit. obtinebit. quo in nu
mero me esse apud uos uelitis referte. Si tanq̃ inimicum &
hostem insectari propositum est pergite ut cepistis facere. sin
aliquis respectus est mei ut socii atq; amici regis deprecor ne
me tanta iniuria dignum iudicetis. Mouit aliquantũ oratio

Regis Legatos. utraq; medio responso rem suspenderunt. Si de
cem Legatorum decreto Eumeni date ciuitates eę essent ni
hil se mutare. Si Philippus bello cępisset eas prędium uicto
rię iure belli habiturum. Si neutrum eorum foret placere co
gnitionem Senatui reseruari. & ut omnia in integrum mane
rent presidia quę in iis urbibus sint deduci. hę causę maxi
me animum Philippi alienauerunt ab Romanis ut non a
Perseo filio eius nouis causis motum. sed ob has a patre bel
lum reluctum filio uideri possit. Romę nulla suspitio belli cą
cedonici erat. L. Manlius Proconsul ex hispania redierat. u
cui postulanti ab Senatu in ede Bellonę Triumphum: rerum
gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. exemplum obsta
bat. q; ita comparatum more maiorum erat. ne quis qui exerci
tum non deportasset. triumpharet. nisi per domitam: pacatamq;
prouinciam tradidisset successori. Medius tamen honos Mālio
habitus: ut ouans urbem iniret. Tulit coronas aureas quinqua
ginta duas. auri prętera pondo. c. xxxii. argenti. xvi. milia. ccc.
et pronuntiauit in Senatu quinq; milia pondo argenti & lxxx
auri. Qui. Fabium Questorem aduehere. Id quoq; se in erariū
delaturum. Magnus motus seruilis eo anno in Apulia fuit. Ta
rentum prouinciam. L. Postumius prętor habebat. Is de pasto
coniuratione: qui uias latrociniis pascuaq; publica infesta habu
erant: questionem seuere exercuit. ad septem milia hominum
condemnauit. multi inde fugerunt. de multis sumptum est
supplitium. Consules diu retenti ad urbem delectibus. tandem
in prouincias profecti sunt. Eodem anno in hispania pretores
C. Calphurnius &. L. Quintius cum prīo uere ex hybernis co
pias eductas in Beturia iunxissent: in Carpetaniam: ubi hostiū
castra erant: progressi: cōmuni animo consilioq; rem gesserūt
haud procul Dippone: & Tolleto urbibus: inter pabulatores pu
gna orta est. quibus dum utrinq; subuenitur a castris paula
tim omnes copię in aciem eductę sunt. In eo tumultuario cer

tamine: & loca sua: & genus pugnę pro hoste fuere. duo exer
citus Romani fusi: atq; in castra compulsi sunt. non insistere
perculsis hostes. Prętores Romani ne postero die castra oppu
gnarentur: silentio proximę noctis tacito signo exercitum ab
duxerunt. Luce prima hispani acie instructa ad uallum acces
serunt. uacua pręter spem castra ingressiq; in sua castra: pauco
dies quietis statiuis manserunt. Romanorum: Sociorumq; in
prelio: fugaq;: ad quinq; milia occisa. quorum se spoliis hostes
armarunt. inde ad Tagum flumen profecti sunt. Prętores inte
rim Romani omne id tempus contrahendis ex ciuitatibus so
ciis Hispanoꝝ auxiliis reficiendisq; ab terrore aduersę pugnę
militum animis consumpserunt. Vbi satis placuere uires: & iā
miles quoq; ad delendam priorem ignominiam hostem poscebat
profecti duodecim milia ab Tago flumine posuerunt castra. in
tertia uigilia sublatis signis quadrato agmine principio lucis
ad Tagi ripam peruenerunt: transfluuium in colle hostium ca
stra erant. extemplo qua duobus locis uada nudabat amnis:
dextera parte Calphurnius leua Quintius exercitum traduxerūt
quieto hoste: dum miratur subitum aduentum: consultatq; qui
tumultum iniicere trepidantibus in ipso transitu potuisset in
terim Romani impedimentis quoq; omnibus traductis contrac
tisq; in unum locum: quia iam moueri uidebant hostem: nec
spatium erat castra cōmuniendi aciem instruxerunt. In medio
locata quinta Calphurnii legio: & octaua Quintii. id robur to
to exercitu erat: campum apertum usq; ad hostium castra habe
bant. liberum a metu insidiarum: hispani postq̄ in citeriore ri
pa duo Romanorum agmina conspexerunt: ut priusq̄ se iunge
re: atq; instruere possent: occuparent eos: castris repente effu
si cursu ad pugnam tendunt. atrox in principio pugna fuit.
& hispanis recenti uictoria ferocibus: & insueta ignominia mi
lite Romano accenso: acerrime media acies duę fortissimę le
giones dimicabant. quas cum aliter moueri loco non posse hosti

cerneret: cuneo institit pugnare. Sed plures confertioresq; me
dios urgebant. ibi postq̃ labore aciem Calphurnius pretor ui
dit Quintium uarum: & Iuuentium Caluam Legatos ad singu
las legiones adhortandas propere mittit. docere & monere iu
bet in illis spem omnem uincendi & retinendę hispaniæ esse:
si illi loco cedant: neminem huius exercitus: non modo Italiã:
sed ne Tagi quidem ulteriorem ripam usq̃ uisurum. ipse cũ equi
tibus duarum legionum paululum circũuectus in cuneũ hostiũ:
qui mediam urgebat aciem: ab latere incurrit. Quintius cũ suis
equitibus alterum hostium latus inuadit. Sed longe acrius Cal
phurniani equites pugnabant. & Prętor ipse ante alios. nam &
prius hostem percussit: & ita se immiscuit mediis: ut uix utrius
partis esset nosci posset. Et equites pretoris eximia uirtute: & eq
tum pedites accensi sunt. Pudor mouit primos centuriones q
inter tela Prętorem conspexere. itaq; urgere signiferos. pro se
quisq; iubere inferre signa. & confestim militem sequi. renoua
tur ab omnib; clamor. impetus fit uelut superiore loco. haud
secus ergo q̃ torrentis modo fundunt: sternuntq; percussos. nec
sustinere alii super alios inferentes se se possunt. fugientes in ca
stra equites persequuti sunt. & permixti turbę hostium intra
uallum penetrauerunt. Vbi a relictis in presidio castrorum pre
lium instauratum. Coacti sunt Romani equites descendere ex
equis Dimicantib; iis Legio quinta superuenit. deinde ut queq;
potuerant: copię affluebant Ceduntur passim hispani per tota
castra. Nec plusq̃ quattuor milia effugerunt. Inde tria milia fe
re. qui arma retinuerant: montem propinquum ceperunt. Mille
semiermes per agros palati sunt. Supra .xxxv. milia hostium fu
erant: ex quibus tam exigua pars pugnę superfuit. Signa capta
c. xxxii. Romani socii q; paulo plus sexcenti: & prouincialium
auxiliorum .c. l. ferme ceciderunt. Tribuni militum quinque
amissi: & pauci equites Romani: cruentę maxime uictoriæ spe
ciem fecerunt. In castris hostium quia ipsis spatium sua commu

niendi

mendi non fuerat: manserunt. Pro contione postero die lau
dati: donatiq; a C. Calpurnio equites phaleris. pronuntiauitq;
eorum opera hostes fusos castra capta & expugnata esse. Quin
tus alter pretor suos equites catbellis: ac fistulis donauit. Do
nati & centuriones ex utriusq; exercitu permulti maxime: qui
mediam aciem tenuerunt. Consules delectibus: aliisq; que Ro
me agenda erant: peractis rebus in Ligures prouinciam exer
citum duxerunt. Sempronius a Pisis profectus in Apuanos Li
gures uastandoq; agros: ac uerendo uicos & castella eorum ape
ruit saltum usq; ad meras fluuium: & Lunę portum. hostes mo
tum: antiquam sedem maiorum suorum ceperunt. & inde su
perata locorum iniquitate prelio deiecti sunt. Et A. Claudio
felicitatem uirtutemq; collegę in Liguribus ingauris equauit
secundis aliquot prelis: sex preterea oppida eorum expugna
uit. Multa milia hominum ibi cepit. Belli auctores in & ex
securi percussit. Iam comitiorum appetebat tempus: prior ta
men Claudius: q; Sempronius cui sors contigerat Comitia habe
di Romam uenit. quia P. Claudius frater eius consulatum pe
tebat. Competitores habebat patritios L. Emilium. Qu. Fabiũ
Seranum. Sulpitium Galbam ueteres candidatos: & ab repul
sis: eo magis debitum: quia primo negatus erat: honorem repe
tentis. etiam q; plus: q; unum ex patritiis creari non licebat:
arctior petitio quattuor petentibus erat. Plebei quoq; grauiori
homines petebant. L. Portius. Qu. Terentius Culleo Cn. Bebius
Pamphilus. Et ii repulsi in spem impetrandi tandem aliquando
honoris dilati. Claudius unus ex hominibus nobilis candida
tus erat. Opinione hominum haud dubie destinabantur. Qu.
fabius Labeo: & L. Portius Licinus. Sed Claudius cons. sine
lutoribus cum fratre toto foro uolitando clamantibus ad
uersarius: & maiore parte senatus: meminisse eum debere pri
se Consulem Populi R: q; fratrem. P. Claudii esse. quin ille se
dens pro tribunali aut arbitrium: aut comitiorum tacitum

ſpectatorem ſe prẽberet. coerceri tamen ab effuſo ſtudio:
ne quid magnis contentionibus Tribunorum quoq; ple
biſ: qui aut contra conſulem: aut pro ſtudio eius pugna
bant. Comitia aliquotiens turbata. donec peruicit Appi:
ut derecto Fabio: fratrem traheret. Creatus. P. Claudius pr
pulcher. prẽter ſpem ſuam: & cẽterorum locum ſuum tenu
it. L. Portius Licinius quia moderatis ſtudiis non ut Cla
udianis inter plebeios certatum eſt. Prẽtorum inde comi
tia ſunt habita. C. Decimus Flaccus. P. Sempronius Lõgus
P. Cornelius Cethegus. Qu. Neuius Mato. C. Sempronius
conſules fuerunt: domi militiq; geſta principio anni. P.
Claudius. L. Portius cons. erant. Quintius Cecilius. M. Be
biuſ. T. Sempronius: qui ad diſceptandum inter Philippum
& Eumenem Reges Theſſalorumq; ciuitates miſſi erant. Le
gationem renuntiauerunt. Regum quoq; eorum ciuitatũq;
Legatos in Senatum introduxerunt. Eadem utrinq; uerata
quę dicta apud Legatos in Grẽcia erant. Aliam deinde Le
gationem nouam Patreſ: cuius princeps. Ap. Claudius fu
it: in Macedoniam: & Grẽciam decreuerunt: ad uiſendum.
reddutq; ne ciuitates Rhodius & Theſſalis & Perrhebiis eſſẽt.
I iſdem mandatum: ut ab Æno & Maronea prẽſidia deduce
rentur. maritimamq; omnis Thracię ora a Philippo & Ma
cedonibus liberaretur. Peloponneſum quoq; adire iuſſi ũde
prior Legatio diſceſſerat: incertiore ſtatu rerum: q̃ ſi non ue
niſſent. nam ſuper cetera etiam ſine reſponſo dimiſſi. nec da
tum petentibus erat & Achęorum Concilium. De qua re que
rente grauiter. Qu. & Cecilio ſimul Lacedęmoniis deplora
tibuſ mẽnia diruta: abductam plebem in Achaiam: & uenum
datam ademptas: quibus ad eam diem ciuitas ſtetiſſet. Lyar
gi Leges: Achęi maxime concilii negati: crimen excuſabãt
recitando legem: que niſi belli pacis ue cauſa: & cum Legati
ab Senatu cum litteris aut ſcriptis mandatis ue uenirẽt: ue

taret iudici concilium. Ea ne postea esset excusatio ostendit
senatus cure iis esse debere: ut romanis Legatis semper ade
undi concilium gentis potestas fieret: quēadmodum & illis
quotiens uellent senatus daretur. Dimissis iis Legationibus
Philippus a suis certior factus cedendum ciuitatibus decu
cendaq; presidia esse: infensus omnibus in Maronitanos irā
effudit. Onomasto qui prerat maritime ore mandat ut par
tis aduersae principes interficeret. Ille per Casandrum quen
dam unum ex Regis iā diu habitantem maronee nocte Thra
cibus intromissis: uelut in bello capta urbe: cedem fecit. Id
apud romanos Legatos querentes tam crudeliter: aduersus
innoxios maronitanos: tam superbe: aduersus populum R.
factum: ut quibꝰ libertatem restituendam senatus censuisset:
ii pro hostibus trucidarentur: abnuerat quicq; eorum ad se:
aut quenq; suorum pertinere. seditione inter ipsos dumca
tum. cum alii ad se: alii ad Eumenem ciuitatem traherent.
id facile scitu esse percontarētur ipsos maronitanos. haud
dubius perculsis omnibus terrore tam recentis cedis nemi
nē hiscere aduersus se ausurum. Negare Appius rem eam
tem pro dubia querendam. si ab se culpam remouere uellet
Onomastum & Casandrum: per quos acta res diceretur: mit
teret romam: ut eos senatus percontari posset. Primo adeo
perturbauit eo uox Regem: ut non color: non uultus ei cō
staret. Deinde collecto tandem animo Casandrum: qui maro
nee: sed ne in regia quidem propinqua fuisset & parcebat ma
gis Onomasto honoratiori amico & eiusdem iudicem haud pa
ulo plus timebat: quia & ipse sermonem cum ipso contulerat. &
multorum talium ministrum: & consciũm habebat. Casander
quoq; missis: qui per Epirum ad mare prosequerentur eū: ne
qua indutium emanaret: ueneno creditur sublatus. & Legati
a Philippi colloquio ita digressi sunt: ut pre se ferrent: nihil
eorum sibi placere. Et Philippus quidem minime: quin rebellā

dum esset dubius: quia immature ad id uires erant: ad moram
interponendam: Demetrium minorem filium mittere Romã:
simul ad depurganda crimina: simul ad deprecandam iram se
natus statuit. satis credẽs ipsum etiam iuuenem: quod Rome
obsẽs speciem regiæ indolis dedisset: aliquid momenti factur.
interim per speciem auxilii Bizantiis ferendi: retro ad terro
rem regulis Trachum inuiciendum profectus: perculsis ispri
lio: & Amadoco Duce capto: in Macedoniam redit: missis ad
accolas histri fluminis Barbaros ut in Italiam irrumperẽt:
solicitandos. & in Peloponneso aduentus Romanorum Lega
torum: qui ex Macedonia in Achaiam ire iussi erant: expecta
batur. Aduersus quos: ut preparata consilia haberet Lycorta'
pretor: concilium indixit. Ibi de Lacedemonis actum. ex ho
stibus eos accusatores factos. & periculum esse: ne uicti ma
gis timendi forent: qm bellantes fuissent. quippe in bello soci'
Romanis Acheos usos nunc eosdem Romanos æquiores Lace
demoniis: q̃ Acheis esse: ubi Areus etiam & Alcibiades: ambo
exules: suo beneficio restituti: legationem Romanorum aduer
sus gentem Acheorum: ira de ipsis meritam suscepissent: adeo
q̃ infesta oratione usi essent ut patria pulsi: non restituti in
eam uiderentur. Clamor undiq̃ ortus: referri nominatim de
us. Et cum omnia ira: non consilio: gererentur: capitis dãnati
sunt. Paucos post dies Romam Legati uenerunt. His Clitore
in Arcadia datum est concilium. Priusq̃ agerent quicquã
terror Acheis iniectus erat: & cogitatio quod non q̃ ex equo di
sceptatio futura esset: sed q̃ Areum & Alcibiadem capitis ab se
in concilio proximo damnatos: cum Legatis se acturos uidebãt.
Nec hiscere quisq̃ audebat. Appius ea: quæ apud senatum quæsti
erant Lacedemonii displicere senatui ostendit. ędem primum
ad conflictum factam eorum qui a Philopomene ad causam
dicendam euocati uenissent. Deinde cum in homines ita sæui
tum esset: ne in ulla parte crudelitas eorum cessaret. muros di

durutos urbis nobilissimę esse leges uetustissimas abrogatas. in
ductamq; pergentes Lycurgi disciplinam sublatam. Hęc cū appi
dicisset: Lycortas. & quia prętor. & quia Philopoemens auctors
omnium. quę Lacedemone acta fuerant. factionis erat: ita res
pondit. Difficilior nobis ap. Claudii apud uos oratio est q̄ Ro
mę nuper apud senatum fuit. tunc enim Lacedęmonius accusā
tibus respondendum erat. nunc a uobis ipsis accusati sumus. u
apud quos causa dicenda est. q̄ iniquitatem conditionis subim
q; ab illa spe decidimus iudices animo te auditurum esse. posi
ta contentione. qua pauloante egisti. ego certe. cum ea. quę &
hic antea apud. Qu. Cecilium. & postea Romę questi sunt Lace
dęmonii a te pauloante relata sint. non tibi. sed illis. me apud
te respondere credebam. eędem obiectis eorum. qui a Philope
mene prętore euocati ad causam dicendam. interfecti sunt. hoc
ego crimen non modo non a uobis Romam. sed ne apud uos u
quidem nobis obiciendum fuisse arbitror. quid ita. quia in ue
stro foedere erat. ut maritimis urbibus abstinerent Lacedemo
nii. quo tempore armis captis urbes. a quibus abstinere iussi er
erant. nocturno impetu occupauerunt. Si. T. Quintius si exer
citus Romanus sicut antea in Peloponeso fuisset. eo nuntium
capti. & oppressi confugissent. cum uos procul essetis. quo alio
nisi ad nos socios uestros. quos antea Cipsio opem ferentes. q̄s
Lacedęmonem uobiscum. simul de causa oppugnantis uiderāt.
confugerent. Pro uobis igitur iustum pium q; bellum susceptum
quod cum alii laudent reprehendere. ne Lacedemonii quidē pos
sint. dii quoq; ipsi comprobauerunt. qui nobis uictoriam dederē
quoniam igitur modo ea quę belli iure acta sunt in disceptā
tionem uenium. quorum tamen maxima pars nihil pertinet
ad nos. nostrum est q; euocamus eos ad causam dicendam. qui
ad arma multitudinem excuerant. qui expugnauerant. qui ee
dem principum fecerant. Quod uero illi uementes in castra intr
fecti sunt. uestrum est Areu. & Alcibiade. qui nunc nos si diis

placet accusatus non nostrum exules Lacedęmoniorum quo
in numero ii quoq; duo fuerunt & tunc nobiscum erant & qđ
domicilium sibi delegerant maritima oppida se petituros cre
dentes in eos quorum opera patria extorres ne in tuto qdē
exilio posse consenescere se indignabantur impetum fecerūt.
Lacedemonii igitur Lacedemonios non Achęi interfecerūt. n
Nec iure an iniuria cesi sint argumentari refert at enim illa
uestra certe sunt Achęi. q; leges disciplinamq; uetustissimam
Lycurgi sustulistis. q; muros diruistis. que utraq; ab iisdem
obiici qui possunt cum muri Lacedęmonis non a Lycurgo.
sed paucos ante annos ad dissoluendam Lycurgi disciplinam
extructi sint. Tyranni enim nuper eos arcem & munimentū
sibi non ciuitati parauerunt & si existat hodie ab inferis Ly
curgus gaudeat ruinis eorum & nunc se patriam & Spartā
antiquam agnoscere ducat. non Philopomenem expectare;
nec Achęos. sed uos ipsi Lacedęmonii uestris manibus ea mo
liri & diruere omnia uestigia tyranni dę debuistis. uestre
enim ille deformes note seruitutis erant & cum sine muris
per octingentos prope annos liberi aliquando etiā principes
Grecie fuissetis muris uelut compedibus circundati uidi:
per centum annos seruistis. Quod ad leges ademptas attinet
nego antiquas Lacedęmonius leges Achęos ademisse: quas nō
habebant. sed nostras leges dedisse. nec male consuluisse ci
uitati: cum concilii nostri eam fecerimus & nobis miscueri
mus ut corpus unum & concilium totius Pelopōnesi esset.
tunc opinor si aliis ipsi legibus uteremur: alias ustis iniuxis
semus: queri se iniquo iure esse: & uindicari possent. Scio ego
A p. Claudi hanc orationem qua sum adhuc usus: neq; apud
socios neq; liberę gentis esse: sed uere seruorum disceptantiū
apud dominos. nam si non uox illa uana preconis fuit: qua
liberos esse omnium primos Acheos iussistis. si fœdus ratū
est: si societas & amicitia obseruatur ex quo cur ego qđ ca

pua capta fecerius Romani non quero/ uos rationem reposcitis.
Achei Lacedemonius bello uictis fecerimus/ interfecti aliqui
sunt: finge a nobis. quid uos senatores Campanos securi nō per
cussistis/ muros diruimus. uos non muros tantum sed urbem:
& agros ademistis Spetie inquis æquum est fœdus apud achæ
os: præcaria libertas apud Romanos etiam imperium est. Sen
tio. Appi. & si non oportet: non indignor: sed oro uos: quātūli
bet interſit inter Romanos & achæos. modo ne in æquo hostes
uestri nostriq; apud uos sint ac nos socii immo ne meliore iu
re sint. nam: ut in æquo essent: nos fecimus: cum leges iis no
stras dedimus cum ut achei Concilii essent: effecimus. parū est
uictis: q; uictoribus satis est. plus postulant hostes: q; socii ha
bent. quæ iure iurando que monumentis litterarum in lapide
insculpta in æternam memoriam sancta: atq; sacrata sunt: ea cū
periurio nostro tollere parant. Veremur quidem uos Roma
ni: & si ita uultis etiam timemus. sed plus ueremūr: & timem⁹
deos immortales. Cum assensu maxime/ patris est auditus. &
loquutum omnes pro maiestate magistratus censebant: ut fa
cile appareret molliter agendo: dignitatem suam tenere apd
Romanos non posse. Tum Appius suadere se magnopere achæ
is dixit: ut dum liceret: uoluntate sua facere: gratiam inret.
ne mox inuiti. & coacti facerent. Hæc uox audita quidem: cū
omnium gemitum est. sed metu iniecto imperata recusandi: id
modo petierunt: ut Romani que uiderentur: de Lacedemoniis
mutarent. nec achæos religione obstringerent: irrita ea que in
re iurando sanxissent: faciendi. Damnatio tantum Arei & Alci
biadis: quæ nuper facta erat: sublata est. Rome principio eius
anni cum de comitiis consulum: & Prætorum actum esset: con
sulibus Ligures: quia bellum nusq; alibi erat: decreti Prætores
C. Decius Flauius Vrbanam. P. Cornelius Cethegus inter ci
ues & peregrinos sortiti sunt. P. Sempronius Blesus siciliam.
Qu. Neuius Matho Sardiniam. & ut idem de ueneficiis que

reret. C. Terentius Varro hispaniam citeriorem. Qu. Sempron'
Longus hispaniam ulteriorem. De iis duobus prouinciis Lega
ri per id fere tempus. L. Iuuentius Talna & T. Quintilius Varus
uenerunt: qui quantum bellum iam profligatum in hispania
esset senatu edocto: postularunt simul: ut pro rebus tam pros
pere gestis diis immortalibꝫ haberetur honos & ut prętoribus
exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta
est. De legionibus deportandis. cum de consulum Prętorũq;
exercitibus ageretur: rem integram referri iusserunt. Paucos
post dies consulibus in Ligures binę legiones: quas ap. Clau
dius. & M. Sempronius habuerant decretę sunt. De exercitu
bus hispaniensibus magna contentio fuit inter nouos prętо
res & amicos absentium Calphurnii Quintii q. Vtraq; causa In.
plebis utraq; consules habebat: ii se intercessuros. S. C. si repor
tandos censerent exercitus: denuntiabant. illi si hec intercес
sio fieret: nullam rem aliam se decern passuros. Victa postre
mo absentium gratia est & S. C. factum: ut Prętores quattuor
milia peditum Romanorum scriberent: quadringentos equi
tes: & quinque milia sociorum peditum Latini nominis quos se
cum in Hispania portarent. cum eas legiones quattuor descrip
sissent. q. plus q̃ quinq; milia peditum tricem equites in legioni
bus essent: dimitterent eos primum: qui e merita stipendia ha
berent. deinde ut cuiusq; fortissima opera Calphurnius & Quĩ
tius in prelio usi essent. Hac sedata contentione: alia subinde
C. Decii prętoris more exorta est. Cn. Sicilnius. & L. Puppius.
qui ędiles proximo anno fuerant: & C. Valerius Flamen Dialis
& Q. Fuluius flaccus. Is quia ędilis curulis designatus erat: sine
toga candida: sed maxima ex omnibus contentione petebat: cer
tamen q; ei cum Flamine Diale erat & postq̃ primo æquare: mox
superare: est usus. pars Tribunorum Plebis negare rationẽ eius
habendam esse: q. duos simul unus magistratus presertim curu
les: neq; capere posset. nec gerere pars legibus eum solui. equum

censere: ut quem uellet Pretorem creandi populo potestas fi
L. Portius consul primo in ea sententia esse: ne nomen ei' acci
peret deinde ut ex auctoritate senatus idem faceret: comi
cijs patribus se referre ad eos dixit: quod nec iure ullo: nec
exemplo tolerabili liberę ciuitati ę dilis Curulis designatus Pre
turam peteret sibi. nisi quid aliud iis uideretur in animo esse
e lege comitia habere patres censuerunt uti. L. Portius Consul
cum Qu. fuluio ageret ne impedimento esset. quominus Comi
tia prętoris in locum .C. Decii subrogandi e lege haberentur.
A genti consuli ex. S. C. respondit Flaccus. nihil quod se indigni
esset facturum. Medio responso ad uoluntatem interpretanto
fecerat spem cessurum: patrum auctoritati esse. Comitijs acrius
etiam q̄ ante petebat criminando extorqueri sibi a consule &
ab senatu populi .R. beneficium & inuidiam geminari honoris:
fieri tanq̄ non appareret. ubi designatus prętor esset. extēplo
ę dilitate se abdicaturum. Consul cum & pertinaciam petentis
crescere & fauorem populi magis q̄ in eum inclinari cerneret.
dimissis comitijs Senatum uocauit. Censuerunt frequentes: ut
quoniam Flaccum auctoritas patrum nihil mouisset ad populi
cum flacco agendum. Contione aduocata cum egisset consul.
ne tū quidem de sententia motus. gratias populo Romano egit.
quod tanto studio quotiencunq̄ declarande uoluntatis potesta'
facta esset. prętorem se uoluisset facere. ea sibi studia ciuiū suo
destituere. non in animo esse. Hęc uero tam obstinata uox tan
tum ei fauoris accendit. ut haud dubius prętor esset: si cōsul
accipere nomen uellet. Ingens certamen Tribunis & inter se ipos
& cum Consule est habitus. decretumq̄ quoniam prętoris subro
gandi comitia ne legibus fierent pertinacia. Qu. Flacci & pra
ua studia hominum impedirent. Senatum censere satis prętо
rum esse. P. Cornelius utranq̄ in urbe iurisdictionem haberet.
A pollunq̄ ludos faceret. his comitijs prudentia & uirtute Sena
tus sublatis: alia maioris certaminis: quo & maiore de re & iter

plures potentioresq; uiros sunt exorta. Censuram sũma con
tentione petebant. L. Valerius Flaccus. Et publius & Lucius
Scipiones. Cn. Manlius Volso. Furius purpurio patritii. plebei
autem. Marcus portius Cato. M. Fuluius nobilior. Tyberius &
M. Sempronii longus & Tutidanus. Sed omnes patritios: plebe
iosq; nobilissimarum familiarum. Marcus portius longe ãte
ibat. In hoc uiro tanta uis animi: ingeniiq; fuit: ut inquocũq;
loco natus esset: fortunam sibi ipse facturus uideretur: nulla
ars neq; priuatę: neq; publicę rei gerendę ei defuit. vrbanas ru
sticasq; res pariter callebat. ad summos honores alios sciẽtia
iuris alios eloquentia: alios gloria militaris prouexit huic uer
satile ingenium sic pariter ad omnia fuit. ut natũ ad id unũ
diceres quodcunq; ageret. in bello manu fortissimus: multisq;
insignibus clarus pugnis. Idem: postq̃ ad magnos honos ho
nores peruenit summus Imperator. & idem in pace si ius con
suleres peritissimus: si causa oranda esset eloquentissimus. nec
ista tantum: cuius lingua uiuo eo uiguerit. monumentũ elo
quentiæ nullum extet uiuit immo: uigetq; eloquentia eius
sacrata scriptis. omnis generis orationes: & pro se multę: & pro
aliis. & in alios. nam non solum accusando: sed etiam causam di
cendo fatigauit inimicos. simultates nimio plures: & exercue
runt eum: & ipse exercuit eas nec facile dixeris utrum magis
presserit eum nobilitas: an ille agitauerit nobilitatem. Aspe
ri proculdubio animi: & linguę acerbę & immodicę liberæ fu
it. sed inuicti a cupiditatibus animi & rigidę innocentiæ. con
temptor gratiæ diuitiarum. in parsimonia in patientia: labo
ris: periculi. prope ferrei corporis: animiq; quem nec senectus
quidem quę soluit omnia fregerit quin sextum & octogesimũ
annum agens causam dixerit ipse pro se orauerit. scripseritq;
nonagesimo anno Sergium Galbam ad populi adduxerit iu
dicium. hunc sicut omni uita: tum petentem: premebat nobi
litas: coierant apud Prętorem. L. Flaccum: qui Collega in con

sultatu fuerat: candidati omnes ad deiciendum honore eū.
non solum ut ipsi potius adipiscerentur: nec quia indignabā
tur nouum hominem censorem uidere: sed etiam quod triste
censuram: periculosamq; multorum fame ablesso a pleriq; &
laedendi cupido expectabant. & enim tum quoq; immutabun
dus petebat: refragari sibi: qui liberam & fortem censuram ti
merent: criminando. & simul. L. Valerio suffragabatur: ullo u
uno collega: castigare se noua flagitia & priscos reuocare mo
res posse. his accensi homines auersa nobilitate non. M. Por
tium modo censorem: fecerunt sed collegam ei. L. Valerium
flaccum adiecerunt. Secundum comitia censorum consules.
Pretoresq; in prouincias profecti: preter Qu. Neuium quem
quattuor non minus menses: prius q̄ in Sardiniam iret: que
stiones ueneficii: quarum magnam partem extra urbem per
Municipia conciliabulaq; habuit: quia ita aptius usum erat:
tenuerunt. si antiati Valerio credere libet: ad duo hominum
milia damnauit. Et. L. Postumius Pretor: cui Tarentum pro
uincia uenerat: magnas Pastorum coniurationes uindica
uit. & reliquias Bacchanalium questionis cum cura exequut'
est. qui multos ciuitati non affuerant: aut uades deseruerāt
in ea regione Italie latentes: partim noxios iudicauit: partī
comprehensos Romam ad Senatum misit. in carcere oīs ap.
Cornelio coniecti sunt. In hispania ulteriore fractis proximo
bello Lusitanis: quiete res fuerant: & in citeriore. C. Terētius
in Suessetanis oppidum Corbionem uineis & operibus expu
gnauit. captiuos uendidit. Quieta deinde hyberna in cuterio
re prouincia habuit. Veteres Pretores. C. Calphurnius Piso:
& L. Quintius Romam redierunt. utriq; magno Patrum con
sensu triumphus est decretus. Prior. C. Calphurnius de lusi
tanis & celtiberis triumphauit coronas aureas tulit. lxxiii.
& x. pondo argenti. Paucos post dies: L. Quintius Crispinus
ex hisdem Lusitanis celtiberisq; triumphauit tantundē auri

quantum argenti in eo triumpho translatum: censores. M. Portius & L. Valerius metu mixta expectatione Senatum legerūt. septē mouerunt senatu ex quibꝫ unum insignem & nobilitate & honoribus. L. Quintium Flaminium consularem. Patrum memoria institutum fertur: ut censores mores e Senatu scriberent notas. Catonis & aliꝫ quidem acerbe orationes extant in eos quos aut senatorio loco mouit: aut quibus equos ademit # longe grauissimam in L. Quintium oratio est: q̄ si accusator ante notam: non censor post notam usus esset. Retinere. Lu. Quintium in senatu ne frater quidem. T. Quintius: si tum censor esset: potuisset. inter cetera obiecit ei Philippum Poenum carum ac nobile scortum ab Roma in Galliam prouinciā spe ingentium donorum perductum: eum puerum: lasciuiam: cū cauillaretur: exprobare consuli persepe solitum: quod sub ipsum spectaculum gladiatorum: abductus: ab Roma esset: ut obsequium amatorꝫ uendicaret. forte epulantibus uis: cum iam uino incaluissent: nuntiatum in conuiuio esse: nobilē Bouum cum liberis transfugam uenisse. Conuenire Consulē uelle: ut ab eo fidem presens acciperet introductum in tabernaculum per interpretem alloqui Consulē cepisse: inter cuius sermonem Quintius scorto: uis tu inquit: quoniam gladiatorum spectaculum reliquisti: iam hunc Gallum morientem aspicere: & cum illꝫ uix dum serio annuisset: ad nutum scorti Consulem stricto gladio: qui super caput pendebat: loquēti Gallo caput primum percussisse. deinde fugienti: fidemq; p. Romani: atq; eorum qui aderant: implorāti: latus transfodisse. Valerius Antias: ut qui nec Catonis orationem legisset & fabulꝫ tantum sine auctoritate edite credidisset: aliud argumētum simile tamen libidine: & crudelitate peragit. Placentie famosam mulierem: cuius amore deperiret in conuiuium accersitam scribit: ibi iactantem se se scorto inter cetera retulisse: q̄ acriter quęstiones exercuisset: & q̄ multos capitis dāna

tos in uinculis haberet: quos securi percussurus esset: tum illam
infra eum accubantem negasse unq̃ uidisse quenq̃ securi ferie
tem. & peruelle id uidere: hic indulgentem amatorem unum
ex dãnatis attrahi iussum securi percussisse. Facinus atrox si
ue eo modo quo censor obiecit: siue ut Valerius tradit cõmis
sum est inter pocula: atq; epulas ubi libare diis dapes: ubi bene
precari mos esset: ad spectaculum scorti procacis in sinu cõsu
lis recubantis mactatam humanam uictimam esse: & cruore
mensam respsam. In extrema oratione Catonis conditio fert:
ut si id factum negaret: ceteraq; que obiecisset sponsione de
fenderet se se qui fateretur ignominia ne sua quenq; dolituꝝ
censeret: cum ipse Iuno & Venere amens sanguine hominis in
conuiuio Iusisset. In equitatu cognoscendo L. Scipioni asiati
co adeptus equus. In Censib; quoq; accipiendis. Tristis & aspe
ra in omnes ordines Censura fuit. ornamenta & uestem mulie
brem & uehicula: que pluris q̃ quindecim milium æris essent
incensum referre Viatores iussit. item mancipia minora ãnis
xx. que post proximum Iustrum. x. milibus æris: aut eo plu
ris uenissent: uti ea quoq; x. tanto pluris q̃ quanti essent esti
marentur. & his rebus omnibus terni in milia æris attribuerẽ
tur. Aquam publicam omnem in priuatum ædificium: aut ao
agrum fluentem ademerunt: & que in loca publica in ædifica
ta ĩmolita ue priuati habebant: infra. xxx. dies demoliti sũt:
opera deinde facienda ex pecunia decreta. Iacus sternendos
lapide: tegendosq; qua opus esset: cloacas in Auentino: in aliis
partibus: qua nondum erant faciendas locauerunt: & separatĩ
Flaccus molem ad Neptunnias aquas: ut iter populo esset: & uiã
per formianum montem Cato atria duo menium: & Titium in
lautumiis: & quattuor tabernas in publicum emit. Basilicamq;
ibi fecit: que portia appellata est: Et uectigalia summis pretiis
ultro tributa infimis locauerunt. quas locationes cum Senatus
precibus & lachrymis publicanorum uictus induci: & integro

locari uississet: censores edicto sumotis ab hasta: qui ludificati priorem locationem erat: omnia eadem paulum immutata pretiis locauerunt. Nobilis censura fuit simultatiumq; plena que M. Portium: cui acerbitas assignabatur: per omnem uitam exercuerunt. Eodem anno colonie due Potentia in Picenum. Pisaurum in Gallicum agrum deducte sunt. Sena iugera in singulos data. diuiserunt agrum. Coloniasq; deduxerunt uide tres uiri. Qu. Fabius Labeo &. M. Qu. Fulvii Flaccus & Nobilior. Consules eius anni nec domi nec militiae memorabile quicq; egerunt. In insequentem annum crearunt Consules. M. Claudium marcellum Qu. Fabium Labeonem. M. Claudius Qu. Fabius Idibus Martiis: quo die consulatum inierunt. de prouinciis suis pretoremq; retulerunt. Pretores creati erant. C. Valerius Flamen Dialis: qui priore anno petierat. Ct. Sp. Postumius albinus: &. P. Cornelius Sisenna. L. Puppius. L. Iunius. Cn Sulpitius. Consulibus Ligures: cum iisdem exercitibus: quos. P. Claudius. L. Portius habuerant: prouincia decreta est. Hispanie extra sortem prioris anni pretores cū suis exercitibus seruare. Pretores uti sorti iussi: utriq; Flamini Diali utriq; altera iurisdicendi Rome prouincia esset peregrina est sortitus. Sisenne Cornelio Vrbana. Sp. Postumio Sicilia. L. Pupio Apulia. L. Iulio Gallia. Cn. Sulpitio Sardinia euenit. L. Iulius maturare est iussus. Galli Transalpini per saltus ignote antea uie: ut ante dictum est: in Italiam transgressi oppidum in agro. qui nunc est Aquileiensis: edificabant. Id eos ut prohiberet: quoad eius sine bello posset. Pretori mandatum est. si armis prohibendi essent Consules certiores faceret. ex his placere alterum aduersus Gallos ducere Legiones
Extremo prioris anni comitia habita erant. unde mortui Cn. Cornelii locum auguris sufficiendi creatus erat. Sp. Postumius albinus. huius principio anni. P. Licinius Crassus Pontifex Maximus mortuus est. in cuius locum. M. Sempronius Tu

ditanus pontifex maximus creatus est. C. Seruilius Gemin'
P. Licinii funeris causa uisceratione data ludos fecit & gla
diatores .c.xx. pugnauerunt. & ludi funebres per triduū
facti. post ludos epulum. in quo cum toto foro strata trici
nia essent. tempestas cum magnis procellis coorta coegit: ꝛ
pleroſq; tabernacula statuere in foro eadem paulo postquā
undiq; dissereenasset sublata defunctos q; fato uulgo ferebāt
quod inter fatalia uates cecinissent necesse esse tabernacula
in foro statui. Hac religione leuatis: altera iniecta q; sangui
ne per biduum pluuisset in area Vulcani. & per decem uiros
supplicatio indicta erat eius prodigii expiandi causa. Prius
quam consules in prouincias proficiscerentur: Legationes
transmarinas in senatum introduxerunt. nec unq; ante tan
tum regionis eius hominum Rome fuerat. nam ex quo fama
pergentes: que macedoniam accolunt: uulgata est crimina
querimoniasq; de Philippo non negligenter ab Romanis au
diri: multis opere pretium fuisse queri per se queq; ciuita
tes gentesq; singuli etiam priuatim: grauis enim accola oīb;
erat Romam aut ad spem leuande iniurie: aut ad deflendę
solatium: uenerunt. Et ab Eumene Rege Legatio cum fratre
eius Atheneo uenit: ad querendum simul q; non deducerē
tur ex Thracia presidia: simul q; in Bithyniam Prusię bellū
gerenti aduersus Eumenem auxilia missa forent. Respondē
dum ad omnia iuueni tum admodum Demetrio erat: cum ha
ud facile esset: aut ea que obicerentur: aut que aduersus
ea dicenda erant: memoria complecti. nec enim multa so
lum: sed etiam pleraq; oppida q; parua erant: de controuer
sia finium: de hominib; raptis: pecoribusq; abactis: de iure:
aut dicto per libidinem aut non dicto de rebus per ium: aut
per gratiam iudicans: nihil horum: neq; Demetrium dilucī
de dicere: nec se satis liquido discere ab eo Senatus cum cer
neret posse: simul & tyrocinio: & perturbatione iuuenis mo

ueretur: queri iussit ab eo: et quem de iis rebus commentarium a patre accepisset: cum respondisset: accepisse se se: nihil prius: nec potius usum est: q̄ Regis ipsius de singulis responsa accipere. librum ex templo poposcerunt. deinde ut ipe recitaret: permiserunt. Erant autem de rebus singulis in breuem coacte cause: ut alia fecisse se secundum decreta Legatorum doceret: alia non per se stetisse: quominus faceret. sed per eos ipsos: qui accusarent. interposuerat etiam querelas de iniquitate decretorum & q̄ non ex equo disceptatum apud Ceciliū foret. indigneq; sibi: nec ullo suo merito: insultatum ab omnibus esset. has notas irritati sui animi collegit Senatus.

Cęterum alia excusanti iuueni: alia recipienti futura: ita ut maxime uellet senatus responderi placuit. nihil patrem eius: neq; rectius: nec magis quod ex uoluntate senatus esset: fecisse: q̄ quod ut cunq; ea gesta essent: per Demetrium filium satisfieri uoluisset. Romanis multa & dissimulare. & obliuisci: & pati preterita senatum posse. & credere etiam Demetrio credendū esse. obsidem enim se animum eius habere: & si patri corpus reddiderit. & scire quantum salua in patrem pietate posset: amicum eum populi romani esse. honorisq; eius causa missuros in macedoniam Legatos: ut si quid minus factum sit: q̄ debuerit. tū quoq; sine piaculo rerum preterm̄issarum: fiat. uelle etiam sentire Philippum integra omnia sibi cum populo romano. Demetrii filii beneficio esse. Hec quę augendę amplitudinis eius causa facta erant ex templo in inuidiam: Mox etiam in perniciē adolescenti uerterunt. Lacedemonii deinde introducti sunt.

Multę & paruę disceptationes iactabantur sed quę maxime continerent: erant utrum restituerentur: quos Achęi damnauerāt nec ne inique an iure occidissent: quos occiderant: uertebatur & utrum manerent in Achaico Concilio Lacedemonii: an uti ān fuerat secretum eius unius in Peloponneso ciuitatis: iussesset. Restitui iudicia q; facta tolli: placet Lacedemonem manere in Ach

ico Concilio: scribi q; id decretum: & consignari a Lacedæmoniis
& Achæis. Legatus in Macedoniam. Qu. Martius est missus: u
iussus idem in Peloponneso sociorum res aspicere. nam ibi u
quoq; ex ueteribus discordiis residui motus erant. Et Messe
ne discuerat a Concilio Achaico. Cuius belli: & causas. & or
dinem si expromere uelim: immemor sim propositi: quo statu
non ultra attingere externa: nisi qua Romanis cohererent re
bus. Euentus memorabilis est: q; cum bello superiores essent
Achæi Philopomenes prætor eorum capitur ad præoccupan
dam Coroneam quam hostes petebant: in ualle iniqua cū equi
tibus paucis oppressus ipsum potuisse effugere Thracum Cre
tensiumq; auxilio tradunt. Sed pudor relinquendi equites no
bilissimos gentis ab ipso nuper lectos tenuit: quibus dum lo
cum ad euadendas angustias: cogendo ipse agmen præbet: su
stinens impetus hostium: prolapso equo: & suo ipse casu: & one
re equi super eum ruentis: haud multum abfuit quin exani
maretur: septuaginta annos iam natus: & diutino morbo: ex
quo tum primum reficiebatur: uiribus admodum attenuatis
iacentem hostes superfusi oppressérunt. cognitumq; primum
a uerecundia memoriaq; meritorum haud secus: q; Ducē suū
attollunt reficiuntq; & ex ualle deuia: in uiam portant: uix
sibimet ipsi præ nec opinato gaudio credentes: pars nuntios
Messenem præmittunt debellatum esse: Philopomenem cap
tum adduci: primum adeo incredibilis uisa res: ut non pro
uano modo: sed uix pro sano nuntius audiretur: Deinde ut
super alium alius: idem omnes affirmantes ueniebant: tādē
facta fides. & priusq; approprinquare urbi satis scirent: ad sp
ectaculum omnes simul liberi ac serui: pueri quoq; cum fœmi
nis effunduntur: uiaq; clauserant portam turbę: dum pro se q;s
que: nisi ipse oculis suis credidisset uix pro comperta tantam
rem habiturus uideretur: egre summouentes obuios intrant
portam: qui adducebant Philopomenem potuerunt. atq; con

417

ferta turba uter reliquum clauserat. & cum pars clausa maxi
me a spectaculo esset theatrum repente: quod propinquū uie
erat: compleuerunt. & ut in conspectu populi adducerentur: u
una uoce omnes exposcebant. Magistratus & principes uerti
ne quem motum misericordia presentis tanti uiri faceret: cū
alios uerecundia pristine maiestatis collata presenti fortu
ne: alios recordatio ingentium meritorum mouura esset pro
cul in conspectu eum statuerunt. deinde raptum ex oculi' ho
minum abstraxerunt. Pretore Dynocrate dicente esse: que
pertinacia ad summam belli & percontari eum magistratus
uellēt. adducto in curiam & Senatu uocato. consultari coep
tum iam inuesperascebat. & non modo cetera. sed ne in pro
ximam quidem noctem. ubi satis tuto custoduretur: expedi
ebant. ob magnitudinem pristine eius fortune: uirtutis q
& neq; ipsi domum recipere custodiendum audiebant. nec cu
quam uni custodiam eius satis credebant: admonet deinde
quidē esse thesaurum publicum sub terra saxo quadrato sep
tum. Eo uinctus dumittitur. & saxum ingens quo operitur
machina: superpositum est. ita loco potius: q̄ homum cuiq̄
credendam custodiam rati lucem insequentem expectauerē.
Postero die: multitudo quidem integra memor: pristinor eius
in ciuitatem meritorum parcendum: ac per eum remedia u
querenda esse presentium malorum censebant. Sed factionis
auctores: quorum in manu res erat: in secreto consultantes os
ad necem eius consentiebant. sed utrum maturarent an differ
rent: ambigebant. uicit pars auidior pene. missiusq; qui uene
num afferret. accepto poculo nihil aliud loquutum ferunt:
q̄ quæsisse si incolumis Lycortas. Is alter Imperator achęorū
erat: equites q; euasissent: postq̄ dictum est: incolumes esse be
ne habet inquit: & poculo impaude hausto: haud ita multo
post expirauit. Nec diutur num mortis eius gaudium auctо
ribus crudelitatis fuit. Victa nanq; Messene bello: exposce

tibus Acheis dedit noxios: ossaq; reddita Philopomenis sūt
simul. & sepultus ab uniuerso Achaico est Concilio: adeo ut
omnibus humanis congestis honoribus: ut ne diuinis qdē
abstineretur. Ab Scriptoribus rerum grecis Latinisq; tantū
huic uiro tribuitur: ut a quibusdam eorum uelut ad insi
gnem notam huius anni memoriæ mandatum sit: tres cla
ros Imperatores eo anno decessisse. Philopomenem hanni
balem. P. Scipionem: adeo in æquo eum duobus potentissi
marum gentium summis Imperatoribus posuerunt. Ad Pru
siam regem Legatus. T. Quintius Flaminius uenit: quē sus
pectum Romanis & receptus post fugam Antiochi hānibal
& bellum aduersus Eumenem motum faciebat. Ibi: seu quia
a Flaminio inter cætera obiectum Prusiæ erat: hominē omni
um qui uiuerent: infestissimum populo Romano apud eum
esse. qui patriæ suæ primum: deinde fractis eius opibus An
tiocho regi auctor belli aduersus Populum Romanum fu
isset: seu quia ipse Prusias gratificaretur presenti Flaminio
Romanisq; per se nacandi: aut tradendi eius in potestatem:
consilium cepit. A primo colloquio Flaminii milites ex tē
plo ad domum custodiendam hannibalis missi sunt. Sēper
talem exitum uitæ suæ prospexerat Hannibal animo & Ro
manorum inexplicabile odium in se cernens: & fidei Regū
nihil sane confisus. Prusiæ uero leuitatem etiam expertus
erat. Flaminii quoq; aduentum uelut fatalem sibi horruerat.
Ad omnia undiq; infesta: ut iter semper aliquod præparatū
fugæ haberet: septem exitus e domo fecerat. ex iis quosdam
occultos: ne custodia sepirentur. Sed graue imperium Regū
nihil inexploratum quod inuestigari uolunt: effecit totius
circuitum domus ita custodis complexi sunt: ut nemo inde
elabi posset. Hannibal postq̄ est enuntiatum: milites regios
in uestibulo esse postico: quod deuii maxime atq; occultissi
mi exitus erat: fugere conatus: ut id quoq; occursu milium

obseptum sensit: & omnia circa clausa custodiis dispositis esse: uenenum: quod multo ante pręparatum ad tales habebat: ca sus: poposcit. Libeream inquit diuturna cura Populum ro manum: quando mortem senis expectare longum censent nec magnam: nec memorabilem: ex inermi proditoq; Flaminius uictoriam feret. Mores quidem Populus Romanus quantum mutauerit uel hic dies argumento erit: patres eorum Pyrrho Regi hosti armato: exercitum in Italia habenti: ut a ueneno caueret: prędixerunt. hi Legatum Consularem qui auctor ęet Prusiæ per scelus occidendi hospitis miserunt. Execratus de inde in caput: regnum q; prusiæ & hospitalis deos uiolatæ ab eo fidei: testes inuocans: poculum exhausit: hic uitę exitus fuit hannibalis Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuũ scribunt. ego neq; his: neq; Valerio assentio: his q; censoribus M. Portio. L. Valerio principem senatus ipsum. L. Valeriũs Censorem lectum inuenio. cum superioribo duobus lustris afri canus fuisset. quo uiuo: nisi ut ille senatu moueretur: quam no tam nemo memoriæ prodidit. Alius princeps in locum eius lectus non esset. Antiatem auctorem refellit. Tri. Plebis. M. Ne uius: aduersus quem oratio inscripta. P. Africani est. Hic Ne uius magistratum non iuit. Tri. pl. P. Claudio. L. Portio Con sulibus. Sed iuit Tribunatum Ap. Claudio. M. Sempronio cos. ad. iii. Idus Decembris inde: tres menses ad Idus Martias: sũt quibus. P. Claudius. L. Portius consulatum inierunt: ita & ui xisse in Tribunatu Neui uidetur: diesq; ei dici ab eo potuisse: decessisse: autem ante. L. Valeri: & M. Portii Censuram: Trium clarissimorum siue cuiusq; gentis uirorum: non tempore magis congruente cõparabilis mors uidetur esse: q; q; nemo corũ satis dignum splendore uitę exitum habuit. Iam primum oms non in patrio solo mortui: nec sepulti sunt. ueneno absumpti han nibal & Philopomenes. eval hannibal: proditus ab hospite captus. Philopomenes in carcere: & in uinculis expirauit. Scipio & si non

exul: neq; damnatus: dic tamen dicta: ad quam non affuerat reus absens citatus: uoluntarium non solum sibi ipse: sed etiam funeri suo exilium indixit. Dum ea in Peloponneso a quibus diuertit oratio: geruntur: reditus in Macedoniam Demetrii Legatorumq; aliter aliorum affecerat animos. Vulgus Macedonum quos belli ab Romanis imminentis metus terruerat: Demetrium ut pacis auctorem: cum ingenti fauore conspiciebant: simul & spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabant. Nam & si minor ætate: q; Perseus esset: hunc uista matre familiæ: illum pellice ortum esse. Illum ut ex uulgato corpore genitum: nullam certi patris notam habere. hunc insignem similitudinem Philippi præ se ferre. Ac Romanos Demetrium in paterno solio locaturos. persei nullam apud eos gratiam esse. Hæc uulgo loquebantur. Ita q; persea cura angebat: ne parum pro se una ætas ualeret: cum omnibus aliis rebus frater superior esset. & Philippus ipse uix se sui arbitrii fore: in quem hæredem regni relinqueret: credens sibi quoq; grauiorem esse: q; uellet: minorem filium censebat. offendebatur interdum concursu Macedonum ad eum. & alteram iam se uno regnum esse indignabatur. Ipse iuuenis haud dubie inflatior redierat: subinuisus erga se iudicijs senatus. concessisq; sibi: quæ patri negata essent. Et omnis mentio Romanorum quantam dignitatem ei apud ceteros macedonas: tantam inuidiam non apud fratrem modo: sed etiam apud patrem: conciliabat. Vtq; postq; alii legati Romani uenerunt & cogebatur decedere Thracia: præsidia q; deducere: & alia: aut ex decreto priorum Legatorum: aut ex noua constitutione Senatus facere: sed omnia merens qdē & gemens: eo magis: q; filiū prope cum illis: q; secum cernebat obedienter tamen aduersus Romanos faciebat. ne quam mouendi extemplo belli causam præberet: preuertendos etiam animos a suspitione talium consiliorum ratus: mediam in Thraciam exercitum in Odrysas & Dentheletos & Bessos duxit. Philoppolim urbē

fuga desertam oppidanorum qui in proxima montium fu
ga cum familiis receperant se se: copit campestresq; barba
ros depopulatus agros eorum: in deditionem recepit. Relic
to inde ad Philippopoli presidio quod haud multo post ab
odrysis expulsum est oppidum in Derrhiopo condere insti
tuit. Peoniae ea regio est prope Erigonum fluuium qui ex
Illyrico per Peoniam fluens in axium editur amnem haud
procul Scobis uetere urbe nouam urbem Perseida ut is filio
maior haberetur honos appellari iussit. Haec dum in macedo
nia geruntur Consules in prouincias profecti. Marcellus nu
tium premisit ad L. Portium Proconsulem: ut ad nouum Gal
lorum oppidum legiones admoueret. Aduenienti Consuli
Galli se se dediderunt. xii. mlia armatorum erant plerique
arma ex agris rapta habebant. Ea egre patientibus ius adep
ta quaeq; alia aut populantes agros rapuerant: aut secum attu
lerant. De his rebus: qui quererentur Legatos romam mise
runt. Introducti in senatum a. C. Valerio Pretore exposue
runt se superante in Gallia multitudine inopia coactus agri
& egestate ad querendam sedem alpes transgressos. quae incul
ta per solitudines uiderent: ibi sine ullius iniuria consedisse.
oppidum quoq; aedificare coepisse. quod inditum esset nec ag
ro: nec urbi ulli uim allaturos uenisse. nuper. M. Claudium
ad se nuntium misisse bellum se cum iis nu dederentur: gestu
rum. Se certam & si non speciosam pacem: q̄ incertam belli spe
preoptantes dedidisse se prius in fidem: q̄ in potestatem popli
romani. post paucos dies iussos & agro & urbe decedere: sese
tacitos abire: quo terrarum possent: in animo habuisse. ar
ma deinde sibi & postremo omnia alia: quae ferrent: agereq;
adempta orare se Senatum: Populumq; romanum: ne in se no
nnoxios dedutos acerbius: quam in hostis seuirent. Huic o
rationi senatus ita responderi iussit: neq; illos recte gessis
se: cum in Italiam uenirent: oppidumq; in alieno agro: nulli

Romani magistratus. qui ei prouincię pręesset: permissu. ædifi
care conati sint. neq; senatui placere deditos spoliari. itaq; se cũ
iis Legatos ad consulem missuros: qui si redeant: unde uenerit:
omnia iis sua reddi iubeant quiq; protinus erant trans alpes
& denuntient Gallicis populis: multitudinem suam domi cõti
neant. Alpes prope inexuperabilem finem in medio esse: non
utiq; iis melius fore: qui eas primi per uias fecissent. Legati mis
si. L. Furius. Qu. Minutius. L. Manlius Accidinus. Galli reddi
tis omnibus: quę sine cuiusq̃ iniuria habebant: Italia excesse
runt. Legatis Romanis Transalpini populi benigne responde
runt. Seniores eorum: nimiam lenitatem populi Romani ca
stigarunt quod eos homines: qui gentis in iussu profecti occu
pare agrum Imperii Romani: & in alieno solo ædificare oppi
dum conati sint: impunitos dimisissent. debuisse grauem te
meritatis mercedem statui. q; uero etiam sua reddiderint: ue
reri ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellã
tur. & exceperunt: & prosequuti cum donis Legatos sunt. M.
Claudius consul Gallis ex prouincia exactis histricum bellũ
moliri cœpit: litteris ad Senatum missis: ut sibi in histriam
traducere legiones liceret Id Senatui placuit. Illud agitabãt:
uti Colonia deduceretur: nec satis constabant: utrum latinã:
an ciuium Romanorum deduci placeret. Postremo latinã po
tius Coloniam deducendam patres censuerunt. Triũuiri cre
ati sunt. P. Scipio Nasica. C. Flaminius. L. Manlius Accidinus:
Eodem anno Mutina: & Parma: Coloniæ Romanorum ciui
um sunt deductę. bina milia hominum agrum: qui proxime
Boiorum: ante Tuscorum fuerat: octona iugera Parmæ qna
mutinæ acceperunt. deduxerunt Triumuiri. M. Emilius Le
pidus. T. Ebutius carus. L. Quintius Crispinus. Et Saturnia
colonia ciuium Romanorum in agrum Caletranum est de
ducta: deduxerunt Triũuiri. Qu. fabius Labeo. C. Afranius
Stello. T. Sempronius. iugera in singulos data. Eodem anno

A. Terentius Proconsul haud procul flumine Hibero in agro
Auſetano prelia ſecunda cum celtiberis fecit & oppida quæ
communierant aliquot expugnauit. Citerior hiſpania in pa
ce fuit eo anno quia & P. Sempronius proconſul diutino mor
bo eſt implicitus & nullo lacesſente peropportune quieuerũt
Luſitani. Nec in Ligunbus memorabile quicquam a Quinto
Fabio conſule geſtum. Marcellus ex hiſtria reuocatus exer
citu dimiſſo Romam comitiorum causa redit. creauit cõſules
Cn. Bebium Tamphilum & L. Emilium Paulum. Cum M. Æmi
lio Lepido hic Ædilis curulis fuerat a quo conſule quintus
annus erat cum is ipſe Lepidus poſt duas repulſas Conſul fac
tus erat. Pretores inde facti. Quin. Fuluius Flaccus. M. Va
leriuſ Leuinus. P. Aemilius iterum. M. Ogulnius Gallus. L.
Celius Dentex. C. Terentius hiſtra. Supplicatio extremo
anno fuit prodigiorum causa: quod ſanguinem pluiſſe per
biduum in area concordiæ ſatis credebant. nuntiatumq; erat
haud procul Sicilia: inſulam: quæ nondum ante fuerat: no
uam æditam e mari eſſe. Hannibalem hoc anno Annas Vale
riuſ deceſſiſſe auctor eſt. Legatis ad eam rem ad Pruſiam miſ
ſis præter. T. Quintium Flaminium cuius in ea re celebre eſt
nomen. L. Scipione Aſiatico. P. Scipione Naſica;

RINCIPIO insequentis anni Consules Pretores q; sorti Prouincias sūt. Cōsulibus nulla preter Ligures que decerneretur erat iurisdictio Vrbana. M. Ogulnio Gallo Inter peregrinos. M. Valerio euent. Hispania. Qu. Fulnio Flacco citerior. P. Manlio ulterior. L. Cecilio Dentrici Sicilia. C. Terentio Istre Sardinia. Delectus habere Consules iussi. Quintus Fabius ex Liguribus scripserat. Apuanos ad rebellionem spectare periculosumq; esse ne impetū in agrum Pisanum facerent. Ex hispanis citeriorem in armis esse. & cum celtiberis bellari sciebant ulteriorem: quia diu eger esset Pretor luxurie ocio solutam disciplinam militarem esse. ob ea nouos exercitus conscribi placuit. Quattuor legiones in Ligures uti singule quina mlia: & ducenos pedites: trecenos haberent equites. Sociorum isdem Latini nominis xv. mlia peditum addita: & octingenti equites. Hi duo Consulares exercitus essent. scribere preterea iussi. mlia. vii. peditum Sociorum ac Latini nominis: & quadringentos equites & mittere ad. M. marcellum in Galliam cui ex consulatu prorogatum imperiū erat. In hispaniam etiam utranq; que ducerentur quattuor mlia peditum ciuium romanorum: & cc. equites. & Sociorum vii. mlia peditum cum ccc. equitibus scribi iussa. Et. Q. Fabio Labeoni cum exercitu: quem habebat: in Liguribus prorogatum in annum imperium est. Ver procellosum eo anno fuit. Nam pridie Palilia medio ferme die: atrox cum uentu tempestas coorta multis sacris: profanis q; locis stragem fecit. signa enea in Capitolio deiecit. forem ex æde Lunæ: que in auentino est: raptam tulit. & in posticis parietibus Cereris templi affixit.

signa alia in Cyrco maximo cum columnis: quibus superstabāt euertit. fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta fede dissipauit. Itaq; in prodigium uersa ea tempestas. procuratiq; au rispices iusserunt. simul procuratum est: quod tripedem mu lum Reate natum nuntiatum erat. & a Formis ædem Apolli nis: ac Caietę de cælo tactam. Ob ea prodigia .xx. hostiis maio ribus sacrificium. & diem unum supplicatio fuit. Per eosdem dies ex literis Terentii Propretores cognitum. P. Sempronii in ulteriore prouincia: cum plus annum æger fuisset mortui esse. eo maturius in hispaniam Prętores iussi proficisci. Lega tiones transmarinę. deinde in senatum introducte sunt. prima Eumenis & Pharnacis regum. & Rhodiorum quęrentium de Synopensium clade Philippi quoq; legati: & Achęorum & Lace demoniorum sub idem tempus uenerunt. Is prius. Martio audito: qui ad res Grecię Macedonicaq; uisendas missus erat responsa data sunt Asiæ Regibus. ac Rhodus responsum est. L egatos ad eas res uisendas missurum senatum. De Philippo & iram auxerat Martius. nam ita fecisse quæ senatui placuisset fatebatur: ut facile appareret non diutius q̄ necesse esset. fac turum. neq; obscurum erat rebellaturum. omniaq; quę tūc agg ret. diceretq; eo spectare. Iam primum omnem fere multitu dinem ciuium ex maritimis ciuitatibus cum familiis suis in ęmathiam quæ nunc dicitur quondam appellata Peonia est traduxit. Thracibus q̄. & aliis Barbaris. urbes tradidit habitā das. fidiora hæc genera hominum fore ratus in Romano bello ingentem res fremitum in Macedonia toto fecit. relinquen tes q̄ suos cum coniugibus ac liberis: pauci tacitum dolorē continebant. execrationesq; quæ in agminibus proficiscētiū: audiri solent in regem: ucentem odio metum: exaudiebā tur. His ferox animus: omnes homines: omnia loca: tempo raq; suspecta habebat. Postremo negare propalam cępit: satis tutum sibi quicq̄ esse: nisi liberos eorum: quos interfecisset;

comprehensos in custodia haberet. & tempore alium alio tolle
ret. Eam crudelitatem fedam per se: fediorem unius domus
clades fecit. herodicum Principem Thessalorum multis ante
annis occiderat generos quoq; eius postea interfecit. in uidui
tate relicte filie singulos filios paruos habentes. Theoxena ii
multis petentibus aspernata nuptias est. Archo Poridi cuidā:
longe principi gentis nupsit. & apud eum plures enixa partus
paruis admodum relictis omnibus: decessit Theoxena: ut in
suis manibus liberi sororis educarentur: Poridi nupsit. & tāq̄
omnis ipsa enixa foret: suum sororisq; in eadem habebat cu
ra. Postq̄ Regis edictum de comprehendendis liberis eorū:
qui interfecti essent: accepit: ludibrio futuros non Regis mo
do: sed custodum etiam libidinis rata: ad rem atrocem animū
adiecit. ausaq; est dicere potius sua manu: se omnes interfec
turam: quam in potestatem Philippi uenirent. Poris abomina
tus mentionem tam foedi facinoris: Atheneo deportaturum
eos: ad fidos hospites dixit. comitemq; ipsum fuge futurū esse:
P roficiscuntur ab Thessalonica eneam: ad statutum sacrificiū:
quod conditori Aenee cum magna cerimonia quot annis fa
ciunt. ibi die per solemnes epulas consūpto: nauem preparatā
a Poride sopitis omnibus tertia uigilia conscendunt. tanquā
redituri in Thessalonicam sed traiicere in Euboeam erat pro
positum. ceterum in aduersum uentum ne quicq̄ eos tenden
tes: prope terram lux oppressit. Et Regii: qui pre erant custodie
portus: lembum armatum ad protrahendum eam nauem mi
serunt: cum graui edicto ne reuerterentur sine ea Quoniam
dies appropinquabat: Poris quidem adhortationem remigū:
nautarumq; intentus erat. interdum manus ad celum tendēs:
opem ut dii ferrent: orabat. Ferox interim foemina: ad mul
to ante precogitatum reuoluta facinus: uenenum diluit: fer
rumq; promit. & posito in conspectu populo: instrictisq; gladiis.
M ors inquit una uindicta est uie ad mortem he sunt qua quēq;

animis fert: effugite superbiam Regiam agite iuuenes: mei p̄mū
qui maiores estis: capite ferrum: aut haurite poculum: si segnior
mors iuuat Et hostes aderant & auctor mortis instabat alii alio
leto absumpti: semianimes e naue precipitantur: ipsa deinde ui
rum comitē mortis complexa: in mare se se deiecit. Naue ua
cua dominis Regii potiti sunt. huius atrocitas facinoris no
uam uelut famam Regis inuidiæ adiecit. ut uulgo ipsum li
berosq; eius execrarentur. Que dire breui ab omnibus diis
exauditæ: ut seuiret ipse in suum sanguinem effecerunt. Per
seus enim cum in dies magis cerneret fauorem: & dignitatē
Demetrii fratris apud multitudinem Macedonum crescere:
& gratiam apud Romanos sibi spem nullam Regni super esse:
nisi in scelere ratus: ad id unum omnes cogitationes intēdit.
ceterum cum se ne ad id quidem quod muliebri cogitabat u
animo: satis per se ualidum crederet: singulos amicorum pa
tris temptare sermonibus perplexis institit & primo quidā
ex iis aspernantium tale quicq̄ prebuerunt speciem quia plus
in Demetrio spei ponebant. deinde crescente in dies Philippi
odio in Romanos cui Perseus indulgeret Demetrius summa
ope aduersaretur. prospicientes animo exitum id cautius ad
iuuandum quod futurum erat: rati fouendam spem potētio
res Perseo se adiungit. cetera in suum queq; tempus differunt:
in presentia placet omni ope in Romanos accendi Regē ipellio.
ad consilia belli: ad que iam sua sponte animum inclinasset. si
mul ut Demetrius in dies suspectior esset: ex composito sermo
nes ad spretionem Romanorum trahebant. ibi alii: cum mores.
& instituta eorum: alii res gestas: alii speciē ipsius urbis nōdū
exornate: neq; publicis: neq; priuatis locis: alii in singulos prin
cipium eluderent iuuenis incautus & amore nominis Roma
ni & certamine aduersus fratrem: omnia tuendo: suspectū se
patri: & opportunum criminibus faciebat. Itaq; expertū eum
pater omnium: de rebus Romanis consiliorum habebat totus

in Persea uersus: cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agi
tabat. Redierat: quos forte miserat in Basternas: ad accersce
da auxilia. adduxerantq; inde nobiles iuuenes: & Regi quos
dam generis. quorum unus sororem suam: in matrimonium
Philippi filio: pollicebatur. erexeratq; consociatio gentis eius
animum Regis. Tum Perseus. Quid ista prosunt inquit: nequa
quam tantum in externis auxilijs est presidij. quantum peri
culi fraude domestica proditorem nolo dicere: specularem ci
uius. ex quo obses Rome fuit: corpus nobis reddiderunt. Ro
mani animum ipsi habent. omnium pene macedonum eum
ora conuersa sunt. nec Regem se alium rentur habituros esse:
q̃ quem Romam dedissent. His per se egra mens senis stimula
batur: & animo magis: q̃ uultu ea crimina accipiebat. Forte
lustrandi exercitus uenit tempus: cuius solemne est tale pri
or hostie pars dextera: posterior ad leuam uie ponitur: inter
hanc diuisam hostiam copie armate traducuntur: preferun
tur primo agmini arma insignia: omnium ab ultima origine
Macedonie Regum deinde rex ipse cum liberis sequitur: pro
xima est regia cohors custodesq; corporis. postremum agmen
macedonum cetera multitudo claudit. latera Regis duo fi
lii iuuenes cingebant. Perseus iam trigesimum annum agens:
Demetrius quinquennio minor medio iuuente robore ille
bic flore. fortunati patris matura soboles. si mens sana fuisset.
Mors erat: lustrationis sacro peracto. decurrere exercitum & di
uisas bifariam duas acies concurrere: ad simulachrum pugne.
Regii iuuenes Duces ei ludicro certamini dati. Ceterum imago
fuit pugne: sed tanq̃ de regno iudibo facta: nec preter ferrũ
quicquam defuit ad iustam belli speciem. pars ea que sub deme
trio erat: longe superior fuit. id egre patientes Perseo. letari
prudentes amici eius eamq; rem dicere ipsam prebituram causã
criminandi iuuenis. Conuiuium eo die sodalium qui simul de
curserant: utercq; habuit. cum uocatus ad cenam ab Demetrio

Perseus negasset festo die inuitatio benigna: & iuuenilis utr
osq; in uinum traxit commemoratio ibi certaminis ludicri.
& iocosa dicta in aduersarios ita ut ne ipsis quidem Ducibus
abstinētur: iactabantur. Ad has excipiendas uoces speculator
ex conuiuiis Persei missus: cum incautior obseruaretur: ex
ceptus a iuuenibus forte triclinio egressis male multatur.
H uius rei ignarus Demetrius quin comesatum inquit ad fra
trem imus: & iram eius: si qua ex certamine residet: simpli
citate & hylaritate leniemus. Omnes se ire conclamarunt. pre
ter eos. qui speculatoris ab se pulsati presentem ultionem me
tuebant. Cum eos quoq; Demetrius traheret. ferrum ueste ab
diderūt. quo se tutari. si qua uis fieret: possent. Nihil occulti
esse intestina discordia potest. uti atq; domus proditorum &
& speculatorum plena erat. Precurrit index ad Persea: ferro
succintos nuntians cum Demetrio quattuor adolescentes ue
nire. & sic causa apparebat. nam ab iis pulsatum conuiuā suū
audierat. tamen infamande rei causa ianuam obserari iubet.
& ex parte superiore edium. uersisq; in uiam fenestris. comesa
tores tanq̄ ad cedem suam uenientes aditu ianuae arcet. De
metrius per uinum. quod excluderetur. paulisper uociferat⁹
in conuiuium redit. totius rei ignarus. Postero die Perseus q̄
primum conueniendi potestas patris fuit. Regiam ingressus
perturbato uultu in conspectu patris tacitus procul constitit
cui cum pater satin salue res? que nam ea mestitia esset. inter
rogaret eum de ludicro? Tibi inquit uiuere me scio: iam nō
occulto a fratre petimur insidiis nocte cum armatis domū ad
interficiendum me uenit. clausisq; foribus parietumq; presi
dio: me a furore eius sum tutatus. Cum pauorem mixtum ad
miratione patri iniecisset. At qui si aures prebere potes īquit:
manifestam rem teneas faciam enīuero se Philippus dicere au
diturum: uocariq; ex templo Demetrium iussit: & seniores du
os amicos: expertos inter fratres certaminum: infrequentes

iam in regia: Lysimachum: & Onomastum accersit: quos in consi
lio haberet. dum uenunt amici: solus filio procul stante: multa
secum animo uoluntas: inambulauit. Postq̃ uenisse eos nuntia
tum est: secessit in partem interiorem: cum duobus amicis. to
udem custodibus corporis filiis: ut ternos inermes secum intro
ducerent: permisit. ubi cum consedisset. Sedeo inquit miserrim⁹
pater iudex inter duos filios: accusatorem parricidii: & rerum
aut confecti aut admissi criminis labem apud meos inuentu
rus. iam pridem quidem hanc procellam imminentem timebã:
cum uultus inter uos minime fraternos cernerem: cum uoces
quasdam exaudirem. sed interdum spes animum subibat: defla
grare ira⁹ uestras purgari suspitiones: posse etiam hostes armis
positis fœdus iecisse. & priuatas multorum simultates finiras.
subiturum uobis aliquando germanitatis memoriam puerilis
quodam simplicitatis: consuetudinisq; interuos meorum dem
q; præceptorum: quæ uereor ne uana surdis auribus cecinerĩ.
quotiens ego audientibus uobis detestatus exempla discordi
arum fraternarum: horrendos euentus eorum retuli: quibus
stirpem suam domos. regna. funditus euertissent: meliora q̃q;
exempla parte altera posui: sociabilem consortionem inter ui
nos Lacedemoniorum Reges: salutarem: per multa secula: ip
sis: patriæq; eandem ciuitatem: postq̃ mos sibi cuiq; rapiendi
Tyrãnidem exortus sit: euersam. Iam hos Eumenem Athalũq;
fratres a q̃ exiguis rebus: prope ut puderet Regii nominis: mi
hi Antiocho: & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis q̃
fraterna uanamitate regnum æquasse. ne romanis quidẽ exẽ
plis abstinui quæ aut uisa: aut audita habeam. T. & L. Quintios
qui bellum mecum gesserunt. P. & L. Scipionum qui Antiochũ
deuicerunt: patris patruiq; eorum: quorum perpetuæ uitæ con
cordiam mors quoq; miscuit. neq; uos illorum scelus simulesq;
sceleri exitus potuit: neq; horum bona mens: bona fortuna: ad
sanitatem flectere. uiuo & spirante me hereditatem meã ambo.

& spe: & cupiditate improba petitis. eo usq; me uiuere uultis: do
nec alterius uestrum superstes haud ambiguum Regem alterũ
mea morte faciam: nec patrem potestis pati: nihil chari: nihil sci
nominis nostis cuius uice regni unius insatiabilis amor succes
sit: agite conscelerate aures paternas. decernite criminibus: mox
ferro decreturi. dicite palam: quod ueri potestis. aut eminisci
libet reseratę aures sunt: quę post hac secretis alterius ab alte
ro criminibus claudentur. hæc furens ira cum dixisset. lachry
mæ omnibꝫ obortæ & diu męstum silentium tenuit. Tum Per
seus aperienda ni mirum nocte ianua fuit. & armati comesato
res accipiendi. prebendumq; ferro iugulum: quando non cre
ditur: nisi perpetratum facinus. eiusdem petitus insidiis audio
quæ latro: atq; insidiator. non ne quicq̃ isti unum Demetrium
filium te habere. me subditum: & pellice genitum appellant. nã
si gradum: si charitatẽ filii apud te haberem: non in me querẽtẽ
deprehensas insidias: sed in eum qui fecisset: seuires nec adeo
tibi uilis uita esset nostra: ut nec pręterito periculo meo mo
uereris: neq; futuro si insidiantibus sit impune. Itaq; si mori ta
citum oportet: taceamus. pręcati tantum deos: ut a me cęptum
scelus: in me finem habeat. nec per meum latus tu petaris. sin aũt
quod circunuentis in solitudine natura ipsa subiicit: ut hominũ:
quos nunq̃ uiderint fidem tamen implorent: mihi quoq; ferũ
in me strictum cernenti. uocem mutere liceat per te: patriũq;
nomen: quod utri nostrum sanctius sit iam pridem sentis: ita
me audias precor: tanq̃ si uoce: & comploratione nocturna
excitus mihi queritanti interuenisse Demetrium cum arma
tis nocte intempesta in uestibulo meo deprehendisse. quod tũ
uociferare in re pręsenti pauidus: hoc nunc postero die queror.
F rater non comesantium inuicem iã diu uiuimus inter nos. re
gnare utiq; uis huic spei tuę obstat. ætas mea. obstat gentiũ ius.
obstat uetustus Macedoniæ mos. obstat uero etiam patris iu
dicium. huc transcendere. nisi per meum sanguinem non potes

omnia moliris: & temptas. ad huc seu cura mea: seu fortuna resti
tit parricidio tuo. hesterna die in lustratione: & de cursu: & si
mulachro ludicro pugnę: funestum prope prelium fecisti. nec
me aliud a morte uindicauit: q̃ quod me ac meos uinci passus sũ.
ab hostili prelio: tanq̃ fraterno lusu: pertrahere me ad cenam uo
luisti. Credis ne pater inter inermes conuiuas me cęnaturum
fuisse: ad quem armati comesatum uenerunt? Credis nihil a gla
diis nocte periculum fuisse: quem sudibus te inspectante ꝓpe
occiderunt? Quid hoc noctis? quid ut inimicus ad iratum? qd
cum ferro succinctis iuuenibus uenis? conuiuam me tibi com
mittere ausus non sum. comesatorem te cum armatis recipiam?
Si aperta ianua fuisset: funus meum parares hoc tempore pater:
quo quęrentem audis. nihil ego tanq̃ accusator criminose: n
nec dubia argumentis colligendo: ago quid enim negat se cũ
multitudine uenisse ad ianuam meam? an ferro succintos se cũ
fuisse? quos nominauero accerse possunt quidem omnia aude
ret: qui hoc ausi sunt: non tamen audebunt negare se deprehẽ
sos itra limen meum cum ferro. si ad te deducerem: rem ꝓ ma
nifesto haberes. fatentes pro deprehensis habe. execrare nunc
cupiditatem regni. & furias fraternas cogita: sed ne sint cęcę
pater execrationis tuę discerne: despice insidiatorem: & peti
tum insidiis. noxium huic esse caput: qui occisurus fratrẽ fuit.
habeat etiam iratos paternos deos qui periturus fraterno sce
lere fuit: perfugium in patris misericordia: & iustitia habeat.
quo enim alio confugiam cui non solenne lustrare exercitus:
cui non decursus militum. non domus: non epulę: non nox
ad quietem data: naturę beneficio mortalibus: tuta est. si iero
ad fratrem inuitatus: moriendum est. si recepero intra ianuam
comesatum. fratrem moriendum est. nec eundo nec manendo
insidias euito. quo me conferam? nihil pręter deos pater: &
te colui. non Romanos habeo ad quos confugiam. periisse ex
petunt quia tuis iniuriis doleo. quia tibi ademptas tot urbes

indignor. nec me nec te

tot gentes modo Thracię maritimam oram indignor
nec te incolumi macedoniam suam futuram sperant. Sed si
me scelus fratris. te senectus absumpserit. aut nec ea quidem
expectata fuerit. Regem regnumq, macedonię sua futura
sciunt siquid extra macedoniam tibi romani reliquissent
mihi quoq, id relictum crederem receptaculum. at in Macedo
nibus satis presidii est. uidisti hesterno die impetum in me
militum. q, illis defuit interdiu. conuiuę fratris noctu supse
runt. quid de magna parte principum loquar. qui in roma
nis spem omnis dignitatis & fortunę posuerunt. & in eo qui
omnia apud romanos potest. neq, hercule istum mihi tan̄
fratri maiori. sed prope est. ut tibi quoq, ipsi & patri preferat.
iste enim est. cuius beneficio poenam tibi senatus remisit.
qui nunc te ab armis romanis protegit. qui tuam senectu
tem obligatam & obnoxiam adolescentię suę equum esse cē
set. pro isto romani stant. pro isto omnes urbes tuo imperio
liberate. pro isto Macedones qui pace romana gaudebant. u
mihi preter te pater quid usquam aut spei. aut presidii est.
Quo spectare illas litteras ad se nunc missas. T. Quintii credis.
quibus & te bene consuluisse rebus tuis ait. q, Demetriū ro
mam miseris. & hortatur: ut iterum cum pluribus Legatis &
priorib⁹ quoq, ipsorum Macedonum remutas eum. T. Qui
tius qui nunc est auctor omnium istic & magister. eū sibi
te abdicato patre in locum tuum substituit. illic ante omn̄a
clandestina concepta sunt consilia. queruntur adiutores
consiliis cum te plures & principes Macedonum cum isto
mittere iubet. qui hinc integri & sinceri romani eūt: Philip
pum regem se habere credentes: imbuti illinc & infecti ro
manis de linimentis redeunt: Demetrius ipsi unus omnia est
eum iam regem uiuo patre appellant. Hec si indignor: audiē
dum est statim: non ab aliis solum: sed etiam a te pater cupi
ditatis regni crimen. Ego uero si in medio ponitur: nō agno

ſco. quem enim ſuo loco moneo: ut ipſe in eius locum ſucceda:
unus ante me pater eſt & ut diu ſit: deos rogo ſuperſtes ei ita
ſim ſi merebor: ut ipſe me eſſe uelit: hereditatem regni ſi pater
tradet: accipiam cupit regnum: & quidem ſcelerate cupit: q
tranſcendere feſtinat ordinem ętatis nature: moris macedo
num iuriſgentium: obſtat frater maior: ad quem iure: uolũ
tate etiam: regnum patris pertinet. Tollatur nunc primus in
regnum: fraterna cęde ſit potior: pater ſenex: & filio ſolus
orbatus magiſtimebit: ne traſcatur: q̃ ut filii ulciſci necẽ pa
tiatur: Romani letabuntur: probabunt: defendent factum
hę ſpes incerte pater ſed non inanes ſunt. ita enim res ſe habẽ
periculum uitę propellere a me poteſt: puniendo eos qui ad
me interficiendum ferrum ſumpſerunt. Si facinori eorum
ſucceſſerit: mortem meam idem tu perſequi non poteris. Po
ſtquã dicendi finem perſeus fecit. conięcti eorum qui aderãt:
oculi in Demetrium ſunt: uelut confeſtim reſponſurus eſſet. de
inde ſilentium fuit. Cum perfuſum fletu appareret omnibus
loqui non poſſe tandẽ uicit dolorem ipſa neceſſitas: cum dice
re iuberent: atq; ita orſus eſt. Omnia quę eorum antea fuerãt
auxilia: pater pre occupauit accuſator: ſimulatiſq; lachrymis
in alterius perniciem: ueras meas lachrymas ſuſpectas tibi fe
cit. Cum ipſe exquo ab Roma redii: per occulta cum ſuis collo
quens: dies noctesq; inſidietur ultro mihi non inſidiatori mo
do: ſed latroni manifeſto: & percurſori ſpeciem induit: peri
culo ſuo te extereret ut innocio fratri: per eundem te matu
ret perniciem: perfugium ſibi nuſq; gentium eſſe ait: ut ego
ne apud te quidem ipſi quicquam reliqui habeam circũuẽtũ
ſolum inopem: inuidia grauis externę quę obeſt potius q̃ pro
deſt onerat. Iam illud: q̃ accuſatorie: quod noctis huius crimẽ
miſcuit cum cętera in ſectatione uitę meę: ut & hoc: quod iam
quale ſit ſcies: ſuſpectum alio uitę noſtrę tenore faceret. & il
lam uanam criminationem ſpei uoluntatis conſiliorum noctur

no hoc ficto & composito argumento fulciret: simul & illud q̄si
uit ut repentina minime preparata accusatio uideretur. Quippe
ex noctis huius metu: & tumultu repentino exorta. Oportuit
autem Perseu: si proditor ego patris mieram consilia: nō expec
tatam fabulam esse noctis huius: sed proditionis me accusatū:
si illa criminosa ac uana accusatio erat: inuidiamq; tuam aduer
sus me magis: q̄ crimen meum indicatura: hodie quoq; iam: aut
pretermitti: aut in aliud tempus differri: ut perspiceretur: utrū
ego tibi: an tu mihi nouo quidem & sigulari genere odii insidi
as fecisse. Ego tamen quantum in hac subita perturbatione po
tero separabo ea: que tu confudisti: & noctis huius insidias: aut
tuas: aut meas detegam. Occidendi sui consilium me inisse ui
deri uult: ut. s. maiore fratre sublato: cuius iure gentium: mo
re macedonum tuo etiam: ut ait iudicio: regnum est futurū:
ego minor in eius: quem occidissem: succederem locum: quid
ergo illa sibi uult pars altera orationis: qua Romanos a me cul
tos ait: atq; eorum fiducia in spem regni me uenisse: nam &
si in romanis tantum momenti esse credebam: ut quē uellent
imponerent macedonie regem. & mee tantum apud eos gratie
confidebam Quid opus parricidio fuit? an ut cruentum frater
na cede diadema gererem: ut illis ipsis apud quos: aut uera:
aut certe simulata probitate partam gratiam habeo: si quam
forte habeo execrabilis & inuisus essem: nisi. T. Quintium cre
dis: cuius uirtute: & consiliis mea nunc arguis regi cum & ipē
tali pietate uiuat cum fratre: mihi fraternae cedis fuisse aucto
rem? Idem non Romanorum solum gratiam sed Macedonum iu
dicia ac deorum pene hominūq; consensum collegit: per quem
omnia se mihi parem certamine non futurum crediderit: idē
tanq̄ in aliis omnibus rebus inferior essem: ad sceleris spem ul
timam confugisse me insimulat. Vis hanc formulam cognitio
nis esse: ut uter timuerit: ne alter dignior uideretur regno: is
consilium opprimendi fratris iudicetur cepisse. Exequamur ta

men:

men: quocunq; modo confecti ordinem criminis. Pluribus mo
dis se petitum criminatus est & omnis insidiarum uias in unum
diem contulit: uolui interdiu eum: post lustrationem: cum con
currimus: & quidem si dis placet: lustrationum die occidere:
V olui cum ad cenam inuitaui: ueneno scilicet tollere. Volui cum
comesatum gladius cincti me sequuti sunt: ferro interficere
T empora quidem qualia sunt ad parricidium electa: uides lusus
conuiuii comesationis: qui dies: qualis: quo lustratus exerci
tus quo inter diuisam uictimam prelatis omnium: qui unquā
fuere: macedonie regum armis: reges duo: solito more mor
tua tegentes: latera pater prefecti sumus: & sequutum est mace
donum agmen: hec ego etiam siquid ante admisissem: piaculo
dignum: lustratus: & expiatus: sacra tum cum maxime in hosti
am itinere nostro circumdatam intuens: parricidium: uenena:
gladios: in comesatione preparatos uolutabam in animo: ut qb;
aliis deinde sacris contaminatam omni scelere gentem expia
rem: sed cecus criminandi cupiditate animus: dum omnia sus
pecta efficere uult: aliud alio confundit. Nam si ueneno te iter
cenam tollere uolui: quid minus aptum fuit: q̄ pertinaci certa
mine & concursu iratum te efficere: ut merito: sicut fecisti: inui
tatus ad cenam: abnueres: cum aūt iratus negasses: utrū ut te
placarem: danda opera fuit: ut aliam quererem occasionem: qm
semel uenenum paraueram. an ab illo consilio: uelut transiliēdū
ad aliud fuit: ut ferro te. & quidem eo per speciem comesationis
occiderem: quo deinde mō sine metu mortis credebam cenam
euitasse meam: non ab eodem metu comesationem quoq; euita
turum existimabam. Non est res qua erubescam pater: si die fe
sto inter equales largiore uino sum usus. tu quoq; uelim iquiras
qua letitia: quo lusu apud me celebratum hesternum conuiuiū
sit. illic etiam prauo forsitan odio prouehente: q; in iuuenili armo
rum certamine pars nostra non inferior fuerat: miseria hec &
metus crapulam facile excussserunt que si non interuenissent

insidiatores nos sospiti iaceremus. Si domum tuam expugna
turus capta domo dominum interfecturus eram non tempe
rassem uino in unum diem: non milites meos abstinuissem: Et
ne ego me solum nimia simplicitate tuear. ipse quoq; minime
malus ac suspicax frater. nihil aliud scio inquit. neq; arguo nisi
q; cum ferro comesatum uenerunt. Queram unde id ipsũ scias.
necesse erit. aut speculatorum tuorum plenam domum fuisse
meam aut illos ita aperte sumpsisse ferrum ut omnes uiderent.
Et ne quid ipse aut prius inquisisse: aut nunc criminose argu
mentari uideretur. te quęrere ex iis quos nominasset. iubebat
an ferrum habuissent. ut tanq̃ in re dubia cum id quęsisses: qd
ipsi fatentur & palam est & sui se tuendi causa sumpsisse di
cunt recte an perperam fecerint. ipsi sui rationem reddent.
meam causam quę nihil eo facto contigitur ne miscueris.
aut explica utrum aperte an clam te aggressuri fuerimus. si
aperte cur non omnes ferrum habuimus: cur nemo pręter eos
qui tutum speculatorem pulsarunt: si clam quis ordo consilii
fuit conuiuio soluto. cum comesator ego discessissem quattuor
substitissent ut sopitum te aggrederentur: quomodo fefellissẽt
& alieni. & mei. & maxime suspecti. quia pauloante in rixa fu
erant: quomodo autem trucidato te ipsi euasuri fuerint: quat
tuor gladiis domus tua capi & expugnari potuit: quin tu ut
omissa ista nocturna fabula ad id quod doles. quod inuidiam
urit reuerteris: cur usq̃ Regni tui mentio fuit: Demetri cur di
gnior patris fortunę successor quibusdam uideris: quã ego: cur
spem meam. quę si tu non esses certa erat dubiam & sollicitã fa
cis: Hęc sentit Perseus & si non dicit. hęc istum inimicum: hęc
accusatorem faciunt. hęc domum. hęc regnum tuum crimini
bus & suspitionibus replent. ego autem pater: quẽ admodũ nec
nunc sperare Regnum. nec ambigere unq̃ de eo forsitan debeã
quia minor sum. quia tu me maiori cedere uis. sic illud nec de
bui facere. nec debeo ut indignus omnibus uidear. id enĩ uitiis

meis: non cedendo cui ius fasq; est: non modestia consequar. Ro
manos obicis mihi: & ea quæ gloriæ esse debent: in crimen ver
tis. Ego nec obses romanis ut traderer: nec ut Legatus romã
mitterer: a te petii missus ire non recusaui. utroq; tempore ita
me gessi: ne tibi pudori: ne regno tuo: ne genti macedonum
essem: itaq; mihi cum romanis amicitiæ causa tu fuisti pater
quoad tecum illis pax manebit: mecum quoq; gratia erit. si bel
lum esse cœperit: qui obses qui Legatus pro patre non inutilis
fui. idem hostis illis acerrimus ero. nec hodie: ut prosit mihi
romanorum gratia id postulo ne obsit: ne ad bellum reseruet:
pacis pignus fui. ad pacem retinendam. Legatus missus sum. ne
utra res mihi nec gloriæ nec crimini sit. ego siquid scelerate in
fratrem admisi: nullam deprecor pœnam: si innocens sum: ne in
uidia conflagrem. cum crimine non possim: deprecor non ho
die me primum frater accusat. sed hodie primum aperte nul
lo meo in se merito. Si mihi pater succenseret: te maiorẽ fratrẽ:
pro minore deprecari oportebat: te adolescentiæ: te errori uenã
impetrare. In eo ubi præsidium esse oportebat ibi exitium est.
e conuiuio & comessatione prope semisonus raptus sum: ad
causam parricidii dicendã. Sine aduocatis: sine patronis: ipse
pro me dicere cogor. Si pro alio dicendum esset tempus ad me
ditandum: & componendam orationem sumpsissem. cũ quid
aliud: quam ingemi fama periclitarer: ignarus quid accersi
tus essem: te iratum: te iubentem dicere causam fratrem accu
santem audiui. Ille diu ante preparata meditata in me orato
ne est usus. Ego id tantum temporis quo accusatus sum ad co
gnoscendum quid ageretur: habui. Vtrum illo momento accu
satorem audirem: an defensionem meditarer: attonitus repen
tino atq; inopinato malo uix quid obiiceretur intelligere po
tui: ne dum satis sciam: quo modo me tuear: quid mihi spei
esset: nisi patrem iudicem haberem: apud quem etiam si a fra
tre charitate uincor: misericordia certe reus uici nõ debeo.

E go enim ut me mihi: tibiq; seruas precor: Ille ut me in securita
tem suam occidas. postulat Quid eum cum regnum ei tradide
ris: facturum credis me esse: qui iam nunc sanguine meo sibi in
dulgeri æquum censet: dicenti hec lachrime simul spiritu: &
uocem intercluserunt. Philippus sumotis iis paulisper collqui
tus cum amicis pronuntiauit. non uerbis se: nec unius hore dis
ceptatione causam eorum diiudicaturum. Sed inquirendo in u
triusq; uitam. mores: & dicta factaq; in magnis. paruisq; rebus ob
seruando. ut omnibus appareret noctis proxime crimen facile
reuictum. Suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam
esse. Hæc uiuo Philippo uelut semina iacta sunt Macedonici bel
li quod maxime cum Perseo gerendum erat consules ambo i Li
gures: que tum una consularis prouincia erat: proficiscuntur.
E t quia prospere ibi res gesserunt: supplicatio in unum diem de
creta est. Ligurum duo milia fere ad extremum finem prouincie
Galliæ: ubi castra Marcellus habebat: uenerunt. Vti reciperen
tur orantes. Marcellus operiri eodem loco Liguribus iussit: Se
natum per litteras consuluit. Senatus rescribere. M. Ogulniu
Pretorem Marcello iussit: uerius fuisse consules quorum pro
uincia esset: q̄ se quid de re p. esset decernere. Tum quoq; non
placere sibi sed per deditionem Ligures recipi: & receptis arma
non adimi: atq; eos ad consulem mitti: senatum æquum censere.
P retores eodem tempore. P. Manlius in ulteriorem hispaniam:
quam & priore Pretura prouincia obtinuerat. Qu. Fuluius Flac
cus in citeriorem: peruenit. Exercitumq; a Terentio accepit.
N am ulterior morte. P. Sempronii proconsulis sine imperio fue
rat. Fluuium Flaccum oppidum hispanum Vrbienam nomine
oppugnantem celtiberi adorti sunt. dura ibi prelia aliquot fca:
multi Romani milites: & uulnerati & interfecti sunt: uicit perse
uerantia Fuluii quod nulla ui abstrahi ab obsidione potuit. Cel
tiberi fessi preliis uariis abscesserunt: urbes amoto auxilio eorum
intra paucos dies capta: & direpta est predam militibus pretor

concessit. Fuluius hoc oppido capto. P. Manlius exercitu tantū
in unum coacto: qui dissipatus fuerat: nulla alia memorabili gesta
re: exercitus in hiberna dedurcerunt. Hec ea estate in Hispania
gesta Terentius qui ex ea prouincia decesserat: ouans urbē iniit.
Translatū argenti pondo auree coronę. lxvii. Eodem anno inter
populum carthaginensem & Regem masanissam in re presenti
disceptatores Romani de agro fuerunt. Ceperat eum a Cartha
ginensibus pater Masanisse Gala Syphace inde expulerat. posti
in gratiam socer hasdrubalis Carthaginensibo dono dederat.
Carthagines eo anno masanussa expulerat. Haud minore certa
mine animorum q̄ cum ferro & acie dimicarunt: res acta apud
Romanos Carthaginenses qd primo maiorum suorum fuisset:
deinde a Syphace ad se peruenisset: repetebant. Masanissa pa
terni regni agrum se recepisse: & habere gentium iure aiebat &
causa: & possessione superiorem esse. Nihil se in ea disceptationē
metuere: q̄ ne pudor Romanorum dum uereantur: damno sit.
Legati possessionis ius non mutarunt: causam illius hostes indu
cisse uideantur: damno sit. Legati possessionis ius non mutarūt
causam integram Romani ad senatum retecerunt. In liguribus
nihil postea gestum: recesserant: primum in domos saltus. Dein
dimisso exercitu: passim in uicos castellaq̄ sua dilapsi sunt. Con
sules quoq̄ dimittere exercitum uoluerunt: ac de ea re Patres con
suluerunt. Alterum ex his dimisso exercitu ad magistratus ire
andos in annum uenire Romam iusserunt. Alterum cum legio
nibus suis Pisis hyemare. Fama erat Gallos Transalpinos iuuen
tutem armare. Nec in q̄ regionem Italie effusura se multitudo
esset: sciebat. Ita inter se consules comparauerunt: ut Cn. Bebius
ad comitia iret: quia M. Bebius frater eius consulatum peti
bat. Comitia consulibus rogandis fuere. creati P. Cornelius Cē
tulus. M. Bebius Tamphilus. Prętores inde facti duo. Q. Fabi
Maximus: & Buteo. T. Claudius Nero. Q. Petilius Spurinus. M.
Pinarius Posca. L. Duronius. His inito magistratu: prouincię ita

sorte euenerunt. Ligures consulibus. Pretoribus. T. Petilio Vr
bana. Qu. Fabio Maximo. Qu. Fabio Buteoni Gallia. T. Claudio
Neroni Sicilia. M. Pinario Sardinia. L. Duronio Apulia. & hi
stri adiecti: quod Tarentini Brundusiniq; nuntiabant: mariti
mos agros infestos transmarinatum nauium latrociniis ee. Ea
dem Massilienses de Ligurum nauibus querebantur. Exercitus
inde decreti. Quattuor legiones consulibus. quina milia duce
nos Romanos pedites: trecenos haberent equites: & xv. milia
Socium ac Latini nominis: octingentos equites. In hispaniis pro
rogatum ueteribus pretoribus imperium est: cum exercitibus
quos haberent & in supplementum decreta tria milia ciuiū Ro
manorum. cc. equites. & socium Latini nominis. vi. milia pedi
tum. ccc. equites. Nec rei naualis cura omissa. Duum uiros in
eam rem consules creare iussi: perquos naues. xx. deducte na
ualibus sociis ciuium Romanorum qui seruitutem seruissent.
complerentur ingenui tantum: ut iis preessent. Inter duum
uiros ita diuisa: tuenda: denis nauibus: maritima ora: ut pro
montorium iis Minerue uelut cardo in medio esset. Alter in
dextram partem usq; ad Massiliam. Leuam alter usq; ab Bariū
tuerentur. Prodigia multa foeda: & Rome eo anno uisa: & nū
tiata peregre. in area Vulcani: & concordie sanguinem pluit.
& pontifices hastas motas nuntiauere. & Lanuuii simulachrū
Iunonis sospite lachrymasse & pestilentia in agris: Forisq; & cō
ciliabulis: & in urbe tanta erat: ut Libitina tunc uix sufficeret.
His prodigiis cladibus q; anxii Patres decreuerunt: ut & Consu
les quibus diis uideretur: hostiis maioribus sacrificarent: &
Decemuiri libros adirent. Eorum decreto supplicatio circa oīa
puluinaria Rome in diem unum indicta est. iisdem auctori
bus & senatus censuit. & consules edixerunt: ut per totā Ita
liam triduum supplicatio: & ferie essent pestilentie tanta uis
erat: ut cum propter defectionem corsorum: bellumq; a Bilie
sibus concitatum in Sardinia: octo milia peditum sociis Latini

nominis ure placuisset: & ccc equites quos M. Pinarius prę
tor secum in Sardiniam traiiceret: tantum hominum demor
tuum esse tantum ubiq; egrorum: consules renuntiauerunt:
ut is numerus effici militum non potuerit. quod deerat mi
litum: sumere a Cn. Bebio Proconsule: qui Pisis hybernabat
iussus. Prętor atq; inde in Sardiniam traiicere. L. Duronio Pr
tori: cui prouincia apulię euenerat: adiecta de Bacchanalib;
quęstio est. cuius residua quedam uelut semina ex prioribus
malis iam priore anno apparuerant. Sed magis inchoate apd
T. Pupium prętorem quęstionis erant: q̄ ad exitum ulle pre
ducte id persecare nouum prętorem: ne serperet iterum lati
patres iusserunt: & legem de ambitu. Legationes consules ex
auctoritate Senatus introduxerunt. Regum primas Eumenęs
& Ariarathis Cappadocis: & Pharnacis Pontifici: nec ultra qcq̄
iis responsum est: q̄ missuros: qui de controuersiis eorum cogno
scerent: statuerentq; Lacedemoniorum deinde exulum: & Ach
orum Legati introducti sunt. & spes data exulibus est: scriptu
rum Senatum Achęis: ut restituerentur: Achęi de Messene recep
ta: compositis q; ibi rebus cum assensu patrum exposuerunt. Et
a Philippo Rege Macedonum duo Legati uenerunt Philocles
& Apelles nulla super re: quę ab Senatu petenda esset: specula
tum magis inquisitum q; missi de iis: quorum Perseus Demtrii
insimulasset sermonum: cum Romanis maxime cum T. Qui
tio aduersus fratrem de regno habiturum. hos tanq̄ medios
nec in alterius fauorem inclinatos miserat: Rex. arant autē
& hi Persei fraudis in fratrem ministri & participes. Demetrius
omnium preterq̄ fraterno scelere: qd nuper eruperat: ignarus
primo neq; magnam: neq; nullam spem habebat patrem sibi pla
cari posse. minus deinde indes patris animo fidebat: cum obli
deri aures a fratre cerneret. utraq; circunspiciens dicta facta q;
sua: ne cuius suspitiones augeret: maxime ab omni mentione. &
contagione Romanorum abstinebat. ut neq; scribi sibi uellet.

quia hoc precipue criminum genere exasperari animum sentiebat.
P hilippus: simul ne ocio miles deterior fieret simul auertendę sus
pitionis causa. quicquam a se agitari: de Romano bello: Stobos
Peonię exercitu indicto in Macedoniam ducere pergit. Cupido
eum cęperat in uertice ęmi montis ascendendi: quia uulgatæ
opinioni crediderat: Ponticum simul & hadriaticum mare: &
istrum amnem & alpis conspici posse: subiecta oculis ea ut par
ui sibi momenti futura: ad cogitationem Romani belli: ꝑ con
tatus regionis peritos de ascensu ęmicũ satis inter omnes cõ
staret exercitui uiam non esse paucis & expeditis per diffici
limum aditum ut sermone familiari minorem filium permul
ceret: quem statuerat non ducere secum: primum querit ab
eo cum tanta difficultas itineris proponatur: utrum perseue
randum sit in incepto: an abstinendum: si pergat tamen ire: nõ
posse obliuisci se: in talibus rebus Antigoni qui sęcua tempesta
te iactatus in eadem naue secum: suos omnes habuisset: prece
pisse liberis diceretur: ut & ipsi meminissent & ita posteris pro
derent: ne quis cum tota gente simul: in rebus dubiis pericli
tari auderet: memorem ergo se precepti eius: duos simul filios
non cõmissurum maleam eius: qui proponerentur casus: & qm
maiorem filium secum duceret: minorem ad subsidia spei: &
custodiam regni remissurum in macedoniam esse. Non falle
bat demetrium ablegari se: ne adesset consilio: cum in conspec
tu locorum consultaret: quia proxima itinera ad mare hadri
aticum: atq; italiam ducerent: queq; belli ratio esset futura: sed
non solum parendum patri tutum: sed etiam assentiendum erat
ne inuitum parere suspitionẽ faceret: ut tamen iter ei tutum
in Macedoniam esset: Didas ex pretoribus regiis unus: qui
peonię preerat iussus est prosequi eum cum modico presidio
H unc quoq; Perseus: sicut plerosq; patris amicorum: ex quo ha
ud dubium cuiq̃ esse cęperat: ad quem ita inclinato regis aĩo
hereditas regni pertineret iter coniuratos in fratris pernitiem

habuit: in presentia dat ei omnia mandata: ut per omne obseqū
insinuaret se inq̄ maxime familiarem usum ut elicere omnia ar
cana specularq̄ abditos eius sensus posset. Ita digreditur: Deme
trius cum infestioribus q̄ si solus iret presidus. Philippus Medi
cam primum deinde solitudines interiacentes Mediç atq̄
Aemo transgressus septimis demum castris ad radices mōtis
peruenit. Ibi unum moratus diem: ad diligendos: quos duceret
secum: tertio die iter est ingressus. Modicus primo labor iuni
collibus fuit. Quantum ad altitudinem egrediebantur magis
magisq̄ siluestria. & pleraq̄ inuia loca excipiebant: peruenire
deinde in tam opacum iter: ut pre densitate arborum: immissoq̄
aliorum in alios ramorum: perspici celum uix posset. Vt uero
iugis appropinquabant: quod ratum in aliis locis esset: adeo
omnia contecta nebula: ut haud secus: q̄ nocturno itinere ipe
direntur. Tertio demum die ad uerticem peruentum. Nihil
uulgate opinioni: degressi inde detraxerunt. Magis credo:
ne uanitas itineris ludibrio esset q̄ q̄ diuersa inter se maria
montesq̄ & amnes ex uno loco conspici potuerint. Vocati os:
& ante alios rex ipse: quo grauior etate erat difficultate uie
est. Duabus aris ibi Ioui: & soli sacratis: cum immolasset quatri
duo ascenderat. Biduo est digressus. Frigora nocturna ma
xime metuens. Que canicule ortu simillima brumalibus erat.
Multis per eos dies difficultatibus conflictatus: nihil letioris in
castris inuenit ubi summa penuria erat: ut in regione q̄ ab
omni parte solitudines clauderent. Itaq̄ unum tantum mora
tus diem: quietis eorum causa quos habuerat secum itinere
inde simili fuge: in denuo locos transcurrit. Socii erant sed pp
inopiam haud secus q̄ hostium fines macedones populati sūt:
rapiendo passim primum. dein quosdam etiam uicos euastant:
non sine magno pudore regis: cum sociorum uoces: ne quicq̄
deos socialis: nomenq̄ suum implorantes: auduret. Frumēto
deinde sublato in mediam regressus urbem: quam petram

appellant: oppugnare est adortus ipse a campestri aditu castra posuit. Perseum filium cum modica manu circũ misit ut a superioribus locis urbem aggrederetur: oppidani cum terror undiq; instaret obsidibus datis: in presentia dediderunt sese. Inde postq; exercitus recessit: obliti obsidium: relicta urbe in loca munita & montis refugerunt. Philippus omni genere laboris sine ullo effectu fatigatis militibus: & Dide fraude prętoris, auctis in filium suspitionibus: in Macedoniam rediit. Missus hic comes: ut ante dictum est: cum simplicitatem iuuenis incauti: & suis haud immerito succensętis assentando: indignando q; ut & ipse uicem eius captaret: in omnia ultro suam offerens operam: fide data: arcana eius elicuit. Fugam ad romanos demetrius meditabatur: cui consilio adiutor deum beneficio oblatus uidebatur. Peonię prętor: per cuius Prouinciam spem ęperat elabi tuto posse. Hoc consilium extemplo: & fratri proditur: & auctore eo indicatur patri litterę primum ad obsidẽtem petram allatę sunt. Inde herodorus princeps hic amicorũ Demetrii erat: in custodiam est comectus. & Demetrius dissimulanter adseruari iussus. hec super ęterea tristem aduentum in macedoniam regi fecerunt. mouebant eum & presentia crimina. expectandos tamen quos ad exploranda omnia romã miserat: censebat hic animus curis: cum aliquot menses egisset: tandem Legati iam ante premeditatis in macedoniam: quę a romã renuntiarent: uenerunt. qui super cetera scelera falsas enã litteras signo adulterino T. Quintii signatas addiderunt regi. deprecatio erat in litteris: siquid adolescens cupiditate regni prolapsus: secum egisset: nihil eum aduersus suorum quenquã facturum. neq; eum se se esse qui ullius impii consilii auctor futurus uideri possit. he litterę fidem persei crimnibus fecerũt.
I taq; Herodorus extemplo diu excruciatus sine iudicio reiulli': in tormentis moritur. Demetrium uterum ad patrem accusauit: fuga per peoniam preparata arguebant & corrupti quidã ut

comites itineris essent. maxime falsę litterę. T. Quintii urge
bant. nihil tamen palam grauius pronuntiatum est. ut dolo po
tius interficeretur. nec id cura ipsius. Sed ne pęna eius cōsilia
aduersus romanos nudaret: ab Thessalonica Demetradē ipsi
cum iter esset ad Astreum pęonię Demetrium mittit. cū eodē
comite Dida Perseum ad Philipopolin ad obsides Thracū acci
piendos. Digredienti ab se Didę mandata dedisse dicitur de
filio occidendo. Sacrificium ab Dida seu institutum seu simula
tum est ad quod celebrandum inuitatus Demetrius ab astreo
heracleam uenit. in ea cęna dicitur uenenum datum. poculo
e poto ex templo sensit. & mox coortis doloribus relicto con
uiuio cum in cubiculum recepisset se se: crudelitatem patris cō
querens: parricidium fratris: ac Didę scelus incusans: torque
batur. Intromissi deinde Thyrsis quidam Staburreus: & Berrę
Alexander iniectis tapetibus in caput: faucesq; spiritū inter
cluserunt. Ita innoxius adolescens cum in eo ne simplici qdē
genere mortis contenti inimici fuissent: interficitur. Dum hęc
in macedoniam geruntur. L. Ęmilius Paulus Consulari Imperio
principio ueris in Ligures In gaunos exercitum introduxit.
ubi primum in hosti in finibus castra posuit. Legati ad eum per
speciem pacis petendę speculatum uenerunt neganti Paulo: ni
si cum deditis pacisci se pacem: non tam id recusabat: q̄ tēpore aie
bāt opus esse: ut generi agresti hominum persuaderetur. ad hęc
decem dierum indutie cum darentur petierunt deinde: ne trās
montes proximos castris: pabulatum: Lignatumq; milites irent.
culta ea loca suorum finium esse. id ubi impetrauere. post eos
ipsos montes: unde auerterant hostem exercitu omni coacto:
repente multitudine ingenti castra Romanorum oppugnare:
simul portis omnibus aggressi sunt. summa ui totum unū diē
oppugnarunt. ita ut nec efferendi quidem signa Romanis spa
cium: nec ad explicandam aciem: locus esset. conferti in portis ob
stando magis: q̄ pugnando castra tutabantur. Sub occasu solis: cū

receſſiſſent hoſtes: duoſ equites ad .M. Bebium cons. cū literis
Piſaſ mittit: ut obſeſſo per indutias ſibi q̄ primum ſubſidio uen
ret. Bebius exercitum exercitum .M. Pinario cuntī in Sardniā
tradiderat. cęterum & Senatum literis certiorem fecit: obſide
ri a Liguribus .L. Emilium. et .M. Claudio marcello: cuiuſ p
xima inde prouincia erat: ſcripſit: ut ſi uideretur ei exercitū
ex Gallia traduceret in Ligures & .L. Emilium liberaret obſidi
one. Hęc ſera futura auxilia erant. Ligures ad caſtra poſtero die
redeunt. Emilius cum & uenturos ſciſſet: & educere in aciem
copiaſ potuiſſet: intra uallum ſuos tenuit: ut extraheret rē: in
id tempus: quo Bebius cum exercitu uenire a piſis poſſet. Ro
me magnam trepidationem literę Bebii fecerunt eo maiorē:
q̄ paucoſ poſt dieſ Marcellus tradito exercitu Fabio: romam
cum uenisſet: ſpem ademit eum qui in Gallia eſſet: exercitum
in Ligureſ traduci poſſet: quia bellum cum hiſtris eſſet: prohi
bentibus Coloniam Aquileiam deduci. eo profectum Fabium.
neq̄ inde egredi bello inchoato poſſe. una: & ea ipſa tardior q̄
tempuſ poſtulabat. ſubſidii ſpeſ erat: ſi Conſules maturaſſent in
prouinciam ire. id ut facerent: pro ſe quiſq̄ patrum uociferan
C onſules niſi confecto delectu: negare ituros ſe. nec ſuam ſęgnitiā
ſed uim morbi in cauſa eſſe: quo ſerius proficiſcerentur: nō tam
potuerunt ſuſtinere conſenſum Senatus quin paludati exirent.
& militibus quoſ conſcriptos haberent: diem educerent. Permiſſū
qua irent: protinus ſubitariof milites ſcriberent: ducerentq̄ ſe
cum. & prętoribus. Qu. Petilio & .Qu. Fabio impętratum eſt: ut
Petilius duas legiones ciuium Romanorum tumultuarias ſcri
beret: & omnes minores quinquaginta annis ſacramento proro
garet. Fabio ut ſociis latini nominis .xv. milia peditum: octingē
teſ equites: imperaret. Duūuiri nauales creati .M. Macienus &
.C. Lucretius. naueſq̄ biſ ornatę ſunt: cuiuſq̄ ad gallicum ſinum
prouincia erat: imperatum: ut claſſem primo quoq̄ tempore du
ceret in Ligurum oram: ſi quo uſui eſſe: .L. Emilio atq̄ eius exer

citui posset. Aemilius postq̃ usq̃ nihil auxilii ostendebatur in
terceptos credens equites: non ultra differendum ratus: quin
perse fortunam temptaret: priusq̃ hostes uenirent qui iam
segnius socordiusq; oppugnabant: ad quattuor portas exerci
tum instruxit: ut signo dato simul ex omnibus partibus erup
tionem facerent. Quattuor extraordinariis cohortib; duas
adiunctis preposito. M. Valerio legato. Erumperet extraordi
nariis cohortibus a porta iussit. Ad dexteram principalem ha
statos legionis prime instruxit. Principes ex eadem Legione
in subsidiis posuit. M. Seruilio: & L. Sulpitio tribunis mili his
prepositis. Tertio legio aduersus principalem sinistram portã
instructa est: id tantum: principes primi: & hastati in subsidiis
locati Sex. Iulius Cesar & L. Valerius Cotta Tribuni militũ huic
legioni prepositi sunt. Qu. Fuluius flaccus legatus cum dextra
ala ad questionem positus. Due cohortes & triarii duarum le
gionum in presidio castrorum manere iussi: omnes portas cõ
tionabundus ipse Imperator circuit: & quibuscunq; irritamẽtis
poterat: iras militum acuebat. Nunc fraudem hostium incusãs:
qui pace petita indutiis datis: per ipsum indutiarum tempus
contra ius gentium: ad castra oppugnanda uenissent. Nunc
quantus pudor esset edocens: ab Liguribus latronibus: uerius
q̃ hostibus iustis: Romanum exercitum obsideri: quo ore q̃sq̃
uestrum: si hinc alieno presidio: non uestra uirtute euaseritis.
occurret: non dico eis militibus: qui hannibalem qui Philippũ:
qui antiochum maximos nostre etatis reges: ducesq; uicerũt:
sed his qui eos ipsos ligures aliquotiens pecorum modo fugiẽtes:
per saltus inuios consectati: ceciderunt. Quod hispani: quod gal
li. quod Macedones poeni ue non audeant: ligustinus hostis: ual
lum Romanum subit: obsedit ultro: & oppugnat: quem scrutãtes
antea: in deuios saltus abditum & latentem: uix inueniebamus.
A d hec consentiens reddebatur clamor: nullam militum culpam
esse: quibus nemo ad erumpendum signum dedisset. Daret signũ

intellecturum eosdem qui antea fuerunt Romanos & Ligures cē.
Binacis montes castra ligurum erant: ex his primis diebo: sole
orto: pariter compositi omnes instructi procedebant tum nisi
exactam cibo: uinoq; arma non capiebant: dispersi: inordinati
ibant: ut quibus pro spe certum esset: hostes extra uallum
signa non daturos: aduersus ita incompositos eos uenientes: cla
more pariter omnium: qui in castris erant calonum quoq; &
lixarum sublato: simul omnibus portis romani eruperunt.
Liguribus adeo improuisa res fuit: ut perinde ac si insidiis cir
cumuenti forent: trepidarent. exiguum temporis aliqua for
ma pugnę fuit. fuga deinde effusa effugientium passim cędes
erat: equitibus dato signo ut conscenderent equos: nec effugę
re quenq; sinerent in castra omnes trepida fuga compulsi sut
deinde ipsis excuti castris. Supra quindecim milia ligurum eo
die occisa capta duo milia: quingenti. Triduo post ligurum In
gaunorum omne nomen obsidibus datis in ditionem uenit:
gubernatores nauiq; conquisiti: qui prędatores fuissent naui
busq; atq; omnes in custodiam coniecti: & ea. C. Macieno Duum
uiro: naues eius generis: in Ligustina ora. xxxii. captę sunt.
Hęc qui nuntiarent. litterasq; ad Senatum ferrent. L. Aurelius
Cotta. C. Sulpitius gallus Romam missi: simulq; peterent ut L.
Aemilio confecta prouincia decedere: & deducere secum mi
lites liceret: atq; dimittere: utrunq; permissum ab Senatu: &
Supplicatio ad omnia puluinaria per triduum decreta: iussiq;
prętores. Petilius urbanas dimittere legiones. Fabius sociis
atq; omni latino remittere delectum: & uti prętor urbanus
consulibus scriberet Senatum equum censere subitarios mili
tes tumultus causa non scriptos: primo quoq; tempore dimit
ti. Colonia grauis se eo anno deducta est in agrum hetruscū
de tarquiniensibus quondam captum quina iugera agri da
ta. tres uiri deduxerunt. C. Calpburnius piso. P. Claudius pul
cher. C. Terentius Hister. Siccitate & inopia frugum insignis

annus fuit. Sex menſes nunq̃ pluiſſe memoria proditum. Eo dem anno in agro. L. Petilii Scribę ſub Ianiculo: dum cultores altiuſ moliuntur terram: duę lapideę arcę: octonos ferme pe deſ longę quaternos latę inuente ſunt. Operculis plumbo de uinctis literis latinſ Grecis utraq; arca inſcripta erat. In alte ram Numam Pompilium Pomponis. F. regem romanum ſe pultum eſſe. In altera libroſ Numę Pompilii eſſe. Eaſ arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet. que tituli ſepulti regis habuerat manis inuenta ſine ullo ueſtigio cor poris humani aut ullius rei per tabem tot annorum ommb⁹ abſumptus. In altera duo faſceſ candeliſ inuoluti ſeptenoſ ha buere libros non integros modo: ſed recentiſſima ſpecie. Septē libri latini de iure Pontificio erant. Septem Greci de diſcipli na ſapientię: que illiuſ ętatis eſſe potuit. Adiicit Antiaſ Vale rius Pythagoricos fuiſſe. uulgatę opinioni: qua creditur Py thagorę auditorem fuiſſe Numam mendacio probabili: ac comodat fidem. Primo ab amicis qui in re preſenti fuerūt: libri lecti. Mox plumbuſ Legentibus cum uulgarentur. Qu. Petilius prętor Vrbanuſ ſtudioſus legendi hos libros a L. Pe tilio ſumpſit. & erat familiaris uſus qđ Scribam eum Queſtor .Q. Petilius in Decuriam legerat. Lectis rerum ſummis: cum animaduertiſſet phęraq; diſſoluendarum religionum eſſe. L. Petilio dixit ſe ſe eos libros in ignem conjecturum eſſe: prius q̃ id faceret: ſe ei permittere: uti ſiquod ſeu iuſ ſeu auxilium: ſe habere ad eoſ libros repetendos exiſtumaret: experiretur: id integra ſua gratia eum facturum. Sriba ad Tribunos plebi⁹ adit. ab Tribunis ad Senatum reſ eſt relecta. Prętor ſe & iuſ iurandum dare paratum eſſe aiebat: libros eoſ legi ſeruari q; non oportere. Senatus cenſuit: ſatiſ habendum: q; Prętor iuſ iurandum polliceretur: libroſ primo quoq; tempore in Comi tio cremandoſ eſſe. Pretium pro libris: quantum. Qu. Petilio prętori. maioriq; parti Tribunorum plebis uideretur: dño

esse soluendum Id Scriba non accepit. Libri in Comitio igne uictima his facta in conspectu populi cremati sunt. Magnū bel lum ea estate coortum in hispania citeriore: ad .v. & .xxx. milia hominum: quantum nunq̄ ferme antea: Celtiberi comparaue rant. Qu. Fuluius Flaccus eam obtinebat Prouinciam. his quia armare iuuentutem Celtiberos audierat: & ipse quanta pote rat a Socis auxilia contraxerat. sed nequaquam numero mili tum hostem equabat. Principio uere exercitum in Carpenta niam duxit. & castra locant: ad oppidum Eburiam modico presidio: in urbe posito. Paucis post diebus celtiberi milia duo fere inde: sub colle posuerunt castra. Quos ubi adesse: Pretor Romanus sensit. Marcum Fuluium fratrem: cum duabus tur mis sociorum equitum ad castra hostium speculatum misit: ut uideret: quanta essent: pugna abstineret: reciperetq̄ se se si hostium equitatum exeuntem uidisset. Ita ut precepti erat: fecit. Per dies aliquot nihil ultra motum: q̄ ut he duę turmę osten derentur: deinde subducerentur: ubi equitatus hostium procur risset. Postremo Celtiberi omnibus peditum equitumq̄ copiis castris egressi: acie decreta: medio fere spacio inter bina castra constiterunt. Campus erat planus omnis: & aptus pugnę. Ibi ste tere hispani hostem expectantes. Romanus intra uallum suos continuit per quatriduum continuum. & illi eodem loco aciem instructam tenuerunt. Ab Romanis nihil motum. Inde queue re in castris Celtiberi: quia pugnę copia non fiebat. equites tantū e statione egrediebantur: ut parati essent: siquid ab hoste moue
P one castra utriq̄ pabulatum: & lignatum ibant: neutri alteros impedientes Pretor romanus ubi satis tot dierum quiete ere didit spem factam hosti: nihil se priorem moturum. L. Acilium cum alia sinistra & sex milibus prouincialium auxiliorum cir cuire montes iubet: qui ab tergo hostibus erant: unde ubi cla more audisset: decurrere ad castra eorum. Nocte profecti sunt ne possent conspici. Flaccus luce prima .C. Scribonium prefecti

socium ad uallum hostium cum equitibus extraordinariis sinistre
ale mittit: quos ubi & propius accedere: & plures q soliti erant:
Celtiberi conspexerunt: omnis equitatus effunditur castris. simul
& peditibꝫ signum ad exeundum datur. Scribonius ut precep-
tum erat: ut primum fremitum equestrium audiuit auertit et
equos. & castra repetit. eo effusius sequi hostes. Primo equites mox
& peditum acies deerat: haud dubia spe castra eo die se oppugna
turos: quingentos passus: ab uallo aberant. Itaq ubi Flaccus sa
tis abstractos eos a presidio castrorum suorum ratus est: intra ual
lum exercitu instructo tribus partibus clamore: non tantū ad
ardorem excitandum pugne sublato: sed etiam: ut qui in mōtibꝫ
erat: exaudirent: nec morati sunt: quin decurrerent: sicut impe
ratum erat: ad castra: ubi quinq milium armatorum nom am
plius relictum erat presidium: quos cum & paucitas sua: & mul
titudo hostium: & improuisa res terruisset: prope sine certami
ne capiuntur castra castris. quae pars maxime a pugnantibus
conspici poterat: iniecit Acilius ignem postremi Celtiberorum
qui in acie erant: primi flammam conspexere: Deinde per totā
aciem uulgatum est: castra amissa esse: & tum cum maxime ar
derent: unde illis terror: inde romanis animus creuit: iam cla
mor suorum uincentium accendebat. Iam ardentia hostium ca
stra apparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sūt
C eterum postq̄ receptus pulsis nullius erat nec usq̄ nisi in certami
ne spes pertinacius de integro capessunt pugnam acie media
urgebantur acriter: a quinta legione aduersus leuum cornu
in quo sui generis prouincialia auxilia instruxisse romanos cer
nebant: cum maiore fiducia intulerunt signa. iam prope erat:
ut sinistrum cornu pelleretur romanis ni septima legio succes
sisset: simul ab oppido Eburia: qui in presidio relicti erant ī me
dio ardore pugne aduenerunt. Et Acilius a tergo erat: diu ce
si Celtiberi. qui super erant in omnes partes capessunt fugam
equites bipartito in eos emissi magnam cedem edidere. Tria

&. xx. milia hostium eo die cesa: capta quattuor milia & dccc.
cum equis plus quingentis & signa militaria. lxxxvii. magna
uictoria: non tamen incruenta fuit. Romani de duabus legio
nibus milites: paulo plus. cc. socium latini nominis. dccc. xxx.
externorum: auxiliarium mille ferme & quadringenti cecide
runt pretor in castra uictorem exercitum reduxit. Acilius ma
nere in castris: ab se captis iussus. Postero die spolia de hostib;
lecta: & pro contione donati: quorum uirtus insignis fuerat
sautiis deinde oppidum Eburiam deuectis per Carpetaniam
ad Contrebiam deductę legiones: ea urbe circunsessa cum a
celtiberis auxilia accersisset: morantibus his non quia ipsi con
tati sunt: sed quia profectos a domo inexplicabiles continu
is hymbribus uiæ & inflati amnes tenebant: desperato auxi
lio suorum in deditionem uenit. Flaccus quoq; tempestatib;
foedis coactus exercitum omnem in urbem introduxit. Cel
tiberi qui domo profecti erant: deditionis ignari: cum tādē
superatis. ubi primum remiserunt hymbres omnibus cōtre
biam uenissent: postq̄ castra nulla extra mœnia uiderūt aut
in alteram partem translata rati: aut recessisse hostes per ne
gligentiam effusi: ad oppidum accesserunt. In eos duabus por
tis Romani eruptionem fecerunt: & in compositos adorti
fuderunt. quæ res ad resistendum eos & ad capessendam pu
gnam impediit: q; non uno agmine: nec ad signa frequentes
ueniebant eadem magnę parti ad fugam saluti fuit. Sparsi
enim toto passi campo se effuderunt: nec usq̄ confertos eos
hostis circunuenit: tamen ad. xii. milia sunt cesa: capta plus
quinq; milia hostium: equi quadringenti signa militaria. lxii.
quidam latini qui e fuga domum se recipiebant: alterū ag
men celtiberorum uenientium: deditionem contrebiæ & suā
cladem narrando auerterunt extemplo in uicos: castellaq; sua
omnes dilapsi. Flaccus a contrebia profectus per celtiberiam
populabundus ducit legiones multa castella oppugnando ꝛc

nex maxima pars celtiberorum deditionem uenit. Hec in cite
riore hispania eo anno gesta. In ulteriore Manlius prętor se
cunda aliquot prelia cum lusitanis fecit. Aquileia colonia La
tina eodem anno in agro gallorum est deducta: tria milia
peditum quibus data quinquagena iugera: centurionib⁹ cen
tena quadragena equites acceperunt. Tres uiri deduxerunt
P. Cornelius scipio Nasica. C. Flaminus. L. Manlius Acidi
nus. Edes due eo anno dedicate sunt. una ueneris erycine ad
portam colinam dedicauit. L. Portius Lucii filius. Lictanus.
Duumuir uota erat ab consule. L. Portio Ligustino bello. Al
tera in foro Olitorio pietatis ea edem dedicauit. Marcus Acti
lius Glabrio Duūuir statuamq; auratam: que prima omniū
in Italia est statua aurata: patris Glabrionis posuit. Is erat q;
eam edem mouerat quo die cum rege Antiocho ad termo
phylas depugnasset locauerat q; idem ex senatusconsulto. Per
eosdem dies: quibus he edes dedicate sunt. L. Emilius Paul⁹
consul ex liguribꝫ Ingaunis triumphauit. transtulit coronas
aureas quinq; & uiginti. nec preterea quicq; auri: argenti q;
in eo triumpho latum captiui multi Principes Ligurū ante
currum ducti. eris trecenos militibus diuisit. Auxerūt eius
triumphi famam Legati Ligurum pacem perpetuam orantes:
ita in animum induxisse Ligurum gentem nulla unq; arma
nisi imperata a Populo R. sumere responsum a Qu. Fabio pre
tore est Liguribus iussu Senatus: orationem eam non nouam
Liguribꝫ iussu senatus: orationem eam non nouā Liguribꝫ
esse: mens uero ut noua: orationi conueniens esset: ipsorū
id plurimum referre. Ad consules irent. & que ab iis impe
trata essent: facerent. nulli alii, qui consulibꝫ senatum cre
diturum esse. sincera fide in pace ligures esse. Pax in Ligu
ribus fuit. In Corsica pugnatum est: cum Corsis ad duo mi
lia eorum. M. Pinarius Prętor in acie occidit: q; clade cō
pulsi obsides dederunt. & cere centum milia pondo. Inde

in Sardiniam exercitus ductus & cum Biliensibus gente: ne
nunc quidem omni parte pacata: secunda prelia facta. Carth
ginensibus eodem anno. c. obsides redditi. pacemq; cum ius
Po. R. non abse tantum se: sed nege etiam massanissa prestitit.
qui tum presidio armato: agrum qui in controuersia erat ob
tinebat. Otiosam prouinciam consules habuerunt. M. Bebius
Comitiorum causa Romam reuocatus consules creauit. A. Po
stumium Albinum Luscum: & C. Calpburnium Pisonem pre to
res inde facti. T. Sempronius Gracchus. L. Postumius Albinus
P. Cornelius mamercus. T. Minutius mrlliculus. A. hostilius
Mancinus. C. Meniu. hi omnes magistratus idibus martiis in
erunt. Principio eius anni quo. A. Postumius Albinus & C. Cal
pburniu Piso cos. fuerunt ab A. Postumio consule in Sena
tum introducti: qui ex hispania citeriore uenerant: a Quīto
Flacco. L. Minutius Legatus: & duo Tribuni militum. T. Me
nius: & L. Terentius massaliotha. hi cum duo secunda prelia
deditionem celebere: confectam prouinciam nuntiasset: nec
stipendio qđ mitti soleret: nec frumento portato ad exercitū
in eum annum opus esse: petierunt ab Senatu primum ob res
prospere gestas ut diis imortalibus honos haberetur: deiñ ut
Qu. Fuluio decedenti de prouincia deportare inde exercitū:
cuius forti opera: & ipsi & multi ante eum pretores usi essent
liceret quod fieri preter q̄ quod ita deberet: etiam prope ne
cessarium esset. ita enim obstinatos esse milites: ut non ultra
retineri posse in prouincia uiderentur: iussuq; abituri inde
essent: si non dimitterentur aut in pernitiosam: si quis ipense
retineret: seditionem excarsuri. consulibus ambobus prouīcia
Ligures esse Senatus iussit. Pretores inde sorti sunt. A. hosti
lio Vrbana. T. Minutio Peregrina euenit. Publio Cornelio Si
cilia. C. Menio Sardinia. Hispaniaś sorti. L. Postumius ulte
riorem. T. Sempronius citeriorem. Is quia successurus. Qu. Ful
uio erat ne uetere exercitu prouincia spoliaretur. Quero in

quin

quit de te L. Minuti. cum confectam prouinciam nuncies. existi-
mes ne Celtiberos perpetuo in fide mansuros ita: vt sine exerci-
tu ea prouincia obtineri possit: si neq; de fide Barbarorum quic-
q̃ recipere, aut affirmare nobis potes, & habendum illic utilem
exercitum censes; vtrum tandem author Senatui sis supplemen-
tum in Hispaniam mittendi ut ij modo quibus emerita stipendia
sint milites dimittantur, ueteribus militibus Tyrones immisceantur;
An deductis de prouincia ueteribus legionibus, nouas conscribendi
& mittendi: cum contemptu tyrocinium etiam mitiores Barbaros
excitare ad rebellandum possit. Dictu q̃ re facilius sit; prouinci-
am ingenio ferocem rebellatricem confecisse, pauce ciuitates, vt
quidem ego audio; quas uicina maxime hyberna premebant. in
ius, deditionemq; uenerunt. vlteriores in armis sunt. Que cum ita
sint, ego tamē hec predico. P. C. me exercitu eo, qui nunc est Rē
pub. administraturū. si deducat secum Flaccus legiones. loca paca-
ta me ad hybernacula electurū. neq; nouū militem ferocissimo hosti
obiecturū. Legatus ad ea que interrogatus erat, respondit, neq; se
neq; quemq̃ alium diuinare posse, quid in animo celtiberi haberent:
aut porro habituri essent. Itaq; negare nō posse qui rectius sit etiā
ad pacatos Barbaros nondum satis assuetos imperio exercitū mitti,
Nouo aūt an uetere exercitu possit tutius esse dicere, qui possit, qua
fide Celtiberi in pace mansuri sint: simul & qui de illos exploratum
habeat, quieturos milites si diutius in prouincia retineantur. si ex eo.
qd aut inter se loquantur, aut clamationibus apud concionantē
Imperatorem significent quid sentiant, coniectandum sit palā uo-
ciferatos esse, aut Imperatorem in prouincia retenturos, aut cum eo
in Italiam uenturos esse. Disceptationem inter Pretorem Legatumq;
Consulū relatio interrupit, Qui suas armari prouincias, prius q̃ de
Pretoris exercitu ageretur equum esse censebant, Nouus omnis exer-
citus Consulibus est decretus, binę legiones Romanę cum suo equita-
tu, & socium latini nominis quantus semp numerus. xv. millia pedi-
tum, & Dccc. equites cum hoc exercitu Apuanis liguribus, vt bellū

inferrent mandatū est. P. Cornelio. & M: Bebio prorogatum Imperium. iussiq; prouincias obtinere donec Consules uenissent. Tum Imperatum ut dimisso quem haberent exercitu, reuerterentur Romam; De Titi Sempronij deinde exercitu actum est, nouam legionem ei quinq; miliū & cc. peditum cum equitibus quadringentis Consules scribere iussi, et Mille preterea peditum Romanorū. quinquaginta equites & sotijs e nomine Latino imperari septem milia peditū. ccc. equites cum hoc exercitu. T. Sempronium ire in Hispaniam placuit citeriorem. Q. Fuluio permissū ut qui milites ante. Sp. postumium Consulem. Q. Martiū Consulem ciues: Ro. sotij ue in Hispaniam transportati essent. & preterea supplemēto adducto. quot amplius duabus legionibus q̄. x. milia & cccc. pedites, Sexcenti equites essent, & sotiū latinj nois. xij. milia. D. C. equites. Quorum forti opera duobus aduersus Celtiberos prelijs usus. Q. Fuluius esset. eos si uideretur secū deportaret. Et supplicationes decrete, q̄ is prospere Rem. Pu. gessisset, & ceteri pretores in prouincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatū in Gallia Imperium est, Octo legiones preter exercitum veterem qui in Liguribus in spe propinqua missionis erat eo Anno esse placuit. Et, is ipse exercitus egre explebat propter pestilentiam, que iā tertiū Annū urbem Ro. atq; Italiam uastabat. Pretor. T. Minutius, & haud ita multo post Consul. C. Calphurnius moritur, multi alij omnium ordinū Illustres uiri; Postremo prodigij loco ea Clades haberi cepta est. C. Seruilius Pontifex Max. piacula ire Deū conquirere iussus. Decemuiri libros inspicere. Consul Appollini esculapio saluti Dona uouere, & dare Signa inaurata que uouit: dedit q; Decēuiri supplicationem in biduū ualitudinis causa, & per omnia fora Conciliabulaq; edixerunt;

203391

